

CONTROVERSIARVM IVRIS ILLVSTRIORVM

Vsuque frequentiorum

QVAS IN ARDVIS CAVSIS, PRAESERTIM FEVDALIBVS, in foro Regiæ Cameræ Summariæ, Sacri Consilij, ac Supremi Collateralis, tum Neapolitani, tum Italici,

APVD INVICTISSIMVM HISPANIARVM REGEM RESIDENTIS

In quæstionem vocari, disceptariq; vsu venit.

CVM EORVNDEM TRIBVNALIVM DECISIONIBVS. Ac notis rerum iudicatarum.

TOMVS SECVNDVS.

FABIO CAPYCIO GALEOTA I.C. AC PATRITIO NEAPOLITANO,

Inter primos Aduocatorum acerrimo: In Consiliarium primùm assumpto: inde in Fiscalem Cameræ Aduocatum, ac Regij Patrimonij vindicem.

Tandem in eiusdem Cameræ Præsidentem delecto,

AVTHORE.





SVPERIORVM LICENTIA ET PRIVILEGIO.

NEAPOLI, Typis, & Expensis Aegydij Longhi Regij Typographi. M. DC. XXXVI.

INDEX CONTROVERSIARVM
LIBRI SECVNDI.
Et Articulorum, qui in eis continentur.

CONTROVERS. I.



N in dubio viuatur in Regno Iure Frācorum, vel Iure Lōgobardorum in feudorum succeſſione; latiſſimè diſputatur, recenſitis tam Antiquorum, quàm Modernorum ſententijs, atq; deciſionibus, ad intellectum *Conſtitut. Regni, Conſtitutionem Diuæ Memoriæ, In aliquibus, Vt de ſucceſſionibus,* & *Cap. Regni, Conſiderantes.*

CONTROVERS. II.

Inueſtitura feudi carēs clauſula, *ſexus, & ætatis prærogatiua ſeruata,* quomodo interpretanda in Regno. Quid adiecta clauſula, *eaq; omnia in totum, vel in partē vendere.* Pręſcriptio qualiter interrumpatur. An differat à conſuetudine. Multa notātur ad regulādā ſucceſſionē, ſecundū Ius Frācorū in feudis, ex clauſula, *pro te, & hæredibus, ex corpore,* & ex vſu familiarū.

CONTROVERS. III.

Explicatur intellectus *Cap. Regni, Conſiderantes,* quod admiſerit fratrem ad ſucceſsionē feudi, non obſtante clauſula, *ex corpore,* ſuppoſito tamen iure Primogenituræ, tam in feudis titulatis, quàm in Baronijs.

CONTROVERS. IV.

Cognitio an feudum ſit diuiduum, vel indiuiduum, num ſit remittenda ad Regiam Cameram, ad intellectum *Pragm. Regni 62. de off. Procur. Cæſar.* Multa notātur, ex quibus cognitio cauſæ ſpectat ad Reg. Cam. propter intereſse Regij Fiſci.

CONTROVERS. V.

In hęrede, cum beneficio inuentarij, cōfunduntur actiones, & tenetur habere ratum factū defuncti, ſi hæreditas eſt opulēta, ad intellectum *l. fin. §. in computatione, C. de iur. deliber.*

CONTROVERS. VI.

Refutatio feudi facta filio, (reſeruato vſufructu) vel cum clauſula, *ex nūc pro tunc ſequuta morte,* an valeat ſine aſſenſu; & de differentia inter vnam, & alte-

alteram refutationem, ad intellectum *Pragm. 7. de feud.* Registratio refutationis intra quindecim dies, nùm requiratur, si refutatio fiat in testamento, ad intellectum *Pragm. 20. eod. tit. de feud.* & refutatio si non valeat, possit nè approbari per refutatariũ, in sui præiudiciũ, post mortem refutantis. Quid in testamento nullo.

CONTROVERS. VII.

An partem pretij soluti pro remissione seruitutis, aut iuris super feudo, possit petere hæres feudatarij in allodialibus. Fructus, qui colligũtur de triennio in trienniũ, an reputentur collecti pro vno anno, quid è contra, si colligantur bis in anno.

CONTROVERS. VIII.

Renunciatio facta per sororem, ante ingressum Monasterij, vni ex fratribus, de portionibus sibi delatis, & deferendis, vtrum soli recipienti renunciationem, prosit, vel omnibus fratribus, aut sit nullius iuris, dum ei competit solùm paragium ingressarum.

CONTROVERS. IX.

Paragium an successerit loco legitimæ, ita quod debeantur fructus à die mortis, vel alimẽta. Quid si soror viuit seorsũ à fratre, & ante nubilẽ ętatẽ, vel post.

CONTROVERS. X.

Damnum mutationis monetæ existent's in Banco, cum qua fuerunt empti annui introitus, an ad emptorem, vel venditorem pertineat, si pecunia fuit vinculata ab emptore, pro satisfaciendis creditoribus venditoris, cessis iuribus.

CONTROVERS. XI.

Secretarius, & Procurator Fiscalis Regiæ Cameræ, præcedere debent Rationales eiusdem Tribunalis. Afferuntur multa notabilia in materia pcedentię.

CONTROVERS. XII.

Resoluuntur obiecta opposita per Rationales, aduersus præcedentiam Secretarij, & Procuratoris Fiscalis, quę in pręcedẽti Controuersia fuit probata.

CONTROVERS. XIII.

Iura, & actiones non veniũt appellatione bonorũ mobiliũ, & immobiliũ, possunt tñ venire ex cõi vsu loquẽdi, aut ex verisimili mente disponentis, quæ aliquibus colligitur coniecturis.

CONTROVERS. XIV.

Quibus coniecturis præsumatur

matur satisfactũ creditori. Variatio actionis quando permittatur. Metus reuerẽtialis, in quibus personis consideretur, quomodo probetur, & prçsumatur, vt ex eo sequi possit contractus rescisio; an purgetur ex actibus sequentibus. Filius quando non teneatur fideiubere pro patre carcerato, nec possit exhæredari, ad intellectum §. *causas, Authen. vt cum de appellat. cognoscitur,* Mater fideiubens pro filio carcerato, vtrum iuuetur Velleiano.

CONTROVERS. XV.

Dos debita filiæ exclusæ per masculos, vigore statuti, quam Regnicolæ paragium appellãt, an habeatur loco portionis legitimæ, eiusq; qualitatem retineat, præsertim, vt debeantur fructus, vel alimẽta, antequam nubat, latissimè explicatur, ad intellectum *Constitut. Regni, In aliquibus,* & *Consuet. Neapolit. Si qua mulier.*

CONTROVERS. XVI.

Paragij liquidatio, quomodo fiat, exactissimè declaratur; & varijs decisionibus S. C. comprobatur.

CONTROVERS. XVII.

Vocatis agnatis, & cognatis certæ familiæ ex linea paterna, & materna, cuiuscunq. gradus: additis tamẽ verbis, *de tali Terra,* vtrum comprehendantur personæ, quæ licet origine descendant à dictis lineis, tamen alibi nati sunt, vbi etiam domiciliũ habitationis acquisiuerũt. Multa notantur de origine propria, & paterna, & de mutatione domicilii circa onera, & priuilegia.

CONTROVERS. XVIII.

Baronibus num cõpetat ius cogendi subfeudatarios, ad contribuẽdum in donatiuis, & subuentionibus, quas ipsi Barones præstare coguntur.

CONTROVERS. XIX.

Assensus Apostolicus in alienationibus bonorum Ecclesiæ requisitus, vt præsumatur, num lapsus annorum 30. requiratur, & probatio, quod Papa habuerit notitiam alienationis. An restituatur Ecclesia, aduersùs hãc tẽporis præsumptionem: à quo tempore incipiat cursus annorũ triginta. An requiratur probatio, quod sit vtilis alienatio Ecclesiæ, vel sufficiat assertio Cõmissariorũ. Et si interuenerint solemnia in alienatione, & tamen constet de læsione, vtrum alienatio rescindatur.

CON-

CONTROVERS. XX.

Casalia Ciuitatis, sunt mem-bra annexa Ciuitati, & gaudent iisdem priuilegiis, quibus Ciuitas gaudet. Quid in statutis, in materia onerosa, vel pœnali, aut si sit diuisa, quoad iurisdictionẽ.

CONTROVERS. XXI.

Donatio quando dicatur inter viuos, vel causa mortis, si in ea efficiatur mentio mortis, vel effectus sit dilatus post mortẽ, vt caducetur, præmoriente donatario. Refutatio quando sit realis, vel personalis; Mater donando contemplatione matrimonii filiã, num gaudeat Velleiano, & de cõtributione onerũ inter hæredes feudi, & allodii.

CONTROVERS. XXII.

Contributio solutionis onerũ inter hæredes in feudis, & allodialibus, num fiat etiam ab hærede particulariter instituto in certis feudis, vel quando est impositum magnum onus, specialiter hæredi in feudis. Quid in annuis introitibus super feudo,

CONTROVERS. XXIII.

Mutatio naturæ feudi per assensum, non præsumitur. Fideicommissum, vel substitutio nũ fieri possit in contractibus. Referẽs, quando dependeat à relato, & de effectu clausulæ, *natura feudi in aliquo non mutata,* & clausulæ, *super omnibus, & singulis in instrumento specificatis, declaratis, & subintellectis,* ad inducẽdum tacitũ assensum.

CONTROVERS. XXIV.

Posthumo prius substituto, sed postea non nato, an sequentes substitutiones caducentur. Et quando defecta conditione primæ substitutionis, reliquæ resoluantur.

CONTROVERS. XXV.

Prohibitio alienationis, an reguletur, & restringatur à terminis, & casibus fideicommissi, vel tanquam generalis, illud extendat, & ampliet.

CONTROVERS. XXVI.

Comprobatur Articulus resolutionis substitutionis sequẽtis, nõ nato posthumo substituto antecedenter. Onus impositum substituto, non censetur repetitum instituto. Conditio adiecta vni substituto, quãdo censeatur repetita alteri substituto. Et prohibitio alienandi, non extẽdit fideicommissum.

CONTROVERS. XXVII.

In alienatione feudi quaternati secundùm quid, si interue-

niat

niat aſſēſus Baronis in vita alienantis, poſt cuius mortē ſuperueniat aſſenſus Regis, num alienatio teneat, ſine nouo conſenſu hæredis.

CONTROVERS. XXVIII.

Procurator conſtitutus à tutore, an per mortem tutoris, re non integra, cenſeatur reuocatus, ad intellectum *Clement. final. de procuratorib.*

CONTROVERS. XXIX.

Mandatum generaliſſimum, vel cum libera, num extēdatur ad donādum, vel fideiubendū. Comparatio literarum, an ſufficiat in literis miſsiuis. Et quid inter mercatores. Procurator contrahens vigore vnius mandati inſufficientis, ſi tamen habeat aliud mandatum ſufficiēs, num actus ſubſtineatur.

CONTROVERS. XXX.

Dos profectitia, quando reuertatur ad patrem. Filia familia teſtari non poteſt. Quid in dote cum conſenſu patris, aut in donatione cauſa mortis. Nū filia familias forēſis nupta viro, in cuius domicilio, per ſtatutū permittitur filiabus familias teſtari, teſtamentum facere poſſit, & ſequatur in hoc domicilium viri. Forenſes in capitulis matrimonialibus, poſſunt ſe ſubmittere mori Magnatum huius Ciuitatis. Et quid diſponat hic mos Magnatum, ad intellectū *l. dos à patre, C. ſol. matrim.* & *Conſuet. Neap. filius familias.*

CONTROVERS. XXXI

An ſicut legitima deſcendētiū inſtitutionis titulo relinqui debet, ita pariter aſcendentium legitima, eodem inſtitutionis titulo relinqui debeat. Verbum, *lego*, vel *relinquo*, vtrum importet inſtitutionem in legitima, adiecta clauſula codicillari, aut clauſula, *omni modo meliori*, ad intellectum §. *aliud quoq. capitulum, Auth. vt cum de appellation. cognoſcitur.*

CONTROVERS. XXXII.

Executorum teſtamenti poteſtas, quæ ſit, & ad quæ extendatur. Et quādo executores poſſint poſſeſſionē bonorum hæreditariorū, legitimè transferre in ſubſtitutos, vel fideicommiſſarios, inrequiſito hærede.

CONTROVERS. XXXIII.

Delinquens, ad Iudicem loci delicti, an ſit remittendus, præſertim, ſi Iudex loci delicti ſit ſub diuerſo Principe. Minor in contumaciam an poſſit condēnari vigore ſtatuti. Statutum lo-

quens in personam, quando extendatur ad bona alibi sita. Indignitas hæredis, vt priuetur successione, an solũ allegetur à Fisco, & intra quod tempus, & requirat sententiam. Vtrum occisor, qui non succedit occiso, succedat tamen hæredi eius in illis bonis hæreditarijs. Quid si hæres sit filius, & an occisor dicatur indignus, vel incapax, ad intellectum *l. qui Titij, ff. de his quibus vt indign. l. Lutius, ff. de iure Fisci*, & *l. si ab hostibus, §. fin. ff. solut. matr.*

CONTROVERS. XXXIV.

Exceptio rei iudicatæ, an oriatur super omnibus actionibus, aut exceptionibus, & articulis in iudicio oppositis, si sentẽtia subsequuta fuerit generalis, & simplex, & non exprimat causas. Quid si actiones nõ fuerint omnes prosequutæ sciẽter, aut ignoranter, vel noua causa accesserit post terminũ, aut conclusionẽ, vel exceptiones sint incidentes; & vtrũ tali casu credatur Iudicis attestationi, nõ habuisse intentionem decidendi vnum ex articulis oppositis, ad intellectũ *l. de qua re, ff. de iud.*

CONTROVERS. XXXV.

Sententia lata inter duos collitigantes, de consequenda eadẽ re, negatiuè concepta ad exclusionem vnius, quando alteri rẽ adiudicasse censeri possit, ad intellectũ *l. si inter me, & te, ff. de except. rei iudic.* Sententia declaratur ex actis, & quando lata super principali, censeatur lata super incidenti, & vtrum oppositum, & decisum incidẽter, vel principaliter, possit iterum proponi inter easdem partes ad eundem, vel diuersum effectũ, aut obstet exceptio rei iudicatę.

CONTROVERS. XXXVI.

Socer, an teneatur alere nurum inopem, viduam ex filio naturali tantùm. Quid in hæredibus soceri, & intra annum luctus, vel etiam post indistinctè.

CONTROVERS. XXXVII.

Alimenta nũ præstanda sint filijs spurijs, aut naturalibus, secundũ eorum indigẽtiã, vel secundũ parentum opulentiã, ad intellectum *Cap. cum haberet, de eo qui duxit in matrimon. quam polluit per adult.*

CONTROVERS. XXXVIII.

Solemnitas intrinseca, & extrinseca, quæ sit. Quando præsumatur in actu de recẽti, vel antiquo, ex lapsu tẽporis, vel si reperiatur enunciata in instrumẽtis. Creditor posterior, cui libe-

ratur

ratur pecunia, de qua loco fideiussionis facit emptionem, num perempta emptione absq; sui culpa, sit tutus ab onere restituendi, aduersus creditorem anteriorē.

CONTROVERS. XXXIX.

Reclamatio à decreto decernente, nō esse deferendū petitę in integrum restitutioni, quādo concedatur ad finē impediendi executionē, mulieri minori, & nuptæ, si læsio intercesserit, & quæ lęsio requiratur. Cōditione deficiente dispositio extinguitur, & quando conditio dicatur impossibilis, vt vitiet, vel vitietur; Legatum relictū vni ex familia, p heredē eligēdo, quomodo possit fieri electio, & num dicatur facta, si fuerit quis electus in testamento postea reuocato.

CONTROVERS. XL.

Tutor an valeat sine decreto restituere fundum dotalē, traditum per vxorem æstimatū viro defuncto, cum facultate restituendi fundum, vel æstimationem, ad ipsius viri electionem.

CONTROVERS. XLI.

Quando pater in casibus, in quibus non habet vsumfructū bonorum aduentitiorum filij, possit tamen illorum esse legitimus administrator, & quanto tempore; ad intellectum *l. fin. §. sin autem, C. de bon. qua liber.*

CONTROVERS. XLII.

Vassalli an cogi possint in futurū præstare munera, & xenia Baronibus, eò quod per plures annos ea præstiterint ex mera liberalitate, & nū quæ sunt meræ facultatis præscribi possint.

CONTROVERS. XLIII.

Vniuersitas cōparens, vt tertius oppositor in causa suorum ciuium, an sit audiēda pro illorū defensione, & eius interesse principaliter, vel secūdariò, & multa notantur in materia Ciuiū, & tertij oppositoris.

CONTROVERS. XLIV.

Legatum annuum relictum fratri ex fructibus montis erigēdi, vel alterius corporis, nō taxatiuè, sed demonstratiuè factum censetur, ex sanguinis coniunctione, considerata affectione, & voluntate testatoris.

CONTROVERS. XLV.

Iudices, qui primò officium sunt adepti, præcedere debent iis, q postea illud acquisiuerunt. Quid si aliqui ex Iudicibus finito tpe officij, ad idē restituātur, vel durāte tpe prorogentur, an habeant præcedētiam. Et multa notātur in materia præcedētiæ.

CONTROVERS. XLVI.

Exceptio meliorationũ, quæ opponitur post sententiam, an impediat illius exequutionem, si ex aspectu euidẽter appareãt. Quid si præcesserit deterioratio. Quomodo liquidẽtur meliorationes, & dicantur requirere altiorem indaginẽ. An debeantur malæ fidei possessori. Ius prælationis competens directo Dño, num cedi possit. Ius luendi cõpetens emphyteutæ, an amittatur, si incidat in cõmissum, vel possit moram purgare. Et vtrũ Dñs directus, recipiens tertias pecuniæ depositæ ab emphyteuta ad finẽ redẽptionis, & versæ in emptionem, ne staret otiosa ob interesse aliorũ, dicatur sibi præiudicasse in iure prelationis, si adsit, vel absit protestatio.

CONTROVERS. XLVII.

Priuilegium declaratur ex præfationibus, & clausulis adiectis, quarum plures recensentur, & ponderantur.

CONTROVERS. XLVIII.

Concessio Principis, quando dicatur priuilegiũ. Renũciatio priuilegii, quomodo inducatur per contrariũ actũ, vel per non vsũ, & an vassallus possit mutare naturã feudi, ex pacto in hæreditarium, absq; Dñi consensu.

CONTROVERS. XLIX.

An sit nullum priuilegiũ infra annum non exequutoriatũ, si fuerit concessum à Rege tũc præsente in Regno, ad intellectum *Pragm. vnica de priuileg. infra ann. exhib.* & num assensus, & concessiones circa feuda debeant registrari, etiam in Regia Camera.

CONTROVERS. L.

Secundogenitus habet electionem petendi vitam, & militiam, vel partẽ pretii in feudo nouo. Exceptio rei iudicatæ an obstet secũdogenito successori in feudo, si sẽtẽtia lata fuerit cũ primogenito, cuius nõ esthæres.

CONTROVERS. LI.

Priuilegium reale, vel personale, quando censeatur, vt descendentes impetrantis, etiam intelligantur contemplati. Nũ priuilegium, & inuestitura differant, & quando priuilegium habeat vim inuestituræ.

CONTROVERS. LII.

In interdicto retinendæ possessionis, possessio tpe litis est probanda. Possessio molendini an amittatur per non vsum, aut illius perẽptionem, & q̃ tẽpus requiratur, & quomodo ius reficiẽdi molendinum destructũ,

amit-

amittatur, tam iure communi, quàm Regni, vbi aque sunt Regis, & successiuè Baronum.

CONTROVERS. LIII.

In interdicto retinēdæ, & recuperandæ possessionis, terminus probatorius requiritur, qa possessio debet probari, nisi vni ex litigantibus ius assistat, & alteri resistat. Titulus possessionis est valde vtilis, quia in pari causa obtinet, qui titulū exhibet, imò est necessarius in prætendente regalia. Ius ducendi aquā quot modis quæratur. Dominium an probetur ex titulo cōcessionis, vel ēt requiratur, quod author tituli fuerit dominus; nū probetur ex instrumentis in antiquis: Assensus an probet cōtractum, cuius tenor in ipso assensu inseritur. Scriptura quādo dicatur authentica, vel rectè exēplata. Habens ius aquæ pro molendino, vtrum vti possit vltra vsum necessarium, ad alia molendina cōstruenda, vel aquā diuertere per alia loca, antequam sit ingressa fundum proprium, vel post, in damnum tertij.

CONTROVERS. LIV.

Baro, qui in Terra sua habet ius ponderum, & mensurarum, an habeat etiam augmentum, & ius diri̇ctus nouiter impositi per Regem in Regno, circa pōdera, & mensuras. Quid de pœnis, & mulctis, q̄ nouiter imponūtur ex Edictis Regiis, an spectent Baroni, & num immunitas extēdatur ad nouas gabellas.

CONTROVERS. LV.

Concessione immunitatis ab adohis, & donatiuis facta à Rege Baroni, an quod importaret solutio dictarum adoharum, & donatiuorū, cedat damno Regis concedentis immunitatem, vel accrescat aliis Baronibus, disertissimè explicatur.

CONTROVERS. LVI.

Tertius comparens post sentētiam inter alios latā, an possit impedire executionē sentētiæ, docendo de sua possessione, & quæ probatio sufficiat. Scientia litis motę, quando noceat tertio veniēti post latam sententiā, ad impediendam executionem, ad intellectū *l. sæpè, vers. scientibus, ff. de re iudic.* Et Sententia lata cōtra feudatarium, vel emphyteutā, vtrū noceat dño directo.

CONTROVERS. LVII.

Iurisdictio intelligitur cōcessa cumulatiuè, & propterea datur pręuētio. Quid adiecta clausula, *priuatiuè*, & *abdicatiuè*. An iurisdictio Baronū erga vassal-

los ſit priuatiuè quoad Regem, & nũ punitus à Iudice ordinario, iterum puniri poſſit ab alio Iudice, cuius aures ſunt offenſę, ad intellectũ *l. nullũ, C. de test.*

CONTROVERS. LVIII.

Commiſſa cauſa pluribus Iudicibus, an ſi abſente vno, ſentẽtia ſequitur, nulla ſit: idq; procedat tũ in Iudicibus delegatis, quàm ordinarijs, ad intellectũ *l. duo ex tribus, ff. de re iudic.*

CONTROVERS. LIX.

Fideicommiſſum fauore maſculorum laicorum relictum, num comprehendat Clericos, in defectum laicorum.

CONTROVERS. LX.

Teſtamentũ ſubſtinetur pro parte bonorũ teſtari permiſſa, ſi de omnibus ſit diſpoſitum. Alimenta ex quibus verbis cenſeantur vxori relicta, exiſtentibus filijs. Exceptio redditionis computorum tutelæ, an obſtet mulieri petenti dotes, & intereſſe, & quanto tempore præſcribatur petitioni computorum.

CONTROVERS. LXI.

Cauſa diuortij propter viri adulterium, atq; ſæuitiam, corã quo Iudice ſit tractanda. Adulteriũ, & ſæuitia quomodo probentur, & ſufficientes cauſę ſint diuortii, & reſtitutionis dotis, an requiratur, ꝙ præcedat ſententia ſeparationis prius, quàm de dote reſtituenda tractetur, & vtrum Iudex ſæcularis, vel Eccleſiaſticus ſit competens in hoc iudicio reſtitutionis.

CONTROVERS. LXII.

Cõfirmantur diſcuſſa in pręcedenti Controuerſia, & an in adulterio notorio poſſit procedere iudicium reſtitutionis dotium, abſq; ſentẽtia ſeparationis Iudicis eccleſiaſtici. Quod dicatur notorium, & num in Curia Archiep. Neapolit. practicetur ſeparatio ob adulterium viri.

CONTROVERS. LXIII.

Fructus dotis augẽt dotem, marito nõ ſubſtinẽte onera matrimonij, & petũtur eadẽ actione, & hypotheca dotis. An pretiũ redactum ex feudo vendito ſit feudale: & quid in tertiis peruenientibus ex hoc pretio.

CONTROVERS. LXIV

Pactum initum in capitulis matrimonialibus, quo vxor ſibi reſeruauit fructus bonorũ ſtabilium dotis, an extendatur ad intereſſe pretii, ſi ſtabilia fuerint vendita pro debito viri, eiuſq; creditoribus pretium ſolutum.

De

De validitate dicti pacti, eiusq. stricta interpretatione, multa annotantur.

CONTROVERS. LXV.

Assecuratio dotis, vt fiat, quę requirantur, num assecuratio sit dotis restitutio. An vxor possit petere assecuratonē, si scienter contraxit cum viro inope, an cesset assecuratio si superueniāt diuitiæ viro, & alia in materia assecurationis, ad intellectū *l. si constante, ff. solut. matr. l. vbi adhuc*, & *l. in rebus, C. de iure dot.*

CONTROVERS. LXVI.

Monacus an possit esse procurator. Excedens fines mādati nō obligat dominū. Reuocatio alienationis feudi absq. assensu an requirat publicū instrumentum, vel sufficiat simplex reuocatio testibus probata, an dicta reuocatio possit fieri per procuratorem, & num reuocatio prçsumatur præcessisse assensū, vel è contra, ad intellectum *Constitut. Regni, Constitutionem Diuæ Memoriæ.*

CONTROVERS. LXVII.

Baro an dicatur propriè, & verè Ciuis in suo castro, & vtrū gaudeat immunitatibus, quibus cœteri ciues fruūtur, præsertim extra suum castrū in aliis locis.

CONTROVERS. LXVIII.

Mater relicta tutrix suæ filię cum alio tutore, si tutelam renunciauit, sed postea interuenit cum tutore locationi fundi pupillaris, asserendo se tutricem, an censeatur acceptasse tutelā, ita quod præcedens renūciatio tollatur per contrarium actum sequentem, & multa in materia protestationis contrariæ facto, explicantur.

CONTROVERS. LXIX.

Naulū an debeatur locatori Nauis, si naui capta ab hostibus, res nō sint vectæ ad Portum, & ad quid teneātur assecuratores.

CONTROVERS. LXX.

Dominus vt legitimè obligetur ex facto institoris, vel exercitoris, quę requirantur, tam in mutuo, quàm in aliis contractibus. Quid in institore tacitè proposito, & quādo præponens debeat expresse protestari, vt non teneatur ex facto præpositi.

CONTROVERS. LXXI.

Quādo priuilegiatus vti possit priuilegio contra pariter priuilegiatum, in diuerso casu priuilegij, vel si in vno concurrat ius potentius altero, in materia moratorię, ad intellectum *l. fin. C. qui bon. cedere poss.*

IN-

INDEX INTELLECTVVM

Tum Iuriũ, quæ in hoc lib. II. Controuersiarum explicantur; tum Doctorum, quorũ sentẽtiæ recipiuntur, impugnantur, & declarantur.

Ex Iure Canonic.

Ex Iure Ciuil.

Digeſt.

Codic.

Authent.

Feudor.

Constitution.Regni.

Capitul. Regni.

Pragmatic.Regni.

Consuetud.Neap.

Doctor.

Ga-

Gabriel de fideicommiss.conclus.11.nu.12. & 13.controu.25.nu.46 fol.231.

Imola in Clement.fin.de procurat.controu. 28.num.43.fol.253.

Ioann.Francisc. de Ponte,de potest.Proreg. titul.de assensib.Reg.§.2.num.25.controuers.27.per totam, fol.242.

Liparul.in addit.ad Andr.in cap.Imperialem,§.praeterea Ducatus,in addit,post num.38. controuers.1.num.14. 15.& 16.fol.7.& 8.

Moles quaest.28 sub titul. qualiter quis dicatur ciuis Neapolitanus, decis.1. controuer.17.num.17.versic. quibus non obest,fol.164.

Napodan.in Consuetud.Vbi dos,de iure dotium,num.32.controuer.62.num.27.& 28.fol.511.

Oldrad.cons.21.controuers.25.num.39.& seqq.fol.229.

In cons.177. controu.24.num.4.6.& 14. fol.221.& 222.

Peregrin.de fideicommiss. artic.38.nu.21. controuer.15.num.58.& seqq.fol.143.

In artic.51.n.2.controu.23 n.19.fol.214.

Pinell. in rubr.de bon matern.num.33.& 34.controu.13.num.25.& 26.fol.116.

Rouit.in Pragmat.4. de feud. num.8.controuers.6.num.6.& seq.fol.60.

In cons.66.controuers.10.num.65.fol.94.

Vincent.de Franch.decis.591.controu.21. num.21.fol.200.

In decis.649.controuers.66.num.57.folio 545.



CON-

CONTROVERSIARVM IVRIS ILLVSTRIORVM

Quas in quæstionem vocari sæpissimè vsu venit, cum Decisionibus, ac notis rerum iudicatarum.

LIBER SECVNDVS.

FABIO CAPYCIO GALEOTA I.C. Ac Patritio Neapolitano,

Regio primùm Consiliario, ac Fisci Patrono Regij Patrimonij, iuriumq; regalium; nunc verò Reg.Cam. Præsidente

AVCTORE.

SVMMARIVM.

1 *IVS ciuile (quod Ius scriptum appellatur,) est, quo omnes populi partim proprio, partim communi Iure vtuntur, & tacito consensu per desuetudinem abrogatur, & ex tempore variatur.*

2 *Ius non scriptum, siue illa iuris pars, quæ ex Iure non scripto sumpsit originem, bodie vt plurimùm in scriptis redacta est, & consuetudo appellatur, & legem imitatur iuxta varios gentium mores, & regnantium instituta, quæ tacito populi consensu mutari solet, & quod vno tempore inualuit, altero vel ex toto aboletum, vel maiori ex parte cessatum, iterum introductum obseruatur.*

3 *Iura feudorum consuetudines appellantur, & ideò non mirum, si in ipsorum origine, progressu, & extinctione maximè vtentium mores, & viuendi nedum vtendi varia forma inualuit.*

4 *Feuda ab vsu, & consuetudine ortum viuendi, modum, & extinctionem, siue mortem nouerunt.*

5 *Feudorum Iura plusquam altera Iuris pars ex tempore, tàm circa formam essendi, & viuendi ex varijs inuestiturarum formulis, quàm circa reliqua variationem sensim senserunt, ex temporum, & locorum, siue regionum varietate, & ideò errauerunt moderni feudistæ, qui obliti, quod in feudis versentur, quæ à consuetudine suaptè natura variabili pendent, dum quærunt, vtrum in dubio in Regno Neapolitano præsumendum sit, feudatarios viuere Iure francorum, adeò addicti testimonio antiquorum, ac si de re omninò inuariabili tractarunt, non distinguendo tempora, & num.6.*

7 *Notorium facti permanentis est vndique patens in omnibus feudis Regni, paucissimis exceptis, ius Francorum attendi explosa prisca Longobardorum diuiduitate, ex qua corruptio, feudorumque annibilatio procedebat.*

8 *Longobardorum leges in vniuersum conflat in Regno esse antiquatas, & Ius Romanorum circa allodialia receptum.*

9 *Iuris dispositio mutatur mutato rerum statu.*

10 *Vsus praeteriti, vbi contraria ratio superuenit, destruitur vsus non per viam correctionis, vt contingit in lege; sed tacitè per noui vsus introductionem, cũ tantum habeat de effectu, quantum de vsu.*

11 *Inuestitura etsi careat clausula,* Sexus, & ætatis prærogatiua seruata, *ad huc in dubio in Regno primogenitus succedit, cum præsumendum sit, feudum concessum secundum generalem Regni cõsuetudinem, feudorum diuiditate penitus aboleta, tàm ex Regni* Constitutione, *quàm ex* Capit. consideràntes, *& ex* Regijs Pragmaticis.

12 *Doctoribus, recentioribus de consuetudine attestantibus magis, quàm antiquioribus credendum est, cum de præsenti consuetudine dubitari contingit, non de prisca, & antiqua.*

13 Iserniæ *testimonium de feudorum consuetudine secundum Ius francorum in Regno assertur.*

14 *Infeudatio si fiat secundum consuetudinem Regni, in dubio intelligitur secundum Ius francorum, cùm in Regno viuatur Iure francorum in feudis ex sententia* Andreæ.

15 *Indefinita æquipollet vniuersali.*

16 Liparuli *opinio reprobatur, dum* Iserniç *sententiam testantis de consuetudine Iure francorum in Regno restringit ex clausula in inuestitura apposita*, secũdum consuetudinem Regni.

17 *Concessio feudi, vt dicatur facta secuudũ Ius francorum, & sic secundum Regni consuetudinem, non est necesse, quod exprimatur fieri secundum consuetudinẽ Regni: nam omnis concessio feudi in Regno intelligitur facta secundum generalem Regni consuetudinem, etiam quod non exprimatur, & de primogenitura nulla fiat mentio.*

18 *Feudi concessio, & dispositio semper in dubio accipienda est secundum cuiusq; Regionis morem, & consuetudinem.*

19 *Feudi successio sic defertur ad hæredes descendentes, sicut hæreditatis successio Iure nouissimo, ad transuersales autem non porrigitur, nisi fuerit antiquum, & deficientibus descendentibus, & sic iure isto defertur successio feudi, sicut Iure Romano defertur hæreditas, quod in quo feudo locum habeat, declaratur.*

20 *Primogeniti præponuntur in successione feudi in Regno Siciliæ, vbi viuitur Iure francorum, &* Iserniæ *distinctio commendatur, & num. 21.*

22 *Filius Regis primogenitus semper succedit in Regno de Iure communi, & ita quoque in feudis dignitatum.*

23 *Primogenitura in successione feudi in Regno Siciliæ generaliter seruatur ne dum in linea descendenti, sed etiam in transuersali.*

24 Capicij *testimonium commendatur ad explicationem* Andreæ, *quod in Regno in feudis viuatur Iure francorum saltem, quò ad hoc, vt primogenitus succedat.*

25 Liparulus Capycij *obseruantissimus, qui omnia de verbo ad verbum ipso tacito transcripsit.*

26 *Primogenitura ius attenditur in fraterna successione, sicut in paterna.*

27 *Feuda ad primogenitos non veniunt ordinatione testatoris; sed Iure successorio ex* capitulo, considerantes.

28 *Allegans Ius commune feudorum in successione feudi ante* Constitutionẽ, *illud probare tenetur, cum post dictam* Constitutionem, *& d.* Capitulum considerantes, *in dubio semper præsumendum sit, quid viuatur iure francorum.*

29 *Consuetudo præsumitur esse in Regno, quod viuatur de iure francorum in feudis, quæ conceduntur nouiter per Regem, etiam si non dicatur, nisi feudum esset alterius naturæ.*

30 *In nouis inuestituris post* Capitulum considerantes *non est necesse exprimere verba illa,* secundum Regni cõsuetudinem, *quia subintelligitur facta concessio de iure francorum, &* Oldradi locus, & Soc. *recensentur.*

Ius

31 *Ius francorum in Regno, vt primogenitus tantum succedat, tàm ex* Constitutione, *quàm* ex capitulo Papæ Honorij *fuit introductum, & stante hac generali consuetudine succedendi filius primogeniti præfertur patruo secundogenito, & ita ex generali consuetudine apud omnes Nationes seruari probatur num.* 32.

33 Io. Vincentius de Anna *Doctor consumatissimus Neapolitanus.*

34 *Natura feudorum Regni nostri est, vt primogenitus succedat, vt feudum non diuidatur, & in eo vsusfructus non constituatur.*

35 Cannetius *Doctor insignis ex Siculis.*

36 Ius francorum *est ius commune in vtroque Siciliæ Regno, quamuis fuerit introductũ ex speciali prærogatiua, quod dilucidè ex* Cannerio *declaratur ex verbis* Constitutionis, vt de successionibus, *& aliarum Constitutionum.*

37 Ius Francorum *appellatur ius speciale ad differentiam* iuris communis Romanorum, *& dicitur ius municipale Regni introductum per Regni* Constitutiones, *ex quibus constat, introductũ esse ius commune in Regno, & ideò non dependes ius francorum ex speciali pacto apposito in inuestitura feudorum, cum sit ius de per se distinctum specialiter, in Regno introductum ex legibus Regni non solùm inter aliquos, sed vniuersaliter inter omnes, & nu.* 38.

39 *Consuetudo* iuris francorum *in Regno creditur fluxisse ex* Cõstitutione, Cõstitutionem diuæ memoriæ, *qua dũ prohibet minui feuda, censetur quoque prohibuisse eorum diuisionem, & ideò introductum* Ius francorum, *qua origo consuetudinis communis est vtriq; Siciliæ Regno.*

40 Guilielmi de Perno *emendatio refertur dicentis in dubio in Regno attendi* Ius francorum, *corrigendo scripta* consf. primo num. 5. *quod declaratur ex* Cannetio, *& alijs procedere, tàm in feudis titulatis, quàm simplicibus.*

41 Ius Longobardorum *non præsumitur, nisi probetur.*

42 *Feuda in Regno Siciliæ esse magis indiuidua, quàm sint feuda dignitatis de iure feudorum ex eo constat: quoniam feuda dignitatum de iure cõmuni quãuis quò ad corpus ipsum dicantur indiuidua, nõ sic tamen quò ad iurisdictionis administrationem; sed in Regno sunt indiuidua etiam quò ad iurisdictionis exercitium* ex Cumiæ *sententia, quam procedere in vtroque Regno satis manifestè declaratur num.* 43.

44 *Feuda in Regno indiuidua magis esse, quàm sint feuda dignitatum de iure cõmuni ex eo etiam dignoscitur, quod taliter inhibetur diuisio, quod licet Prorex in Regno consentire possit alienationibus feudorum; inhibita tamen fuit facultas, quod possit assentire feudorum diuisioni per* Pragmaticam Caroli Quinti, *& proinde non nullos assensus fuisse irritatos, ex quibus inducebatur feudorum diuisio.*

45 Cannetij *opinio de consuetũdine* iuris francorum *in vtroque Siciliæ Regno testantis vsu recepta fuit in Regno, &* Cumiæ *dictum applicatum etiam Regno nostro ex* Pragmatica Caroli V. *comprobatur.*

46 Consiliarij de Anna *mutatio sententiæ recensetur, qui postquam consummatissimus Aduocatus ex tempore effectus fuit, mutata sententia testatur de generali obseruantia iuris frãcorum, vt ita sint in Regno omnia feuda de iure frãcorum indiuidua, sicut in Lombardia de iure Longobardo diuidua, attestans ius Longobardorum recessisse ab aula in Regno tamquam ius asininum carens ratione.*

47 Ius Francorum *successit loco* Iuris Romanorum *in Regno, & ideò reprobatur dictum eorum, qui in Regno asseuerarunt prius iudicandum esse secundum Iura Longobarda, nam iudicatur secundum Ius Romanorum, in cuius locum successit Ius Francorum.*

48 Ius Constitutionum Regni *fecit omnia feuda indiuidua, ita vt in aliquo diuidi, aut dismembrari non possint.*

49 *Vita, & Militia vnde ortum habuerit, declaratur.* A 2 Ius

50 Ius Francorum *fuisse inductum per* Constitutiones, *& confirmatum per* Capitula Siciliæ, *ex Siculorum senten-tia confirmatur*, *&* DD. Siculorum *error, qui potissimum se fundant in* dictis Capitulis, *conuincitur.*

51 *Ius primogenituræ fuit extensum etiam ad lineam transuersalem, & inducta exclusio secund genitorum per* Cap. considerantes, *vt testatur* Præses de Franchis decis. 73 num. 23. *& affertur* decisio iudictis Aulis num. 52.

53 *Præsumptio Iuris notoria, quod in Regno viuatur* Iure Francorum *satis potens est ad obtinendum in possessorio, et ita affertur decisio etiam quod nõ fuerit apposita* clausula Iuris Frãcorum, *vbi* Frecciæ *sententia refertur, &* antiquiores decisiones *afferuntur nu.* 54. *&* 55.

56 *Primogenita in successione fratris, de cuius bonis non fuit dotata in Regno, vbi viuitur* Iure Francorum, *excludit secundogenitam etiam in capillo.*

57 Ius Longobardorum *est Ius speciale in Regno.*

58 *Doctori etiam singulari insigni attestati de Consuetudine fori, in quo versatur, est credendum ob scientiam, quam eius fori habere præsumitur, quod declaratur procedere, tàm in ordinatorijs, quàm in decisorijs num.* 59.

60 DD. Regni *doctissimi recensentur ad probandam Consuetudinem Iuris Frãcorum, imò ad eam inducendam.*

61 *Consuetudo probatur per vnum testem.*

62 *Consuetudo Iuris Francorum constituisse videtur quoddam ius gentium propter generalitatem, cum apud omnes ferè Nationes vigeat.*

63 *Sententiæ, quibus iudicatum fuit, in dubio in Regno feuda præsumi debere* Iuris Francorũ, *non* Longobardorũ, *& ob id præferendum primogenitum, velut interpretatiuè latæ constituerunt ius generale in Regno, & obseruandum est, quod aliàs obseruatum fuit in simili controuersiarum genere.*

64 *Contraria opinio, quod in Regno necessarium sit probare feudi successionem regulari secundum Ius Francorum ad hoc, vt feudum iudicari possit Iuris Francorum, vt solus primogenitus succedat, multipliciter declaratur, & temperatur num.* 65. *&* 70.

66 *Periti DD. sæpe respõdere solent sub dubio, & non ideo minus affirmare videntur, si loquuti fuerint per dictionem* fortè.

67 *Iurisdictio ex sui natura est indiuidua, & solum eius exercitium diuidi potest, non ipsa iurisdictio.*

68 *Diuisio Castrorũ, & iurisdictionis multa mala parere solet, vt experientia docet.*

69 *Consuetudo, vt, feudatario relinquente plura castra, cuilibet ex filijs vnum assignetur, quàm quod castra ipsa diuidantur, faciliùs tolerari potest.*

71 *Inuestitura Regis regulatur secundum dispositionem Iuris municipalis Regni, & ideò maior natu præfertur in successione feudi antiqui, quando frater moritur sine filijs.*

72 *Feudum quaternatum dicitur castrum cum vasallis.*

73 *Vtrum in Regno in dubio viuatur Iure Francorum in feudis, dissidentes opiniones distinctioni. fœdere conciliantur, & num* 74.

75 *Sequela non sequitur, non præsumitur concessio in dubio pro te, & hæredibus ex corpore, ergo nec etiam concessio secundum Ius Francorum ratione, de qua num.* 76. *& dissimilitudines, et discrimina afferuntur n.* 77. *&* 78.

79 *Inuestitura nõn habens clausulam* pro te, & hæredibus ex corpore, *nec* Iuris Francorum, *in dubio interpretanda est à consuetudine generali concedentis, & Regni.*

80 *Clausula* pro te, & hæredibus ex corpore, *quamuis de communi forma priuilegiorum sit in hoc Regno; nõ tamen præsumitur, nisi exprimatur, & afferuntur rationes, maximè cum sit de extrinsecis feudi, & proinde non præsumitur, nisi exprimatur, & n.* 81.

82 Clausula Iuris Francorum *in inuestituris in Regno semper præsumitur, cu* cessent

teffent rationes,quæ vigent in claufula pro te, & hæredibus ex corpore.

83 *Opiniones DD. quando funt variæ, & diffidentes, illa amplectenda eft, quæ diftinctionis fœdere eas concordat.*

84 *Obferuantia priuilegia quæcumque, cõceffiones, & inueftituras ambiguas nedum declarat, fed ampliat, reftringit, alterat,& mutat.*

85 *Vfus Francorum in feudo, de quo agitur,tribus modis probatur,& num.*86. 87.*&* 89.

88 *Singula, quæ profunt, vnita magis iuuant.*

90 *Confuetudo, & vfus* Iuris Francorum *in feudis in Regno probatur ex præfcriptione triginta annorum, fi primogenitus tacente fecundogenito fucceffcrit in feudo, quæ confuctudo inducitur per vnicum actum non momentancum, fed caufam habentem fucceffiuam triginta annorum, & num.* 91. *& affertur ratio num.*92.

93 *Mandatum licet ex lapfu cuiufcumque temporis non præfumatur, inducitur tamen ex tempore qualitas,& præfumptio qualitatis defiderata in mandato.*

94 *Regalia indiuidua efficiuntur diuidua ex tempore.*

95 *Succefsio non fit per faltus, & ideo quis non poteft fuccedere, nifi præcedens in gradu fucceſſerit.*

96 *Filius fumit imaginem fuccedendi à patre,& fuccifa vena deficit curfus, vel fluxus fuccedendi.*

97 *Infecta radice, impoſsibile eft, ramos pullulare,& infecta primitiua inficiũtur deriuatiua.*

98 *Præſcriptione iam perfectè completa viuente patre, nihil aduerfus eam opponere poſſunt filij pupilli.*

99 *Præfcriptio triginta,vel quadraginta annorum cum bona fide fine titulo, per quam acquiritur vtile dominium, non interrumpitur per folam citationem.*

100 *Præfcriptio nulla currit cum mala fide, & propterea citatio nunquam fufficit ad eius interruptionem.*

101 *Præfcriptio in cafibus, in quibus interrumpitur per citationem, temperatur, & declaratur,vt tunc demum interrũpatur,cum actor,qui fecit reum citare, comparuit deinde in termino, fecus fi non fuit profequutus, ita vt iudicium fuerit circumductum.*

102 *Citatio non interrumpit præfcriptionẽ in Iudicijs extraordinarijs in cafibus, in quibus interrumpit præfcriptionem, & eft fecunda limitatio.*

103 *Iudicium iactantiæ eft extraordinariũ, cum non fimpliciter, & iuxta ordinariam formam, & ftylum iudiciorum actio præcisè proponitur, per quã actor intendat aliquid ab aduerfario dari, vel fieri, fed conditionaliter, quatenus aduerfarius iactet fe habere ius,& non aliter.*

104 *Præfcriptio non interrumpitur,vbi proponitur exceptio, non actio, & eft tertia limitatio.*

105 *Remedium* legis diffamari *proponens dicitur Reus,non actor attento fine, & effectu,& eft vera opinio.*

106 *Citatio fola non interrumpit præfcriptionem, quando eft generalis non expreſſa certa cauſa, cum citatio debeat eſſe certa, vt præfcriptionem interrumpat,& n.* 107.

108 *Libelli oblatio fimplex non fufficit ad interrumpendam præfcriptionem, cum folus libellus abfque citatione non fit de proceſſu,nec de actis, nec inducat litis pendentiam.*

109 Ius Francorum *probatur ex vfu familiæ.*

110 *Confuetudo,& viuendi forma poteft induci per familiam, & introducta erit feruanda.*

111 Ius Francorum *probatur etiam ex eo, quod in alijs Caftris eiufdem Comitatus Ius Francorum quò ad fucceffionem primogeniti fuerit femper inconcufsè feruatum.*

112 *Confuetudo patris familias priùs, deinde verò Regionis, & potiſsimè coadiacentium Caftrorum attenditur maximè vbi ita aliàs fuit interpretatum.*

Pro D. Marchionissa Antredochi Bandina nepte Eminentiss. D. Cardin. Bandini cōtra Dominos Principem, & Ducem de Sabellis.

ARGVMENTVM.

Feudorum Iura consuetudines appellari, & plusquam alteram Iuris partem ex tempore, tàm circa formam essendi,& viuēdi ex varijs inuestiturarum formulis, quàm circa reliqua variari ex temporum,& locorum, siuè regionum varietate, & ex consuetudine suaptè natura variabili pēdere. Et in Regno quomodo sint interpretāda feuda diuidua *Iure Longobardo*, an indiuidua *Iure Francorum*, & in dubio præsumi de Iure Francorum, tàm ex Regni Consuetudine, quàm ex vsu, & obseruantia obtenta in successione, & ex vsu familiæ, & vicinorum coadiacentium Castrorum etiam non apposita clausula *Iuris Francorum*, & vnde in Regno traxerit originem Ius Francorum, & quæ sint necessaria ad inducēdam, vel probandam Consuetudinem, subtilissimè elucidatur.

CONTROVERSIA I.

1 IVS totum ciuile, quod ius scriptū appellatur, quo omnes populi, qui partim proprio, partim communi omnium iure vtuntur, *l. omnes populi 9. ff. de iust. & iur.* rectissimè constitutum est, vt non solum suffragio Legislatoris, sed etiam tacito consensu per desuetudinē abrogetur, & ex tempore varietur, *l. de quibus 31. in fin. vbi glo. vlt. ff. de legib.*

2 Verùm potissimè illa iuris pars, quæ ex non scripto sumpsit originem, licet hodie vt plurimum in scriptis redacta sit, quæ consuetudo etiā hodie appellatur, & legem imitatur, *§. sine scripto, instit. de iur. nat. Bart. in d. l. de quibus num.* 8. inferens ad consuetudines feudales, *Salazar de vsu, & consuet. §. de actibus num.* 44. iuxta varios gentium mores, & præsertim Regnantium instituta, adeò sæpe mutari solet tacito consensu populi, *d. §. ea verò, d. tit. de iur. nat.* vt quod vno tempore inualuit, altero vel ex toto abolitum, vel maiori ex parte intermissum, aut abolitum iterum introductum *Tiraquel. latè in præfat. primi retr. n.* 17. *cum seq. Bouadil. in proæm. suæ politicæ post num.* 2. & quasi nouum receptum viderimus, *Petr. Greg. de republ. lib.* 22. *cap.* 8. *n.* 8.

3 Vt non mirum, si iura feudorū, quæ idcirco consuetudines appellantur, quod in ipsorum origine, progressu, & extinctione maximè mores vtentium, & viuendi, nedum vtendi varia forma potissimè inualuit, *Bar. Bald. Dec. Rebuff. & alij per Becium cons.* 56. *num.* 31. *Surd. cons.* 382. *num.* 1. *in* 3. vt à moribus introducta, *cap.* 1. *de feud. cogni. & cap.* 1.

4 *de vsu Mediol.* ab vsu, & consuetudine ortum ipsum, modum viuendi, & mortem, siue extinctionem præ cæteris nouerint, *Bald. relatus à Surdo cons.* 317. *n.* 30. *lib.* 3. *& cons.* 382. *num.* 4. *Frecc. notanter lib.* 2. *in* 27. *limit. ad constit. constitutionē diuæ memoriæ car.* 167. *Becius d. cons.* 56. *num.* 31. *inferens ad morem Iuris Francorum.*

5 Plusquam aliqua altera iuris nostri pars ex tempore, tàm circa formam essendi, & viuendi ex varijs inuestiturarum formulis, quàm circa reliqua variationem sensim senserit ex temporū, & locorum, siuè regionum varietate, vt latè probat *Frecc. de orig. Baron. num.* 40. Nihil enim familiarius moribus feudarijs, quàm vt cōtrarij mores succedant, vt ex *Bald. in cap.* 1. *nu.* 6. *si vassal. de feudo ab aliquo interpel. fuerit*, pulchrè *Andr. Knichen. Germ. de vestitur. pactiom.*

pactiion.par.3.cap.5.num. 56. vbi tradit exempla.

6 Vndè planè conijcitur, dormitasse aliquos ex recentioribus feudistis, qui obliti, quod in feudis versentur, quæ à consuetudine suapte natura variabili pēdent, & in qua semper id prævalet, quod nouissimè factum est, cum & seipsam, & legem etiam anteriorem tollat *Bald.in d.l.de quibus num.5. vers. nota, quod posterior*, dum quærunt.

Vtrum in dubio in Regno Neapolitano præsumi debeat, feudatarios viuere de Iure Francorum, adeò addicti testimonio aliquorum ex antiquioribus, ac si de re omnino inuariabili tractarent, noluerint distinguere tempora, vt apertissimè concordarent scripturas, & auctoritates inter se dissidentes. Et contra notorietatem facti permanentis, quod certum est vndique patere in omnibus feudis Regni, & etiā in Apru-

7 tio (paucissimis exceptis) Ius Francorum attendi, explosa prisca Longobardorum diuiduitate, ex qua corruptio, feudorumq; annihilatio procedebat, vt aliàs probauimus, dum partes Fisci in hac causa ageremus.

8 Quorum Longobardorum leges, in vniuersum constat in Regno antiquatas, Romanorum Iure apud omnes ferè generaliter recepto circa allodialia, licet aliud cautū esset in antiquis con-

9 stit. Vnde mutato rerum statu, non mirum si mutata sit iuris dispositio, *l.quod Seruius, vbi glo. & Bald. ff. de condic.ob cauſ.* vnde dicebat *Bald in c.1, §.si quis de manso, n.12.in fin, si de feud. fit contr.* quod vbi superuenit cōtraria ratio præteriti vsus, destruitur vsus, *Tiraq. Ofasc. Cravet. & alij apud Surd.decis.236.num.*

10 13. & sic non per viam correctionis, vt contingit in lege, sed tacitè per noui vsus introductionem: quia tantum habet de effectu, quantum de vsu, *Surd. cons.393.num.2. & 382.num.44.lib.3.*

Vrget igitur, & fateri nos cogunt, in

11 dubio in Regno nostro, tametsi in inuestitura expressè non exprimatur, *sexus, & ætatis prærogatiua seruata*, primogenitum succedere, cum præsumi debeat feudum concessum secundum generalem Regni consuetudinem feudorum diuiduitate penitus aboleta, sicut enim nō expresso *(sexu)* venit prærogatiua masculinitatis, etiam in Regno, vbi fœminæ admittuntur, ita pariter venire debet prærogatiua ætatis, ne fiat difformis determinatio in eadem causa.

Ex Regni constit. prohibentibus diuisionem, & commutationem.

Ex capitulis, tàm Papæ Honorij, quā Caroli II. cuius initium est *Considerantes*,

Ex Prag. nostrorum Regum, & præcisè Caroli Cæsaris inuictissimi.

12 Et ex concordi testimonio omniū, & præsertim recentiorū nostrorū DD. quibus de consuetudine attestantibus magis credendum est, quàm antiquioribus, cum de præsenti consuetudine quæramus, non de antiqua, vltra annos... quibus Duces Lōgobardi non Regno potiti sunt, sed Regni parte.

Quorum testimonium etiam cōforme est, nec vniuersaliter contradicit

13 *Isern. feudorum Euangel.*, qui ex suo tempore de initio huius tunc nascētis consuetudinis attestatur, quæ creuit adeò, vt de consuetudine ipsa dicit *Bald.in l.de quibus post num.4. vers. Item sicut instantaneum, & nu.28.in fin. vers. alij dicunt, ff.de legib.* vt iam nostris temporibus prouectæ nedū perfectæ ætatis ab omnibus generaliter, vt inueterata veneretur, *idem Bald.in l.diuturna eod.tit.* adeò, vt de illa dubitare sit infirmitas intellectus.

Vt igitur ab *Iser.* incipiamus, is in *cap.imper. §. præterea ducatus, in addit. post num. 38.* ibi, *si non detur, vt habeat Iure Francorum, sicut sunt hodie infeudationes noua in Regno, in quibus primogeniti præferuntur*, vbi *Lipar.* subdit, *nota hoc verbum, quia sentit, quod in hoc Regno in*

14 *dubio viuatur iure Francorum, quando concessio est facta secundum consuetudinem Regni.*

In quo illud aduertere libet, quod optimè

optimè *Lipar.* percepit mentem *Isern.* in primis verbis suæ glossæ, dum non dixit *Isern.* sicut hodie fiunt aliquæ infeudationes, siuè inuestituræ in Regno, sed indefinitè testari visus est de nouo vsu iuris Francorum de recenti, idest vniuersaliter introducto in Regno
15 ex nouo dominio Francorum Regum Caroli Primi scilicet, & Secundi: constat enim verba indefinita æquipollere vniuersali, maximè in verbis prolatis à tam insigni I.C.

Verùm dum addit *Lipar. quando cõ-*
16 *cessio est facta secundum consuetudinem Regni*, quatenus voluisset restringere, vt ius Francorum præsumatur eo casu tantum, quando concessio est facta secundum consuetudinem Regni, in hoc *Lipar.* dormitat, siquidè si demus hãc esse nouam consuetudinem Regni, vt manifestè supponit *Isern.* & probat *Luc. in locis à Lipar. citat.* scilicet tã in *l. vnic. col. 3. vers. sed quid in quæstione de facto, C. de impon. lucrat. descript. lib. 10. & in l. 1. C. de priuil. cor. qui in sacr. palat. milit. lib. 12. vers. 11. quia cum donator*, vbi *Luc.* præsupponit, hanc esse generalem Regni consuetudinem, dum dicit, *præsupposito, quod sit consuetudo, vt in feudis, quæ conceduntur à Rege, viuatur iure Francorum, quo solus primogenitus suc-*
17 *cedit.* Ex hoc constat, quod vt cõcessio censeatur facta secundum Ius Francorum, & sic secundum Regni consuetudinem, nullo modo sit necessarium, vt hoc exprimatur, siquidem omnis feudi concessio, & si simpliciter facta, omninò intelligitur secundum consuetudinem patriæ, siue Regni, *vt ex Oldrad. cons. 159. in 2. dub. num. 9.* & alijs multis probat *Brun. cons. 135. vers. quod si dicatur in fin. & ex Isern. in cap. 1. §. huius autem generis post num. 9. vers. secus fortè*, ibi, *consueta exprimi intelliguntur etiã si non exprimantur*, vbi *Liparul. citat concord. ex quibus cauf. feud. amit.* probat in specie *Intrigl.* vt concessio intelligi debeat secundum Ius Francorum, tametsi de primogenitura nulla fiat mẽtio, *par. 1. quæst. 50. num. 213.* Meliùs, & latiùs *Card. Paris. cons. 21. numero 14. lib. 1.* loquens in specie de inuestitura facta per Regem Ferdinandum Aragoneum Roberto Sanseuerino de Comitatu Calatiæ, quod & si nihil dixerit, tamen necessariò referenda sit ad vsum, & consuetudinem Regni, & ipsius constitutiones, & optimè *Reg. Villa. in resp. post opus Cannetij nu. 18.* pulchrè *Frec. ex Napod tit. de origine Baron. num. 51.*

18 Quod & generaliter obseruari, vt omnis concessio, siue dispositio accipienda sit secundum cuiusque regionis morem, & consuetudinem, *probat Molin. de primogen. lib. 1. cap. 3. num. 2. Andr. Knichen. de iure territ. cap. 1. num. 281.* Idem *Iser.* hoc idem sentit *in c. vnico, vers. his verò, de gradib. success. in feud. vbi cum glos. 1.* per illum *tex.* adnotauit,
19 quod feudi successio sic defertur ad hæredes descendentes, sicut hæreditatis successio iure nouissimo; ad trãsuersales autem non porrigitur, nisi fuerit antiquum, & descendentibus deficientibus, subdit *Isern. sic iure isto defertur successio feudi, sicut Iure Romano hæreditas*, & hoc est verum in feudo diuisibili, nisi deferatur proximis, vel primogenitis ex forma verborum taxatis, & limitatis personis, & subijcit exempla, vt in Regno *cap. licet extr. de voto*, & in
20 Regno Siciliæ viuentès Iure Francorum per const. Regn. primogeniti præponuntur, & indè subintrat quæstionẽ, vtrum filius primogeniti excludat patruum.

21 Et *Isern.* optimè distinguit iura, & tempora, vt iure isto, scilicet secundum consuetudines feudales, vt consueuit *Iser.* distinguere inter ius feudorum, & Regni constit. reguletur successio in feudis secundum Ius Romanorum, de iure vero constit. Regni Siciliæ viuentes, idest in quo, & vbi viuitur iure Francorum, primogeniti præponuntur:

Et quod hic sit germanus sẽsus verborum *Iser.* apparet etiam ex eo, quod
22 æquiparat casum filij Regis succedentis in Regno, vbi constat semper, & indi-

di-

distinctè primogenitum vocari de iure communi, *iuxta latè tradita per Oldrad. cons. 94. ex num. 7.* sicut etiam in feudis dignitatum, de quibus in §. *praeterea ducatus*, successioni feudorum, quae fit in Regno Siciliae, vbi pariformiter ex reg.
23 aequiparatorum supponit generaliter primogeniturã seruari, nedum in linea descendenti, sed etiam in transuersali, vt aduertit *Lipar. ibidem lit. Q. vers. primogenitis.* Idemq; fermè repetit idẽ *Iser. in §. si quis miles Imper. Lothar. post n. 1. sub vers. secundum quam positionem*, vbi iure isto omnia feuda diuiduntur, &c. quasi aliter iure constit.

Et ita *Iser.* voluisse in praedic. & alijs
24 etiam locis sufficere debet testimonium *D. mei Capyc. qui in repet. cap. Imper. in vlt. verbis*, ita mẽtem *Iser.* explicauit, & addit verba aurea, *& hoc videtur verius, quod in feudis in dubio viuatur Iure Francorum, saltem quò ad hoc, vt primogenitus succedat, sicut videmus obseruari communi er in vtroque Regno*, cuius viri consummatissimi testimonium, ex testimonio laudatissimi *Cam.* adeò nobis sufficere debet.

Vt parum curandum nobis sit, quod
25 *Lipar.* alioquin adeo *Capyc.* obseruantissimus, quod omnia de verbo ad verbum ipso tacito transcripserit in suis adnotat. ad *Isern.* vt obseruauit inter alios *Cons. de Ann. sing. 692. col. 3. infra citandus in d. cap. vnico de gradib. post n. 3. in d. ver. his verò lit. D.* ausus fuit *Capyc.* carpere ex eo, quod *Isern.* hoc dicere nec somniauerit.

Et cum *Isern. & Luca de Penna* conuenit *Nicolaus Spinellus de Neap. in addit. ad cap. considerantes nu. 6. vers. item nota, & num. 7. in fin. ibi, item nota hic,*
26 *quod in successione fraterna primogenitura ius attenditur, sicut in paterna, ibi, primogenitum, &c. & idem in cap. Papa*
27 *Honorij*, & paulò post, ibi, *non veniunt feuda ad primogenitos ordinatione testatoris, sed iure successorio vigore praesentis cap.* & sic clarissimè supponit, generaliter esse inductum Ius Francorum, cum nullam faciat mentionem de feudis indiuiduis, nec ad feuda indiuidua se restringat. Vnde habemus pro nobis triũ virorum testimoniũ, quorum huma nã Trinitatẽ in iuribus Regni venerari nos oportere, *testis est Camer. in cap. 1. an agnatus num. 152.* Et cum praed. conuenit quoque *Capyc. in inuest. ver. Iure Francorum fol. 219.* vbi est aduertendũ, *Capyc.* distinguere, vt si loquamur secũdum ius antiquum, & commune ante
28 const. qui illud allegat debet probare, idque patet dum ad hoc probandum citat notat. in *§ praeterea ducatus*, si verò loquamur secundum nouam consuet. Regni post *const. & cap. considerantes*, etiam tunc affirmat in dubio praesumi, quod viuatur de Iure Francorum, vt clarè dicit in *eod. loco in vers. quod in Regno*, dum citat *Lucam in d. l. 1. de impon. lucr. descrip. vt optimè* se declarat inferius *fol. 222. vers. & notandum*, vbi dicit verba aurea *(& notandum, quod*
29 *in Regno nostro praesupponitur adesse cõsuetudinem, quod in feudis, quae concedũtur nouiter per Regem, viui debeat iure Francorum etiam si non dicatur, nisi fuisset feudum alterius naturae Longobardae Lucas in d. l. 1. de impon. lucr. descrip.)* & sic intelligit, & residet *Capyc.* quod in nouis inuestituris post *cap. considerãtes*,
30 non sit necesse exprimere secundum Regni consuetudinem, quia subintelligitur facta concessio de Iure Francorum. Vnde non obstat alter *Capyc. locus in ver. sexus, & aetatis fol. 97. col. 2. in fin.* quia ibi loquitur de iure antiquo, vt seipsum declarauit.

Sic etiam *Oldrad.* dum allegauit coram Rege Roberto assistentibus *eidem aliquibus Dominis Cardinalibus solemnibus iure ciuili DD.* Card. inter Iacobum, & Thomasium de S. Seuerino super Comitatu S. Seuerini in quaest. Patrui, & nepotis, vt in dubium suppoluit *per const. Regni, vt de successionibus* fuisse generaliter inductum ius primogeniturae, vt per eum *in princ. & n. 14. in suo cons. 224. ista sunt alleg.*

Idẽ clariùs *Franc. Aret. in suo famoso cons. 162. vbi secutus cõs. Nicolai Antonij de*

de Mõtibus de Capua pro Antonello Principe Salerni contra Barnabam de S. Seuerino patruum, vt refert Gram. decis. 1. nu. 23. indubitanter supponit, tàm ex d. Regni constit. quàm vigore capituli Papæ Honorij, referendo, & sigillatim expē-
31 dendo verba, & sensum vtriusque in Regno generaliter inductum fuisse ius Francorum, vt primogenitus tantum succedat, & ita testatur sibi in puncto fuisse relatum, & suppositum per dictū insignem Doctorem de Regno, vt in principio, ibi, *vtrum stante constitut. Regni, vel consuetudine, quod primogenitus, seu prior natus solus in feudo succedat, tā patri, quàm fratri præmorienti*, supposita, hac generali Regni consuetudine, disputat, vtrum filius primogeniti præferatur patruo, & sic secundogenito, & iterum *col. 1 in fin. vers. his præmissis, & latiùs col. 6. post num. 10. sub vers. venio ad tertium dubium*, vbi ex dicta vniuersali consuetudine Regni, de qua testatur sibi in puncto, & facti specie transmissa fuisse factam plenam fidem, etiā ex priuilegijs antiquissimis Ludouici, & Ioannæ, & aliorum Regum Neapolitanorum, & ex sentētia Roberti infert ad decisionem articuli, vt etiam nepos ex primogenito patruo præferatur.

Soc. etiam cons. 252. *in secundo*, dum tractat, vtrum filius secundogeniti præferatur tertiogenito maiori, & latè cōcludit pro filio secūdogeniti in successione feudi Regni Siciliæ vltra Pharū, fundat se in Regni constitutione, quā generaliter inter omnes ius primogenituræ inductum supponit, & subtiliter probat in discursu torius cōsilij, & præsertim *num. 8. in fin. & in 7. & 8. fundamento pro nepote post num. 15. & nu. 11. refert ex Bald. in l. cum antiquioribus, & Castr. cons. 164. lib. 2.* hanc consuetudi-
32 nem generaliter inoleuisse in Hispania, in Frācia, Anglia, & in alijs magnis Regnis, & in Regno nostro ex Regnicolis, *Afflict. in d. §. præterea ducatus nu. 9. & 33.*
33 *Io. Vinc. Ann. ex nostratibus consummatissimus Aduocatus alleg. 41. num. 23.* testatur de natura feudorum Regni no-
34 stri esse, vt primogenitus succedat, vt feudum nō diuidatur, & in eo vsusfructus non constituatur, *Reg. de Ponte* idē tradit velut indubitatum *cons. 3. nu. 38. & 39. & 48. citans D. meum Capyc. in repet. d. cap. Imper. vers. tertia conclusio, idem de Ponte in suo tract. de potest. proreg. de refut. feud. tit 8. præstant etiam post num. 31. vers. & vlterius in Regno, & §. 10 in princ. ibi, secundum quod, & num. 8 ibi. alius in Regno, car. 363. 429. & 431. & Bamb. noster eiusdem Regentis obsequentissimus in repet. cap. Titius, §. omnes filij, n. 64. car. 104.*
35 *Cannet. insignis ex Siculis in repet. extrau. si aliquem in cap. incip. sed præstat*
36 *quærere*, vbi perbellè, & cum iudicio probat, ius Francorum esse ius commune in vtroque Regno, explicās verba constit. Et de successionib. ibi, *necnō maioris ætatis inter eos, qui viuunt in Regno specialiter iure Francorum*, esse intelligenda, vt quamuis ius Francorum sit introductum ex speciali prærogatiua: attamē sit ius commune in Regno, & ideò verbum illud, *speciali*, in d. constit. non tàm particulare, quàm proprium, & peculiare ius, hoc est propriè, & peculiariter introductum ex prærogatiua Regni, vt sic viuant *ex constitut. & consuetudine*, nam si loqueretur de illo speciali iure Francorum inducto speciali ex pacto inuestituræ, frustra diceret *(qui viuunt in Regno speciali iure Francorum)* quia isti tales non dicerentur viuere, hoc est vigorem habere, nisi ex pacto in inuestitura adiecto, absque aliquo fauore Regni, nec constitutionis beneficio, idque fundat, expendendo *constit. Regni scire volumus, & const. constitutionem diuæ memoriæ* prohibentes diminutionem ex num. 4. & benè resoluit obiectum generale, quod fieri posset ex *const. Regni puritatem num. 11.*

Cuius sensus mihi videtur fuisse ex mente *glo. in d. constit. in ver. speciali*, dum subijcit, *benè appellat ius Francorū*
37 *speciale ad differentiam v3. iuris Romani,*

ni, quod dicitur ius commune, vt C. de iudæis, & calic. l. iudæi Romani, & sic dum *glo.* posuit ius Francorum ad differentiam iuris communis Romanorũ, aper-
38 tè sensit, hoc ius Francorum esse municipale Regni, introductum per Regni const. ex quibus introduci constat ius commune in Regno, & sic non dependere solum ex pacto adiecto in inuestituris, vt *Cannet.* obseruauit, sed esse ius de per se distinctum specialiter in Regno ex legibus Regni introductum nõ solùm inter quosdam de Regno. Sequitur *Pater Molfes. ad Consuet. tom. 1. par. 4. q. 29. nu. 14. qui citat Nunt. Pellic. Cauens. & Carauit. post Lucam de Pen.* —
39 *Item Cannet. in extrau. si aliquem, in §. sed iusta prædicta quæro car. 215. & in §. & incipiendo num. 15.* dicens seipsum credere, quod dicta consuetudo fluxerit à *const. constitutionem diuæ memoriæ*, quæ dum prohibet minui feuda, censetur quoque prohibuisse diuisionem, & ideò introductum ius Francorum, quæ origo consuet. communis est vtrique Regno, *citat Bernard. de Medico in compendio super cap. volentes, quem testatur sequi omnes DD. Siculos, & Gugliel. de Pern. in cons. 4. col. 3. vers. verum tamen in Regno isto, & cons. 6. col. 5. vers. vbi autem testatarius*, in quibus locis expresse reuocat, & corrigit opin. contrariam. quam tenuerat in *cons. 1. num. 5.* dicens, quod licet aliter consuluisset, attamen nunc agnoscit In dubio in Regno attendi ius Francorum, vt obseruauit maturè relato, & probato *Cann. Intrigliol. par. 1. q. 40. num. 46.* vbi hoc affirmat, tàm in feudis titulatis, quàm simplicibus *num.* 48. exornans pulchrè motiuum *Cannet.* quod sit introductum ius Francorum ex dicta constitutione prohibente diminutionem, quam propriè ex diuisione proficisci probat *nu.* 51. *& 52.* quicquid aliàs idem *Intrigl.* simpliciter referendo aliorũ opin. prius scripserit ead. *1. par. q. 6. ver. ex qua nostra nu. 63.* vbi *n.* 71. retulit iuxta alio-
41 rum sententiam, nec etiam ius Longobardorum præsumi, nisi etiam probetur, & verè ibi potius egit de modis probandi, quod viuatur in aliquo loco de Iure Francorum, vbi scilicet, nec cõstitutio, nec consuetudo notoria viget, quàm vtrum in Regno viuatur de iure Francorum, de quo propriè agit *d. q. 40. ex num. 46.* vbi non simpliciter aliorum opin. retulit, sed elegit, quam maluit, *Cannetium* sequutus, & idem repetit, & plenè affirmat *Intrigl. d. cent. 1. q. 50. nu. 213.*

42 *Cumia in rep. cap. si aliquem ver. maior natu num. 205.* dicit, in Regno Siciliæ feuda esse magis indiuidua, quàm sint feuda dignitatis de iure feudorũ, quæ licet, quò ad corpus ipsum feudi, non tamen, quò ad administrationem iurisdictionis sunt indiuidua, sed in Regno sunt indiuidua, etiam quò ad iurisdictionis exercitium, allegat *const. constitutionem, &c. volentes in fin.* idem cõfirmat *ver. antiquis nu. 139.*

Cuius *Cumiæ* dictum nõ minus cõprehendere Regnum nostrum, quàm Regnum Siciliæ vltra Farum, non tam
43 ex authoritate *constit. Constitutionem* communis vtrique Regno, ex qua *Siculi cum Cannetio* id introductum profitentur, quàm ex ipsa ratione expressa, quinimò ex obseruantia notoria vtriusque Regni compertissimum est, in quo illud aduertere libet, quod prçterquam DD. *Siculi* expresse se fundãt principaliter *in constit. Regni*, vt infra clarius probabimus, si ipsi hoc vellent ex capit. illius Regni, quibus id clarissimè cauetur, non fuisset necessaria disputatio, quam ipsi assumunt huius artic. ita vt *Perno* fuerit necessarium cõperta veritate sententiam mutare, quia loquuntur expresse attentis constitutionibus.

Adeò vt D. meus auunculus, & magister Reg. de Curt. in secunda par. tract. feud. cap. 4. num. 78. ita scripserit, exemplum etiam in assensu legis erit in diuisione feudi, & licet hodie in Regno nostro nõ sit practicabilis huiusmodi diuisio, quia iure Francorum viuitur, in quo primogenitus tantum habet feudum, nihilominus,

vt

vt iuris quoque communis terminos sciamus,&c.

Et iterum eodem *cap.num.*82. *(et vt dixi de iure Regni similiter, quia viuimus secundum Ius Francorum) in feudis nulla datur,nec consideratur diuisio,sicut optimè aduertit Cannet. in cap. volentes, § sed præstat, Pern.consf.4.num.5.col.2. vers secundum dubium, Cum. in c.si aliquem,vers.maior natu,vbi dixit,quod in Regno Siciliæ sunt magis indiuidua, quā*
44 *seu ea dignitatum de iure communi. Addo ego, quod taliter inhibetur diuisio, quod licet Prorex in Regno cōsentire possit alienationibus feudorum,inhibita tamen fuit facultas, quod possit assentire feudorum diuisioni per Pragm. Caroli Cæsaris in 5. & 7.cap.de anno* 1531. *& proinde quàm plures assensus irritauimus,in quibus erat diuisio feudorum,& quàm plures sunt hodie pendentes causa, circa nullitatem ex defectu assensus ex hoc capite.)* Hæc ille.
45 Et sic videmus opin. *Cann.* qui expresse loquutus fuit de consuetudine, vtriusq; Regni indistinctè, omnino in Regno vsu receptam, & dictum *Cumiæ* applicatum Regno nostro, & roboratū pariter *Pragm.Caroli V.* testimonio viri doctissimi,& consummatissimi.

Cuius *Cannetij* opin. vel inuitus sequi,& probare coactus fuit *Cōs. Fabius*
46 *de Ann.in singul.per eum additis ad sing. patris sub num.*692. *incip. in dubio in Regno iudicandum est, quod in feudis viuatur iure Frātorum,* dum postquam hinc inde dubius fluctuauit, in fine cōuictum se ostendit ab efficacia argumentorum *Cannetij*, dicens,*ibi videas: quia eius dictis addi non potest*, tametsi posteà subiungat,*ego ab opin.Andr.nunquam discederem*,itaut si verū sit, quod supra probaui, *Isernia* authoritatē pro nobis stare,indubiè,hic author pro nobis est,sin autem existimauit,*Isern.*cōtrariæ accedere opin. excusandus est ex eo,quod ex nimia in *Isern.* obseruātia in re,quæ salua *Isern.*reuerentia cōtingit ex mutatione tēporum, errauerit ab opin. *Ann.sen.* proprij genitoris, cui magis debebat,temerè discedēdo.

Verum idem *Cons.de Anna* ex longa experientia,& consuetudine fori patrocinando,& iudicando consumatior factus, hanc nostram opin. expressè defendit,& de hac generali obseruantia attestatur, vt ita sint omnia in Regno feuda de iure Francorum, sicut in Lōbardia feuda diuidua de iure Longobardo,vt per eum in *cons.4. num. 2. & 3.& cons.*28.*num.*10.*cum seq.*latè attestans, ius Longobardum recessisse ab aula in Regno tanquam ius asininum carens ratione,vbi respōdet ex *Afflict. & Maranta ad constit.puritatem*,non esse verum hodie in Regno prius iudicandum secundum iura Longobarda, sed secundū ius Romanū,in cuius locū successit ius Francorum, & sic sublato fundamento *const.puritatem*, cui innixa sunt omnia aduersariorum fundamenta,palàm ruit eorum opinio.

Et tandem affertur insignis declaratio iuris constit. & capit.Regni nostri, quàm Regni Siciliæ,tradita per *Petr.de Gregor.de vita, & milit.cap.* 1. *ex num.* 6.*ad* 12. vbi luculenter affirmat,quod cum essent feuda diuidua de iure communi per *cap.omnes filij, & per cap.* 1.*§. præterea ducatus,* arguendo per locum à speciali, successit postea ius constitu-
48 tionum Regni, quod fecit omnia feuda indiuidua, ita quod in aliquo diuidi,aut dismembrari non possint, vt in *const.constitutionem diuæ memoriæ*,& disposuit, vt in his succedat primogenitus tantum,& non alij, vt in *constit.in aliquibus,& constit. vt de successionibus,* quod ius fuit ex inde cōfirmatum per ius Siculorum,tàm ex testamento,vt in *cap.volentes*,quàm ab intestato, vt in *cap.si aliquem*; verùm quia satis iniquū erat,vt fratres minores natu priuarentur iure sibi competenti, ex dispositione iuris communis feudorum, propterea loco portionis feudi, à qua cæteri excluduntur à successione in toto feu-
49 do indiuiduo inuenta, & introducta fuit hæc vita, & militia vigore constit. Regni *Comitibus*, ex cuius Doct. testimonio habemus euidenter ius Franco-

50 rum esse inductum per const. Reg. & cap. Regni Siciliæ, fuisse confirmatum, non inductum, & denique per *constit. Regni Comitibus*, fuisse suppositum esse iam generaliter inductum, & sic falsum est, quod DD. Siculi se fundent in cap. illius Regni, cum principaliter dicant inductum per *const. communes* vtrique Regno, sed confirmatum per cap. illius Regni, sicut etiam suppositum, & confirmatum per *cap. Regni nostri considerantes*, & in hoc rogo, pōderetur *const. Comitibus*, quæ generaliter in omnibus Comitibus, & Militibus, qui quouis modo feuda tenent, statuit præstari vitam, & militiam, supponens necessariò omnia feuda indiuidua, & idem in *cap. alienationis actus*, ibi, *pro bonis, quæ tenebat in feudum, in quibus idem supplicans secundum Regni constitutiones, moresque probatos militiam est habiturus.*

51 *D. Præs. de Franch. decis.* 73. *num.* 23. dicit per *cap. Regni considerantes*, fuisse extensam primogenituram etiam ad lineam trāsuersalem, & inductam exclusionem secundogenitorum.

52 Et pro re iudicata affertur decisio S. C. facta iunctis aulis referente *insigni, & doctissimo Cons. Io. Baptista Meliore* in fauorem Octauij Vicecomitis primogeniti in successione Castri Loseti Terræ Hydrunti, vbi quamuis Horatius secundogenitus, & hæres in testamento scriptus à communi parente allegasset, quod in dubio præsumebatur feudum diuiduum de iure Longobardo, & insteriffet cum Fisco pro remissione qualitatis feudi ad Reg. Cam. vt in bāca Carboni ex mem. Horatij fol. 115. cū instantia fisci pro remissionē à.t. & t 19. iuxta millies decisa in causa Torcini, & alijs, & nouissimè in hac causa; me tunc Fisci partes tuente, vbi offerebat probare secundogenitus in illo prædecessores vixisse iure Longobardo, & produxit in promptu in inuestitura non adesse clausulam *iuris Francorum* fol. 77. imò fuisse olim possessum per Troianum, & Ludouicum Bozzutum fratres eorum authores pro communi, & indiuiso ex assensu anni 1536. fol. 79. me quoque defendēte, & allegante pro primogenito adesse præsumptionem iuris notoriam, quæ debebar sufficere

53 in possessione, vt omnia feuda sint iuris Francorum, fuit hac ratione immissus primogenitus in possessionem Castri sub die 8. Nouembris 1616. & alio decreto 25. Februarij 617. confirmata possessio fol. 128. à.t. adeòque vrgens visa fuit hæc probatio, vt sola sufficiens fuerit habita ad victoriam in summarissimo, reseruata prouisione post modum facienda ad Reg. Cam. super declaratione qualitatis feudi, quæ calumniosè, & ad differendum petita, prout sæpè solet, visa fuit Sac. C. & exitus acta probauit in illa causa, vbi postquam secundogenitus succubuit, nusquam aliter institit, sicuti in casu contrario. In causa Lucretiæ Valignano cū D. Troiso Valignano æquite nobilissimo, et milite strenuo, cum fuisset per Lucretiam probata qualitas viuendi in certis feudis Aprutinis de iure Longobardo, & vt talia iudicata per Sac. Cōs. quamuis ex parte Troili fuisset allegata qualitas iuris Francorum, tamen decreto Sac. Cons. die 7. Iulij 1615. referente Consiliario Pagano penes Sarrum, fuit ordinatum. *Procedatur ad ea, quæ incumbunt pro exequutione decretorum Sac. Cons. articulus verò de nouo propositus per Troilum prætendentem indiuiduitatem feudi remictatur ad R. Cameram, verum ex hoc non impediatur prædicta exequutio.*

Et de hac decisione amplissimè testatur *Doctissimus feudorum interpres, & Cons. Georg. in sua prima par. repet. feud. cap.* 49 *ex num.* 7. *nouissimè impressa*, ita vt non sit amplius hæsitandum, & de successione in hoc Castro Luseti inter prædictos fratres, & alios de Bozzuto, meminit *Freccia*, licet ad alium finem post *limit. ad const. Constitutionem diuæ memoriæ, in §. superest, vt aliqua*, vbi nō aliter *Frec.* testatur, inuestituram dicti Castri, esse cum clausula iuris Francorum, neque hoc potuisset dicere con-

tra veritatem, sed firmauit quæstionē in genere in feudo iuris Francorum. Vtrum pater possit donare secundogenito cum assensu inter viuos in præiudicium primi, & dicit eueniſſe casum de facto in d. Castro Luseti, quod *Frec.* supposuit esse iuris Francorum, sicut sunt generaliter omnia præsertim Castra, vt ipse clarè affirmat in 35. *author. in fin. fol.* 367. nec aliter in *d. §. superest* assignat causam, vel rationem, quod dictum feudum constaret esse iuris Francorum aliunde.

54 Et cum hac nouissima decisione concordant antiquiores decisiones, tā pro D. Beatrice Vitellia Vrsina primogenita contra D. Virginiam secūdogenitam in successione Castri Amatricis siti in eadē prouincia vlterioris Aprutij, vbi est situ Antredochum, de quo agimus, quod Castrum fuit concessum ab eod. *Carolo V. Cæsare* de anno 1538. qui concesserat Castrum Antredochi de anno 1536. & sub eadem formula, & tenore inuestituræ, *Pro te, tuisque hæredibus, & successoribus ex corpore*, vt in proc. fol. .. Et tamen fuit prælata primogenita, non alia ratione, nisi quia, vt formaliter testatur *D. de Pont. cons.* 10. *in initio, non est dubium, quod in Regno, in quo viuitur iure Francorum in successione feudorum primogenita est illa, quæ sola succedit in feudis, habilitata enim fœmina in Regno ad successionem, præfertur primogenita, vt in constit. vt de success. vt sic dicamus habere primogenitam hodiè intentionem fundatam, nisi aduersaria ostendat exclusionem ex dotatione, aut aliter, hæc ille*, qui in fine testatur in fauorem primogenitæ decisum per Sac. Cons.

55 Et de anno 1580. pro Laudomia Como primogenita in successione Io. Francisci Como ad relationem Iudicis M.C. Velli in Collaterali eum interuentu Aulæ Sac. C. in qua residebat tunc *Cons. Cadena, postea Regens Supremi Cōs.* contra testamentum fratris, in quo erat instituta secundogenita non maritata, fuit Laudomia primogenita immissa ad successionem Terræ Carifij in Prouincia Principatus vltrà, & passus Cannatū propè Barolum, non obstante dotatione primogenitę facta à patre, non à fratre, ex sola præsumptione, quod in Re-

56 gno, vbi viuitur iure Francorum, primogenita in successione fratris, de cuius bonis non fuit dotata, excludit secundogenitā etiam in capillo per *Prag. della Filingeria*, vt ex procc. in banca de Felice.

Thomas de Marinis idem affirmat *tract. feud. de feudo hæreditario, sub num.* 26. *&* 27. *car.* 83. *& seq. & de feudo Longob. num.* 18. *car.* 123. *D. Georgius alleg.* 19. *nu.* 11. *&* 12. idemque disertissimè tradit, vt absolutum, ponderando constitut. *Comitibus*, quæ generaliter secūdogenitis concessit vitam, & militiam, *D. meus socer Cam de Medicis in cons.* 8. *num.* 8. *&* 16. *& in cons.* 59. *nu.* 3. & tandem non grauabor *citare Cons. Gizzar. decis.* 28. *num.* 10. qui pro me facit in puncto, licet contra me in causa propria, & meum Dom. & Auunc. petulāter scripserit, *Garsias etiam Mastril.* idē affirmat in *addit. ad Petr. de Greg. in d. c.* 1. *de vita, & militia, sub ver. indiuidua*, dum addit, & citat *Cannet. & Cumiam huius verisi. opin. defensores, doctiss. D. Cons. de Bottis in addit. ad const. puritatem incip. nota ius Longobardum fol.* 88. *col.* 2. *ex Luc. de Penna in l.* 1. *C. de conduct. l.* 11. affirmat, ius Longobardū

57 nullo modo esse ius com. in Regno, sed ius speciale.

58 Si igitur Doctori etiam singulari insigni attestanti de consuetudine fori præsertim, in quo versatus est, cuius scienciam habere præsumitur, credendum est. *l.* 2. *Seruius autem ff. de orig. iur. cum in fin. à Mascard. conclus.* 426. *Camill. Gallin. de verb. sign. cap.* 15. *nu.* 26. *lib.* 4. *Mysing. cent.* 5. *obseru.* 96.

59 Idque tàm in ordinatorijs, quàm decisorijs *Detian. resp.* 11. *num.* 173. *in primo, Botta cons.* 79. *n.* 14. *Pacian. cons.* 26. *nu.* 51.

Quantò magis, vbi plures eminentissimi, & in nostro foro expertissimi cumula-

mulatim testatum efficiunt, vt sunt *Ca-*
60 *pyc. Anna sen. Regentes, & Præsid. de Frãcb. de Ponte, & de Curte, Conf. Georg. & Bambac.* vltra insignes Siculos, qui ratione cõstitutionũ cõmuniũ vtriusq; Siciliæ nostrates dici possunt, cuiusmodi sunt *Pernus, Cannet. Bernard. de Medico, Cumia, Intrigl. & alij.*

His .n. vt maximis Regni Sapientibus, Consuetudinumq; nostrarum peritissimis indubiè standum est, & faciũt ipsi consuetudinem, vt in materia feudali latè *Cephal. conf.* 560. *ex num.* 17. *lib.* 4. *Vesembec. conf.* 12. *nu.* 34. *& conf.* 52. *num.* 25. *Schrad. de feud. par.* 10. *sect.* 1. *nu.* 23.

Et præsertim in consuetudine notoria *Cyn. post Iacob. Butrig. & Iac. de Aren in l.* 2. *C. quæ sit longa cõsuet.* vbi dat exemplum in consuetudine Angliæ, *vt maior natu succedat,* refert, & pluribus exornat *Mascard. de probat. cõcl.* 423. *n.* 29. & 30. vbi quod non indigeat probatione,
61 & quod etiam per vnum testem probetur consuetudo, quæ viguit, & viget in vno loco *num.* 23. & 24.

Quæ nostra cõsuetudo adeò est notoria, vt non mirum si de ea testentur nedum Regnicolæ, sed exteri, tàm antiqui, quàm recentiores, de ea enim vltra supra citatos, *testatur Bal. cõs.* 275. exordiente, *quod pro regula in feudis* post *num.* 5. *vers. item quia lib.* 2. vbi dicit ità seruatum fuisse de facto per Regem Robertum in successione feudorũ Regni Apuliæ, & sic de primogenitura in successione feudorum Regni, non de successione Regni loquitur, *refert Tiraq. in præfat. de iure primog. n.* 7.

Et nouissimè *Germanus doctis. And. Knichen in comment. de Saxon. non prouoc. iur. cap.* 3. *nu.* 104. & 175. *ex Intrigl. & de Pont.* quos citat, refert in Regno vtriusque Siciliæ *ius Francorum* seruari.

62 Quinimò generalis ferè videri potest hæc consuetudo, & propter generalitatem quoddam ius gentium constituisse videtur, quã in Hispania vigere testatur *Castr. conf.* 164. *lib.* 2. *in causa* *Maioratus D. Parafan de Ribera,* & in Anglia apud Vngaros, Siculos, Allobroges, Insubres, & ferè in tota Italia testatur *Tiraq. in præfat. d. tract. de iure primogen.* & alias Nationes refert *Cãnet. in d. extrau. si aliquẽ* §. *tex. in verbo Frãcorum, car.* 267. *latiùs Intrigl. d. par.* 1. *q.* 7. *vbi de feud. Regni Apuliæ,* & hanc consuetudinem iure diuino subnixam probat.

63 Et si aliquid dubietatis superesset, sententiæ quibus est iudicatum in dubio in Regno feuda præsumi debere *iuris Francorum*, non *Longobardi*, & ob id præferendum primogenitum etiam in prouintia Aprutij, velut interpretatiuè latæ, omninò constituerunt ius generale in Regno, *l. fin. vbi DD. C. de legib.* debet enim id seruari, quod in eodem controuersiarum genere fuit aliàs obseruatum, *l. an in totum C. de ædif. priu. Det. conf.* 383. *nu.* 8. *Surd. decis.* 88. *num.* 12.

64 Verum esto, quod etiam hodie sit necessarium in Regno probare feudi successionem regulari secundum *ius Francorum* ad hoc, vt feudum iudicari possit *iuris Francorum*, non *Longobardi*, ad finem, vt solus primogenitus succedat.

65 Tamen hoc limitatur, siue declaratur, primò procedere in bonis feudalibus simplicibus, etiam quaternatis, in quibus non cohæret iurisdictio, secus verò in castris, quia in ipsis in dubio, quis præsumitur viuere *iure Francorũ*, secundum *Isern.* quem pro singulari refert, etsi non citato loco *Pernus in notab. feud.* quod fortè fieri ratione iurisdictionis, quæ in dubio præsumitur indiuidua fauore domini tradit formaliter *Frecc. de subfeud. lib.* 2. *author.* 35. *in final. verb.* quẽ refert, & sequitur *meus socer, & dominus Camill. de Medicis in addit.* quas habeo ad pennam eius progriæ manus, *ad Isern. in* §. *præterea ducatus,* quem famosiss. I. C. & Aduocarum maximum appellat doctiss. *Conf. de Anna conf.* 57. *in arg. consilij, & conf.* 65. *in fin.*

66 Et licet *Frec.* vtatur dictione *(fortè)* non ideò minus hoc affirmare dicitur, cum sit mos vsitatus, ita respondendi apud graues DD. vt dicunt *Isern. & Feudistæ ad glo. in eodem cap. Imper. §. si quis infeudatus, super prima glo. de probib. feud. alien.* & quia sub dubio fortè respondent sepè periti, vt refert *Glo. in l. si duo ff. de recep. arbitr. Nauar. tom. 1. de spolijs cler. §. 5. n. 3. fol. mihi 95. at.*

Et ratio, quam reddit *Frec.* ne diuidatur iurisdictio, comprobari potest,
67 quod iurisdictio ipsa ex sui natura est indiuidua, & solùm exercitium ipsius diuidi potest, non ipsa iurisdictio, *Curt. sen. cons. 50. num. 15. Pirrus in consuetud. Aurel. tit. 1. §. 1. D. meus Capyc. in inuest. ver. feudorum diuisio vers. & fuit ista fol. 261.* latè *Couar. c. vlt. pract.* 99. diuisionis n. incõmoda occurrūt plura in omni re, sed pſertim in iurisdictionis exercitio, in damnum domini, & contra bonum publicum, quod versatur, vt per vnum, non per plures Reipublicæ consulatur, *cap. in apibus 7. q. 1.* adeò vt in Rebeccę vtero Esaù, & Iacob, bella gesserint, latissimè probāt *Franc. Marc. q. 232. quæritur, quando ciuitas, & Peguera decis. 20.* ex quibus colligitur data paritate arguendo de toto ad partem, easdem rationes, quæ ad exclusionem diuiduitatis Regni, & feudorum regalium, ne corpus sphæricū, diuisum destrueretur, quas considerat *Molin. de primog. lib. 1. cap. 6. & 7. Raud. resp. 2. pro Regno Portug. num. 37.* easdem quippe militare data proportione, & fortè maiores, in diuisione castri cū iurisdictione, vt latissimè docet *Tiraquel. de iure primogen. q. 4. ex num. 21. 23. 25. & seq.* & comprobatur ex dictis per *Minad. cons. 1. ex num. 24.* cum his, quæ aliàs allegaui, dū partes fisci agerem in hac eadē causa, in pūcto remissionis causę à S.C. ad R.C. & obtinui in Collaterali.

68 Et faciunt ea, quæ ex diuisione castrorum in damnum subditorum, mala obuenire, experientia compertum esse, iuxta tritum prouerbium, *dominis non benè conuenientibus, de subditorum luditur capillis, Ruin. cons. 29. num. 17. lib. 5.*

Adeò vt fortè faciliùs tolerari possit cõsuetudo, vt feudatario relinquēte plura castra, cuilibet ex filijs vnum
69 assignetur, quàm quod castra ipsa diuidantur, *Rolan. cons. 80. num. 14. lib. 1. Menoch. cons. 163. nu. 21. lib. 2. & ex nostris Paris Put. de reintegr. cap. 253. num. 13. & 15.* & experti sunt vassalli castri Iuliani prope Auersam, (licet non ex iure Longobardo, sed ex originaria familiarum diuersis dominis subiectione) mala, quæ ex diuisione experti sūt, & de notabili dāno, & præiudicio Coronæ, quod ex huiusmodi Regaliū diuisione contingit, testatur *Cabed. decis. 27. Lusitan. num. 5. par. 2.*

Secundò, *Afflict.* quem pro contraria opin. nostri citant, vt testis est *Anna fil. d. sing.* 692. in eod. loc. vbi in cõtr. ci-
70 tatur, §3. *in repet. §. præterea ducatus nu.* 33. hoc restringit, & limitat non procedere, vbi inuestitura sit cõcepta *pro recipiente, & hæredibus ex corpore,* subijcit enim *Afft. in vers. sed aduertit quod si in priuilegio nihil dicatur, quod maior natu præferatur minori natu: sed solùm dicatur tibi, & hæredibus, ex tuo corpore, & feudum sit quaternatum, tunc intelligitur secundum statutum Regni, videlicet c. cõsiderantes, quod vult, quod maior natu præferatur in successione feudi antiqui, quando frater moritur sine filijs,*
71 *quia inuestitura Regis regulatur secundū dispositionem iuris municipalis Regni,* hęc formaliter *Afflict.* citans multa.

Ex quibus verbis colligitur, quod cum in casu præsenti sit cõcessum Ca-
72 strum cum vasallis, & sic feudum quaternatum, iuxta notis. doctr. *Iser.* & sub dicta forma consueta, scilicet *pro te, & hæredibus ex corp. re,* vt ex inuestitura *Caroli V.* de anno 1536. concessionis Castri Antredochi D. de Sabellis, ex hoc patet indubiè, hoc castrū esse iuris Francorum.

Ex qua doctr. *Afflict.* sequitur, vt duæ opiniones inter se diffidentes in hoc puncto.

Vtrum

73 Vtrum in Regno in feudis viuatur in dubio iure Francorum, fœdere optimæ distinctionis conciliari possint, scilicet, quod aut inuestitura apparet cōcepta altero ex duobus modis, v3. expressè adiecta *sexus* , *& ætatis prærogatiua seruata* aut, *pro te* , *& hæredibus ex corpore*, & tunc censeatur facta concessio secundum ius Francorum iuxta formam, *cap. considerantes*, quod expressè loquitur de feudis concessis à tempore Caroli Primi, hoc adiecto, *& suis hæredibus ex corpore*, & clarius, quam per aliam legem Regni exprimitur, & ampliatur etiam in linea trāsuersali generalis consuetudo de iure Francorum, vt sentit *D. de Franch. d. decis.* 73 *num.* 23. per ea verba *primogenitura, ac masculini sexus prærogatiua seruata.*

74 Aut verò inuestitura est concepta simpliciter, *pro te, & hæredibus, & successoribus, secundum Regni constit.* & tunc cadat disputatio. Vtrum præsumatur concessio facta secundum ius Francorum, & vtilitas erit maxima, quia licet inter duas, magis consueta, & communis forma inuestiturarum Regni sit, *pro recipiente, & hæredibus ex corpore*, illa tamen in dubio non præsumitur, sed simpliciter facta, *pro hæredibus, & successoribus*, secundum formam antiquam *const. Regni*, *vt notat Iser. in locis in vnū congestis per Reg. de Pont. conf.* 3. *nu.* 73. *&* 77. *& conf.* 30. *nu.* 37. fortè, quia ante *cap considerantes*, hæc formula inuestituræ, *pro hæredibus ex corpore*, erat onerosa iuxta iniquæ interpretationis abusum, quo excludebatur frater à succes-

75 sione fratris in feudis antiquis. Nec dicatur, quod sicut concessio , *pro te, & hæredibus ex corpore*, licet consueta non præsumitur, ita pariter concessio cum iure primogenituræ licet consueta præsumi non debet, siquidem vnico verbo respondet *Loffred. conf.* 1. *num.* 117. *&* 118. *declarando doctr. Isern. in* §. *huius*

76 *autem generis*, vt consuetudo particularis concedentis non præsumatur, verum aliud sit in consuetudine generali illius Regni, vbi fit concessio. Et secundò post *num.* 118. *vers. sed in Regno*, inquit *Loffred.* quod cum in Regno diuersæ fuerint hactenus formæ Reg. Cācell. quædā enim *pro hæred. ex corpore*, quædā verò *pro hæredibus simpliciter*, nō potest potius fieri relatio ad vnam, quàm ad alteram, nec vlla lege, vel cōsuetudine est inductum, vt præsumatur

77 generaliter clausula *ex corpore*, vt est inductum, vel suppositum in clausula *iuris Francorum* per *cap. considerantes.* Et ego addo tertiò clausulam, *pro se, &*

78 *hæredibus*, esse omnino nedum diuersam, sed aduersam clausulę, *pro te, et hæredibus ex corpore*, siquidem patet hanc secundam esse magis strictam; verū tam

79 clausula iuris Francorum, quàm iuris Longobardi æquè applicari potest inuestituræ, qua simpliciter feudum concedatur, quæ tanquam inuestitura in genere, vtrique formulæ pariter adaptari potest, vnde interpretanda est à cōsuetudine generali concedentis, & Regni præsertim cum *Loffred.* testetur de diuersitate concessionum fieri solitarum, cum clausula *ex corpore*, & sine, quò verò ad clausulam *iuris Longobardi* nulla penitus reperietur facta ab aduentu Caroli Primi, vt dicitur in *cap. considerantes*, ibi, *vt omnibus forma sit eadem.*

Insuper d. clausula, *pro te, & hæredibus*

80 *ex corpore*, quamuis de communi forma priuilegiorum, siue concessionum sit in hoc Regno, non præsumitur, nisi exprimatur duplici ratione, tum quia non est de iure consuetudinario huius Regni, quinimò contraria, scilicet, *pro hæredibus, & successoribus* secundum constit. Regni, vt tradit *D. de Pont.* locis proximè citatis, & proinde non præsumitur forma cōmunis priuilegiorum, sed iuris consuetudinarij Regni huius, vbi fit concessio, vt perbellè *ex Andr. in locis in contrariū pōderatis, explicādo, docet Frec. de subf. lib.* 3. *tit. de formul. inuestit.* §. *sed postquam num.* 18. *& propriè num.* 19. *fol.* 392. *& Thomas de Marinis* sic pariter interpretando Andr. *in tit. de feudo ex pacto, & prouid. num.* 61.

verſ.secundo igitur hanc opinionem, *fol.*
81 12.tum etiam,quia d.clauſula, *pro hæredibus ex corpore*,eſt de extrinſecis feudi,& proinde non præſumitur, niſi exprimatur,ita poſt *Andr.in d.§.huius autem generis ſub num.9.& 10. Paris de Puteo in cap.240.de reintegr.feudorum num.6.fol.132.& D. de Ponte d. conſ. 3. num.76.& conſ.30.n.38.*

At in clauſula *iuris Francorum* ceſſant rationes prædictæ,ſiquidem adeò eſt de iure conſuetudinario huius Regni per *d.cap.conſiderantes*, & de intrinſecis,& natura ipſorum feudorũ,prout ex eodem *Iſern.& Luca de Penna, Affl. Anna,Cumia,Cannetio, Petro de Greg.de Medicis*, alijſque ſupra relatis abundè fundauimus, vt non immeritò ijdem
82 omnes enixè faſſi fuerint, clauſulam prædictam *iuris Francorum* præſumi in omnibus inueſtituris in hoc Regno, quamuis non ſit expreſſa , ex quibus apertiſſimè liquet maximum diſcrimen inter vnam clauſulam, & aliam,vt proinde nulla ſit faciẽda illatio de vna ad aliam.

83 Conſtat autem in opinionum conflictu,omninò proponẽdam, & amplectendam illam, qua diſtinctionis fœdere diſſidentes concordantur.

Præterea, conceſſo (citra veritatis præiudicium) quod aliter ſit probandũ Caſtri ſucceſſionem ſubijci iuri Francorum,in præſenti caſu hic vſus euidẽtiſſimè probatur,ex authenticis, & fo-
84 renſibus ſcripturis,& obſeruantia,quæ priuilegia quæcumque cõceſſiones, & inueſtituras ambiguas, nedum declarat,ſed ampliat, reſtringit, alterat, & mutat,*l.ſed Iulianus 9.§.proinde*, *ff.ad Maced.* & nuncupatim in conceſſionibus feudalibus,*latiſſimè Andr.Knichen. Germ.de veſtiturarum pactio.par.1.cap. 1.ex n.207.& 209.*

85 Idque probatur.Primò,ex vſu,& obſeruantia obtenta in ſucceſſione propria huiuſmet Caſtri Antredochi penes hos Dom.de Sabellis, qui hodie hoc controuertunt, quod eſt propriè, quod dicit conſt.*inter eos, qui viuũt in Regno ſpeciali iure Frãcorũ* iuxta intellectum *Cam.in §. præterea ducatus in dialogo fol.108*. Porrò deſumitur certa, & indubitata de qualitate rei in feudũ conceſſæ interpretatio ex vnico actu, qui poſtmodum ſubſequentibus formam,& obſeruantiam perpetuò ſuggerit,*Knichen vbi ſupra num. 211.*

86 Secundò ex vſu familiæ præd. de Sabellis in omnibus Caſtris per eam poſſeſſis in Regno etiam in Aprutio.

87 Et tertiò tàndem,non ſolùm ex vſu conuicinorum, & circumadiacentium caſtrorum; ſed & eorumdem Caſtrorũ de eodem Comitatu Ciuitatis Aquilæ,quę cum eodem iure,& tempore fuerint deuoluta ad Regem, quo Antredochum vnum quidem ex Caſtris eiuſdem Ciuitatis,& factis pluribus ipſorum conceſſionibus,& vẽditionibus ferè omnibus,ſub eadem formula, *pro te,& hæredibus ex corpore*,non aliter expreſſa primogenitura, fuerunt ſemper habita,poſſeſſa, & deuoluta in omnibus ſecundum ius Francorum, & ſemper primogeniti ſucceſſerunt, & renouationes inueſtiturarum obtinuerunt ſoluto ex more releuio , præuia liſta, excluſis ſecundogenitis.

Et ita pluries obtentum, & iudicatũ præuijs teſtium depoſitionibus, alijſq; probationibus cum fiſco legitimo cõtradictore, ſcientibus ſecundogenitis, qui poterant habere intereſſe, & non contradicentibus, imò ipſis poſitiuè conſentientibus, & ex deſcriptione in
88 Reg. Cedulari, & in quaternionibus Reg.Camerę,adeò vt,quę ſingula prodeſſent,ſimul vnita cõcurrant ad oſtẽdendam hanc notorietatem.

89 Inter varios quidem modos,quibus id legitimè probari poſſe concedunt noſtrates,ille præcipuè, & inter alios inſignis eſt,ſi probetur,quod aliquis ex prædeceſſoribus habens fratrem vnũ, vel plures ſecundogenitos, ſucceſſerit in feudo tãquam primogenitus, & feudum poſſederit ipſe, & eius hæres legitimus ſucceſſor ſpatio triginta ann. videntibus, & non contradicentibus ſecun-

secundogenitis; cē ferretur enim ex hoc inductum ius primogenituræ sufficiēs, ad hoc, vt successor excludat fratres secundogenitos, quibus nocere debet factum antecessoris præscribentis hunc vsum iuris Francorū, vt latissimè simul, & clarissimè præter morē, firmat *Iser. in d.§.præterea ducatus post nu. 37. vers. bis deficientibus, per tres col. vsque ad nu. 38. in fin. vers. sed si dicitur*, quē, re discussa, sequitur *Afflict. ibid. ex num. 39. ver. sed iusta hac ponitur, vsque ad n. 44.*

90 Idque vel acquiritur primogenito ex præscriptione, in qua sufficit semel euenisse, quod prædecessor tanquam primogenitus successerit, & feudum spatio 30. annorum possederit sciente secundogenito, quod quidem sufficit, & tutum est, licet tutius esset, si plures actus intercesserint, sed non ex hoc sequitur, quin vnicus actus sufficiat, quia sufficere vnum actū expressissimè docet *Isern. d. loc. num. 37. in fin. ante addit.* cuius verba recitat *Afflict. post n. 41.* qui ità constanter asserit *Isern.* firmare, vel etiam vigore consuetudinis, quæ tametsi regulariter requirat plures actus, ipsorumque frequentiam, tamen

91 interdum etiam cōsuetudo inducitur per vnum actum non momentaneum, sed causam habentem successiuam, cuiusmodi est, cum primogenitus feudū possedit triginta annis, vt ex *notab. tex. in cap. cum de beneficio de præb. in 6. probat vltra Isern. Affl. d. loc. num. 42.* inducendo, vt per eum, & ratio esse potest,

92 quia agitur de inducenda, & præsumēda qualitate, non de alterāda, siuè mutanda substantia, sicut in simili, licet

93 mandatum ipsum ex lapsu cuiuscunq; temporis non præsumatur, inducitur tamen ex tempore præsumptio qualitatis mandati, *Deci. cons. 297. num. 3. Gabriel. de procur. concl. 1. num. 16. limit. 8.* cum alijs congestis circa præsumendam qualitatem in genere à *Surd. decis. 322. num. 71. & cons. 168. n. 7. in primo.*

Et ab hac opin. non discedit, imò confirmat *Iser.* eamq; declarat in *seq. addit. incip. Nunquid sufficit*, & in specie *num. 38. cum seq.* & eam exemplificat *in vers. Secus si Titius, & in vers. hoc indubitanter*, restringit hoc benè procedere in feudo hæreditario, secus in feudo ex pacto, in quo pater nō nocet filijs, licet in exemplo cōcessionis feudi hæreditarij ex *Pil. & Bulg.* sit controuersia inter DD. circa sensum verborū *Iser. de quo latè Loffred. cons. 1. num. 141. cum seq.* quæ res est satis diuersa à principali nostra conclusione per *Isern.* expresse firmata, & declarata.

Et ita cum *Iser. & Afflict. intelligit doctr. Iser. & eum sequitur Tiraquel. de iure primog. q. 30. num. 6. & 8. Lipar. ad Iser. d. loc. post num. 37. lit. B. cum seq. & lit. F. car mihi 168. col. 1.* Nec silentio *ibid. Camer.* licet obscure loquatur *in suo dialogo car. 108. col. 1. lit. D. vers. ignoras fortassis*, & ex externis ad idem affert *Iser. & Afflict. Fulu. Patian. de probat. lib. 2. cap. 36. nu. 17. & 18.* modo allegetur titulus iuris Francorum, & probetur ex tricennali possessione, & in casu cōtrario, quod regalia indiuidua,

94 efficiantur diuidua ex tempore motus ex eod. *tex. cap. cum de benefic. de praben. in 6. Cabedus decis. Lusitaniæ 27. num. 5. par. 2.*

Vndè, cum in præsenti casu ex nota facti appareat Castrū Antredochi fuisse concessum ab Imperatore immort. mem. Ioan. Baptistæ de Sabellis, qui decessit de anno 1551. relictis quinque filijs, cui successit in hoc feudo Federicus velut primogenitus ex clericatu Iacobi Card. primogen. & Feder. iterū successit Virginia filia de anno 1554. quæ pacificè possedit, vt legitima hæres, & vnigenita Federici patris, vsque ad annum 614. quo vendidit Castrum Ioanni Bādini, quo anno lis fuit incepta de anno 614. per filios Berardini fratris Federici cōtra emptorem, & sic interstitio ann. nedum 30. sed 60. interueniente nedum primo actu succedēdi Federici velut primogeniti, sed altero etiam Virginiæ filiæ, quæ tam per se, quàm per Columnam, & Vitellium suos

suos viros successiuè possedit Castrum videntibus, & consentientibus fratribus, & patruis, admistis pluribus actibus, etiam iudiciarijs positiuum, expressumq; consensum inducentibus, de quibus in nota facti, absque dubio nedum consuetudine, sed perscriptione inductum censebitur ius Francorum, siquidem, quod successerit Federicus solus Io. Baptistæ patri, ex eo redditur penitus in dubium à posteriori scilicet, quia postmodum Federico Patri successit Virginia filia: si enim non successisset Io. Baptistæ Federicus solus; sed cum eo simul successissent reliqui fratres Federici saltim laici, qui plures erant, impossibile prorsus fuisset castrũ Antrodochi præsertim integrum ad
95 Virginiam peruenisse: successio enim non fit per saltus, & ideo non potest, quis succedere, nisi præcedens in gradu successerit, *Bald. in cap. 1. §. & quia vidimus nu. 12. qui feud. dar. poss.* & quia
96 filius sumit imaginem succedẽdi à patre, & succisa vena deficit cursus, vel fluxus succedendi, *Surd.* amplissimè omninò videndus *cons.* 85. *post num.* 10. *in primo*, vbi multa ad propositum, &
97 quia radice infecta impossibile est ramos pullulare, & qui primitiua inficit deriuatiua omnino excludit *Mieres de maior. 2. par. q. 2. num. 23. Casanate latè cons. 8. num.* 19. quinimò Virginia tãquam fœmina de iure communi feudorum fuisset penitus exclusa, & sic neq; partem aliquam ipsius feudi habuisset.

Nec oberit si opponatur, vt audio, quod per mortem Berardini, relictis filijs minoribus, siue pupillis, nõ potuerit compleri præscriptio iuris Francorum, *iuxta reg. l. fin. C. quib. ex caus. in integrum, restitutio non est necessaria.* Dicimus enim, hoc motiuum nullo modo obstare; siquidem Bernardinus Sabellius moritur die 24. Decembris 1590. quo tempore præscriptio erat iam vndique completa, vtpotè elapsis nedum triginta, sed triginta nouem annis ab anno 1551. quo decessit Io. Baptista, vt legitur in processu fol. 26. seu 27. iũcto fol. 69. & sic etiamsi Bernardinus decesserit, relictis filijs pupillis, siuè in-
98 fantibus nihil obesse potest præscriptioni iam perfectæ completæ. Et sic ex prædicto facto nõ opus est ingredi iuris articulum, si præscriptio cæpta contra maiorem currat cõtra minorem, & si opus sit, restitutionem proponere infra legitima tẽmpora, quæ in præsenti casu nullo modo fuit proposita. Et si iterum opponatur, quod præscriptio currere non potuerit ex minori ætate Berardini tempore mortis Io. Baptistæ patris. Dicimus, quod tametsi Bernardinus remansisset ann. quinque, adhuc maior esset tempore, quo præscriptio sibi nocere potuit.

Nec obstabit, quod Virginia in annis 68. & 69. proposuerit in S. C. iudicium iactantiæ contra Berardinum patruum ad proponendum iura, & quod Romæ fuerit notificatum eidem Berardino.

99 Siquidem certum est, præscriptionẽ triginta, vel quadraginta annorum cũ bona fide fine titulo, per quam acquiritur vtile dominium, non interrumpi per solam citationem, secundum opinionem *Panormitani*, verùm requiritur litis contestatio, vt latè probat *Balb. de præscript. in 3. par. sexta, & vlt. partis principalis in 4. q. ex num. 7. cum seq. fol. mihi 219. in paruis, vbi Balbus num. 8. vers. & subdit*, dicit, hanc limitationem esse maximi effectus attento, quod cũ hodie in vtroque foro correcta sint iura de mala fide loquentia, & sic nulla præscriptio currit cum mala fide; pro-
100 inde citatio nunquam sufficiet ad interrumpẽdam præscriptionem. Et amplius addit *num.* 22. quod in casibus,
101 in quibus præscriptio interrumpitur per citationem, limitatur quãdo actor, qui fecit reum citare, non comparuit deindè in termino, vt quia nõ fuit prosequutus: ita vt iudicium fuerit circumductum, iuxta tex. in *l. & post edictum, §. 1. ff. de iudit. cum ibi not. cum alijs per Balbum d. q. 4. n. 22.* quod proprie contingit in casu nostro.

Item

Item limitatur,vt in casibus, in quibus citatio interrumpit,non interrumpat tamen in iuditijs extraordinarijs,
101 cuiusmodi est, vt ipse exemplificat, cum quis obtinet,vt testes recipiantur ad futuram rei memoriam lite non cõtestata propter periculum imminens iuxta formam *cap. quoniam frequenter, vt lite non contest. Balbus ex Butrio, Felyn.& alijs in d.4.q.num.30.vers.8.limi-*
103 *tatur*,& simile est iuditium iactantię, vbi non simpliciter, & iuxta ordinariã formam,& stylum iuditiorũ,actio præcisè proponitur,per quam actor intendat aliquid ab aduersario dari,vel fieri: sed conditionaliter, quatenus aduersarius iactet se habere ius, & nõ aliter.
104 Limitatur & tertiò, vbi non proponitur actio, sed exceptio, quia per exceptionis obiectum, nullo modo interrumpitur præscriptio: *Balbus d. loc. num.38.vers.quaro iuxta predicta*; sed proponens remed.*l.diffamari*, verè est reus,& non actor attento fine, & effe-
105 ctu, & hæc est vera opinio *Capyc.* & aliorum contra *Afflict.decis.*268. vt ibi latiùs prosequitur *Vrsill. dicens ita pluries iudicatum post num. 2. cum innum. per Cons.de Anna cons.*58. *num.* 9. si igitur est reus, ab ipso propositum in iuditio est exceptio,non actio,& sic nullo modo interrumpit præscriptionem.
106 Secundò citatio,etiam sola non interrumpit pręscriptionem, quando citatio est generalis ad respondendum in iure,vel petitionibus, nulla expressa certa causa,& maximè libellus in iuditio iactantiæ, in quo nihil proponitur, adeò, vt dubitetur, si proponens sit actor, vel reus, nam citatio certa esse
107 debet, vt pręscriptionem interrumpat,alioquin nec inducit litis pendentiam, *Clem.fin. in fin. iunct. glo.vt lite pend.Bart.in l.fin.ad fin.C. de annal.except.Balbus d.q.4.num.*23.*vers.tertiò limitatur*,vbi *num.*24 *vers.sed communis*,
108 probat,quod sola libelli oblatio non sufficiat ad interrumpendam præscriptionem;siquidem solus libellus absque citatione non est de processu, nec de actis,nec inducit litis pendentiam. Et sic respondetur ad libellum oblatum per Bernard. Sabell. de anno 80. qui non fuit vllo modo intimatus.
109 Secundò euidenter probatur ius Francorum ex vsu familiæ.*Isern. in d. §.praterea ducatus num.*37.*vers.sed quomodo,vbi Afflict.nu.*38.*in fi.Camer.in dialog.cart.*107.*col.* 4.*lit.T.vers.pone familiam,cum alijs per Intrigl. de feud.p.* 1.*q.*7.*num.* 17. constat enim,consuetudinem, & formam viuendi,posse induci per familiam,& introductam seruandam esse omnino *Vuesemb. Mmsin-*
77 Consuetudo à moribus causatur; & ius Francorum ab omnibus feudistis mos appellatur; differens à more Longobardorum, & differt à præscriptione.

78 Præscriptio principaliter nõ respicit mores, sed res, & bona, & differt à consuetudine.

79 Consuetudo propriè dicitur, quæ tendit ad inducendum ius de nouo, quod non est: præscriptio verò tendit ad tollendũ ius, & dominium iam inesse productũ, & alteri acquisitum: aliæ differentiæ ponuntur. nu. 80. 81. 82. & 83.

84 Consuetudo dicitur, quæ respicit ius publicum.

85 Feuda de publico sunt introducta, & in iure publicò versantur, & sunt iura Reip. & n. 86.

87 Consuetudo est longè satis fauorabilis, quam præscriptio, maximè verò deferens successionem primogenitis n. 88.

89 Consuetudo non indiget allegatione ipsius in iudicio tanquam notoria.

90 Consuetudo tanquam fauorabilis est extendenda de casu ad casum etiam in materia exorbitanti.

91 Iserniæ doctrina promiscuè vtentis consuetudinis, & præscriptionis verbo, explicatur.

92 Consuetudo recipit vires ex tempore, quia præscripta.

93 Consuetudo inducitur per binum actum.

94 Consuetudinem probandi modus affertur ex Andrea.

95 Effectus succedendi iure Francorum potius consuetudini præscriptæ, quam præscriptioni tribuendus est.

96 Ius Francorum moribus est introductũ.

97 Primogenitus habet electionem, vt innitatur cui vult, scilicet præscriptioni, vel consuetudini præscriptæ notoriæ.

98 Præscriptio, & consuetudo, & si in multis differant; non tamen sunt contraria inuicem: vnde simul allegari possunt, & ideo datur electio primogenito.

99 Consuetudo secundum Canonist. debet esse præscripta.

100 Exceptio vt specificè, & nuncupatim proponatur, nihil interest, cum sufficiat factũ taliter proponi, quod ex eo oriatur exceptio; licet specificè nõ exprimatur.

101 Quod tacite inest, habetur pro expresso, etiam in libellis, & exceptionibus.

102 Ius aliquod consuetudine inductum nõ eget probatione scientiæ, & patientiæ aduersarij.

103 Scientia, & patientia præsumuntur, & varijs probãtur modis: vtraque autem colligitur ex coniecturis, & præsumptionibus.

104 Scientia præsumitur ex coniunctione sanguinis, & habitatione in ead. Ciuitate, & familiaritate.

105 Vicinus præsumitur scire facta vicini.

106 Temporis lapsus loco scientiæ habetur, & patientiæ.

107 Scientia Tutoris in præscriptione nocet pupillo.

Pro eadem D. Marchionissa Bandina in ead. causa.

ARGVMENTVM.

Inuestitura carens clausula *Iuris Longobardorum*, & *Iuris Francorum*, quomodo in dubio sit interpretanda in Regno post *Constitutiones, & Capit. Consideratas*, & de intellectu diuersatum clausularum, quæ apponi consueuerunt in inuestituris, & quid distet inter cõsuetudinem, & præscriptionem, & an sint inuicem cõtraria, quomodoque inducatur litis pendentia per citationem, vel libelli oblationem ad interrumpẽdam præscriptionẽ, perspicuè tractatur.

CONTROVERSIA II.

VT facti nouas cõsiderationes, quas relata causa in supremo Collaterali superaddendas existimauimus ad repellenda, & excludẽda omninò aduersarij fundamenta nobis non ignota iuris quadam cohærentia vestiamus, subscripta iuris, quædam miscellanea ad fulcienda motiua, reuideri rogo.

1 Primò, aduertendum puto aduersarij Achillem in eo consistere. Omnes s. inuestituras, in quibus nõ est expressa clausula *sexus, & ætatis prærogatiua seruata*, accipiẽdas esse, vt successio regulari debeat pnecesse *Iure Lõgobardo*.

2 Huius quidem assumpti falsitatem, quamuis credam ex prioribus scriptis latè detectam, corruit insuper palàm data instantia, siquidẽ in omnibus quidem feudis, in quibus in Regno notissimum est feudatarios viuere *Iure Francorum*, nihilominus inuestituræ legũtur simpliciter cõceptæ absque dicta clausula, sicut est nostra inuestitura Antredochi, quod quidem est adeò compertum, vt alia probatione non egeat, & constat ex in numeris inuestit. in actis ex vtraque parte productis, ergo somnium est asserere, quod facta inuestitura simpliciter intelligi debeat iuxta morem Longobardorum. Aduersarius autem supponit in hoc assumpto pro indubitato id, de quo potissimè disceptatur, si etenim verum esset, quod per eum falsò asseritur, sequeretur feudorum indiuiduitatem, siuè Ius Francorum in illis feudis, in quibus constat illud vigere, non oriri, nec dependere ex vsu, & consuetudine sic viuendi eo iure, sed solùm ex pacto expresso, & lege adiecta in ipsa originali inuestitura, vbi fuisset expressè datum feudum sub clausula, *Iuris Francorum, sexus scilicet, et ætatis prærogatiua seruata* aliter enim iuxta partis assumptum, semper, & vbique intelligeretur, hoc nõ adiecto, necessariò concessum feudum sub natura diuidua iuris Longobardi, & sic in totum tolleretur facultas probãdi, quod viuatur *Iure Francorum*, & modi probandi, tàm vsum Francorum, quàm Longobardorum, restricto hoc, & limitato solũ ad genus probandi ex pacto expresso in inuestitura, quod quidem cum nedum sit notoriè erroneum, sed euidenter falsum iuxtà omnium receptis. traditiones, & etiam eorum, quorũ testimonio aduersarius vtitur, qui nunquam id ausi sunt attentare, nec somniare, immò communi fatentur ore in-

4 uestituram simpliciter factam, nulla scilicet facta expressione vnius, vel alterius iuris, tanquam generalem saltim, & æquiuocam, accipi posse secundum *Ius Francorum*, vel *Longobardum*, iuxtà vsum, qui ab inuestitis viuentibus, scilicet vno, vel altero iure, vel secundum locum, siuè prouintiam, vbi feudũ fuerit situm, & sic prout ex cõsuetudine interpretatiua fuerit declaratum, & præsertim iuxtà morem, quem ab initio ortus, & generationis dubia ipsa inuestitura receperit à personis, vel loco proprio, aut conuicinorum castrorum, vel à capite Prouintiæ, siue Regni, cuiusmodi est nostra Metropolis, à qua consuetudo deriuatur ad omnia loca eius-

eiusdē Regni, etiā vbi nunquā fuit obseruata *Oldr. Crau. Rol. apud Rimiu. iun. conf. 68. nu. 29. l. 1.* in Regno autē constat nos viuere omnes Iure Frācorum, vt præter aliàs allegata, est insignis lo-
5 cus *Iser̃n. in Constit. in aliquibus sub nu. 15. col. 12. sub verf. sed quomodo probabitur.* Ex hoc planè detegitur inconuin-
6 cibilis error aduersarij, dum eò tendit, vt planè neget, ad nihilum prodesse vsum, & cousuetudinem interpretatiuā ad declarandum tenorem inuestituræ dubium, & æquiuocum; sed solum ad hoc prodesse pactum expressum, quo solo induci posse credit, vt inuestitura censeatur reddere feudum indiuiduū *Iuris Francorum*, quo deficiente omne feudum remanet diuiduum, & tamen quanta in iure sit, uis, & potentia con-
7 suetudinis interpretatiuæ, omnes norunt, vt quæ non solum dubium inuestituræ tenorē declarandi vim habeat, sed immo etiam contra expressa verba illam alterare, commutareq; possit. *l. sed Iulianus §. sed proinde ff. ad Maced.* præsertim in cōcessionibus feudalibus *Rimin. Iun. conf. 257. n. 107. lib. 3. Menoch. conf. 331. n. 21. & conf. 598. nu. 2. Raud. resp. 18. n. 34. in 2. Morot. resp. 29. n. 26.*

Minùs obstat, quod ex aduerso ponderatur, scilicet ex clausula in præsenti inuestitura adiecta apparere feudum
8 Antredoci esse de Iure Longobardo, ibi, *eaque omnia in totum, vel in partem vendere, alienare, permutare, donare, in dotem dare, & de eis, tàm inter viuos, quā in vltima voluntate facere, disponere possint, & valeãt, vt de re feudali nostro Regio Assensu, & beneplacito interueniente fol. 60. & propriè fol. 62.* dum enim est concessa potestas alienandi in totum, vel in partem, & tàm inter viuos, quā in vltima volunrate, ergo censetur cōcessa diuisio *Iuris Longobardi.*
9 Primò, enim dicimus, hanc clausulam, si hoc ex sui efficacia valeret significare, adhuc nihil operari tanquam in exequutiuis adiectam, vt in puncto de hac clausula *ad habendum tenēdum, &c.* adiecta in inuestitura post *Osasch. decis.* *164. D. de Francb. decis. 6. num. 7. De Pont. infr. citand. conf. 57.*
10 Dicitur autem clausula adiecta in exequutiuis, quando est adiecta in parte inferiori inuestituræ inter alias clausulas exequutiuas; & in puncto, quod dicatur clausula prædicta adiecta in exequutiuis, quando est adiecta post clausulā *inuestientes eund. Ioannem Baptistam, &c.* prout fuit factū in casu præsentis inuestituræ, vbi est adiecta post clausulā *inuestiētes, &c.* fol. 61. at. aduertit in specie *Osasch. d. dec. 164. n. 3. & 4.*
11 Secundò tantum abest, vt ex dicta clausula colligi possit, feudum censeri erectum, vt possit diuidi *Iure Longobardo*, vt potiùs ex eademmet clausula resultet feudum censeri indiuiduum *de Iure Francorum.* Siquidē eo ipso, quod conceditur facultas alienandi in totū, vel in partem, idque, tàm per actum inter viuos, quàm in vltima voluntate; Regio tamen assensu interueniente, vt subijcitur in nostra clausula, ex hoc solùm, si aliàs inuestitura non esset intelligenda secundum generalem Regni consuetudinem, debet intelligi cōces-
12 sa secundum *ius Francorum*, vbicūque enim in alienatione, vel diuisione facienda requiritur assensus hominis, illicò excluditur successio diuidua secūdum *Ius Lōgobardum*, quia diuisio feudi Longobardi inter descendentes, vel alios feudi successores nullo penitus eget assensu legis, vel consuetudinis admittentis diuisionem, iuxta not. per *Loffred. conf. 9. num. 18. & Lanar. conf. 61. num. 6.* & sic concessa licentia diuidendi, tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate, quo casu assensus Regis
13 omnino requiritur, licet Rex teneatur assentire, nisi adsit iusta causa recusandi, vt tanquam receptum tradit *Camer. in cap. Imper. car. 29. col. 3. & 4. & car. 30. lit. B. C.* excluditur successio de Iu-
14 re Longobardo, quæ fit ipso Iure inter successores absque vllo assensu, *vt in cap. omnes filij si de feud. defunct. milit.* & *in cap. 1. de natur. success. feud.* vnde ex hac sola clausula, si aliud non occurre-

 ret,

ret, feudum probaretur indiuiduum, & 15 maximè, quia additur in dicta clausula *disponere possit, vt de re feudali Regio tamen assensu interueniente*, & sic, vt de re feudali iuris Francorum, in qua in alienatione in vltima voluntate requiritur assensus.

Accedat & tertiò, quod & si prædicta deficerent, clausula iam dicta nullo modo in casu præsenti potuisset efficere 16 feudum diuiduum; siquidem cùm ex clausula prædicta non censeatur, nisi concessa facultas, siue potestas diuidendi, vt patet ex verbis ibi *(disponere possint, & valeant)* ex receptissima DD. sententia dicta clausula nihil omnino operatur, nisi sequuta cum effectu alienatione, vel diuisione, & sic vbi facultas concessa sit deducta ad actum, & nō aliter, ita omnes ferè Ciuilistæ post *Bar. in l. qui Romæ §. duo fratres q. 8. n. 21* 17 *ff. de verb. oblig.* vt per dictam clausulā nunquam censeatur derogatum fideicommisso, neque facta ipsius diuisio, nisi sequuta diuisione actuali, *Thob. Nonius cons. 106. nu. 12. et 13.* vbi *n. 14.* loquens in re dotali, probat interim, non sequuta alienatione, permanere rem dotalem cum sua priori natura, donec mutetur, *concord. infinitos ex recepitiss. opin.* refert *Sfort. Oddus in repetit. d. §. duo fratres in tract. ipsius nouiss. de fideicommiss. q. 9. art. 6. nu. 135.* & conferuit dicta per eundē *ead. q. 9. art. 3.* vbi probat generaliter per dictam clausulam, non censeri remissum ius fideicommissi, & iterum *art. 7. nu. 167.* vbi latè probat debilem admodū, & inefficacem esse virtutem, sine effectū dictæ clausulæ, vt quia apponi censeatur ex 18 stylo, & formularijs Notariorū, vt per eum *d. art. 3. nu. 68. & 112.* vbi *cum infinit.* sequitur *decis. prædict. Dom. de Franch. decis. 6. nu. 7.*

Et hoc potissimè procedere in feudalibus, vbi de hoc esse casum in *c. 1. de eo, qui finem facit agnato*, testis est in puncto *Peregr. de fideicomm. art. 52. post nu. 44. uers. ego autem*, vnde cùm in casu præsenti Io. Bapt. Sabellius, aut alius ex successoribus feudum Antredochi diuiderit nec somniauerit inter viuos, nec in vltima voluntate. Quinimmo Io. Bapt. cum in cæteris Castris Campaniæ instituerit omnes filios æquis portionibus fol. 69. de Antredocho nullum verbum fecit, sciens illud ad primogenitum de iure Francorum deferri nulla dispositione valenre, nec manente, ex hoc apertissima probatio resultat, Antredochū fuisse indiuiduum etiam ex voluntate acquirentis, qui iuxta motiuum partis potuit diuidere, quod nos negamus, & nō diuisit, vt supra.

Quarto, dicta clausula est adeo de stylo, & formulario inuestiturarum, vt passim legatur in omnibus inuestituris, quas ex vsu, vel etiam lege, & pacto inuestiturarum constat esse iuris Francorum, vt optime de inuestituris Ferdinandi primi, & aliorum Regum se curiosè obseruasse testatur *Reg. de Ponte cons. 57. nu. 55. & 56.* vbi optimè, nihil operari tanquam non adiectam in corpore gratiæ, & dispositionis, & hoc esse indubitatissimum, vt latè per eum.

Secundò, principaliter non obstat ex iudicio iactantiæ per Virginiam moto contra Berardinum patruum, fuisse præscriptionem interruptam.

Nam ex nota facti nouissimè eliciti quāplures resultant iuris considerationes notatę in controu. prius impressis, quę optimè ex dicto facto solidantur, ex quibus probatum est remedium prædictum non potuisse præscriptionē, siue consuetudinem interrumpere, & in specie detegitur, non fuisse iudicium prædictum intentatum per Berardinū cōtra Virginiam possedritricem, ex quo 19 in mala fide potuisset constitui, vnde oritur interruptio. Virginia autem posseditrix tanquam de suis iuribus tuta iudicium prædictum proposuit prouocando potius Berardinum, vt si quod ius habuisset, & sic sub conditione si habuisset demonstrasset, qui cùm nullam voluerit proponere, nec proposuerit prætensionem, ex hoc magis Virginiam in bona fide firmauit.

Verissima

19 Verissima est enim opinio (vt hoc prioribus scriptis addam) præscriptionem triginta, vel quadraginta annorũ, (si hæc sit præscriptio; vt aduersarius
20 contendit, non consuetudo) non interrumpi sola citatione *tex.* aperti, necnon DD. vt *Guid. Pap. Balb. Bonius, Gozad. & Roland. in specie conf.* 79. *nu.* 30. *lib.* 1. quos ad hoc citat *Surd. dec.* 5. *nu.* 3. vbi probat *nu.* 10. hoc potissimè procedere
21 in præscriptionibus mixtis, vbi quod mixta dicatur præscriptio 30. annorum cum bona fide, & maximè si concurrat etiam titulus habilis, ita testatur decisum contra Fiscum Ducis Mãtuæ, & *Roland. d. conf.* 79. *nu.* 30. dicit communem esse opinionem, vt interrumpatur per litis contestationem: ita vt non sit curandum *de Gozad. conf.* 56. *nu.* 12. qui saluari potest, vt loquatur in alijs præscriptionibus, in quibus tametsi sola citatio sufficiat, requiri-
22 tur tamen, vt sit exequuta, parti insinuata, & transmissa: quia aliàs citatio nõ valet, nec interrumpit *Sur. d. dec.* 5. *n.* 2. *in fi.* & *nu.* 3. quia non inducitur litis
23 pendentia, & si sit ordinata citatio, nisi à nuntio fiat relatio.

Et quod citatio nõ debeat esse generalis, vt fuit, ista (ad proponendum iura, si qua haberet) sed certa, & specialis, aliàs si generalis sit, & obscura, nullo modo interrumpit, *clem. fin. iuncta glo. vt lite pend. Surd. num.* 4. & 5. & quod nisi reus certificetur, non valeat, nec interrumpatur præscriptio, & *n.* 5. *in fine*, quod citatio etiam facta in
25 iudicio, nisi sit certa, & in nullo deficiens non interrumpat; tantò minùs quiuis actus extraiudicialis, etiam qui deuenerit ad notitiam aduersarij, vt sunt litteræ familiares missæ, vel protestationes, & *n.* 7. addit, quod nec sola libelli oblatio, sequestratio, vel citatio ad recipiendum testes ad æternam rei memoriam, nec per generale proclama, vt ex *Guid. Pap. Alciat. Balb. & alijs subijcit Surd. d. dec.* 5. *n.* 7. & *nu.* 10. *in fi.* & nõ sufficere, quod sit libellus porre-
26 ctus, nisi subsequuta fuerit citatio, & *nu.* 8. quod non sufficiat, litem esse motam, nisi sit instituta actio, contra quam præscribatur, quæ si procedunt, vt certa debeat esse citatio, cùm aduersus possessorem præscribentem instituitur actio, fortiùs cùm ipsemet possessor actionem instituit ad se certificandum, quæ magis exceptio dicitur, quàm actio, vt aliàs probauimus.

Eoque magis cùm post vndecim annorum interstitium porrexerit libellũ in S.C. procurator generalis ad omnes lites Berardini, & sic tempore, quo instantia erat perempta spatio triplicati temporis. Ideò etiam si intercessisset litis contestatio, quæ facta non fuit, pere-
27 mpta fuisset vna cum omnibus actis, & nullum effectum producere potuisset, *Bart. in l. cùm lite mortua, ff. iudic. solu. Anna sing.* 129. *incip. Clericus.*

Et licet Virginia dubia de eius intibus fuisset; sicut è contra semper certissima fuit, nec etiam in mala fide con-
28 stituta intelligeretur, dubius enim de restitutione restituere non tenetur, quia
29 conscientia dubia non causat malam fidem, secundum *glo. in cap. fin. ver. nulla, vbi Felin. late nu.* 9. *de præscript.* quia
30 bonarum mentium est ibi culpam timere, vbi culpa non reperitur, *cap.* 2. *de obseruat. ieiun.* cum infinit. à *Patiano de probat. par.* 1. *cap.* 53. *nu.* 54. sed vel censeti debuisset in bona fide, secundum *glo. in cap. vlt. & cap. si diligenti, de præscript.* vbi hoc affirmat *Panormit. in d. cap. vlt. nu.* 39. vel ad summum licet dubitatio posset impedire initium præscriptionis, non tamen vnquam super-
31 ueniens dubitatio impediet præscriptionis cursum, siuè progressum, secundum *Bart. Felyn. & al. os*, quos congessit *Couarr. in regul. possessor.* 2. *par.* §. 7. *nu.* 3. & 4. *de regul. iur. in sexto:* licet ex lite mota per ipsam nulla dubitatio, sed sui
32 iuris certa opinio resultet, & quod dubius æquiparetur ignoranti, & dicatur habere bonã fidem, probat plenè *Surd. conf.* 528. *nu.* 42. & 43. *lib.* 4.

Tertiò non obstat, quod deficiat cõsuetudo, quia non est vniuersalis, ex eo;

quod negari non possit, in multis feudis Regni obseruari diuisionem in successione iure Longobardo, ex quo sequitur, quod si in quibusdã feudis Regni viuitur iure Longobardo, ergo cõsuetudo *iuris Francorũ* nõ est vniuersalis, & consequenter non præsumenda.

Ex supradictis enim prompta est resolutio; primò negando, non posse cõsiderari consuetudinem generaliter, vel etiam vniuersaliter introductam, vt in feudis succedat primogenitus, ex eo, quod in paucis, vel etiam paucissimis obseruetur diuisio.

Secundò, hoc maximè procedit, cũ non dicatur hoc simpliciter, sed cùm
34 aliqua restrictione, v3. in omnibus feudis concessis, vel erectis post *Constit. & cap. considerantes*, & præsertim sub formula, *pro te, & heredibus ex corpore*, subintelligi clausulã indiuiduitatis, secundum Regni generalem consuetudinem, *veteribus autem feudis antea concessis illo iure, ac vsu manentibus, prout prius erant*, vt dicitur expresse *in d. cap. considerantes, in fin.* & sic benè remanet consuetudo vniuersalis incõcussa iuris Francorum in feudis erectis à dicto tẽpore citra, & sub dicta formula, remanentibus illis paucissimis diuersæ naturæ, quæ adhuc supersunt, vt reliquiæ antiquitatis, ex inuestituris factis ante *d. Constit. & capit.* prout clarissimè dicitur expressis verbis *in d. cap. Cõsiderãtes, in fine*, ibi, *veteribus aut feudis illo iure, ac vsu manẽtibus, &c.* vt latiùs diximus in declaratione, & germano sẽsu *d. cap.*

Idque verum esse, apparet ex eo, quod non solum simplex inuestitura,
35 *pro te, & heredibus ex corpore*, absque clausula, *Iuris Francorum*, facit feudum diuiduum, prout est de iure Longobardo; sed mos, & consuetudo ipsa, quæ in illis fuit seruata, aperuit feudi qualitatem de iure Longobardo procedere.

Hinc indagauimus in feudis licet paucis, in quibus viuitur de iure Longobardo, quæ constat omnia adesse in prouincia Aprutij citrã, & per pauca; imò quasi nulla in prouincia Aprutij vltra, quod quando successores, qui plures fuerunt, mortem vltimi possessoris denunciauerunt cum oblatione
36 solutionis releuij, quod in Regno inuestituræ renouationis vim habet, vt per *Frecc. in 3. authorit. Isern. & Capyc.* relatos per *Dom. Rouit in pragm. 4. de feud. num. 90.* quasi in omnibus denuncijs specialiter expresserunt esse feuda, in quibus seruatum fuit, & seruabatur ius Longobardorum, & super assertione prædicta innixæ fuerunt dictæ renouationes, ex eo, quod nouerint esse morem non solum particularem; sed singularẽ in nõnullis feudis remãsũ, vt patet ex scripturis ex aduerso pductis fol. 155. 163. 184. 185. à terg. 189. à terg. 194. 195. 198. 263. à terg. 204. à terg. 205. à terg. 207. à terg. 212. 215. 220. 222. 223. 250. & 262. & ex alijs denunciationibus, & renouationibus in facto ponderatis, in quibus non tũ fuerunt petitæ inuestituræ in personam pluriũ, & quod omnes pro æquali portione successerunt, quod idem est, ac si expresse dixisset *Iure Longobardo*, prout in specie asseritur per fratres de Vgno in anno 1573. fol. 197. sed in omnibus pdictis denũciationibus agitur de medietate, tribus, quatuor, & duodecim partibus, ex quibus significatur in illis seruari *ius Longobardorũ*, prout legitur fol. 176. 177. in fi. 178. à terg. 179. & à terg. 180. vsq ad 183. & 188. 190. 192. à terg. & seq. quorũ maior pars constat esse feuda inhabitata, q̃ in mõtibus, desertis, & agris seminatorijs cõsistũt pro pascuis idoneis absq; vassallorũ dñio.

Et tametsi per pauca reperiantur cum vassallis, omnia tamen sunt iam parui momẽti, vt cõsistant in paucis fumantibus, & tenuissimis reditibus.

Et quoad feuda inhabitata, agros, & annuos introitus, non mirum est, si aliqua reperiantur, in quibus viuitur *iure*
37 *Longobardo*, cùm sit principaliter ius Francorum inductum pro feudis cum iurisdictione, & vassallis, & sic pro Castris, vt post *Afflict.* notat *Lipar. in cap. 1 §. cæteri verò, quis dicatur Dux, num. 4.* & ad-

& aduertunt *Pernus*, *& Frecc. in priorib.* 38 *controu. notatis*, & si aliqua reperiuntur cum vassallis, quæ verè sunt rarissima, vt diximus, sunt adeò parua, & paucos continentia vassallos, & tenuissimi reditus, vt ob eorum exiguitatem non sint in consideratione, quia non cēsentur iure feudi, nec habent consuetudinem feudorum, per ea, quæ dicit *Paris. de reintegr. in §. pone quod dominus feudi, car. mihi 6.* optimè *Thomas de Marin. in tit. de feud. fæmin. sub n. 21. in 7. fallen.*

Et pariter non obstat, quàmplura reperiri in Regno feuda diuidua etiā habitata, & nihilominus non apparet, originales ipsorum inuestituras fuisse cōcessas, & secundum *ius Longobardum* originaliter erectas.

Retorquetur argumētum, nos enim non dicimus, quod ad constituendum feudum Longobardum necesse sit in inuestitura exprimi *de Iure Longobardo*, sicut è contra, vt feudum *de Iure Francorum* constituatur, non oportet exprimere clausulā *sexus, & ætatis*, cuius contrarium in hoc postremo, est fallacissimum partis aduersæ fundamen-
39 tum, à nobis supra cōfutatum; affirmamus autem inuestituram simpliciter factam post *Const. & cap. Considerantes*, ex quibus iuribus fuit inducta, & generaliter primogenitura supposita in omnibus feudis, tàm in linea descendenti, quàm etiam transuersali, interpretari debere secundum vniuersalem Regni consuetudinem, præterquam in feudis, in quibus est expressa dicta clausula, *de Iure Longobardo*, siue in feudis antiquis concessis ante dictam *Constit. & cap.* tempore, quo generaliter Ius Longobardorum vigebat, vt quæ excipiuntur *in d. c. Considerantes, in fin. ibi (veteribus autem feudis illo iure, ac vsu manentibus &c.*

Minus obstat, quod contra nostram propositionem, scilicet, quod in omnibus inuestituris *pro se, & hæredibus ex corpore* de iure Francorum viuatur, ex aduerso replicatur, quod in quamplurimis scilicet confirmationibus in releuiorum denunciationibus partes asseruerunt habere, & tenere feuda modo prædicto *(pro se, et hæredibus ex corpore)* & nihilominus fuerunt de iure Longobardo, prout ex cōfirmatione de anno 1535. fol. 518.

40 Primò enim respondetur parti aduersæ incumbere etiam originales inuestituras dictarum confirmationum exhibere, ex quibus vera concessionis forma appareat, quinimò simplex possessorum assertio, qui potuerunt errare, non debet attendi, neque contra tertiū
41 probat, omnia enim debent reduci ad tenorem originalis inuestituræ, per ea, quæ cumulat *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de reformat. inuest. fol. 516.*

Secundò non dicimus, omnes inuestituras factas *(pro se, et hæredibus ex corpore)* debere intelligi *de Iure Francorum*, sed illas tantum concessas post *constit. & cap. considerantes*, proindè necessariò debet originalis inuestitura exhiberi, vt forma, & tempus con-
42 cessionis appareat, quia vbi vis est in tempore, tempus est de substantia, & non sufficit probare actum gestum, nisi de tempore constet, *glos. in l. eum actū, vbi Bart. ff. de negot. gest. cum concord. per Surd. decis. 75. nu. 10.*

Inde agnoscens pars aduersa suum esse onus, originales inuestituras producendi ad probandum, etiam in inuestituris prędictis confectis modernis temporibus post *cap. considerantes*, sub forma prędicta fuisse feuda de Iure Longobardo, nixa est aliqua ponderare, quæ rectè intuenti oppositum demonstrant, & in specie ponderatur inuestitura facta per Inuictissimū Regem Catholicum de anno 506. in qua fuit concessa iurisdictio criminalis in Castris de Collimacina, Turricella, & Palmari sitis in Prouincia Aprutij citra, Ioanni Baptistę, Octauiano, & Tiberio de Vgno fratribus fol. 707. à terg. in fin. & 708. in princ. locis citatis *(pro se, & hæredibus ex corpore)* & tamen in ijs Ius Longobardorum seruatum fuit, vt ex aduerso supponitur.

Respon-

Reſpondetur enim illam non fuiſſe
nouam ipſorum feudorum conceſſio-
nem; ſed iuriſdictionis in dictis feudis
per prius ipſis conceſſis nouam largi-
tionem, proindè cum non ſit noua feu-
dorum conceſſio, ſed tantũ iuriſdictio-
nis prædictæ ſuper iiſdem feudis, quæ
per dictos tres fratres, & ſic ęquis
partibus, & pro rata poſſidebantur lar-
gitio, conſequẽs eſt, conceſſionẽ dictę
iuriſdictionis dẽre interpretari ſub eadẽ
forma Iuris ſcilicet Lõgobardi, ſub qua
prius iidẽ fratres feuda pdicta poſſide-
43 bant; tum quia conceſſio iuriſdictionis
& ſi ſuperueniẽs non dẽt diuerſo iure
cẽſeri; vt innuit *Frec. auth. 29. poſt nu. 4.*
44 *verſ. intellige autẽ*, tum etiã quia nos lo-
quimur in cõceſſione facta vni ſoli per-
ſonę, vt ſic cẽſeatur cõceſſio indiuidua
de Iure Francorũ. in dicta verò inueſti-
tura, cum fuerit facta conceſſio tribus
fratribus, eò ipſo ex conceſſione facta
pluribus, videtur pro ęqualibus portio-
nibus ipſum dediſſe, & ſuper diuiſione
feudi diſpenſaſſe, vt ex *Aluar. & Soccin.*
tradit in puncto *Camer. in d. §. præterea*
ducatus col. 1. lit. D fol. 99. dicens, id pro-
cedere etiã in feudo titulato, quod eſt
indiuiduum de Iure communi, ſimile
videmus in feudo de Iure cõmuni ſpe-
ctante ad maſculos, quod ſi ab initio
46 cõcedatur fœminæ, efficitur fœmineũ,
cap. 1. de feud. fœmin. Thom. de Marin. de
feud. fœmin. num. 13.

Non obſtat, quod ex aduerſo nega-
tur, gentes ſcilicet de familia Sabellia
de Antimo (quas in dubium eſt vixiſſe,
& de Iure Francorũ viuere in Caſtris,
quæ in eadem Prouincia Aprutij vltra
poſsident, & ſub eadem forma inueſti-
turę, prout in noſtra exprimitur) eſſe
de eadem familia, ſed ſaltim ex diuerſo
ſtipite proficiſci, aſſerẽdo neceſſe eſſe,
quod eiuſdem ſtipitis ſit vſus familiæ
deſcendentis tamen à primo acquiren-
te feudum, & exempli cauſa ex aduerſo
adducitur dictum *Conſ. Rouiti conſ. 27.*
num. 13. de familia Capycia diffuſa, &
in nouem diuerſas familias diuiſa.

Hoc enim in facto falſum, & in Iure
falſiſsimum. In facto, quia certum eſt
eandem eſſe familiam Romanorũ pro-
cerum, prout denominãtur Sabellij de
Antimo fol. 660. & eodẽ modo deno-
minatur Ioãnes Baptiſta fol. 59. aterg.
in fine, imo amplius ſicut Sabellij de
Antimo appellãtur Sabellij de Albano
fol. 667. ita quoque deſcendentes ex
Ioanne Baptiſta nuncupantur, prout in
ſupplicatione porrecta p actores præ-
ſentis iudicij de anno 615. fol. 10. & in
memoriali fol. 68. & quanquam illi de
Antimo denominarentur illi de Alba-
no, ex eo quod poſsident Albanum, iſti
autem nequaquam; non per hoc indu-
ceretur pluralitas familiarũ, prout cer-
tiſsimũ eſt, & videmus in familijs Ca-
racciola, Carrafa, & alijs Neapolitanis
nobilibus, aliorumq; locorum, imo eaſ-
dem eſſe gentes Sabellias de Antimo,
apertè dignoſcitur ex lectura teſtamẽti
Io. Baptiſtæ, qui exequutorem eius te-
ſtamenti creauit Antimum Sabellium,
vt legitur d. fol. 69. in fin. ex quo apertè
dignoſcitur fuiſſe ab eo de propria fa-
milia, & gentè agnitum.

47 De Iure autem familiæ idẽtitas prę-
ſumitur, vt ex *Aret. cõſ. 37. col. 1. & conſ.*
102. col. 3. Cephal. conſ. 90. nu. 18. lib. 1.
Calcan. Menoch. & alijs probat *Conſil. de*
48 *Anna conſ. 88.* & maximè quia probata
nobilitate præſumitur de eadẽ illa no-
bili illius loci, quia pluralitas non præ-
ſumitur *Anna ſin.* loquẽs de probatio-
ne in reintegratione ſedilium *ſing. 359.*

Et maximè quando ipſis familiarum
denominationibus non adiunguntur
49 aliæ qualitates diuerſæ, quæ ipſarum
familiarum diuerſitatem denotent, vt
dicebat *Menoch. de præſumpt. cap. 15. nu.*
49. de familia Fontana, quæ diuerſa ha-
bet adiuncta agnominũ, vt ſcilicet, Fon-
tana de Paueris, Fontana de Auellis, &
de gente Capycia loquitur *D. Rouit. d.*
conſ. 27. num. 13. quæ in diuerſas fami-
lias eſt diffuſa; Tomacellos ſcilicet, La-
tros, Galeotas, meæ Agnationis, &
alios, quod non eſt in familia Sabellia,
cuius Equites omnes vocãtur Romani,
omneſq; de Albano, vel ſaltim Sabellij,
Io.

Io.Baptistæ non habent aliud,& diuersum agnomen superadditum distinctũ à Sabellis de Antimo, cum quibus con-
50 iunctio ex matrimonijs cõfirmat identitatem familiæ,prout vsus notorius familiarum illustrium ad conseruandam nobilitatis puritatem, familiarum decus, & bona quoque demonstrat.

Nec dicatur, quod probatio Iuris Francorum ex vsu eiusdem familię,quę ita vixerit in feudis, requiratur, vt vigeat in ascendentibus tantum, vel in eodem stipite,vel colonnello,quia suf-
51 ficit vsus eiusdem familię,licet collateraliũ,vt probant omnes *DD. post Ifern.* quos in controuersijs impressis congesti.

Id, q generale est, vt familiæ appellatione, non pro descẽdẽtia testatoris tantum,& sit effectiuè,vt ij,qui sunt de suo colonnello tantum comprehẽdantur, sed cõtentiuè, vt omnes cõtincantur, qui sunt de illa familia, sub qua inspecto communi stipite disponens continetur,tàm in fideicommissis,quàm in cunctis dispositionibus, nisi aliud disponatur,& verius, & receptius esse ex *l. pronunciatione S. familiæ ff. de verbor. signific.& l.fin. C.eod.* ita tamen vt proximiores præferantur remotioribus in ipsis fideicõmissis, & sic vlteriores includantur, vt tamen suo tẽpore admittantur, probat latissimè *Peregr.de fideicommiss. art.22. nu.26.in fin & art.30. num.13.* nec contrarium volunt *Detius cons.320.post num.8.& Paris. consil.51. nu.6.cum seq. lib.2.* quos [illegible] *D.Rouit. d.cons.27.num.14.* quia [illegible] nuntur in fideicommisso relicto proximioribus, quo casu nemo negauerit, succedere
53 volentem,teneri probare consanguinitatem,& gradum, quod secus est generaliter, vbi vocatur simpliciter familia, vel agitur de vsu familiæ, & sic *Rouitus* benè loquitur in suo casu, sed in longè diuersis terminis.

54 Vnde in terminis,quod consuetudo regionis conuicinæ, & præsertim inter familia coniunctos, ad aliam,siue alios extendatur ex *l.venditor S. si constat ff. commun.præd. & Crauett. cons.94.nu.5. & cons.118.nu.3.* tradit in puncto *And. Knicben.de vestitur.pactíon. par.1.cap.1. num.50.*& reddit rationem, quia in his de similibus ad similia procedere debemus ex *Castr. Purpur. Peregr. Rauden. & alijs* per ipsum citatis, & sic non est necessarium, quod descendat ex eodẽ stipite, sed sufficit identitas familiæ.

Non obstat, Federicum non possedisse Antredochum, ex quo fuit relicta vsufructuaria Costãtia Bentiuogli vxor à Io.Baptista viro, eodemq; patre Federici, & fratrum, & post eius mortem sequutã *(vt supponitur)* in anno 1564. fuit administratio relicta Eminentiss. Cardinali, & ideò Federicus nõ potuit habere possessionem Antredochi.

Respõdetur enim Primò, quod licet Cõnstãtiæ,vsusfructus omnium bonorum generaliter fuerit legatus; nulla tamen facta mẽtione de Antredocho, his verbis: *(reliquit do minam, patronã, & vsufructuariam)* & in casu mortis ipsius Constantiæ,priusquam tres eius filiæ fœminę nupsissent,non vsumfructũ, sed administrationẽ tantum Eminentissimo Cardinali Iacobo legauerit,his verbis: *(Ad hunc tamen vsum,& effectũ, vt de fructibus,& introitibus dictorũ bonorum, & hæreditatis subueniat, & prouideat suis fratribus, seu eorum alteri de ea parte, quæ eidem Cardinali videbitur; reliqua pars fructuum sit pro maritandis eius filiabus, quibus maritatis, & dotibus solutis,vsusfructus, & administratio prædicta scilicet respectiuè cessent; & Cardinalis reddat computum;* prout apponit, attamen negari minimè potest, vsũfructum Constantię legatum,existentibus filijs, resolui tantummodo in alimen-
56 tis cum præeminentia in domo iuxtà veterem consuetudinem à lege approbatam,meritò cum fuerit plenè probata successio, dominium, & possessio Federici ex quàmplurimis medijs,prout etiam in prioribus allegationibus, & potissimè ex eo, quod si Federicus nõ successisset in toto feudo, sed pro virili cum fratribus,impossibile fuisset Virginiam

niam illi integrè succedere, nihil propterea nocet, Ioannem Baptistã legasse vxori vsumfructum, qui in alimenta tantum trãsfunditur. Nec minus obest post mortem Constantiæ, Cardinalem fuisse administratorẽ deputatum, cùm
56 clarissimi iuris sit administratorẽ proprio nomine nihil possidere, sed omnia nomine veri domini, & possessoris peragere, & verũ est, quod semper attenditur persona illius, cuius nomine, & contemplatione actus geritur, administrator verò nudum præstat ministeriũ iuribus citatis *à Surd. decis.* 182. *nu.* 16. *& 17. & decis.* 292.

Secundò, tametsi verum vsumfructum Constantiæ legatum admitteremus stantibus filijs, cuius contrarium est verissimum, attamen in tali legato feudum Antredochi non cõtineretur, tàm ex defectu volũtatis, quàm etiam ex defectu potestatis: ex defectu siquidem voluntatis: quia nedum in generali, sed nec quidem in vniuersali ser-
57 mone feuda comprehenduntur, præsertim in his, in quibus natura feudi repugnat, & ex consequenti, cùm Ioannes Baptista non potuerit expressè vsumfructum in feudis constituere sine Regis assensu, non est credendum vo-
58 luisse, quod de iure non poterat, & sic reg. *c. in generali*, vt in generali sermone
59 feuda non comprehendãtur, procedit etiam in vniuersali, præsertim quando feudi natura repũgnat, secundum veriorem, receptamq; sententiam, de qua plura *D. meus Capyc. in sua ingeniosa inuestit. uers. feuda bonorum appellatione, optimè Anna pater allegat.* 118. *ferè per totam, præsertim nu.* 7. *&* 8. *ibiq; Fabius filius, & in c.* 1. *num.* 39. *& seq. de vasal. decrep. ætat.*

Sed quidquid sit de voluntate, notorium quippe est, vsufructũ, seruitutẽ
60 esse, *Instit. de vsufr. in princ.* & proinde feudatarium veluti prohibitum constituere seruitutem aliquam in feudo, nõ posse idcircò vsumfructum in feudo constituere, & quia, quod magis est, si-
61 cut alienare non potest, ita nec vsumfructum alicui relinquere, quæ alienationis est species, vt latè per *Isern. in l. Imper. post nu.* 2. *vers. nec aliter, vbi Lipar. lit. S.* infinitos affert, & est id dubiũ apud *Camer.* qui hoc ampliat *car.* 17. *col.* 2. *vers. quinta conclusio de prohib. feu. alien.* & sic Constantia nõ fuit, nec esse
62 potuit vsufructuaria: quia etiam promissa alienatione feudi; non tamen ex ea facultate potest alienari feudum, vt apud alterum remaneat, vel sit vsusfru-
63 ctus: quia non dicitur feudum integrũ deficiente vsufructu, *l.* 2. *C. de bon. uacãt. lib.* 10. latè *Cannet. in repet. c. volentes* §. *sed quia promittit, ex nu.* 10.

Et testes, qui deponunt exegisse fructus, si qui sunt, non dicunt, nec dicere potuerunt id fecisse tanquã vsufructuariam: & proinde necessariò intelligi debet id esse factum, velut à matre iure familiaritatis, & confidentiæ, & tanquã administratrice, & proinde pro filio, domino, & possessore, eiusq; nomine totum fecisse.

Tertiò, ex abundanti etiam si concedamus, Constantiam fuisse verè, & propriè vsufructuariam, & sic per Ioannem Baptistam acquirentem, constitutum legitimum vsumfructum ad vxoris beneficium, ipsamq; effectam verè, & propriè vsufructuariam in feudo Antre-
64 dochi, prout vsusfructus sonat in ius, quod est planè impossibile, licet prout vsusfructus sonat in factum, dari possit in feudo; quatenus scilicet dominus ipse permittat alteram percipere fructus, & ex tacitis domini, & possessoris voluntate id fieri contingat, iuxta notab. distinct. *Bonnetij in d. c. volentes* §. *& correlatiuè num.* 17. Attamen hoc nibil obesse potuit possessioni Federici, siquidem vsusfructuarius non sibi
65 possidet; sed domino, cuius nomine possidere dicitur, *gloss. in l. quisquis* 28. *C. de donat. cum alijs à* Tiraquell. *de iure constit. p.* 3. *limit.* 9. *nu.* 12. *D. Præsid. Amatus cons.* 52. *nu.* 3.

Inde fit, vt per retentionem vsufru-
66 ctus statim transferatur dominium, & possessio, *d. l. quisquis*, quam procedere.

etiam

etiam in feudis, aduertit in pũcto *Frec. lib.2.auth.3. nu.17. D.Rouit. in prag.4. de Feud.n.12.*

Sed esto, quod vsusfructuarius pos-
67 sideat naturaliter tantum; ita tamen, vt eo mortuo ipso iure incipiat dominus, & proprietarius, apud quem ciuilis remanet possessio, etiam naturaliter possidere, vt post *Bart. in l.si arrogator, nu. 12. vers. sed hodie videtur, ff. de adoption.* tradunt *DD. congesti à Tiraquel.in trac. mortis, par.3. declar.1.nu.7.& par.4. declar.1.nu.4.& 7.* Nec etiam id potuit in aliquo obesse Federico, nec etiam
68 ad præscribendum, siquidem certum est, solam ciuilem possessionem, etiam absque naturali, sufficere ad præscriptionem, iuxta opinionem *glo. Bart. & com. contra Butrig.* à qua nullo modo esse recedendum, admonet *Ias. in l.3. §.ex contrario, n.32. in fin. ff. de acquir. poss.*

In quo illud tandem licet aduertere, Io. Baptistam, quatenus is reliquit vxorem (dominam, patronam, & vsufructuariam) nihil dixisse, vt de fructibus subueniret cæteris filijs, sed hoc tantũ iniunxisse Cardinali, dum eum reliquit administratorem post mortem vxoris, in quo si concedamus, vt aduersarius contendit, comprehendi etiam fructus Antredochi, ex hoc colligam Antredochum indiuiduum ad primogenitum peruenturum, dum mandat Cardinali administratori, vt de ipsius fructibus subueniret cæteris fratribus: propriè
69 enim est subuenire de alieno, non de proprio, *l.1.§.1. ff. ad Trebel. cum concor. à Brisson. de verb. signif. verb. subuenire.* Et mirum est quidem hoc ponderare partem, vt probet Antredochum etiã diuiduum, cùm certũ sit in omni feudo; & sic potissimè in feudo de iure Francorum, posse feudatarium vendere, donare, vel aliter disponere de fructibus feudi, nedum pro toto tempore vitæ suæ absq; assensu, sed etiam vt fructus percipiatur etiã ab extraneo post mortem suam, & sic tàm in vita, quàm in vltima voluntate, vt post *Frecc. limit. 21. ad Constit.* latissimè *Consil. de Anna cons.39.nu.12. & cons.46. per totum, & per Dom. Rouit. in d. pragm.4. de feud. ex num.46.*

Et sic remanet inconcussa probatio indiuiduitatis Castri Antredochi, integriq; dominij, & possessionis penes Federicum, à quo legitimè peruenit in Virginiam filiam, tàm quoad fructuum perceptionem, quã quoad iurisdictionis exercitium, quæ cùm non reperiatur diuisa nullo ex modis, vel formis consideratis per DD. pro diuidendo exercitio iurisdictionis in feudis Longobardis diuiduis; Ex hoc infertur, & oritur manifesta probatio, Antredochũ post concessionem fuisse semper sub Sabellijs possessum iure Francorum indiuiduum, tàm quoad fructuum perceptionẽ, quã quoad iurisdictionis exercitium, primùm à Federico solo, & postmodum à Virginia filia.

Clarum est enim de iure, quod licet
70 iurisdictio ipsa sit indiuidua, & proindè diuisio iurisdictionalium non fiat quoad substantiam iurisdictionis, cùm sit quid incorporale, & indiuiduum, verisimile est, originem sumpsisse, vt ius Francorum generale introductum fuerit, & vigere presumatur in omnibus Castris cum iurisdictione, quidquid aliud sit in cæteris feudis, absq; iurisdictione, vt in superioribus cõtrouersijs.

Attamen certum est, quod non ex hoc, iurisdictionis exercitium erit pe-
71 nes vnum solum, sed vel erunt domini compellendi, vt eam communi suffragio exerceant, & inuiti cogantur ad cõcordiam, si in iurisdictionis vsu non cõueniant, vt scilicet communes Iudices, & Vicarios eligant, qui omnium dominorum nomine illam exerceant; vel & secundò, quod alternis annis vtantur domini iurisdictione, creando Rectores, & Potestates vicissim, fructus, & emolumenta iurisdictionis, ac pœnarũ compendia inter se in omnem casum diuidendo per adiudicationem, vel fiet vni locatio ab omnibus, & pensio inter eos diuideretur, vel & tertiò diuidendo ipsum enim feudum tametsi sit Castrũ

cum

cum iuriſdictione, dummodò nō ſit re-
gale,quod nedū diuidi poſſe,ſed ęquiſ-
ſimum eſſe, diuidi exercendo iuriſdi-
ctionem per quarteria, & etiam per di-
uiſionem territorij, & regionis, cautio-
nibus interpoſitis de non impediendo
ad inuicē; quo caſu cenſeri iuriſdictio-
72 nem diuiſam, etiam quoad ſubſtantiā,
ſicut quotidiè facere Ciuitates,diuidē-
do iuriſdictionem per quarteria,tradūt
*Bart.conſil.*188.*ſupra num.* 8. *lib.* 1. *per
tex.in l.inter tutores, ff.de adminiſtratio.
tutor.& poſt Bald.Aluar.in* §.*præterea*,
*latè Curt.de feud.*4.*par.verſ.*30.*nu.*122.
*Dom.meus Capyc in inueſtit.verbo,feudo-
rum diuiſio,verſ.& fiat iſta diuiſio*, vbi
poſt *Alex.conſil.*7.*&* 25.*per totum,lib.*5.
benè concludit etiam iuriſdictionem
73 in non regalibus poſſe diuidi,& in ter-
tia ampliatione extēdit, nedum quoad
corpus feudi; verùm etiam vt vaſalli
poſſint diuidi ad numerū inter plures
74 dominos:quia dicuntur eſſe in bonis,
poſt *Bald.Alci.& Iacob.* & habetur *per
Boer.dec.*5. *Couar.cap.vlt.pract.* quod
quidem videmus practicatum, & ob-
ſeruari in Regno in illis paucis Caſtris
Aprutinis diuiduis de iure Longobar-
do,quorum exempla produxit aduer-
ſarius,quæ ſunt diuiſa per partes,& ter-
ritoria, etiam quoad iuriſdictionem:
quorum quidem cùm nihil euenerit,
ſed ſemper iuriſdictio tàm in ſui ſubſtā-
tia,quàm quoad vſum, & exercitium
penes vnum fuerit in Caſtro Antredo-
chi, prius ſ3. penes Federicum pro eo
paruo temporis ſpatio,ſ3. biennij, quo
in humanis fuit defuncto patre, & po-
ſtea per Virginiam ab anno 1554. vſq.
ad annum 614.motæ litis, & ſic ſpatio
annorum ſexaginta, nihil vltra ad indi-
uiduitatis probationem deſiderari po-
teſt: habuit enim,retinuit,& iuriſdictio-
nem exercuit creando Magiſtratus
ſola Virginia immediatè per ſe, & me-
diantibus primo viro Stephano Colū-
na, & altero Io. Vincentio Vitellio.
Nouiſſimè,& tandem non obſtat, quòd
75 iſta tanquam exceptio præſcriptionis
debebat opponi,ex traditis per *Aff. in*
Conſtitut.Conſuetudinem, num. 15.*in* 5.
*notab.lib.*3.*tit.*31.*de præſcript.& Reg.de
Ponte conſ.*48.*nu.*3.addo ipſe concord.
*per Giurb.dec.*13.*nu.*6.

Siquidem licet nō ita de plano pro-
cedat,iſtam eſſe præſcriptionem, cùm
potiùs cenſeri debeat conſuetudo; ſi-
76 quidem conſuetudo, proprię, & prin-
cipaliter tangit,reſpicit, & vertitur cir-
ca mores hominum, vt docuit *Caſtr.in
l.cùm de conſuetudine, ff. de legib.* ſiue à
77 moribus cauſari conſuetudinem, pro-
bat *Salazar de vſu, & conſuet. cap.*7.
num.item 7. prout propriè per *Iſern.&
omnes Feudiſtas*,iſte appellatur *mos Frā-
corum*, differens *à more Longobardorū*,
78 ergò non eſt præſcriptio, quæ princi-
paliter non reſpicit mores, ſed res, &
bona,*Balb.de præſcript.q.*10. *& vltim.
num.*11.Item,& ſecundò,quia propriè
79 illa eſt conſuetudo, quæ tendit ad in-
ducendum ius de nouo, quod non eſt,
vt propriè contingit in introductione
iuris primogenituræ poſt factam inue-
ſtituram ſine expreſſa clauſula *iuris
Francorum*,quæ ſecundum partis præ-
tenſionem poteſt ſe referre ad vtrunq;
morem,Francorū,ſcilicet,& Lōgobar-
dorum, præſcriptio verò tendit ad tol-
lendum ius, vt dominium iam in eſſe
productum,& alteri acquiſitum,*Balbus
d.q.*10.*nu.*12.*Crauett.in* 4.*par.de antiq.
temp.*§.1.*in* 2.*&* 3.*different. nu.* 4. *&* 5.
& in 10.*differ.num.*31. Item,& tertiò,
70 quia in introducendo iure, & more
Francorum in ſucceſſione feudorum,
agitur de acquirendo iure in communi
omnibus, & contra omnes non ſolùm
de populo vnius Ciuitatis,ſed contra
omnes de populo, & ſic de fauore, &
præiudicio incertarum perſonarum, ſi-
cut propriè eſt de natura conſuetudi-
nis, quæ facit ius publicū, quoad om-
nes,quos negotium tangit, iuxtà latè
tradita per *Crauett.d.*§.1.*par.*4. *diff.*7.
*num.*21. ſed reſpectu vnius Prouinciç,
ſiuè totius Regni,ſicut eſt noſtra diſpu-
tatio, vtrum in Regno, & in Prouincia
præſertim Aprutij vltrà præſumatur vi-
gere morem, ſiuè ius Frācorum in ſuc-
ceſ-

81 cessione feudorum. In præscriptione
verò inducitur ius priuatum inter præ-
scribentem, & alterum, contra quem
præscribitur, *Cr. uett. loc. cit. qui nu. 29.*
in 8. differ. addit proinde consuetudinē
ex eo dignosci, quod sit generalis, tàm
quòad personas, de quarum fauore, &
82 præiudicio agitur, quàm respectu rerū,
cùm non restringatur consuetudo ad
vnam rem, vt exemplum tradit *Crauet.*
in consuet. quod masculi excludant
fœminas, cui similis est præsens, vt pri-
mogeniti in successione excludant se-
cundogenitos, quia non restringitur ad
vnum feudum, sed ad omnia feuda
83 porrigitur, præscriptio est specialis tā
respectu rerum, quàm personarum, &
84 proinde consuetudo dicitur illa, quæ
respicit ius publicum, sicut constat feu
85 da de publico esse introducta, & in
iure publico versari, *Isern. in prælud. q. 4*
& in alijs locis à Frecc. lib. 1. §. fuit dubi-
tatum nu. 9. & feuda sunt iura Reipubli-
86 cæ, & ab ipsa Republica, sicut radij à
Sole conuelli non possunt, *Frecc. lib. 2.*
§. 35. in addit. num. 39. & ob id dicunt
87 DD. consuetudinem esse longè magis
fauorabilem, quàm præscriptionem,
Crauett. in 13. differ. nu. 41.

Et maximè fauorabilem esse con-
88 suetudinem deferentem successionem
primogenitis, vti iuri diuino ad fami-
liarum conseruationem, & feudorum
iurisdictionis, etiam in fauorem vasal-
lorum indiuiduitatem inducentē, plus-
quā notum est, & in prioribus scriptis
fundauimus, & probat optimè *post Mo*
linam, & alios, Andr. Knichen de Saxon.
non prouoc. iure vero electiorum c. 3. nu.
4. 5. 6. & seq.

Vnde si consuetudo est, consequi-
89 tur, vt non egeat vlla oppositione, nec
allegatione ipsius in iudicio, tanquam
notoria, vt de com. cum. *Bart. probat*
Salazar de vsu, & consuetud. cap. 7. post
90 *nu. 21. & 26.* & vti fauorabilis erit ex-
tendenda etiam in materia exorbitanti
Crauett d. loc. nu. 78. Et quod in succes-
sione feudorum succedat solū primo-
genitus, vel omnes filij, quod depen-
deat hoc a consuetudine, & à consue-
tudine hoc sit inductum, & secundum
ipsam huiusmodi successio mutetur, &
alteretur, in puncto tradit *Oldrad. cons.*
237. Perlectis, quem in hoc probat
Crauett. d. loco nu. 75. & seq. Nec con-
tradicit *Iser.* si rectè perpendatur *in §.*
præterea ducatus post nu. 37. in vers. sed
quomodo probabitur, licet enim videa-
91 tur *Isern.* promiscuè vti nomine præ-
scriptionis, & consuetudinis, nunc verò
præscriptioni huius moris introductio-
nem tribuendo, tamen verè ipse resi-
dere videtur, quod sit consuetudo præ-
scripta, ibi (*idea tutius videtur requiri*
binum actum, qui cōsuetudinem inducit,
92 *qua consuetudo recipit vires à tempore:*
quia præscripta,) & id omnem casum
Isern. paulò ante resoluit esse in facul-
tate prætendentis successionem, iuxtà
morem Francorum inniti cōsuetudini,
vel præscriptioni, ibi (*quod est verum, si*
93 *innitatur consuetudini, ubi binus actus*
requiritur) imò consulit illi, qui habet
plures actus, in quibus successit primo-
genitus, vt nō innitatur præscriptioni,
sed consuetudini, postquam enim do-
cuit, consuetudinem induci ex plurib.
actibus, monet, vt si quis habet plures
actus, in ipsis se fundet, velut consuetu-
dinem inducentibus, prout hanc fuisse
Iser. mentem, vt in consuetudine po-
tius versetur successionis actus indiui-
duus de iure Francorum, quam in præ-
scriptione, declaratur optimè ex locis
eiusdem *Isern.* ibidem citatis *à Lipar.*
uerb. præscriptioni lit. C. dum Lipar. mo-
net, vt videatur pro declaratione do-
ctrinæ *Isern.* quæ idem tradit in com-
mento *constitut. In aliquibus sub uerbo*
(quintumdecimum) col. 1. uers. sed quomo-
do probabitur, vbi *Iser.* optimè, & plenè
94 agit de probatione consuetudinis, vt
frater præferatur sorori in bonis mater-
nis, ad instar consuetudinis, qua primo-
genitus præfertur secundogenitis in
feudi successione, vbi agit de consue-
tudine titulata, & præscripta, & citat
etiam *Lipar. Iser. in const. Si dubitatio in*
fin. in uers. aut innititur donationi, vbi

dicit hæc verba (alitud .n. est inniti sibi
possessioni præscriptæ, aliud donationi cum
præscriptione, seu consuetudine præscripta
cum tit.donationis.) & sic Iser. non de
vera præscriptione loquitur, sed potius
de consuetudine præscripta, vt indicat
dictio illa seu, quæ ponitur correctiuè
c.1. de statu regul. in 6. vel expositiuè c.
licet in princ. de elect. vt se ipsum decla-
rat Iser. dum citat glos. in c.vlt. 18. q. 2.
vbi glos. fin. latè agit de iuribus consue-
tudinis præsertim præscriptæ, & Innoc.
in c. cùm Ecclesia post num. 7. vers. tertiò,
idem de causa possessionis, & propr. vbi
similiter de consuetudine præscripta
agit, & proinde non immeritò Liparul.
ibidem in seq. addit. verb. enim litera G.
subdit hæc verba, quando autem dicatur
consuetudo iudicata, vel præscripta, decla-
rat Iser. in dict. locis per me citatis in ver.
præscriptioni, vnde apertè patet Iser. in
95 hoc residere, vt effectus succedendi
de iure Francorum, generaliter potius
tribuendũ sit consuetudini præscriptę,
quam ipsi præscriptioni, vt clarè etiam
voluit Affict. in d. §. præterea post nu. 24
vers. valet ergo iusta consuetudo, siue mos,
& cum effectu sentiunt omnes DD. in
alleg. citati, si benè eorum dicta perpen
dantur, inter quos est D. de Franch. dec.
73. nu. 22. & moribus hoc ius introdu-
96 ctum, & consistere latè probat Knichẽ
d. tract. de Saxon. non prouoc. iure vero
Ducum Saxoniæ num. 142. & seq. prout
de hac, & simil. consuetudinibus, mori-
bus vtentium in feudorum successione
inductis, agit latè Lipar. in d. §. præterea
post nu. 37. in addit. in c. de domo lit. K.

Verum, quidquid hoc cauillari pos-
sit, concedit tamen Iser. hoc esse in
electione, & mera facultate primoge-
niti, vt innitatur, cui velit, vt cùm plu-
res habeat actus succedendi, vt contin
git in casu præsenti possit ad libitum
consuetudine vti, vt supra, sicut in præ-
senti casu facimus, & sic non cogi-
mur necessariò vti præscriptione cum
eius requisitis; sed sufficit nobis in-
niti notoriæ consuetudini præscri-
ptæ.

Nec mirum id videri debet, quia
tametsi præscriptio, & consuetudo dif-
ferant in multis; tamen præscriptio, &
consuetudo non dicuntur contraria,
vnde si simul allegari possunt, multò
98 fortius dari potest electio, vt vni, vel
alteri quis innitatur Balbus d. 1. par. de
præscrip. q. 10. & vlt. in postremis verbis.

Quinimò consuetudo secundum
Canon. debet esse præscripta c. de bene-
99 ficio de preb. in 6. qeem tex. citat in ter-
minis ad probat. iuris Francorum, Affl.
in d. §. præterea nu. 42. de quo latè per
D. meum Socerum Camill. de Medic. cons.
152. nu. 89. licet hoc non esse necessa-
rium disputet Salazar d. tract. 1. 8. nu. 9.
concedit tamen appellatione consue-
tudinis in dubio intelligi de pscripta,
vt per eum nu. 4.

Sed etiam esto, quod hæc magis es-
set præscriptio, quam consuetudo, ni-
hilominus centies reperitur opposita
in processu huius causæ expresse qui-
dem, & etiam virtualiter ex scripturis
productis fundantibus vsum, & consue
tudinem, quod sufficeret, & si non es-
set expressè opposita, cùm satis sit op-
ponẽti proponere factum taliter, quod
resultet exceptio, licet exceptio speci-
100 ficè non opponatur, Bart, in l. 1. n. 10.
& in l. 2. ff. de except. & in l. 4. §. hoc aũt,
ff. de damno infect. Affl. decis. 354. nu. 10.
Lanfr. Balbus decis. 276. quod cum
tacitè inest pro expresso habetur etiam
in libellis, & exceptionibus, Innoc. in c.
super literis de rescrip. Bart. in l. cum quid
ff. si cert pet. Affl. decis. 3. nu. 5.

Et ex his etiam tollitur leuissimum
obiectũ partis, quod deficiat scientia,
& paciẽtia aduersarij in præscriptione.

Quia si concedamus hoc ius indu-
ctum consuetudine, nullam exigi pro-
102 bationem scientiæ, & patientiæ ad-
uersarij, patet ex trad. per Balbum sæpè
citato tract. p. 1. q. 10 & vlt. nu. 8.

Sin autem essemus in præscriptione
hic præter actus expressos, & litem Ro-
mæ agitatam super diuisione bonorũ,
vbi nihil de Antredocho, capitulatio-
nes matrimoniorum cõtractorum per
Virgi-

Virginiam reseruato Antredecho, &
alia infinita, de quibus in nota facti, &
sic ex actibus frequentibus, & replica-
tis, *l. 1. §. 1. ff. de itin. actuq. priu. Bal. l. fi.
ff. quemadmod. seru. amitt.* & quia Be-
rardinus fuit excitatus ad proponen-
dum iura; scientia, & potentia
103 præsumitur, varijsq; etiam docetur
modis, vtraq; autem colligitur ex con-
iecturis, & præsumptionibus, quæ ad-
uersarijs innotescere potuerunt, effe-
ctuiq; demandauit acquirens, & præ-
104 cipuè ex coniunctione sanguinis, ex
habitatione in eadem Ciuitate Romæ
ex familiaritate. Item si sit vicinus, quē
105 nō latent facta vicini, & ex facti qua-
litate publicè gesti, quod verisimiliter
ad notitiam venit, *Menoch. de arbitr.
casu 161. num. 5. & præsumpt. 23. n. 66.
& 69. lib. 6. & consil. 100. nu. 5. & 840.
nu. 27. lib. 9. & consil. 1000. sub num. 5.
lib. 10. Bec. consil. 15. nu. 11. cum alijs, in fi.*
quæ ad fundandam legitimè scientiā,
& patientiam in iurium, & iurisdictio-
nalium præscriptione, tradit *Knichen.
de superioritate cap. 3. ex num.* 132. vbi
num. 144. probat, consumato cursu le-
gitimo ad præscriptionem, omnia le-
gitimè intercessisse præsumi, ipsumque
106 tempus iam elapsum scientiæ, & pa-
tientiæ loco esse, vti dicimus de præ-
sumpto titulo, latissimè etiā *Mascard.
conclus.* 1299. *incip. scientiam,* vbi in fi.
ad alibi in pluribus locis per eum di-
cta, se remittit.
107 Quinimò scientia tutoris in præ-
scriptione nocet pupillo, *Bartol. & alij
apud Surdum consil.* 528. *n.* 13. *in quarto.*

Et ex his, sublatis omnibus, quæ imaginari possunt; pro D. Marchionissa Bandina iudicandum speratur.

SVMMARIVM.

1 *Clausula,* ex corpore legitimè descentibus *causauit abusum, quod fratres, & sorores à primogeniti fratris, vel sororis successione videbantur exclusi, ante promulgationem* cap. Considerantes.

2 *Rex Carolus II. in promulgatione* cap. Considerantes, *supposuit ex forma concessionis,* pro hæredibus ex corpore, *censeri feuda concessa de iure Francorum, et absq; expressione maioris ætatis, vel Iuris Francorum, tàm in linea descendenti, quàm collaterali, & nu. 4. 13. 14. & 15.*

3 *Ius Francorum tempore Constitutionis Regis Federici erat ius speciale, ex tempore Caroli fuit generale in Regno, & nu. 5. 6. & 8.*

6 *Concessio* pro te, & hæredibus ex corpore, *inter omnes, & in omni casu in linea descendenti, sicuti admittebat primogenitum ad successionem, etiam nulla maioris ætatis mentione facta, ita seruandum in transuersali, sublato abusu, Rex Carolus generaliter statuit, licet non fuerit noua decisio n. 14.*

9 *Abusus sublatus per* cap. Considerantes, *exclusionis fratris, & sororis, pariter militabat in successione feudorum diuiduorum, & indiuiduorum.*

10 *Verba,* hoc adiecto, *posita in* cap. Cōsiderantes, *referuntur ad clausulam* ex corpore, *non ad* Constit. Vt de successionibus.


11 Cap. Considerantes, *distinguit feuda concessa ante aduentum Caroli Primi, & post aduentum respectu consuetudinis iuris Francorum.*

12 *Inuestitura nulla facta censetur secundum ius Longobardorum, post editū* cap. Considerantes.

16 *Primogenitura in linea transuersali ex* cap. Considerantes, *statuta est tàm in feudis titulatis, quàm simplicibus, & Baronijs, & nu. 17. & 18.*

19 *Baronia diuiditur, sicut feuda simplicia, vbi viuitur iure Longobardo.*

20 *Baro non dicitur, quod habet plura Castra, nec Baronia, etiam si Castra simul concessa sint, nisi concurrentibus requisitis, per Frecc. de orig. Baron. nu. 26. & 45.*



In ead. cauſa Marchioniſſæ Bandini.

ARGVMENTVM.

Cap. Regni, Conſiderantes, de prorogandâ ſucceſſione duratura interpretatur, non induxiſſe de nouo in linea collaterali primogenitum, ſed vti antiquam ſuppoſuiſſe etiam in feudis ſimplicibus, non ſolum titulatis, ſolum autem ſubſtulit abuſum, quod frater, & ſoror ad primogeniti fratris ſucceſſionem non admittebatur in feudis conceſſis cum clauſula *pro te, & hæredibus ex corpore*.

CONTROVERSIA III.

QVod Carolus II. in *cap. Conſiderantes, ſub tit. de prorogandâ ſucceſſione duratura*, non induxerit ſolùm, ſed ſuppoſuerit, vt antiquitùs inductum longè ante ipſius tempora ius primogenituræ generaliter in omnibus feudis, & ſic nedum in feudis titulatis; ſed etiam in feudis ſimplicibus, & Baronijs, quas non comprehendi ſub feudis titulatis; ſed ſimplicium feudorum iure cenſeri, latè in præcedenti Controuerſia fundauimus ex ſubſcriptis, ponderando verba, *contextum, & mentem legislatoris*, luce clarius credā me probaturum. Siquidem Carolus II. vt gratioſè ſe haberet, gratiq; animi ſignum exhiberet Comitibus, & Baronibus Regni, quibus à tempore aduētus *Caroli I.* ſui genitoris, erant cōceſſa feuda *pro ſe, & ſuis hæredibus*, hoc adiecto *ex ſuo corpore legitimè deſcendētibus*, ſtatuit ea lege perpetuò valitura, quod in ſucceſſionibus dictorum feudorum, quæ ſcilicet erant conceſſa à tempore aduentus Caroli I. ſui patris citrà, Comitibus, & Baronibus omnibus dicti Regni ſub dicta forma, & ſic abſq; illa clauſula, *ſexus, & ætatis prærogatiua ſeruata*, de qua nulla fit mentio.

1 Ex qua conceſſionis formula inualuerat abuſus, vt ex dictis verbis, *ex cor-*
2 *pore, ſcilicet legitimè deſcendentibus*, fratres, vel ſorores à primogeniti fratris, vel ſororis ſucceſſione erant excluſi. Sanciuit propterea Rex ipſe Carolus, vt abolito prorſus, & caſſato iniquæ interpretationis abuſu, & ſic vt non obſtante adiectione dictæ clauſulæ, *ex corpore deſcēdētibus*, ex qua frater, & ſoror à primogeniti ſucceſſione videbātur excluſi, frater, vel ſoror, fratri, vel ſorori ſuccedant primogenituræ, ac maſculini ſexus prærogatiua ſeruata.

3 Ex cuius deciſione, non tàm eſt euidentiſſimè inductum, quàm apertiſſimè ſuppoſitum, vt ex dicta formula conceſſionis, *pro te, & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus*, nulla alia addita expreſſione ætatis, vel primogenituræ (quæ vſq; in hodiernum diē eſt vſu frequenti comprobata, vt dicatur communis, & magis vſitata formula conceſſionis feudorum) cenſeantur
4 omnia feuda conceſſa ab aduentu *Caroli I.* ſecundum Conſuetudinem Regni, quæ ab eo tempore generaliter inualuit, ſcilicet de iure Francorum, & ſic ſub ætatis prærogatiua indiuidua, vt ſcilicet, quod tempore *Conſtit. Federici*, iuxta aliquorum ſentētiam, erat ius ſpeciale, ex tempore *Caroli* eſſet ius generale.

Siquidem patet, hoc ponderando, quod principaliter Carolus II. inducere voluit de nouo in *d. cap. Conſiderantes*, & ſigillatim verba, & contextū *d. cap.* expendendo.

Quod enim voluit inducere fuit, vt ſublato abuſu, frater, vel ſoror conceſſo feudo cum dicta clauſula, *ex corpore*, ſuccederet ad primogeniti fratris, vel ſororis ſucceſſionem. Et ſic non induxit *Carolus* primogenituram in linea tranſuerſali, vt vulgò dicitur, ſed ex admiſſione fratris, vel ſororis ad ſucceſſionē fratris, vel ſororis primogenitæ, remouendo obſtaculum clauſulæ, *ex corpore*, ſuppoſuit ab aduentu *Caroli* ſui

sui patris, quinimò longè prius generalem esse inductam consuetudinem primogenituræ indifferenter in omnibus feudis ab eo concessis, etiam absq; vlla specificatione maioris ætatis, vel expressione Iuris Francorum.

Quod autem inductum erat, & velut clarissimum supposuit in linea descendenti, idem supposuit potius, quā induxit seruari inter fratres; dùm noluit ex dicta clausula, *ex corpore*, fratres vel sorores excludi; vt iniquè anteà receptum erat, sed eos fratres, & sorores admisit, qui alioquin attenta generali consuetudine, & vsu Regni erant
5 successibiles, & proinde generaliter sanciuit *primogenituræ, ac masculini sexus prærogatiuâ seruata*, qđ nullo modo fieri, nec statui potuisset, nisi Ius Francorum generaliter viguisset; ponderentur ad hoc etiam singula verba *d. cap.* ex quibus iste apparet germanus, & genuinus sensus irrefragabilis.
6 Primò enim Rex dicit moueri ex consideratione grandium seruitiorum, quæ Comites, & Barones Regni, patri & sibi præstauerunt, & præstaturi erāt, & sic generaliter de omnibus Regni Baronibus, quibus se velle vtilitatem prouidere profitetur, vt se eam fideliter seruisse lætentur, vt successores eorum perpetuò sint indè participes. Et sic nō quibusdam paucis, sicut fuisset, si generalis consuetudo Iuris Francorū non inualuisset, sed vt ad literam subjicit.

Comitibus, & Baronibus omnibus dicti Regni, quibus à tempore fœlicis aduentus Caroli patris in Regnum fuerant feuda concessa (pro se, & hæredibus ex corpore, &c. & addit, *& quibus deinceps, vt de omnibus forma sit eadem, similiter in perpetuum concedentur, &c.* & sic vt nō sit discrimen inter concessiones vsque in illum diem factas, & faciendas in posterum: sub eadem tamen verborū formula, quod sublato abusu frater, vel
7 soror primogenito succedat: sicut scilicet generaliter, inter omnes, & in omni casu facta concessione sub dicta verborum formula in linea descendēti filius tantùm primogenitus succedebat, etiam nulla maioris ætatis mētione facta (quod propriè est illud, de quo hodie nos disceptamus) vtrum si facta concessione sub dicta formula, in dubio ex generali consuetudine succedat primogenitus solus, vel potiùs omnes filij, idem etiam seruandum esset in linea transuersali admisso fratre, quem includi voluit *Carolus II.* illius *cap.* conditor sublato abusu.

8 Si etenim non inualuisset hæc generalis consuetudo, quam indubiam supposuit *Carolus*, pessimè dixisset, *fratres, vel sorores à primogeniti successione excludi*, & non minus generaliter statuendo, *vt frater, vel soror succederet primogenituræ, ac masculini sexus prerogatiua seruata;* sed necessariò dixisset, vt fratres, & sorores succederent omnes, vel primogenitus inter eos, qui specialiter viuunt Iure Frācorum, &c.
9 siquidem certum est, quod ratio motiua abusus, quam *Carolus correxit*, exclusionis fratrum, & sororum pariter militabat in successione feudorum diuiduorum, prout in indiuiduis.
10 Ex quibus patet verba illa, *hoc adiecto*, intelligi de clausula, *ex corpore*, quæ inuestituris adijci solet, non autem referri ad ius *Cōstit Vt de success.* ad quod nullo modo se retulit, neq; de eo meminit *Carolus II.* nisi in fine ad alium partic. effectum; Vt liceret, scilicet in feudis dotaria constituere, iuxta teno-
11 rem antiquæ legis. Et notanda apprimè sunt illa verba, *Veteribus autem feudis, idest cōcessis ante Carolum I. illo vsu, ac iure, manentibus;* vndè fit distinctio, inter feuda concessa ante aduentum *Caroli I.* & post aduentum quoad Cōsuet. Iuris Francorum.

Et apertè colligitur ex dictis verbis,
12 post editum *d. cap. Considerantes;* nullā censeri factam inuestituram, secundū Ius Lōgobardum iam ante dispositionem *d. cap.* aboletum, exceptis tantùm inuestituris antiquissimis ante *d. cap.* concessis eorum feudorum, quæ non

ſunt deuoluta Regiæ Curiæ, quæ antiquam illam formam retinuerunt, vel quæ penes illas familias remãſerunt, quę iure Lõgobardo ſemper vixerũt, quæ paucisſima ſunt.

13 Hic autem ſẽſus cõprobatur apertè ex dictis per *Dominum meum Socerum Camillum de Medicis conſ.* 8. *nu n.* 8. *cum duobus ſeqq.* dum optimè probauit *in Conſtit. Vt de ſucceſſionibus*, non ſolum fuiſſe conſideratũ ius primogenituræ in linea deſcendenti; ſed etiam in linea tranſuerſali; nam alias melioris conditionis fuiſſent fratres,

14 quam filij: ſed per *cap. Conſiderantes*, fuiſſe dumtaxat ſublatum abuſum tenẽtium; quod frater fratri in feudo antiquo dato pro ſe,& hęredibus ex corpore non ſuccederet: hunc abuſum ſubſtulit *d.cap.Conſiderantes*:ſtatuendo fratrem fratri in caſu prædicto ſuccedere; ſeruata ętatis pręrogatiua,& hęc deciſio non fuit noua,ſed antiqua, dicit *Aſflict.deciſio.*293.*in fi.* Hæc Dom. Socer, & ſic non inducitur de nouo in *d.cap.* ſucceſſio ſecundum Ius Francorum in linea tranſuerſali; ſed ſupponitur iam pro indubitata, vt antiquitùs

15 inducti. Aliud enim eſt diſponere, aliud verò ſupponere, *Surd.deciſ.*282. *num.*9 Ad quod ponderetur rubrica *d.cap.Conſiderantes*, ſiuè titulus & inſcriptio, dum dicitur; *de proroganda ſucceſſione duratura*; & ſic arguendo ex verbis *rubricæ* clarè colligitur intentio Legislatoris, qui nihil aliud voluit,niſi tollere abuſum, & prorogare ſucceſſionem, vt illa duraret, etiam quoad fratres,non obſtante clauſula, *ex corpore*, ſed primogeniturã ſuppoſuit per prius generaliter inductam inter deſcendentes,& collaterales, quod etiã expreſsè ſentijt *Camill. Saler.in Addit. ad Conſuet.Neap.Et ſi teſtator,lit.E.car.*176.*in fin.* & 177. vbi pro conſtanti ſuppoſuit *d.cap.Conſiderantes*, nihil de nouo induxiſſe, auctoritate etiam *Marij Saxi* celebris Aduocati,& Regij Conſiliarij *in apoſtill.ad d.cap.*

Nec omittam erroneum, etiã quin imò apertè falſum,ex his apparere motiuũ aduerſarij,dũ nõ erubeſcit, cõtra verba clarisſima *d. cap.* aſſerere *d. cap.* loqui dumtaxat in feudis titulatis, & Baronijs, & in his tantùm eſſe inductam primogenituram in linea tranſuerſali.

16 Loquitur enim *tex.* apertiſſimè,non ſolùm de Comitibus, ſed etiam de Baronibus omnibus dicti Regni, & ſic includit ex dicto, & ſigno vniuerſali quoſcunque Barones feuda tenentes, etiam non in titulum Baroniæ, iuxtà commune vſum loquendi notiſſimũ, quo Baronũ appellatione veniũt etiã illi, qui vnum Caſtrum tenent, non in titulum Baroniæ.

Secundò,nè poſſet de hoc dubitari,

17 ſubdit *tex. Baronibus omnibus, quibus ſunt conceſſa Comitatus,Baroniæ,ac feuda,vt de omnibus forma ſit eadem,& in perpetuum ſimiliter concederentur*,& iterum mox repetitur, *ad huiuſmodi Comitatus,Baronias,& feuda,&c.* vt apertiſſimè oſtenderunt, etiam feuda quæcumq; ſimplicia comprehendere velle.

18 Et tertiò neceſsè erat comprehendi omnia & quæcunque feuda, etiam extra titulum Baroniæ, nàm alioquin non adhibuiſſet perfectũ remedium, nec plenè conſuluiſſet feudatarijs in tollendo iniquũ interpretationis abuſum circa feuda titulata tantùm,& Baronias,& non circa reliqua feuda,quæ eo præſertim tempore plura erant,quã feuda titulata, & ſic non fuiſſet omnibus eadẽ forma,prout dicitur in *textu*.

Et quarto,& tandem, hæc interpretatio partis planè deſtruitur ex eo, q

19 Baronia non prohibetur diuidi,ſed illa diuiditur,ſicut reliqua feuda ſimplicia, in locis, vbi viuitur Iure Longobardo,iuxtà doctrinam *Iſern.in cap.*1. *de Capit.qui Cur.vend.* poſt *nu.*22. ibi, *ſed Baronia non prohibetur diuidi*, vbi *Lipar. lit.D.* ſequitur ampliſſimè *Freccia* omninò uidendus *de ſubfeud. tit.de orig.Baron.n.*15.17.& 18.*cum ſeq.* Nec

20 omnis, qui habet plura Caſtra in feudum,dicitur Baro,nec Caſtra ipſa, etſi

ſimul

ſimul conceſſa dicuntur Baronia, niſi concurrant requiſita, quæ ſubijcit idē *Frece. d. loco num. 26. & 45.* Vndè ex his,&c.

DECISIO.

Tandem hic generalis,& controuerſus iuris difficilis,& intricati Articulus fuit deciſus, facta relatione per Regiam Cameram in Collaterali Cōſilio ſub die 5.Decembris 1625. referente *Dom. Simone Vaaz Comite Molæ eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidente I. C. integritate,morum candore,& rerum experientia præſtanti*, in Collaterali Cōſilio,& prouiſum in feudo, ſeù Caſtro Antroduci poſſeſſores viuere de Iure Francorum, iuxtà votum Marchioniſſæ Bandini,vt in proceſſu fol.778. Et cùm ex parte Illuſtr. Principis Pauli, & Ducum Ioannis, & Federici de Sabellis fuiſſet nedum reclamatum, ſed dictum de nullitate decreti, facto depoſito iuxtà pragmaticam, 1. Aprelis 1626 car. 786. Fuit tandem decreto eiuſdem Regiæ Cameræ facta iterum relatione in Collaterali ſub die 22. Octobris 1627. cum *Domino Rouito adiuncto*,prouiſum, nullitates non obſtare, & ſoluant pœnam, car.806. Et tandem approbatum decretum, per dictos Dominos de Sabellis ſub die 11.Auguſti 1628. car. 818. vt ex proceſſu Regiæ Cameræ inter Ill. Virginiam,& alios de Sabellis,contra Illuſt. Marchionem Io. Bandinum, penès Actuarium Carolum de Maria.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſio cauſarum à Tribunali ordinario inter partes,quale eſt Sacrum Conſilium ad Regiam Cameram,multiplici de cauſa fieri poteſt, & nu. 3.*

2 *Remiſſio ad Regiam Cameram fit neceſſariò in tribus caſibus, & quartus eaſus reſeruatur Excellentiſſimo Viceregi in ſuo Collaterali Conſilio, Fiſco inſtante ex Pragmatica.*

4 *Feuda intereſt directi domini,potiùs eſſe indiuidua de* Iure Francorum, *quam diuidua de* Iure Longobardo, *& num.33.*

5 *Feudorum ſucceſſio reſtricta eſt de iure* Conſtit.Regni.

6 Conſtitutio Regni *enumerat gradus, & non perſonas.*

7 *Succeſſio in feudis ampliata per gratias in* cap.Regni.

8 *Succeſſio feudorum, in quibus viuitur* iure Longobardo, *quomodo fiat, & vſque ad quem gradum,& nu.9.*

10 *Gradus ſuccedendi de* Iure Longobardo *computantur, ſecundum ſuppotationem iuris Canonici in matrimonio.*

11 Iſernia *dubitauit de ſupputatione gradus, facta per Carolum in Longobarda.*

12 *Succeſſio feudorum* Iuris Francorum, *differt à ſucceſſione* Iuris Longobardi, *qua eſt largior.*

13 Conſtitutio Regni, *vt reſtringeret ſucceſſionem vſq; ad tertium gradum, admiſis fœminas conditionaliter. Et in gratijs fuit extenſa ad certas perſonas,contentas in quarto gradu,nu.14.*

15 *Diuiſio in feudi ſucceſſione damnoſa, deſtruit dignitates familiarum,& patrimònia corrumpit,nu.16.& 28. & contra bonum publicum,nu.29. & domini directi,& vtilis, num.31.*

17 *Primogenituræ norma in ſucceſſione,cōſeruat iura dominicalia, & ſeruitium ad beneficium domini.*

18 *Diuiſio in feudis dignitatum, & Baronijs, ceſſat.*

19 *Ius primogenituræ iure feudorum primæuo ſeruatum, & ideò permanere debet,niſi vbi reperitur abrogatum.*

20 *Intereſſe domini, vt feuda ſint indiuidua,conſideratur non minus in Regno, quam iure communi.*

21 *Feuda,etiam dignitatis, attento* Iure Longobardo, *in Regno diuidebantur.*

22 *Diminutione feudorum probibita,cenſetur probibita diuiſio.*

23 *Seruitium in feudo diuiduo præſtatur pro*

pro parte, licet iuramentum præstetur ab vnoquoq; insolidum, & 34.

24 *Præscriptio res particularis feudi, etiam cum exhibitione seruitij prohibetur.*

25 *Solutio particularis, multa affert incõmoda.*

26 *Castra, & oppida donata nobilibus per Inuictiss. Hispaniarum Reges, deferuntur primogenitis, iure maioratus.*

27 *Decisio Senatus Vallisoletani in causa Comitatus de Valentia, contra opin. Xuar. & Molina, refertur.*

30 *Membra Regni non debent à capite separari.*

32 *Maioratus successio*, Iure Francorum *regulatur.*

35 *Rex frequenter cogit feudatarios ad præstandum seruitium in pecunia loco seruitij personalis, vbi cur ita contingat.*

36 *Rex in Regno eligit seruitium personale, vel in pecunia à vassallis, quod fallit in feudo exiguo.*

37 *Adoha, idest seruitium debitum occasione feudi, dictum ab vnione, & coniũctione plurium feudorum exiguorum.*

38 *Interesse voluntatis consideratur.*

39 *Vicarius, siuè Regni Prorex, prohibetur assentiri, vbi feudorum diuisio, vel membri seperatio, sequitur.*

40 *Adhoa exactio vtrum hodie cessauerit, cùm fiat sub donatiuo.*

41 *Donatiuum, exigitur secundum taxam seruitij.*

42 *Feudum francum à seruitio adhoa, censetur francum à donatiuo.*

43 *Regis, vt directi domini, quomodo intersit habere plures vassallos plurium Castrorum, non autem in vno Castro.*

44 *Duo Domini in eodem Castro, mostruosum.*

45 *Vassallum sicut dedecet habere plures Dominos, sic, è contra.*

46 *Regia Camera cognoscit. An sit feudum, vel allodium, vel cuius qualitatis, & speciei sit feudum.*

47 *Consuetudo, & mos Tribunalis, in iudicando attendi debet.*

48 *Consuetudo imò, & præscriptus mos iudicandi, licet non extendatur ad aliã speciem, tamen complectitur omnes casus eiusdem speciei.*

49 *Decisio Sacri Consilij, qua fuit remissus articulus diuiduitatis feudi ad Regiã Cameram iudicem competentem in causa D. Troili Valignani.*

50 *Actus vnicus, siuè vnica decisio sufficit ad inducendam consuetudinem, sic iudicandi, maximè iuri communi conformem, nu. 51.*

52 Remissio ad Iudices Fiscales *iure communi est facienda, etiam si in consequentiam vertatur interesse Fisci.*

ARGVMENTVM.

Remissio causæ, quando sit facienda à Iudice ordinario ad Iudices Fiscales, tàm de iure communi, quàm de iure Regni, ad intellectum *Prag. 62. sub tit. de Offic. Procur. Cæsar.* Et præsertim de stylo Sacri Consilij remittendi ad Regiam Cameram cognitionem articuli incidentis: An quid sit feudum, vel allodium, & sic etiam quando contingit controuersia super qualitate feudi, an sit vnius, vel alterius speciei, & an idẽ sit seruandum vbi controuertitur, an sit feudum indiuiduum Iuris Francorum, cum prærogatiua primogenituræ, vel diuiduum de Iure Longobardo, in quo fundatur latè interesse directi domini, & vassallorum feuda esse Iuris Francorum indiuidua, & damna, quæ ex diuisione oriuntur. Seruitium, siuè adhoa an sit præstandum in Regno de persona à vassallis, vel in pecunia, & sub qua forma hodie exigatur. Mos, & consuetudo iudicandi, ad quæ extendatur, & alia ad praxim pertinentia, dilucidè explicata.



Pro

Pro Fisco R. Patrimonij contra Dominos Sabellios.

CONTROVERSIA IV.

Recolligendo spicas post terga metentium, iam plena manu collecta messe, dicimus omninò articulũ diuiduitatis, vel indiuiduitatis Castri Antredochi, esse remittendum ad Re-
1 giam Cameram, instante Fisco pro suo satis cõsiderabili interesse, & ex more præscripto sic iudicandi; cum enim *pragm. edita 7. Nouemb.* 1585. quæ est hodie 63. *sub tit. de Offic. Proc. Cæs.* vltra
2 tres casus satis notos sit reseruatus quartus. *Se in alcuna di dette cause uertẽti, ò che in futurũ verteranno, trà parti, vi fusse alcuno preciso, & apparente interesse del Fisco, e di molta consideratione, in detto caso riseruiamo la declaratione à noi, qual si farà petente l'Auocato Fiscale.*

Nullo quidem casu verificari poterit magis præcisum interesse, quàm in præsenti, in quo multiplex, & quidẽ ex omni parte maximæ considerationis versatur interesse R. Fisci.

3 Primò etenim occasione facilioris deuolutionis. Secundò, ex causa magis restrictæ, & arctatæ successionis. Et tertiò, ratione vitandæ corruptionis, siuè annihilationis ipsius feudi, in graue damnum directi domini, etiam de præsenti, quod ex diuisione insurgit.

Et quia primum patet ad sensum,
4 quod etenim in feudo *Iuris Francorũ* indiuiduo innititur vitę, vel fidei vnius solius, id in feudis diuiduis *Iuris Longobardi* est expectandum ob mortem, siuè delictum plurium, & quod plures decedant sine successoribus, ob id in hoc vlterius non immoror.

Secundum, facili negotio probabi-
5 tur, quia cùm de Iure *Constit. Regni, Vt de successionibus*, restricta sit successio in viuentibus *Iure Francorum*; vt in linea transuersali succedatur in feudis vsque ad tertium gradum dumtaxat;
6 siquidem receptum est *Constitutionẽ* enumerare gradus, & non personas, itavt omnes personæ existentes infra tertium gradum, tàm in descendentibus, quàm in ascendentibus ex transuerso admittantur, vt latè *per Isern. Afflict. & alios in d. Constit. & in quæstione de patruo*, disputauit *Isern. in cap. 1. Imperator Lotharius*, & pro maiori declaratione roboratum, & concessum extitit *in cap. 17. inter cap. Regis Catholici, & cap. 7. Caroli Cæsaris.*

Et hodie licet per nouissimas gratias Inuictissimi Philippi II. sit ampliata
7 successio vsq; ad filios fratrum, qui patrueles dicuntur: ramen non includuntur omnes personę existentes in quarto gradu; sed enumeratę sunt certæ personæ dumtaxat, dummodò scilicet is, qui prætendit successionem sit masculus descendens ex masculo, & sic non comprehenduntur sorores patrueles, licet in eodem sint gradu, & latiùs *in capit. insertis inter nouissimas pragm. de feudis.*

In successione verò feudorum, in
8 quibus vigẽt *Ius Longobardum* in linea transuersali succedirur vsque ad septimum geniculum, *l. 1. de successionibus in Longobarb.* ibi, *Omnis parentela vsq; in septimum geniculum numeretur*; vbi *Carolus de Tocco fol. mihi* 114. *à terg. in paruis, in gl. geniculum*, subdir hæc verba: *Non ponitur hic pro gradu, vt dicat vsque ad septimum gradum, nam Iure Romano qualibet persona gradum facit, §. hactenus, Instit. de gradi. & hi, quos vulgò, cõsanguineos, appellamus, sũt in quarto gradu, & quos fratres tertios denominamus, sunt in sexto; vndè absurdum esset vt successio non extenderetur vltra tertium gradum, ponitur hic igitur geniculum pro generatione, & duæ generata personæ faciunt generationem, siuè geniculum verbo Frãcorum, qui hoc modo dicunt: hic est, mun cusin de tergenudu.*

Ex cuius verbis apparet iuxtà scilicet Longobardorum successionem, nedum

nedum extendi vsque ad septimum gradum, iuxta computationem Iuris
9 Ciuilis, sed lõgè vltra septimum, cùm illo Iure duæ generatæ personæ faciãt
10 geniculum, ad instar supputationis, quam *Ius Canonicum*, posteà probauit in matrimonio, ad quam *l.1.in Longobard.* se remisit *glos. notab. in cap.1. §. hoc quoq; verbo gradum, in fi. de his, qui*
11 *feudum dare possunt*; vbi licet *Iser. n.22. in vers. si verò inclusiuè, dubitauerit de doctrina Caroli*, vt non extendatur successio in Longobarda vltra septimum gradum, iuxta computationem Iuris Ciuilis, attamen *Iacobino in inuestit. verb. præsentes, num.7.* cui videtur accedere *Lipar. ad Isern. d. loco in addit. verb. exclusiuè, lit. I.* opinioni Caroli potiùs inhærere libuit.

Sed quicquid sit, receptũ est adesse maximum discrimen in extensione
12 successionis inter successionem in feudis, in quibus viuitur *Iure Francorum*, & in illis, in quibus adhùc viget *Ius Longobardum*, quia in illis successio est restricta vsque ad tertium gradum inclusiuè, remoto quarto; in istis verò non est arctata successio, sed succeditur, prout de iure communi, vsque ad septimum gradum, vt post *Iser. in pluribus locis, & Luc. de Penna* notat disertis verbis *Afflict. in d. Constitut. sub num.1. in 1. notab. vers. nam in istis feudis, & num.2. vers.3. de iure commu. & num.7.* idemq; notat expresse *Freccia lib.3. de different. inter feuda Regalia, titulata, & alia nobilia, cap.10. car. mihi* 433. Et ideò *Frider. author d. Cõstitut.* rigidus, vt ait *Isern.* in iure Fisci conseruando, & augendo, vt restringeret ad vtilitatem Curiæ successionẽ
13 in feudis, vsque ad tertium gradum tantùm, non curauit admittere fœminas conditionaliter alioquin de iure
14 communi incognitas; & Reges nostri quamuis munificentissimi requisiti in gratijs in hac materia sæpissimè supplicatis in Comitijs, noluerunt tamen extendere, nisi ad certas personas, quę continentur in quarto gradu, non autem ad omnes, quæ in illo comprehẽduntur.

Tertium, interesse maximum versatur Regiæ Curiæ præcisum, patens, & considerabile, in euitanda diuisione,
15 siquidem, vt omittamus ius primogenituræ fuisse introductum ob bonum publicum, quod nedum consideratur pro recta, & iustiori populorum gubernatione, sed in fauorem, & honorẽ imperij, vt Principatus, & qui sub eo sunt integri perseuerent, vt per *omnes in d. §. Præterea Ducatus, & per glos. fin.* vbi *Canonistę in cap. licet, de voto*: cũ ex
16 diuisione, familiæ dignitas, memoria eiusdem, ac vniuersa patrimonia destruantur, & corrumpantur, & omnis dualitas ad destructionem subiecti, vnitas autem ad conseruationem ordinetur, vt ex Philosopho latissimè, & ingeniosè prosequitur *Tiraq. de iure primogen. q.4. ex nu.21.23. & 27. Ludo. Molin. de primogenijs lib.1. cap.11. n.3. Intrigl. de feudis quæst.39. n.2. Kirchou. de feudis concl.9. cent.2. Beccius cons.56. num.28.* pulchrè *Surd. consil.375. n.13. lib.3.*
17 Verùm, ex iure primogenituræ resultat aliud peculiare interesse domini, quia scilicet ex vnitate seruitij, nedum præstatio gratior, & vtilior redditur, sed ipsum seruitiũ per feudi indiuiduitatem conseruatur, quia *vt Oldrad.* docuit *consil.237. nu.2.* nedum in
18 feudis dignitatum, sed in Baronijs diuisio locum non habet (*ne per diuisionem minutatim diuiso obsequio dominus seruitio debito defraudetur*) iuribus per ipsum citatis, qui amplius fir-
19 mat, iure primæuo in feudis ius primogenituræ fuisse seruatum, deductũ ex iure diuino, *Gen.21. & 25.* à quo iure per contrariam consuetudinem fuisse recessum, cuius vigore fuisse facta feuda diuisibilia, sed in certis locis alia consuetudine redijsse ius primæuum, quod permanere censetur, nisi quatenus reperiatur media consuetudine derogatum, vt per *eum num.3. & in fine, vers. sed cõtrarium*, & sic ab initio

tio

tio feuda fuerunt diuisionis nescia.
20 Quod domini interesse non minùs
considerari in Regno nostro, attentis
ll.municipalibus Regni, quam iure cõ-
muni, testis est post *Afflict.in Constitu.*
Comitibus,nu.3.Consiliarius Minadous,
qui postquam latè firmauit *consil.1.ex*
nu.14.ad 21. interesse indiuiduitatis
feudi ad bonum publicum; prosequi-
tur *ex nu.24.* interesse peculiare dire-
cti domini, vt seruitium integrum per-
maneat,& cõseruetur; alioquin feuda
omninò destruerentur, & corrumpe-
21 rentur, & quia in Regno attento Iure
Longobardorum feuda etiam digni-
tatis diuidebantur, & hac de causa ad
nihilum redigebantur, idcircò dicit
Fridericum promulgasse duas Constitu-
tiones inducentes Ius Francorum, ad cõ-
seruationem feudorum,& seruitij: si-
quidem ex diuisione feudi necessariò
22 inducitur ipsius feudi diminutio in
damnum domini, & ob id prohibita
diminutione, censeatur quoq; neces-
sariò prohibita diuisio, per quam om-
ninò feudum diminuitur, optimè *Can-*
netius videndus in Extrauag.Si aliquẽ,
§.sed præstat quærere,n.5.car.mihi 271.
Reg.de Ponte cons.79.n.7.

Et quamuis sufficere deberet horũ
DD.testimonium, attamen probatur
euidenti ratione, cùm in feudo diui-
23 duo quilibet ex successionibus tenea-
tur ad seruitium, præsertim consistens
in pecunia pro parte, licet ad iuramẽ-
tum, quod est indiuisibile, teneatur
quilibet insolidum, vt pulchrè per *Iser.*
in cap. omnes filij, in princ. ibi: *item si*
omnes, & num.2. vers.seruitium verò,
& nu.3.vers.sed certè, si de feudo defun-
cti militis.

Et hac ratione nõ permittitur præ-
24 scriptio rei particularis feudi, etiam
cum exhibitione seruitij, nè scilicet
solutio, & præstatio seruitij reducatur
ad nihilum, vt quilibet pro minima re
teneretur,& quodammodo exinanire-
tur feudum, ex eo, quod particularis
25 solutio multa affert incommoda, *iuri-*
bus citatis per Dom.Reg.Lanar.cons.40.
& 93. & in terminis probat *Dom.meus*
de Curte par.1.cap.16.n.145.in fine.

Et hac eadem ratione præualuit de
26 consuetudine Hispaniarum, vt Castra
siuè Oppida à Regibus donata nobili-
bus pro se, & suis descendentibus cũ
titulo Ducatus, aut cæteris eiusdem
generis, illa debeant ab huiusmodi cõ-
cessionarijs iure maioratus possideri,
ita vt indiuidua sint vnius, ac primo-
genito perpetuò deferenda, vt contra
opinionem *Xuares* fuisse iudicatum in
27 causa Comitatus de Valẽtia in supre-
mo Cõuentu Vallisoletano refert *Mo-*
lina de Hisp.primog.l.1.c.10.ex n.10.
&propriè *nu.25.* ea præcipua ratione,
28 quia sc. diuisione, familiæ dignitas,
memoriaq; eiusdem, ac vniuersa pa-
trimonia destruantur, ac corrumpan-
tur,& quia virtus vnita fortior,& vni-
tas ad conseruationem subiecti; duali-
tas autem ad destructionem eiusdem
tendit, vt latiss. *ex Hostiens.Io.Andrea*
Socin. & infinitis alijs à Tiraq.relatis,
probat idem Molina d.cap.11.n.2.3.&
4.cum seq. & in hoc bonum publicum
29 versari, vt ad instar Regni, cætera il-
30 lius membra pari ratione indiuidua
esse debeant, vt à capite membra ipsa
minimè separentur,& separata corrũ-
pantur in damnum,& perniciem, tàm
31 Regis, qui sperato fraudatur belli ser-
uitio, quam etiam eorũ, quibus castra
conceduntur, vt subijcit *d.loc.Molina*
num.15. 16.25. & 29. vbi probat
plura specialia hac ratione introdu-
cta ad diuisionem vitandam,& vt in
32 maioratibus *Iure Francorum* succe-
datur, sicut in feudis, in quibus solus
primogenitus succedit, idem *Moli-*
na probat *d.lib.1.cap.7.num.2.3.& 4.*

Hinc *Andreas Gail.lib.2.practicar.*
obseru.cap.152.post nu.2.vers.sed ex re;
inquit ex re imperij, eiusq; dignitatis
33 magis fore, vt feuda indiuidua cõser-
uentur, diuisio enim non tam familijs,
sed imperio quoq; damno est, variatur
enim imperij matricula, aut saltim pẽ-
sitationes, & exactiones collectarum
incertæ redduntur toties mutatis re-
rum

rum poſſeſſoribus,itavt prȩter nudum dignitatis titulũ,& nomen vix aliquid reliquum ſit; adeo vt quis ſe nihil habere, qui nõ totum habeat arbitretur, & deniq; ſuam quoque partem corrumpi patiatur, dum inuidet alienæ, *l.2.§.naturale,C.quãdo,& quibus quarta pars, lib. 10. & cap.ex literis 5.* ibi, *propter poſſeſſionum minutias,extra de pignor.* vt latiùs per *Gail. vſque ad numer. 11.*

Vndè cùm in ſucceſſione feudi diuidui quilibet ex ſucceſſoribus te-
34 neatur pro parte ſua ad ſeruitiũ,præſertim conſiſtens in pecunia, licet ad iuramentum, quod eſt indiuiſibile, quilibet teneatur inſolidũ, vt latè diximus ſupra *ex Iſern.in cap.omnes filij, in princ.*ibi: *Item ſi omnes,& nu.2.verſic.ſeruitium verò, & num. 3. verſ.ſed certè, ſi de feudo defunctis milit. contron. fuerit.*

35 Et cùm in Regno frequenter Curia Regis cogat pecuniã ſoluere pro ſeruitio perſonali, quamuis vaſſallus offerat ſeparatum perſonaliter ſeruire, idque fauore publicæ vtilitatis,& defenſionis Regni,qui, & duriora ſubſtinet, & maximè nè cogatur dominus obijcere hæredi vaſſalli, quod non eſt ſtrenuus,ſicut ille,cui feudum conceſſit,vel etiam ipſi ceſſionario, quod ſit infirmus,vel aliter inhabilis,aut quod poſſet habere militem magis ſtrenuũ, qui pro ipſo ſeruiret, vt latè per *Iſern. in §.ſimiliter, poſt num. 14. de Capitan. qui Cur.vend. & in §.firmiter,num.32.* ibi ampla additio *Lipar. lit. L. verbo, ſoluat.de probib.feudi alienat.per Feder.* poſt *Dom.meum Capyc.in inueſtitura latiſſimè,verbo,Feuda adobant, verſ.& quando Dominus, & in verſ. licet vaſſallus,& deciſ.32.num.2.& 3.* vbi concludit, in Regno eſſe electionem do-
36 mini, niſi cùm ob feudi exiguitatem, non poteſt integrum ſeruitium exhiberi,quia tũc admittitur vaſſallus, volens ſeruitium dare in pecunia;ex hoc patet maximum intereſſe Regis vt ſaſi,vt feudum,& ſeruitij præſtatio indiuidua conſeruentur, & nè dominus electione priuetur.

37 Quod & ex æthymologia, & deriuatione ipſiuſmet adhoę, id eſt ſeruitij militaris manifeſtè colligitur,Reges,& leges Regni ſatis anhelaſſe, vt ſeruitiũ vnitum præſtaretur; ſiquidem cùm omne feudum in Regno redditus viginti annuarum vnciarum eſſe oporteret, vt pro vnoquoque feudo Rex haberet vnum militem cum equo,tribus menſibus in anno, vel ſi eligitur à Rege pecunia pro quolibet feudo habeat vncias decem cum dimidia, nè Rex defraudetur debito ſeruitio in feudis minoris redditus, inuentum fuit,vt multa feuda ſimul vnirentur,vt hoc ſeruitium vnciarũ decem, à quolibet feudo integro ſolueretur, & ſic ſtipendia militibus ſoluerẽtur(adhoa) barbaro modo .ſ. coniunctio dicta,vt coniunctionem ipſam in feudis modicis ad integritatem vnius feudi præſtantis integrum ſeruitium conſideremus, quod adeo proceſſit, vt etiam ſolutio,quæ fit per vnum feudatarium pro integro feudo,adhoa, nũcupetur, vt per *D.Capyc.d.verbo, feuda adhoantur,in princip.car.27. Camer.poſt Iſern. in d. §. firmiter, literis E. & F.car.92.* quicquid igitur attentatur, vt ſeruitiũ diuidatur contra mentem legis,& Regis eſt,ipſiuſq; intereſſe conſideratur,
38 etiam voluntatis, argumento *l.fi. ff.de vſu,& habitatione.*

39 Et ob id, licet Vicarius in Regno valeat aſſentiri quibuſcunq; feudorũ alienationibus,quæ ſolet ipſe Rex cõcedere, vt latè per *Iſern.in cap.Imper. num. 13.* inhibitum eſt tamen Proregibus aſſenſum concedere vbi feudorum diuiſio, aut membri ſeparatio ſequitur,non alia ratione,niſi quia diuiſio non eſt ſimplex alienatio, ſed deſtructio.

Vndè patet, non obſtare, ſi dicatur
40 hodie non fieri exactionem adhoæ, prout per prius exigebatur, ſed fieri ſub donatiuo,quę ſingulis duobus annis fit in noſtro Regno, vt per *Dom.de Ponte*

*Ponte decis.3.ex nu.*11.*ad* 21. *D.Regens Tapia in prag.*18.*verb.adhoarum in fin. de officio Proc. Cas.* non.n.cessauit exactio adhoæ, sed illa adhuc exigitur,
41 licet sub donatiuo, quod adhuc exigitur secundum taxam seruitij, & sic cum donatiui exactio reguletur à taxatione
42 adohę, adeo quod si feudum sit francum ab adoha, intelligitur quoque immune à donatiuis, vt latè per *D. de Ponte d.decis.3.nu* 15. *&* 20. *D. meum Reg.de Curte p.*1.§.13.*nu.*53. quidquid aliter, & malè senserit *Reg.Lanar.* quòd potius adoha sit subrogata loco subsidij sub nomine doni, quàm ècontra, vt per eum *cons.*57.*num.* 9. contra cuius opinionem fuit meritò pronunciatum, vt ipsemet in calce consil. fatetur, ex hoc propterea, remanente eodem interesse fisci circa exactionem adohæ additur quoque aliud maius interesse, vt exactio etiam donatiui integra fiat, & non in frustra diuisa.

Nec minus obstat, quod obijcitur interesse Regis habere plures vassallos
43 feudi diuidui; quàm vnum tantum primogenitum; licet.n.hoc nullius sit considerationis, habito saltim respectu ad damna, & incommoda, quę ex diuisione proueniunt, præsertim in Rege nostro Monarca tot Regnorum, attamen hoc esset admittendum, quando essent plura castra, secus in vno, eo-
44 demq; in quo monstruosum est adesse duos dominos, vt in pulchro casu *Alexan.cons.*25.*nu.*17.*ver.propterea in casu lib.* 1. *& alij multi congesti per Roland.à Valle cons.*80.*nu.6.&* 14.qui ita distinguit in puncto, *& Berous cons.*74.*nu.*22 *lib.*1.amplius dixit, quod sicut concess-
45 sum non est, vt mediante diuisione vnus vassallus habeat plures dominos, ita quoque vt dominus pro vno feudo habeat plures vassallos, vix est concedendum, quod latissimè prosequuntur *Aghilar de successione Regni Portugallia p.*1.*ex nu.*35.*Tiraquell.d.q.*4.*nu.*30.

Quartò, & tandem articulus iste est remittendus ad Regiam Cam.ex more pręscripto sic iudicandi, siquidem nedū
46 cum dubitatur an sit feudum, vel allodium, sed cuius qualitatis sit feudum semper cōsueuit remitti ad Reg. Cam. vt testatur *D.de Franch.decis.*512. *in fin.*& in specie, an fuerit feudum quaternatum, vel planum, iunctis aulis in Collater. decretum fuit contra me, dū tuebar Eminētiss.Cardin. Aldobrand. Abbatem Sanctæ Mariæ Ferrara in causa Torcini, quòd iteratò remitteretur articulus qualitatis feudalis ad Reg.Cam. de anno 1613. penes Amatrudam Actorum Magistrum S. C. vn-
47 de à consuetudine, & stylo Tribunalis nō est recedendū, *Franch.dec.*91.*n.*16. 238.*nu.*3. *&* 470. *de Ponte cons.*54. *nu.* 14.*Regens Rouit.in prag.* 1. *de titul.abusu nu.*58.*Mastrill.dec.*66.*nu.*16.*lib.*1.
48 Consuetudo autem sic iudicandi, quinimò, & præscriptio, licet non extendatur ad alium actum positum sub alia specie prorsus separata alterius iurisdictionis, tamen cum quis exercet, & acquirit actum sub vna specie extēditur ad omnes alios casus, sub eadem specie iurisdictionis existentes, *Bald.ex Innoc. in l.*2.*nu.*51. *vers. sed nunquid C. de seruit. & a. n. Alex.cons.*68.*num.*18. *vers nec obstat lib.* 2. *Socin.cons.*111.*nu.* 3.*lib.*1. *Iason in l.imperium nu.*23.*ff. de iurisd.omn.iud. Gabr.de præscript.concl.*2 *nu.* 19.& sic consuetudo iudicandi in vna specie, vel qualitate feudi ad omnes alias species feudorum extendi debet.

Verum hic ex abundanti affertur
49 decisio, vbi in terminis S.C.me defendente Troylum Valignanum remisit articulum diuiduitatis feudi ad Reg. Cam. quoad petitorium, licet inspecto statu causæ, dum ageretur de executione sententiæ iam latæ pro dote super parte feudi Casæ Canditellę, quòd ex actis apparebat semper fuisse diuisum, non fuerit impedita executio sen-
50 tentiæ assistentiæ, qui vnicus actus in puncto, de quo agitur, sufficit ad inducendam consuetudinem, vel consuetū, *ex Bellug. in spec. Princip. rubr.*4.§.*stias nu.*8.*vbi Borrell.* & cum sit consuetudo

declaratiua, sufficit etiam, quod non sit præscripta, *Socinus notabiliter d.consil.* 111.*n.*5.*lib.*1.

Eò præsertim, cùm hæc consuetudo
51 sit conformis iuri communi, *Curt. Iun. consil.*26.*in fine*, *&* 171. *pariter in fine*,
52 de iure autem communi, tàm si principaliter, quàm si in consequentiam lis inter priuatos tangat, vel tangere possit interesse Fisci, causa est remittẽda ad Iudices Fiscales, *vt ex Salyc. & Cagnol.* probat *Caualcan.decis.*8. *par.*1. *nu.*19. & secundum dispositionem iuris communis est interpretanda pragmatica, vt minus censeatur ab eius dispositione recedi, quàm sit possibile iuribus vulgat.

DECISIO.

Iudicatum iuxtà votum, & instantiam à me factam, tanquam Fisci patrono, à Supremo Collaterali Consilio die Lunæ 10. Iunij 1619. & remissa causa ad Regiam Cameram, interuenientibus Dom. Regentibus Fuluio Constantio Marchione Corleti Decano, Valenzuola, & Vrsino, referente tantùm, & non votante Dom. Consiliario Georgio Commissario causæ vertentis in Sacro Consilio, ex quo decisio est reseruata ipsi D.Proregi, & suo supremo Collaterali Consilio ex pragmatica anni 1585. initio citata, vt in processu Regiæ Cameræ penes Carolum de Maria.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarij effectus, & commoda recensentur, & num.*2.25.26.27.*&* 28.

3 *Hæres cum beneficio inuentarij quomodo possit contrauenire facto defuncti, & num.*5.*&* 7. *Et in quo differat ab hærede sine dicto beneficio, nu.*4.

6 *Hæres cum beneficio inuentarij, si vult exercere actiones, vti creditor contra hæreditatem, datur curator hæreditati.*

8 *Inuentarium non prodest in hæreditate opulenta, & num.* 11.

9 *Actio ex aditione hæreditatis, quando extinguatur, & nu.*10.*&* 17.

12 *Hæres cũ beneficio inuentarij potest dare insolutum creditoribus bona hæreditaria, & eius effectus, quod ampla etiam in vidua repetente dotem, n.*13. *Fallit vbi hæreditas est opulenta, nu.*14.

15 *Inuentarium cur inuentum?*

16 *Hæres non potest molestari in bonis proprijs, nisi pro pecunia exacta ab hæredisate.*

18 *Aditio hæreditatis cum beneficio inuentarii operatur conseruationem iurium hæredis.*

19 *Hæres cum beneficio inuentarij dicitur propriè hæres, nisi hæreditas non sit soluendo, & num.*20.*&* 22.

21 *Actio, & passio non possunt esse in eodem subiecto.*

23 *Actio semel extincta non reuiuiscit.*

24 *Hæres cum beneficio inuentarij, quando reputetur, ac si hæreditatem non adiuisset.*

29 *Origo filii, vndè bona peruenerunt, non attenditur in materia Consuetudinis Neapolitanæ, at proxima patris, vel matris.*

30 *Hæres hæredis testatoris est hæres propriè, & verè, & nu.*31. *Defuncti factum ratum habere tenetur, num.* 32. *&* 33.

ARGVMENTVM.

Hæres cum beneficio legis, & inuentarij, quomodo, & quando teneatur habere ratum factum defuncti, & actiones eidem competentes censeantur confusę ex aditione hæreditatis cum dicto beneficio; præsertim, si hæreditas est opulenta. Nonnulla de effectibus inuentarij, eiusq; commodis, & hæres hæredis an propriè dicatur testatoris hæres.



Pro

Pro Domino Principe Tarsiæ D. Ferdinando Spinello Marchione Ipsicrò.

CONTROVERSIA V.

CVm Ill. Vespasianus Spinellus Tarsię Princeps hæredem vniuersalem fecerit D. Io. Vincentium primogenitum, isq; postea sine filijs decedens instituerit suos hæredes Dom. D. Ferdinandum, & D. Carolum fratres.

Orta extraiudiciali cõtrouersia corã Arbitris super diuisione hęreditatis inter Ill. Principem D. Ferdinandum, & D. Carolum secundogenitum.

Primò dubitatur, Vtrum in diuisione hæreditatis fraternæ sit habenda ratio onerum remãsorũ in hæreditate Principis Vespasiani communis parentis, ita vt deductis oneribus, tàm paternis, quàm fraternis, reliquum hæreditatis allodialium diuidatur inter hos fratres hæredes, vt prætendit Dom. Princeps Ferdinandus: vel potius ab hac hæreditate fraterna, solum sint deducenda onera contracta per ipsum Principem Io. Vincentium fratrem, vt prætendit D. D. Carolus secundogenitus.

Et quoniã decisio vtriusq; articuli dependet à vera cognitione, & diffinitione effectus inuentarij hæredis, idcircò rem perstringendo dico:

Quòd licet prima facie, ex aduerso pro D. D. Carolo secundog. prætendi 1 possit, iura omnia & actiones, quæ quouis modo competere potuerunt Principi Io. Vincentio super hæreditate Principis Vespasiani patris, fuisse sibi conseruata intacta, & illesa beneficio inuentarij, ex notissima decisione *Iustin. in l. vlt. §. in computatione, C. de iur. deliber.* vbi inter alia commoda, quæ sentit hæres ex inuentario, illud est, vt non cõfundantur actiones hæredi cõpetentes contra defunctum, *vbi glo. vers. confundantur, & cæteri DD. in l. debitori tuo, vbi Bal. Ias. & Dec. C. de pact.* dicentes hæreditatem aditam teneri hæredi, & sic non esse factum vnum patrimonium confusum, sed per se cõsiderari hæreditatem, ac per se hęredẽ, vndè *Roland. de confect. inuent. in* 10. *vtilitate, tom.* 8. *par.* 2. *tract.* reassumendo dicta *DD.* dixit *num.* 2. inuentarium cõstituere hæredem in eo gradu, & statu, ac si hæreditatem nõ adijsset quoad damnum vitandum, & operari idem, ac si hæreditas esset iacens, vndè sicut hæreditas iacens tenetur hæredi, *l. vt debitum, C. de hæredit. action.* ita etiam hæreditas adita tenetur hæredi, citat *Bald. Ias. Cast. Purpur. Porcell.* & inter alios *Duen. reg.* 18. *limitat.* 2. & sic cessat repugnantia, nè quis sibi ipsi obligetur, de qua *in l. vranius, ff. de fideiuss.* cùm non hæres, sed hæreditas sit hæredi obligata, vt latè subijcit *Roland. d.* 10. *vtilit. in fine*. Vndè D. Carolus hæres Io. Vincẽtij fratris pro dimidia in allodialibus beneficio inuentarij confecti per dict. Io. Vincentium, prætendere poterit fraternam hæreditatem non fuisse commistam cũ paterna, nec actiones fratri competentes, confusas.

Aduertendum tamen est, id non esse simpliciter verùm, nec generaliter, & indistinctè accipiendum, sed procedere dumtaxat in eo casu, vbi hæredis intereſt actiones non confundi, ex eo, quia vel verè esset, vel de facili accidere posset, quod hæres esset in damno, si actiones confunderentur; & sic quando hæreditas exhauriretur à creditoribus, & legatarijs. Verùm, quando hęreditas est opulenta, vt quia hæres tantundem percipit ex hæreditate, & fortius, si cõsequitur plus quã ipsi à defuncto occasione sui crediti, siuè iuriũ, & actionũ, quas exercere posset aduersus hæreditatẽ, deberetur, hoc casu, nullo modo inuentarij beneficiũ impedit iurium confusionem; vndè hæres ipse, qui tantundem percipit ex hæreditate nihil prætendere potest ex suis credi-

tis super hæreditate; & multò minus prætendere aliquid poterit hæres hæredis, prout est in casu præsenti D. Carolus.

Præsertim cũ Princeps Io. Vincentius primus hæres nihil in vita perierit, nec animum suum consequendi illa credita, quæ nunc D. Carolus deducere, & separare prætendit ab hæreditate paterna, declarauerit. Idq; probabo ex solidissimis iuris principijs, verisq; terminorum irrefragabilibus rõnibus, & pũ-
2 ctualibus DD. decisionibus. Inuentarij etenim remedium constat à Iustin. fuisse introductum ad illum solum, & vnicum finem, & effectum, vt hæres damnum aliquod non incurreret, & proindè explosa fuit, & omninò reiecta illorũ opinio, qui dicebant hæredem confecto inuentario contrauenire posse facto defuncti, quorum errorem damnauit, *Pinel. de com. in rep. l. 1. par. 3. post nu. 8 1. in 7. ampl. vers. quod notabis. C. de bon. mater.* admissa contraria sententia, vt sicuti hæres simpliciter adiens tenetur habere ratum factum defuncti, ex quo ipsum repræsentat pro quota hæreditatis, vt scilicet si sit hæres vniuersalis in totum, sin autem pro tertia, vel dimidia, ad ipsam quotam: & sic quotitatiuè habeatur respectus, nõ autem ad valorem ipsius, vt pro ea quota tantũ repellatur à vendicando rem alienatã, vel à contraueniendo, *Bald. in d. §. in computatione num. 12.* sic facto inuentario, non habetur respectus ad quotam, siuè partem quotitatiuam, quia non habetur respectus ad nomen hæreditatis, sed ad valorem, & effectum eius, quod hæres percipit ex hæreditate; &
3 sic pro summa, & valore, quem hæres percipit ex hæreditate, sicuti hæres nõ potest contrauenire, & repellitur à vẽdicando, sic nihil operatur inuentarium, pro concurrenti valore hæreditatis pro quo elegantissima sunt verba *Baldi in d. §. in computatione post nu. 12. vers. si autem fecit inuentarium*, in illis verbis. *Quia vbi fit inuentarium, consideratur vtilitas, & effectus, & non meriũ nomen hæredis, & hoc est solummodo per illam regulam, ex qua persona quis lucrũ sentit, &c. & non per illam reg. hæredem non posse venire contra factum defuncti, & hoc sentit gloss. in l. cum à matre, dum citat l. ex qua persona*, & addit *Bald. hoc ergo solum operatur inuentarium, quod contra filium non consideratur quota, sed emolumentum.* Hæc Bald.

Cuius doctrinã concordare cum dd. *glo. Bart. & com ferè omnium DD. sãm in d. §. in computatione, vbi Alex. Ias. & alij, quàm in l. debitori tuo, C. de pactis, & in l. cum à matre, ibi, pro qua portione, C. de rei vindic. tradit pulchrè explicans Arelat. in repet. l. generaliter, num. 124. C. de secund. nuptijs*, & optimè omnia supradicta latissimè prosequitur *Pinel. in d. par. 3. l. 1. post nu. 79. vers. eadem cõclusio*, præsertim *in fin. d. nu. in vers. verè enim beneficium, & effectus inuentarij, & num. 80. & 81. car. mihi 368. in paruis cum seq. latè etiam Rodor. Xuares in repet. l. quoniã in prioribus, in 7. ampliat. n. 16. & praecise in vers. sed vbi filius, C. de inoff. testam.* vbi aduertit, quod licet hęc computatio sit difficilis, *l. vlt. ff. de adimen. legat.* tamẽ hinc indè facta estimatione reddetur certa, quod etiam latè explicat *Pinel. d. n. 79. & 80 vsq; ad 81:* & ob id dixit *Molina de Hysp. primog.*
4 *lib. 4. cap. 1. num. 24.* quod sola hæc est differentia, & non alia inter hæredem inuentarium non conficientem, & illũ, qui inuentarium confecit, quod non conficiens tenebitur ratificare factum defuncti, pro ea portione, pro qua est hæres quotitatiuè, veluti pro dimidia tertia, vel quarta, & si tantundem ex bonis defuncti ad illum non peruenerit; inuentarium autem conficiens pro sola ea quantitate, quæ ad ipsum peruenerit, & si insolidum hæres fuerit, ex *Bald. quem dicit comm. Doct. calculo receptum*, & cum ipsius opinione asserit conuenire *Alber. Alexan. Corn. Xuares, Arelat. Boer. Pinel. Affl. Roland. & Peraltam, & quibusdam ex his relatis hanc sẽtent. & verissimam, & receptam profitetur Barbos. in l. si cum dotem 23. § si pater, nu. 20. in fi. & 21. ff sol. matri. Reg. de Ponte cons. 33. n. 7. p. 1.*

Ex

Ex quo fonte manat, quod si hæres
pretextu inuentarij non releuatur pro
quantitate, quæ effectiuè ad ipsum
prouenit ex hæreditate, & sic nihil
prodest inuentarium vsque ad concur-
rentem valorem, & emolumentum,
quod ex ea percipit, quin teneatur ha-
bere ratum factum defuncti, nec possit
5 ipsius factum impugnare, pari modo,
& consequutiuè inuentarium pro cō-
currenti quantitate, quam percipit, nō
impediet confusionem actionum, &
iurium hæredi competentium contra
defunctum, & ipsius hæreditatē: siqui-
dem, quod actiones non confundan-
tur, oritur ex eadem radice, ob quam
fuit inductum iuuentarium, nè hæres,
scilicet sit in damno, & inde ministerio
inuentarij lex fingit hæredem non adi-
uisse hæreditatem, & quod non repu-
tetur vt hæres, quæ est eadem persona,
sed vt sibi liceat vti creditori exercere
actiones aduersus hæreditatem, & vt
6 dato curatore hæreditati, vt iacenti,
licet sit adita, sit lis inter hæredem, &
hæreditatem, vt perbellè post omnes
*in §. in computatione explicat Faber su-
per tit. C. de bonis author. iud. possid. defin.
10. lib. 7. tit. 32. & infrà citandus Pha-
nut. p. 4. S. explicitis ex num. 19. cum seq.*
quod cum planè cesset, quando hæ-
reditas est opulenta, quod scilicet con
tingit, cum tantundem, vel plus perci-
pit emolumenti hæres ex hæreditate,
quàm importet id, quod sibi deberi
prætendit: eo casu rationes, & iura hæ-
redi competentia omninò confundū-
tur, ita ut nullum ius competat hæredi
exercendi amplius actiones aduersus
hæreditatem, quod in effectu idem est,
quod impugnare, siuè venire contra
factum defuncti, quod lex non frustrà
operatur vltrà ipsius intentū, ad quod
adinuenit inuentarium scilicet, nè hæ-
res sit in damno, & quia lex sine neces-
sitate, & æquitate non fingit, vndè cū
neq; rigor, nec æquitas dictent, quod
hæres opulentæ hæreditatis vltra lu-
crum possit sua credita præcapere, &
impugnare factum defuncti exercēdo
actiones, & iura, quæ aliàs sibi compe-
tijssent, & multò minus hæredi hære-
dis, qui nihil viuens ex his proposuit,
sed tacuit, vt in casu præsenti, idcircò
hoc lex minime permittit, & proinde
talis hæres non poterit, nedùm non
exercere actiones personales pro con-
sequendis creditis, sed nec hypothecā,
& pari modo nec reiuendicatione ex-
7 periri, prout de reiuendicatione loqui-
tur *Roman.* quod non possit filius, qui
adiuit paternam hęreditatem etiam cū
inuentario, illum intentare, dum de
paterna substantia tantùm sibi rema-
net, quantum sit illa portio, quam vin-
dicare voluit, *cons. 18. num. 4. vbi addit
Mandos. dicit illud cōs. amplecti Bertrād.
Dec. Curt. sen. Ruin. Boer. Gratum, et alios
in plur. eorum repetitis responsis, idem
consuluit Fulgos. cons. 67. paterfamilias
testamento, post nu. 3 vers. quod tamen,
Alex. cons. 30. num 7. lib. 6. Crauett. cons.
225. nu. 12. vbi addit Castrens. Dec &
alios, Socin. iunior cons. 108. nu. 42.* vbi
8 in specie dicit in hæreditate opulen-
tissima, vt est ista, in qua nos versamur
nihil prodesse inuentarium, quod pro-
desse non potest, nisi ad effectum, nè
hæres teneatur vltra vires hæredita-
rias, *And. ab Exea tract. de pactis n. 228.
vers. ista sublimitatio,* hinc dicebat *Af-
flict. in constit. diuæ memoriæ num. 9. ex
Isernia, & Feudistis* hac ratione inuen-
tarium nihil prodesse in feudo hære-
ditario, quatenus scilicet hęres sit sol-
uendo.

9 Et in puncto hoc expresè firmat
*Alex. in l. debitori tuo nu. 4. præsertim
in vers. conclude in hoc passu,* vbi scripsit
tunc demum actionem hæredi com-
petentem nō confundi, sed seruari sibi
illæsam, quando damnum afferretur
hæredi, si sua actio esset extincta, cum
hæreditatem habere debeat sine dam-
no, & periculo, *ex glos. ibi, & Bart. in l.
fin. §. in computatione nu. 6. vers. item
quæro si defunctus,* vbi expresè decla-
rat *Bart. in vers. aut habet vltra,* non es-
se in damno filium hæredem, si vltra
legitimam habeat tantundem respectu

quantitatis, & quotæ, & ſubdit *Alex.* quod tùnc actio non habebitur pro confuſa, quando alio remedio, quàm mediante prima actione, non poteſt hæredi ſuccurri, aliàs ſecus.

Hinc doctiſſimus *Pinellus in repetitione legis primæ, C. de bonis maternis, 3. par. poſt nu.* 81. *ampliat.* 7. *ad reg. l. cum à*
10 *matre*, appoſitiſsimè ſcripſit regulam dictæ legis, ampliari etiam facto inuentario, nam quatenus, *vt Pinellus ait*, bona hæreditaria ſufficiunt, confundetur actio hæredis, nec ei permittetur impugnare factum defuncti, quia inuẽtarium tantùm prodeſt, nè teneatur vltra vires hæreditarias, vt dicit colligi ex ſcribentibus, & vt receptũ tradere, *Dec. d. l. debitoris num.* 20. *vbi addentes litera* K. teſtantur ſimiliter de cõmuni, & ſic Pinellus de communi plurium DD. quos citat, reaſſumit hæredem etiam facto inuentario, ſicut non poſſe defuncti factum impugnare, quatenus aſcendit valor hæreditatis, ſic pariter non poſſe ſuas actiones, & iura exercere aduerſus hæreditatem, vtpotè nedũ confuſas, ſed penitùs extinctas, quod planè voluit *Dec. in d. l. ex qua perſona* 191 *nu.* 2. *ff. de reg. iur.*

Et optimè conſuluit in terminis noſtris *Ruin. conſ.* 113. *num.* 6. *lib.* 2. in pulchra caſus reſolutione, actionem ſcili-
11 cet pro fideicommiſſo adito, competentem filio, fuiſſe per aditionem hæreditatis confuſam, tametſi feciſſet inuẽtarium, quoniam illius non intererat eam actionem non confundi, quia hæreditas erat opulẽta, & hoc dixit velle *Cyn. Bart. Salyc. Fulgoſ. & Alex. in d. l. debitori tuo*, ſequitur, & extollit *Phanut. tract. de inuentario hæredis p.* 6. §. *hactenus*, vbi inter caſus, in quibus inuentarium hæredi non prodeſt, deſcribit *n.* 3 hunc noſtrum caſum ſecundo loco, vt actiones hæredis extinguantur, etiam facto inuentario, cùm ipſius non intereſt, & fundat non intereſſe, cùm hæreditas eſt opulenta, ita ut tantundem, vel plus cõſequatur, & ob id dicit *Bar. in d. §. incomputatione nu.* 5. quod adeo actio non confunditur, ne ſit hæres in damno, quod ſi defunctus Titio tenebatur de euictione in duplum, & illum fecit hæredem, quòd adita per Titium hæreditate cum inuentario, Titio hæredi non conſeruabitur actio integra euictionis pro duplo, ſed pro ſimplo tantum, in quo vertitur damnum, cum reliquum ſit pœna, quæ eſt lucrum.

12 Hinc etiam deſcendit, quòd licet hæres ex beneficio inuentarij poſſit offerre creditoribus, & dare inſolutum tot ex bonis hæreditarijs, & etiam aſſignare tot nomina debitorum, *Iaſ. poſt omnes in l. fin.* §. *& ſi præfatam*, quod
13 procedere etiam contra viduam repetentem dotem, dixit *Alciat. conſ.* 193. *cum concord. per Surd. deciſ.* 30. *in princ.*
14 non habet tamen hoc beneficium hæres hæreditatis opulentæ, quæ ſoluẽdo ſit, quia quantumcunque adeat hæreditatem cum beneficio inuentarij, non prodeſt tamen quoad hoc inuentariũ, in hæreditate locuplete, vel diuite, vt fuiſſe deciſum per Senatum Mantuanũ refert *Surd. deciſ.* 30. *poſt nu.* 13. reddit
15 rationem, quia inuentum eſt inuentarium, nè hæres patiatur damnum, non autem in iniuriam creditoris, *ex Iacob. Butrig. & Cyn. in d. §. & ſi præfatam, citat Roland. de inuent. q. p. §. quæro an ſit dare, & Phanut. qui infinitos congerit d. p.* 6. *nu.* 2. & addit *Surdus* in terminis noſtris *hæredem donec hæreditatis vires ſuppetũt obligari ad onera hæreditaria, quamuis inuentarium feceris, & ideo eatenus confunduntur actiones, & cogitur hæres factũ defuncti ſeruare.* Hæc *Surdus*, quod inferius confirmat in eadem *deciſ.* 30.
16 *nu.* 31. *vſque in fin.* quod tamen de compulſione hæredis ad vendendum bona hæreditatis opulentæ, non autem vt moleſtetur in bonis proprijs, niſi pro pecunia exacta, temperat *Theſaur. iun. tomo* 2. *quæſt. forenſ. lib.* 3. *c.* 82.

Accedat pulcherrima deciſio *Ant. Fab. lib.* 2. *tit.* 4. *C. de tranſact. definit.* 14.
17 vbi cum dixiſſet prius *num.* 11. beneficium inuentarij impedire, nè iura, quæ habet hæres, confundantur cum patrimonio

monio defuncti, citans *d.§.in computatione*,subdit *num.* 14. hæc verba formalia. *Nam & hæres cum beneficio legis, & inuentarij perinde hæres verè est,ac si inuentarium non fecisset,nisi quod non tenetur supra vires hæreditatis, nec iurium suorum iacturam, & confusionem pati cogitur,supra quam ex hæreditate ferre possit.Nam quin iura ipsius confund intur ad concurrentem, vsque hæreditatis quantitatem, dubitari non oportet, atque ita esse accipiendum, quod scriptum est in d. §.in computatione*, & hæredem cum beneficio legis, & inuentarij perinde hæredem verè esse,atque illum,qui hæreditatem purè agnouit, tradit idem *Faber d.defin.* 10.*in prin.super tit.C.de bon. author.iud.possid.* quod prius etiam latè contra *Cassan.*firmauit *Tiraq. tractat. mortis p.2.declar.* 11. *& defendit nouiss. Phanut.de inuent. p.5. §.explicitis ex nu.* 1. *ad* 8.

Et sic Fabro teste, quod supra conclusum est, nedum est verissimum, sed est indubitabile,& ab omnibus non solùm receptum,sed suppositum,vt penitùs in dubium, otiens ex terminorum cognitione, vt etiam nouissimè docet; & probat vti receptum perbellè *D.Ioseph de Rusticis I. C. Aquilanus doctissimus mihi maxima coniunctus amicitia in suo conf.post tract.An & quando liberi in condit.positi ex nu.*31.*ad* 35.

Comprobatur prædicta decisio ex
18 pluribus ad rem accomodatis, et primò,quòd licet hæreditas adita ab hærede cum beneficio inuentarij habeatur pro non adita, & reputetur pro iacente, & ob id conseruentur hæredi omnia iura illæsa perinde, ac si hæreditatem non adiuisset,vt not.*Alber.Bald. Alex.Corn.Ias.& alij in d.§.in computatione, & com.alij in d.l.debitori tuo.* Id tamen sanè intelligendum esse dicunt ijdem DD.non simpliciter absolutè,& verè,siue propriè, sed respectu certi, & limitati effectus, & secundum certam iuris fictionem, non autem secundum
19 veritatem; qua attenta hæreditas est omnino, verè,& propriè adita, non autem iacens, imò hæres nedum est verè, & propriè hæres, vt sit fortiori modo hæres, quam simplex hæres, cũ transferat dominium in emptorem bonorum hæreditariorum,absque onere hypothecæ, *iuxta not. in §.& si præfatam*,quod non licet simplici hæredi, & potest agere,& conueniri, vt aduertit *Rimin.in d.l.si debitori.*Fictio autem omnis à lege inducta, vt hæres cum inuentario non habeatur pro hærede, & hæreditas censeatur iacens, restringitur,& coartatur solùm respectu certi casus,quando scilicet hęreditas non est soluendo,nè hęres aliquod damnũ ex aditione patiatur, & sic cum hæreditas est soluendo,nulla fictio intercedit,vt euitetur confusio, sed hæres verus est hæres,& representat in omnibus defunctum,hæreditas verè adita,& nihil remanet incorrectum ex his, quæ de iure antiquo erant introducta,vt ex mente omnium explicat *Phanut.d.p.*5. *ex nu.*13.

20 Hinc *Accurs.in d.§.in computatione in verf.confundantur*, restringit hoc verbum, vt intelligi debeat, quoad effectum,scilicet,ne hæres damnũ aliquod patiatur,sed quod benè in substantia, & rei veritate ipsa, actiones confundũtur ipso iure, cum talis hæres verè defuncti personam representet, qui cum esset debitor, & ipse hæres creditor, lex non ideo minus permittit actionũ omnium cõfusionem, quinimò necessariam peremptionẽ, *l. hæres à debitore §.fin.l.Vranius ff.de fideiuss.l.sticcbum*
21 *§.aditio, l. in omnibus ff.de solut.* cum actio, & passio in eodem subiecto impossibile sit consistere,*secundum Bal. in l.si vxor C.de bon.auth.iud. possid. cum*
22 *concord.* Verum in eo casu dumtaxat, & ad eum solum finem, nè hæres sit in damno, quod aliter contingere non potest, nisi cùm hæreditas soluendo non est,permittit lex,vt hęres mediãte inuentario,vel noua actione,quæ eundem habeat effectum,vel potius etiam pristina, quasi illa resuscitata, & in vitã reintegrata, possit sua iura consequi, & ille-

illeſus à damno conſeruari, ad quem ſolùm finem à Iuſtin. fuit excogitatum inuentarij remedium; & cum hac Accurſij reſtrictioue conueniunt *Pet.Cyn. Bar.Bald.Salyc.Fulgoſ. & alij com. quos ſequitur Alex.in d.l.ſi debitori poſt nu.*4. & cum ea tranſire magis communiter DD.dixit in ſpecie *idem Alex.in d.§.in computatione nu.*5. *vbi ſe remittit ad dicta in d.l.debitori tuo,* dicens ſe ibi ſubſtinuiſſe opin. gloſſę, quam opinionem eſſe communi ſcribentium calculo receptam etiam inter modernos, teſtatur idem *Phanut. d.p.*5.*ex num.*14. *vbi eam latiſſimè tuetur vſque ad n.*19. licet aliud videatur voluiſſe *gloſ. in d.l.debitori*, contra quam in effectu cum communi ſententia *Petri, Cyni*, & aliorum reſidet *Curt.ſen. in d.l.debitori num.*11.
23 dicens actionem ſemel extinctam, reuiuiſcere non poſſe, niſi daremus miraculosè renatam, *& Curt. Iun.* dicit omnes in hoc conuenire, quod in effectu ſuccurratur hæredi, nè damnum ſentiat *num.*12.*&* 13. & in hoc eodem reſidet *Rolan.de inuentar.*4.*p.vtilit.*10. *in fin.* vbi dicit, impoſſibile eſſe actionem non confundi in ſubſtantia, quia relatiua contraria requirunt duo extrema, *d.l.Vranius*, & in vltimis verbis concludit totum, quod lex operatur, vt actio fingatur non extincta, induci per legem, nè hæres in damno conſtituatur, licet parũ fideliter referat *Curt. ſen.dicere in d.l. debitori, magis communem eſſe cum glo.in d.l.debitori*, quę contradicere videtur his, quę ſcribit *in d. §.in computatione*, quod errori impreſſorum adſcribendum eſt, cum *Curt. Sen.* hoc non dicat.

Et ad hoc tendit declaratio *Fachin. controuer.iuris lib.*7.*cap.*13. *in fin.* dum declarando illam propoſitionem, hæ-
24 redem cum inuẽtario in eo ſtatu eſſe, & conſeruari, ac ſi hæreditatem non adijſſet, dixit hoc aſſumptum ita generaliter acceptum, non eſſe verum, imò abſurdum continere; ſed temperandũ eſſe quantum ad hunc effectum, vt nullum ex hæreditate detrimentum patiatur, vt non teneatur vltra vires hęreditatis, & vt ſuas, ad hunc.ſ. finem non amittat actiones, & ſic quoad damnũ vitandum tantùm, & non ad alium finem, quod etiam *ex Bal. Iaſ. Caſſan. Purpur. Duen. reg.*18.*limit.*2. *Porcel. & alijs declarat, & reſtringit in ſpecie Rolan.d.p.*4.*vtil.*10.*in princ.nu.*2.3.*& ſeq.* Nec ſcrupuli aliquid affert dictũ *Reg. de Ponte conſ.*61. *nu.*35. *vbi ex Napod. tradit hæredem cenſeri adire ſalua lege municipali, quia Napod. loquitur, & ſic de Ponte* illam referens in diſpoſitione teſtatoris expreſsè cõtra legem facta, & ſic euidenter nulla, quam hæres ſeruare non tenetur, iuxta latiſs. tradita *per D.meum auunculum, & magiſtrum Reg.de Curte in* 1.*p.tract.feud.ſ.*14. *nu.* 115. & ſic in diuerſis terminis.

Ex qua declaratione remanent illeſæ regulæ iuris antiqui, nec alreratæ ex inuentarij confectione, vbi hæres dam-
25 num non patitur; quarum prima eſt, vt hæres cum inuentario ſit eadem perſona cum defuncto, etiam iure nouo, §.1 *in authen. de iureiur.à moriente præſtito*, adeo vt factum à defuncto dicatur factum ab hærede, *vt not.gloſ.in l.qui except.§.ſi pars ff.de cond.indeb. Bart.in l.ſi ſeruus ff.de condit.fur.l.hæres, & hæreditas ff. de vſucap.* & quia hæres adeundo videtur ſuo conſenſu confirmare, & approbare alienationes, & onera contracta per defunctum, *l.ſi ab eo C.de lib. cau.* & quia per aditionem quaſi contrahit cum creditoribus, & legatarijs, & cauſam habentibus à defuncto, quia in eius locum, & vicem ſubintrat, *l.ex maleficijs §. hæres ff. de act. & oblig.* & ideo non debet eſſe, nec reputari melioris conditionis, quam defunctus, *l. in omnibus §.non debet ff.de regul. iur.* ſi quidem ex aditione contrahit hæres veram obligationem de obſeruando facta defuncti, *Iaſ.Cur.iun.& alij, quos citat Peregr. de fideicom. art.*33. *num.*9. *vbi num.*2.3.4. 8.*& ſeq.* plura tradit ad propoſitum.
26 Inde conſequitur, & ſecunda, vt hęreditas adita per hæredem, nõ dicatur am-

amplius hereditas, sed proprium patrimonium hæredis commixtum cum cæteris suis bonis, *glo.in verb.per vnum vers.tu dic, in l.1.§.veteres, ff.de acquir. poss.ubi latè post antiquos, Iaf.ex n.14.*
27 & quod ex bonis defuncti cum proprijs hæredis commixtis, vnicum dicatur patrimonium hæredis proprium, abolito nomine hæreditatis, nisi impropriè, largè, & abusiuè, *l.sed si plures, §.filio ff.de vulg.l.1.§.præterea, ff.de separat.* habito solum respectu ad primũ statum, non autem ad statum post aditam, vt latissimè infinitis relatis discurrit *Valasc.in prax.partit.cap.2.num.14. cumseqq.alios congerit Vrsill.ad Afflict. decis.178.sub num.3. Dom. de Franch. dec.171.num.3.307.nu.2.in fin.3.& 4. & dec.328.Crass in § hæreditas, q.2.* vbi infert ad multa, *Consil.de Anna cons.45. num.73.*
28 Quod procedere, tàm si consideretur hæreditas tanquam corpus fictum representans defunctum, quàm etiam si consideretur tanquam corpus vniuersale, sub se continens plures res, vni nomini subiectas, vt primò extinguatur ex toto nomen hæreditatis, adita per hæredem ipsa hæreditate: secundò vero modo, saltim extinguatur post aditionem apprehensa per hæredem de communi sententia innumeris probat *Barbos.in repetit. 4.par. rub.ff.solut.*
29 *matr.post num.19.&20.* prout regulare est, mutatione personæ mutari rei conditionem; quo fit, vt non attendatur origo remota filij, vndè bona obuenerunt, sed origo proxima patris, vel matris in materia cõsuetudinis Neap. *Afflict. & Vrsill.dec.127. D.de Franch. decisio. 25.* refert *Molfes. par. 4. de*
30 *success.ab intest.q.39.nu.13.* Et tertiò, quia hæres hæredis testatoris est hæres secundum antiquam regulam decerptam ex libris *Vulpian.ad Mass.in l.*
31 *fi.C.de hæred.instit.* & quidem propriè, & verè, adeò vt contineatur in dispositione, quæ est strictę interpretationis vt in conditione implenda in forma specifica, quæ loquens de hærede, impletur in hærede hæredis, q ob id fruitur quoque beneficio, *l.fin.C.de edict. diu.* vt latissimè *Menoch. de adipisc.remed.4.q.30.ex nu.236.238.* vbi *n.246.* subdit satis ad propositum, quòd vbi primus hæres hæreditatem defuncti adiuit, illicò fit taliter harum hæreditatum commixtio, vt vna sine altera haberi nõ possit, *l.qui se patris.C.vnde lib. l.quidam Elegio, C.de iur.delib.* idq; ca ratione, quòd adita non dicatur amplius hæreditas, vt supra: de quo latissimè *Zancbus, in repet.l.hæredes mei, §.cum ita, par.4.ex nu. 366. ff.ad S.C.Trebell.* nisi testator mentionem faceret de hærede, dicendo *hæres ipse*, hæc enim dictio est personalis, *Canedus sing.21* Et licet quidã *Salustius D.Gulielmi, cũ subscriptione Abbatis Siculi* scriptum reliquerit inter cõsilia *Castr.cons.197.vi-*
32 *sis dubijs, par.1.num.2.* hæredem hæredis censeri hęredem primi per fictionem, & ideò non teneri habere ratum factum defuncti, quem simpliciter sequitur *Afin.in l.1.num.9. ff.de relig.* de quo aliquid p *D.Rouit.in Prag.1.n.25. de fide menor.* reprobatur tamen eius opinio communiter ea ratione, quia factum defuncti ratum habere debet, non minùs proximus hæres, quàm qui per successionem, quamuis longissimã defuncto hæredes extiterunt, *l.qui per successionem, ff.de regul.iur.* latè *Peregr.*
33 *de fideicom.art.33.num.15.& 31.* indè fit, vt mentio hæredum etiam in his, quæ sui natura non sunt transmissibilia ad hæredes, siuè in plurali, siuè etiã in singulari fiat, omnes hæredes in infinitum comprehendat, & sic ne dum ad primos, sed ad sequentes refertur, vt latissimè plures casus discurrendo, tradit idem *Peregr.eod.loco art.32.num.65.* ex cuius dictis confundi videtur distinctio tradita per *Thesaur. Iun. tom.nouiss.qq.forens.lib.3.q.110. in fin.* quam ipsemet reijcere videtur, dum citat *Beniten.dec.fin.n.9.* videndi tñ sunt in materia *Ioseph Sesse, dec.88.n.25.p.1.& D. R.Lanar.cons.66.nu.6.7.& 8.* ex quibus oĩbus pro Principe iudicãdũ speratur.

Ista

Ista, cum alijs sex immediatè sequentibus controuersijs super diuersis articulis ortis inter Dom. Principem, & D. Carolum fratrem fuerunt transactione compositę, vt infra in calce septimæ, & vltimæ notatur.

SVMMARIVM.

1 *Refutatarius tenetur ad onera pro rata bonorum donatorum*.

2 *Refutatio ex nunc pro tunc, sequuta morte, an censeatur simplex, & pura, & num. 6. 21. 22. 23. 24. 25. & 26.*

3 *Refutatio, quæ fit in filium proximè successurum contemplatione matrimonij non requirit assensum Regis, sed sufficit Proregis, secùs si fiat non successuro, num 4.*

5 *Refutatio reseruato vsufructu differt ab ea, quæ fit ex nunc pro tunc, sequuta morte, & num. 7. & 8.*

9 *Assensus non est necessarius vbi feudatarius disponit de fructibus feudi, & num. 11. fallit. num. 10.*

12 *Pecunia redacta ex fructibus feudi, non dicitur feudalis.*

13 Tex. in cap. 1. §. & si libellum, de alienat feudi pater. *limitatur*.

14 *Reseruatio vsusfructus, & commoditatis fructuum differunt inter se.*

15 *Refutatio cum reseruatione alicuius iuris præter vsumfructum tenet, si non continet partem feudi, nec inducitur diuisio, & num. 20.*

16 Tex. in d. §. & si libellum, *declaratur, & num. 18.*

17 *Refutatio vt valeat, debet cadere in elegans nomen contractus venditionis, aut donationis, vel alterius, apti ad transferendum dominium.*

19 *Contractus omnis permittitur cum immediatè successuro, sicque pluries decisum refertur.*

27 *Refutatio facta in testamento non includitur in Prag. requirente registrationem infra quindecim dies.*

28 *Registratio refutationis potest adimpleri per æquipollens.*

29 *Refutatio nulla ex defectu assensus, vel registrationis, potest conualidari partium consensu.*

30 *Testamentum nullum an possit partium consensu validari, & num. 35.*

31 *Dispositio captatoria nō potest partium consensu validari.*

32 *Refutatio, donec sequatur assensus, vel registratio, dicitur stare in suspenso.*

33 *Registrationis sollemnitas non respicit interesse partium, sed Fisci.*

34 *Laudum nullum, an possit approbari per partes.*

36 *Approbatio colligitur ex reseruatione iurium.*

37 *Reseruationis natura quæ sit.*

38 *Ratihabitio extrà iudicium quando noceat, & quid si fiat in iudicio, n. 39.*

40 *Iudicialis actus, effectus plures recensentur.*

41 *Ratificatio facta in libello Principi oblato, plures producit effectus.*

42 *Voluntas testatoris etiam irati seruanda est.*

43 *Ratihabitio facta à filio post mortem, operatur effectum suum.*

ARGVMENTVM.

Refutatio ex nūc pro tūc sequuta morte, dicitur simplex, & pura, nec indiget Regis assensu, iuxtà opinionem *Consiliarii de Anna*, quæ defenditur, & fundatur differentia inter refutationem reseruato vsufructu, & ex nunc prò tunc sequuta morte, declaratur *pragm. 20. de Feudis*, circa sollemnitatem registrationis refutationum, & nū si fuerit omissa registratio, substineri valeat refutatio ex partium consensu, siuè approbatione inde sequuta.

Pro

Pro eodem Domino Principe Tarsiæ.

CONTROVERSIA VI.

VLtrà scripta in prioribus contro-uersijs pro Domino Principe Tarsiæ, ex alio etiam prætendi potest D. Carolum fratrem prò dimidia hæredẽ Principis D. Vincentij, nullam ex persona fratris, cuius est hæres, deductionem facere posse iurium, & actionum, alioquin fortè competentium dicto Vincentio super hæreditate Vespasiani patris.

Siquidem dictus Vincentius, nedũ est hæres patris, hæreditatis opulentę, ex qua nõ modo tantundem, sed satis vltrà percepit, quàm ex omnibus iuribus, & creditis percipere potuisset, si hæres non fuisset, quo casu inuentariũ non iuuat, vt supra, sed est illius refutatarius, quandoquidem Princeps Vespasianus pater, dùm de mense Martij 1617: Vincentius filius duxisset vxorẽ; refutauit eidem omnia feuda etiam titularia, ex nunc pro tũc, sequuto matrimonio, & morte ipsius Principis patris in pręambula hora, & per duas horas ante, & è contra, & non aliter, nec alio modo, & vniuersa etiam ferè alia bona burgensatica: *Con che detta refuta, & donatione s'intendano fatte con tutti li debiti, & pesi contratti per esso Principe Vespesiano refutante, & da suoi predecessori in qualsiuoglia modo fin'al presente giorno.*

Vndè si Vincẽtius habet bona feudalia vigore refutationis, & allodialia vt donatarius, cum onere soluendi debita, qui tituli tanquam in vita præcedunt causam hæreditariam, & cum expressa conditione soluendi debita, ergò nihil prodesse ei potuit inuentarium, quod inductum est in fauorem hæredis, non autem refutatarij, siue donatarij; quod indubitabile est, etiã ex altera clausula adiecta in fine capitulorum his verbis: *Con dechiaratione, che la detta refutatione, & donationi sudette s'intendano fatte del modo, come di sopra al detto Signor Marchese, per tutto quello, che le spetta, & può spettare per l'auuenire sopra tutti li suoi beni burgensatici, feudali, & titolati, paterni, materni, doti, & ragioni dotali materne, & per qualsiuoglia ragione, & causa, e cõ la detta conditione s'intenda fatta la detta refutatione, & donationi sudette, & non altrimente.*

1 Idque pro rata valoris burgensaticorũ donatorum ęst indubitabile, siquidem cùm semel Vincentius consequutus fuerit dominium, vigore donationis cum clausula *ex nunc pro tunc sequuta morte*, qua mediante dominium, & possessio illicò quæritur, & transferrur, licet effectus, & exequutio in tempus mortis differatur, & cum conditione soluendi debita, & compensandi omnia credita, & iura non potest ex alio titulo dominium iterum acquiri, cùm titulus acquisitionis dominij nen sit multiplicabilis.

2 Quò verò ad feudalia, si teneamus opinionẽ *Consil. de Anna cons. 39.* quod scilicet huiusmodi refutatio *ex nunc prò tunc*, ratione prædicta, ex quo dominium, & possessio transfertur statim in refutatarium, censeatur simplex, & pura, adeò vt de iure communi valeat sine assensu, erit in præsenti casu valida, quamuis non fuerit interpositus assensus.

3 Nec obstabit *pragm. 7. de feudis*, incipiens, *Item cum per præfatos*, edita de anno 1535. ad temperandum rigorem pragmat. anni 1531. dum per eã cõceditur, vt non obstante dicta pragmatica anni 1531. vulgò dicta, *de noui capi*, fieri valeant refutationes filijs, reseruato vsufructu, contemplatione tamen matrimonij per filios contrahendi, cum assensu tamen Protegis, nec sit necessarius assensus ipsiusmet Regis, prout in 5. *cap. d. prag. anni 1531.* erat dispositum, de qua *pragm. 7.* meminit *Liparul. ad Isern. in §. etsi libellum, de alien.*

alien.feud.patern.post nu.5.lit.B.in add.
4 incip.alia pacta non, quam pragmaticam procedere, quando fit refutatio filio successuro in feudo, secus verò si non successuro, aduertit Conf.de Anna
5 conf.41.in fin. loquitur enim dicta pragmatica de refutatione, reseruato vsufructu, non autem de refutatione ex nunc pro tunc sequuta morte, inter quos casus lōga est differentia, ex his, quæ benè considerat D. Conf.Rouit. super d.pragm. de noui capi 4.de feudis num.15.quæ non transcribo.
6 Verum, quia contra opin. d.Conf.de Anna, insurgit idem Rouit. in d.prag.4. dicens eam esse falsam, num.8. vers.sed vtrunq; & 10.vsq; ad num.15.affirmās, huiusmodi refutationem ex nunc pro tunc sequuta morte non esse puram, & simplicem, sed pactionatam, siuè conditionatam, ita vt de iure communi non subsistat sine assensu; verum, n.15. concedit non continere vsusfructus reseruationem, sed longè distare à refutatione reseruato vsufructu, & successiuè non comprehendi in d.prag.4. sed posse indistinctè Proreges assentiri cuicunq; refutationi factæ ex nunc pro tunc, cum tamen in refutatione reseruato vsufructu Proregibus non liceat assentiri, nisi cum illa fit à parentibus, filijs occasione matrimonij.

Et quamuis non audeam inter doctissimos Conf. me interponere, non negauerim tamen me potius inclinare
7 pro opin. Consil de Anna, velut testis mortui, & quæ morte videtur firmata, etiam, cum se ipsum tueri non possit, & iterum ipsius non redeat arbitrium, salua pace D.Rouit. cuius doctrinam colo.

Quam opinionem considero fulciri ex his, quæ idem D.Rouitus ibidem
8 num.15.& 16.subijcit, dum fatetur refutationem factam ex nunc pro tunc, satis distare à refutatione reseruato vsufructu, ea ratione, quia prima importat reseruationem fructuum tantū durante vita refutantis, altera verò donationem iuris vsusfructus formalis: & sic prior non importat reseruationem alicuius iuris, sed fructuum tantum, quorum reseruatio non tribuit ius super feudo, nec aliqua ipsius parte.

Sed secundum eundē Rouit. inferiùs
9 in eadem prag.n.46. nullus requiritur assensus, cùm feudatarius in vita, vel in morte disponit de fructibus feudi, sicuti fuisse decisum in causa Ioannis Baptistæ Grimaldi pro Filippo secundogenito, post longè, latèq; vt ipse ait, disputatum articulum cum voto duorum Cardinalium Seraphini, & Blanchetti, & duorum Consiliariorum Regni Vespuli, &. & D.Didaci de Vera, idq; insertis allegationibus vtriusq; partis, vbi num.56. ex Camerario carta 18 col. 3. lit. O. P. Q. T. & V. subnectit magistralem considerationem fructuū vti solo cohærentium, vel vti separatorum, aut separādorum à solo, & ex eodem Camerario car.20. col.1. lit. C. & alijs subdit num. 58. solidissimè substineri dispositionem fructuum ex feudis prouenientium sine aliquo assensu,
10 exceptis duobus casibus notatis per eum num. 59. quorum vterque cessat in casu nostro, vbi ampliùs num. 107. cum seq. probat contra Bald. & Afflict. fuisse iudicatū de anno 600. per S. C. in Collaterali, nullum ex hac fructuū dispositione censeri constitutum ius in re, scilicet super ipso feudo, vbi num. 109. & 110. infinitos Feudistas adducit, quos ante ipsum congessit Consil. de Anna consil.27. vbi nu.1.6.9. cum seq. dispositionem de fructibus censeri factam, vti de fructibus separatis à feudo, & sic non censeri dispositionē rei, sed fructuum separatorum. & in vers.ex quibus, elicit conclusionem, in
11 vita vassallum posse de fructibus disponere toto tempore vitæ suæ, sicut posset in vltima voluntate; & iterum latiùs idem Anna conf.46.vbi hęc omnia optimè confirmat, & concedit, quod vbicunq; fructuum reseruatio potest interpretari, vt intelligatur de fructibus velut à solo separandis, vt quia non sit expresè reseruatus vsusfructus, qui est pars

pars dominij, semper ita est intelligenda, vt potiùs actus valeat, quàm pereat, *ex conf. Bologn. 6. nu.* 38. *& conf. 7. nu. 96* vbi plura allegat, & dicit esse communem refert *Anna d. conf. 46. num.* 1. *& seq.* licet *Bolognettus* non benè extēdat hoc, etiam ad casum, vbi expresse reseruatur vsusfructus, in quo reprobatur, & meritò ab eodem *Anna, & Rouito, qui in d. prag. 4. num.* 122. *ex Loffred.*
12 *conf. 3. nu.* 39. concedit pecuniam redactam ex fructibus feudi non esse feudalem, nec tāgere feudum, nec fructus, vt à solo separatos esse feudi partem, &
13 ob id *c.* 1. *§. & si libellum de alien. feudi paterni*, limitari in reseruatione vsusfructus, qui est pars substantialis rei non in reseruatione fructuum, dicit *Anna d. conf. 36. nu.* 36. & 38. quem sequitur *Rouitus d. nu.* 122.

14 Longa autem est ratio differentiæ inter reseruationem vsusfructus, & casum vbi non reseruato vsufructu censeri potest facta reseruatio commoditatis fructuum, etiam vt actus valeat, vt supra: quia primo casu importat reseruationem partis integralis dominij, & ex retentione ipsius induceretur diuisio feudi, item vsusfructus, & seruitus, quæ super feudo imponi prohibetur. et si permitteretur velut separata proprietate ab vsufructu ex vnius culpa, non deuolueretur feudum integrum ad dominum, sed vel proprietas nuda, vel solus vsusfructus formalis, & tandē quia cum refutatio non sit nisi futuræ successionis præuentio, sicut in morte non potest immediatus successor vsufructu priuari, quia totum, & integrum feudum quoad ipsum corpus ad successorem peruenire debet: ita etiam per refutationem, quæ præuentio est successionis, vt hæc, & alia considerāt *Loffred. conf. 3. per tot. Conf. de Anna conf.* 41. *& conf. 46. nu. 7. conf. 50. nu.* 23. *de Ponte d. loco de refut. feud. §. 1. post nu.* 22. *vers. casus Loffredi.*

15 Secundo verò casu in reseruatione alterius iuris præter vsumfructum, *Loffred. idem in d. conf. 3. nu.* 38. *&* 39. concedit valere refutationem vbicunque ita illa fiat, vt non contineat partem feudi, nec inducatur diuisio, sed aliquid aliud separatum ab ipso feudo, ad quod ponderat *text. clarum in c.* 1. *§. & si libellum de alien. feud pater.* qui est topicus, nec habet nisi vnum concordātem loquentem de refutatione facta agnato, scilicet *text. in c.* 1. *de eo qui fin. fecit agnat.* cum cætera omnia iura feudalia, quæ de refutatione loquuntur, tractent de refutatione, quæ fit domino, si credimus *Conf. de Anna curiosè id obseruanti d. conf. 41. nu.* 16. 17. *et* 19.

16 In dicto enim *§. & si libellum*, datio ad libellum inter agnatos valet quasi refutatio, constat autem quod concessio ad libellum eius est naturæ, vt fiat cum reseruatione annuæ pēsionis, *Iaf. Valasc. & alij, quos ex omnium Ciuilistarum, & Feudistarum concordi sententia citat Conf. de Anna d. conf. 46. num.* 8. vbi dicit ita tenere *Loffred. d. conf. 3. nu.* 39. *sequitur Reg. de Ponte d. tit. de refut. feud. §. 1. post nu.* 22.

Quinimò omnes contractus fieri posse cū immediatè successuro in vim refutationis pater, vt in contractu pignoris vēditionis, & alijs, & sic non est simplex, & pura refutatio solū permissa, sed omnis contractus in refutationem resoluitur etiam si pretium, vel æquiualens res in permutatione, vel alia quælibet commoditas penès refu-
17 tantem remaneat: nam vt refutatio valeat, requiritur quod cadat in elegans nomen contractus venditionis, aut donationis, vel per equipollentia verba, dummodo celebretur aliquis contractus aptus ad transferendum dominium, vel ius, *vt Isern. explicat in d. §. & si libellum num.* 6. *&* 8. & probat *Anna in rubr. de vas. decrep. ætat. nu.* 232 *quicquid ipse dixerit alleg. 97. vt confirmat Conf. eius filius d. conf. 41. nu.* 13. 14 *&* 15. & sequitur *Reg. de Ponte d. tit. de refut. feud. nu.* 17.

18 Et sic non esse correctam, sed vigere hodie *decis. text. in d. §. & si libellum, & §. sed & res, per quos fiat inuest.* nec

aliquid immutatum esse hodie per Imperialem, nec de iure Regni per Constitut. Diuæ mem. contra opin. *Cam.* qui dicebat solam, & simplicem refutationem hodie tolerari, *car. 31. col. 2. in princ.* est euidens ratio, quia *d.* §. *sed & res*, fuit longè editus post *l. Federici, & Lotharij*, de qua inibi fit mentio, & quoad §. *si libellum*, in specie dicit *Isern. ibi nu.* 5. quod non corrigitur per *Constitut. Regni*, & addit hæc verba, *& ita vtimur in Regno*, vt latè fundat *idē Cons. de Anna d. cons.* 41. *nu.* 12. 13. *&* 20. *& cons.* 46. *nu.* 9.

Idque communi calculo tàm de iure comm uni ex *Schrad. Intrigl. & alijs*, quàm in Regno, *ex Iser. in pluribus locis, ex Loffred. Franc. de Amic. Ann. Sen. & Iun.* verissimum, indubitabile, &
19 ita nouissimè authoritate *Andr.* omnē cōtractum valere cum immediatè successuro absq; assensu iudicatum fuisse, etiā in Collaterali in causa Ducis Boiani, & iterum in causa Marchionis S. Lucite cum Placido de Sangro, fundat optimè iura, & DD. opin. pōderando, & sigillatim discurrendo *Reg. de Ponte d. tit. de refus. feud.* §. 1. *incip. sed quæso, à princip. per totum*, & præsertim *num.* 18. 20. *&* 21. *in fin.* vbi post *nu.* 10. resoluit id, quod obiter, & perfunctoriè dixerunt *D. de Franch. dec.* 71. *nu.* 17. *& Lanar. cons.* 18. *vt per eum.*

Quibus non obstat, quod refert decisū *Reg. de Ponte cons.* 12. *vol.* 1. in causa
20 D. Ioannis Angeli Barrilis, cum in ea facti specie refutans plura sibi reseruasset prohibita, vt partē rerum feudaliū, ex quibus inducebatur diuisio feudi, & seruitus super eo iniungebatur, vt initio consilij recensetur, & donatio fuit etiam refutatio conditionalis, vt ibi ponderat *Author nu.* 15. & alia contra substantiam refutationis apparēt adiecta, ex quibus oriri potuit decisio.
21 Vnde resoluto potissimo fundamento adducto per *D. Reg. Rouit. in d. prag.* 3. *nu.* 8. dum dicebat: refutationem reddi nullā, eo ipso, quod aliquid commoditatis remaneat penès refutātem, remanet defensa opinio *D. Cons. de Anna.*

22 Ex prædictis enim apparet fragile fundamentum *D. Rouiti*, nec DD. per eum citati probant eius assumptum, si quidem *Bal. in c.* 1. *col.* 2. *vers. tu dic, de alienat. feud. pater. & in cons.* 300. *col.* 1. *vers. est autem notandum lib.* 1: quos locos citat *Lipar.* quem ipse tertio loco in restem adducit *in addit. ad Isern. in dict. cap.* 1. *post num.* 3. *vers. proximior*, & quosdam ex eis citat etiā *D. de Franch. decis.* 3. *num.* 9.
23 Nihil autem aliud dicit *Baldus in dicto cap.* 1. *non in vers. tu dic hoc apertius*, nullibi enim *in dicto cap.* 1. hæc verba leguntur in lectura *Baldi*, sed *Lipar.* hæc verba ex suo marte sibi effinxit, *& num.* 6. *vers. tu dic quod glos. est vera, Bald.* non aliud dicit, nisi *quod refutatio habet in se consensum, quod ille, cui refutatur habeat illa commoda, quæ posset habere ipse cedens, sicut dicimus de habente libellum, vel pracarium qui religionem ingreditur*, & sic non loquitur *Bald.* de omni commoditate, nec pro omni tempore, nec quod refutatio ita sit necessariò concipienda, aut quod aliter facta non valeat, sed quærendo dubitauit, vtrū refutatio feudi paterni in beneficiū domini præiudicet agnatis, ita ut dominus possit pro se retinere: & soluit in *vers. tu dic quod glossa*, quod præiudicat viuente refutante, & eius descendentibus, quia refutando consensit, quod dominus haberet illa commoda, quæ posset habere ipse cedens, & sic argumentatur hoc *Bald.* ex refutatione simpliciter facta, & quia ita in facti cōtingentia euenerat ex refutatione simpliciter facta: sed non negat aliter potuisse fieri refutationem cum reseruatione alicuius commoditatis, vt ritè fieri posse includi pernecessè, in terminis *dict.* §. *& si libellum*, supra fundauimus. et loquitur *Baldus* in refutatione, quæ nedum nocet refutanti, sed eius descendentibus.

In dicto autem *cons.* 300. *lib.* 2. nihil aliud

aliud dixit *Bald.* nisi explicando *tex. in d. c. 1. in princ. subdit: Esse notandum. tex. dicere, quod donatio valet quasi refutatio, per refutationem enim eximitur persona refutantis, nam qui partem suam habere non vult, facit se à feudo alienum, idque quodam iure successorio pertinet ad eos, quibus refutando consuluit, & non ad dominum*, & verum est, quod si refutatio fiat per viam donationis, vt intelligit *Bal. loqui text. in d. c. 1. in princ.* facit refutans se à feudo alienum, vt patet ex his, quæ statim subijcit *Bal.* & hoc pro primo, quod donatio valuit tanquã refutatio, sed non negat *Bal.* refutationẽ fieri non posse per aliam speciem contractus, ex qua non solum possit, sed de natura cõtractus veniat, vt aliquid cõmoditatis penes refutãtem remaneat, puta si permutãdo vendẽdo, aut per libellum fiat refutatio; vt in *d. c. 1. §. & si libellum*, licet in omni refutatione sit perpetuò vera doctrina *Baldi*, refutantem facere se à feudo alienum, cum illa commoditas non remaneat penès refutantem iure feudi, nec tanquàm feudalis à feudo diuisa, qua ratione prohibita censetur vsusfructus reseruatio, vt supra, sed tanquàm commoditas extra ius feudi, vt contingit in fructibus, qui considerantur, velut separandi, vt sup. si enim valet venditio in agnatũ proximum, qui promittat soluere integrũ pretium, vel aliud escambium æquiualens, vt in permutatione, & ita pluries iudicatum in Collaterali, quicquid antiquitus fuerit decisum, habetur plenissimè per *Reg. de Ponte in d. §. 1. in vlt. verb.* quomodo reseruatio fructuum quæ ex dilatione effectus donationis suspensi in diem mortis ex clausula *ex nunc, pro tunc*, poterit refutationem infringere? certè nullo modo.

24 Nec *Lipar. in d. addit. in c. 1. n. 3. vers. proximior*, aliud dixit post principium dictæ additionis, ibi, *Circa materiam refutationis*, nisi quod tunc vera dicitur refutatio, quando ille, qui recipit refutionem, habet commoditatem totalẽ, sicut refutans, & per consequens quãdo nihil remanet penès refutantem, ad quod citat *Bald. in dictis locis*, vbi *Bal.* nihil tale somniauit.

Sed *Lipar.* voluit dicere, tunc esse veram, idest plenam, totalem, siue effectiuam, & omnimodam refutationem, cùm omnis commoditas in refutatariũ transfertur; sed non dicit, refutationem cum reseruatione esse nullam, nõ enim ex verbis alicuius Commentatoris, etiam si esset *Isern.* & præsertim Additionantis, licet arguere à contrario sensu, & si hoc sentiret, loqueretur contra iura aperta, communes traditiones, & res iudicatas.

25 Idque verè ipsum voluisse, declaratur ex eo, quod dicit id esse de mente *Isern. in c. 1. in princ. de eo qui finem fecit agnat.* dùm dicit, refutantem non habere regressum de cætero ad ius refutatum, quod concedimus quoad corpus, vel ius feudi, non autem si aliquid extra feudum sibi reseruauerit. et mox subdit *Isern.* in dubio refutationem cẽseri personalem, & sic dari regressum deficiente refutatario, nisi in duobus casibus; primus, si fuerit refutatio generalis, & omnimoda, in omnem s. casum: secundus, si vt de nouo beneficio inuestiretur refutatarius, & sic in dubio refutatio non videtur facta vt generalis, & omnimoda, & sic plenissima, sed personalis, & restricta, de quo latè *Lipar. lit. A. vers. personalis, & in seq. addit.*

26 *Dom. autem de Franch. in decis. 2. n. 9.* primò, ex *Isern. in d. §. & si libellum* firmat, quod vt refutatio valeat, oportet ipsam cadere in aliquem titulum, seu nomen, aut speciem contractus, donationis, venditionis, aut alterius habilis ad transferendum dominium, vel saltim vsucapiendi conditionem. et secundò, *ex Baldo in dicto capit. 1.* dixit veram refutationem censeri, quando refutans transfert totam commoditatem. rogo ponderetur phrasis *Domini de Franch.* primo enim casu loquitur per verba præcisa, refutationem aliter factam non valere, nisi per contractum nominatum,

quo mediante includitur vt plurimum reseruatio, vel noua acquisitio alicuius iuris ex omni contractu, excepta donatione.

In secundo verò, non dicit aliter nō valere, sed veram refutationem censeri, vbi refutatarius gaudet omni commodo, sed non excludir, ritè non fieri refutationem cum reseruatione, quia esset sibi contrarius, & se in continenti corrigeret contra iura aperta, vt supra.

Retenta autem opin. prædicta *D. de Anna*, vt supra defensa, non obstabit, si iterum opponatur, saltim dictam refutationem esse nullam ex altero diuerso defectu, non sequutæ s. registrationis in Reg. Cam. infra quindecim dies post factam dictam refutationem, iuxta dispositionem reg. pragm. anni 1579. quę est 20. de feud.

Siquidem dicimus primò dictam refutationem factam per Principem patrem in capitulis matrimonialibus sub die 7. Martij 1617. Io. Vincentio filio primogenito tunc Marchioni Ziro fuisse cōfirmatam, & iterum factam in testamento rogato per d. Principem patrem sub die 4. Nouembris 1618. in quo in §. *dichiara che li mesi passati*, plenè relata dicta refutatione aliàs facta, eā de nouo ratificauit, confirmauit, & approbauit eo modo, & forma prout in illa continebatur, & sic noua censetur facta refutatio in testamento ab eo, qui poterat illam de nouo facere.

Hęc autem posterior refutatio facta
27 in testamento, non includitur in dispositione pragmaticę prędictę; cum enim refutatio sit facta prope mortem refutantis; quinimò antequam laberentur quindecim dies in ipsa pragm. præfiniti, cessat proinde ratio, & causa finalis pragmaticæ, quæ ex prohemio colligitur, & causa est notitia refutationum, vt sint noti s. refutatarij in Reg. Cam. & notentur in quinternionibus ipsius, *essendo*, vt subijcitur in d. pragm. *più uolte accaduto, & possendo benspesso accadere, che quelli, alli quali si fanno dette refutationi morano prima delli refutanti, nel quale caso il refutante saria obligato al rileuio, & similmente potriano commettere essi refutatarij colpe tali, per le quali si deuoluessero li feudi alla Corte, la qual uiuendo il refutante, non saria certa delle sue raggioni*. quæ omnia cessant in refutatione facta in testamento, & sequuta morte refutātis infra paucos dies, quo modo non potest timeri casus, quod refutatarius moriatur, vel delinquat in vita refutantis, & cesset dubietas, quæ oritur ex superuiuentia vtriusque refutantis s. & refutatarij, ex cuius morte, vel culpa ius acquiratur Fisco, cùm certum sit, ex solius refutatarij morte, vel culpis competere Fisco iura dominicalia; et ex denunciatione mortis facta per filium refutatarium, & solutione releuij, certam fuisse Reg. Cur. de per-
28 sona feudatarij, sicut in simili validam esse refutationem, cessante causa finali pragmaticæ, vel ea adimpleta per ęquipollens, probat, & decisum testatur *D. de Franch. decis. 663. Reg. de Ponte de refut. feud. tit.* 8. §. 1. *nu. 9. & seq. fol.* 360. *refert D. Reg. Rouit. super d. pragm. nu.* 1.

Secundò dicimus, quod & si refutatio tàm primo loco facta in capitulis, quàm posterior facta in testamento aliqua de causa redderentur nullæ, vel ex assensu non adhibito, quatenus ille fuisset necessarius, attenta opin. *D. Rouiti*, vel ex registratione non sequuta, nihilominus cum D. Princeps Io. Vincentius filius post mortem patris, plures refutationes prædictas approbauerit verbis & facto, illisq; se subiecerit in plurib. actibus cōsultò, & deliberatè factis etiam in iudicio, vbi illarum vigore, & vt refutatarius se feuda possidere declarauerit; ex huiusmodi decla-
29 ratione sequitur, vt quoad ipsum, & Dom. D. Carolum fratrem ipsius hęredem, validissimæ sint existimandæ, ac si omni defectu carerent, vt in terminis decidit *Imper. in l. non dubium* 16. *§. illud, C. de testam.* disponēs, *et qui ex testamento, vel ab intestato hæres extiterit, & si voluntas defuncti circa dispositā legibus non sit subnixa, tamen si sua sponte agno-*

agnouerit, implendi eam necessitatē habet, hinc testamentum nullum filij præteritione, sola filij approbatione conualidatur, *l. filio præterito, vbi DD. ff. de iniusto rupto*, de quo latè *Guttier. in l. nemo potest, num. 39. ff. de leg. 1.* idque quoad omnes, quorum interest etiam absentes, *§. si verò expressim, vbi hoc not. Ang. auth. de hæred. & falcid. Hippol. Rimin. conf. 542. nu. 92. lib. 5.*

Et licet sciam, hoc non ita simpliciter admitti, cum pleriq; contendant hoc non procedere in testamento, vel dispositione omninò nulla, ratione publicæ vtilitatis, quæ non potest partiū consensu confirmari, cum iuri publico partiū cōsensu derogari minimè possit, nec approbare testamētum possit ille, à cuius voluntate nō pendet validitas, *vt per glos. in l. post legatum ff. de his quibus*
31 *vt indignis*, vt in dispositione captatoria, quæ velut contra bonos mores, ex quo tollit liberam testandi facultatem, loquitur plenè *Surd. decis. 53. ex num. 8. & 14. cum seq.*

Quæ tamen restrictio ad *tex. in d. L. non dubium*, non est applicabilis ad ca-
32 sum nostrum, siquidem esto, quod refutatio, de qua agitur, ad sui perfectionem requireret assensum, vel registrationem: non tamen esset omninò nulla, sed diceretur interim stare in suspenso, donec sequatur assensus, ratione alicuius extrinseci, adeò vt interim non stet, vt actus factus contra legem, nec iure resistente, sed tanquàm quid gestum præter legem, vt latè explicat *Camer. in l. imper. car. 87. col. 3. lit. N. & O.* vbi constituit discrimen inter actum nullū, & omninò nullum.

33 Et de registratione, si credimus *Reg. de Ponte conf. 17. nu. 8. in 2.* illa sollemnitas non respicit interesse partium, sed tantum fisci, q interesse cessat data lista introituū, & soluto releuio: q fuisse factū in casu præsenti constat. Et in causa successionis Marchionatus Achaiæ disputatur, an solemnitas prædicta registrationis sit formalis, vel effectiua, quod consultò omitto.

Vnde diuersissimus est casus noster à casu de quo agit *Surd.* qui loquitur in dispositione nulla cōtra bonos mores quæ sicut reddit ipso iure nullum testamentum, sic pari modo, nec in pactū deduci potest, quin reddatur eadem ratione conuentio, siue pactum nullū,
34 vt de laudo nullo, iure resistente, quod licet regulariter approbari possint laudum, vel sententia nulla, vt valeant in vim pacti, *ad glos. per illum text. in l. 2. C. commun. vtriusq; iud. exornatam per Afflict. & Vrsill. dec. 117. Paris. conf. 24. in fin. vol. 2. cum alijs per Vant. tract. de nullit. tit. qualiter sent. & proc. qui dicitur nulli repar. poss. post nu. 18. vers. possunt nihilominus, & nu. 19. cum seq. & Surd. d. decis. 53. nu. 22.* non potest tamen laudum nullum approbari, quando lex ex causa publicæ vtilitatis pariter annullat pactum, sicut laudum, quia eodem morbo laborat pactum, quo laudum, vt in casu *Decij conf. 475. in causa, quæ Mantuæ nu. 33. & conf. 488. nu. 18. & 494. nu. 1. quæ citat, & sequitur Surd. d. decis. 53. num. 17. 23. & 24.*

Sed quicquid sit, etiam vbi testamentum, conuentio, vel pactum sunt nulla ea nullitate, quæ partium consē-
35 su conualidari non possunt: potest tamen hæres, vel quilibet alius, cuius interest, ex ratihabitione obligari in vim pacti ad obseruantiam contentorū in testamento; cum possit quilibet iuri, & fauori suo renunciare, non tamen vt ex hoc validetur testamentum, siue dispositio in præiudicium aliorum, cum nō possint partes inualidum validare, quia esset in effectu tollere solennitatem testamenti, & elusoriam reddere dispositionem iuris: sed benè in sui ipsius approbantis præiudicium erit perinde, ac si valida esset dispositio, *Bald. conf. 356. nu. 3. vol. 5.* & in puncto docuit *Socin. iun. conf. 3. nu. 7. & 8. vers. non tamen negabo*, ita hoc in terminis declarat *lib. 4.* cui se remittit *Mantic. de coniect. vlt. lib. 3. tit. 20. in fin.* & ob id *Decius*, qui aliter voluisse visus est *consil. 547. viso puncto num. 2. & 3.* iustè damnatur eius

opin.*à damn.authore in prima addit dicente, Decium male consuluisse*, *vsque ad num.7.*

36 Approbatio autem nedum colligitur ex reseruatione iurium sibi acquisitorum, tam respectu feudalium, quam burgensaticorum, in spetie vigore capitulorum matrimonialium, in quibus continebatur refutatio, quæ reseruatio prodest in iure reseruato in omnibus, & per omnia, *cap. cum venerabilis de except. Paris. cons.5.nu.41.cum seq.l.1.* adeò vt ius competens vigore dispositionis reseruatæ sartum tectum
37 conseruetur, cum ipsius reseruationis natura sit, vt præsupponat, quæsitum tueatur, & conseruet ius reseruantis, *Cephal.cons.*441. *num.99. in 3. Beccius cons.34.nu.23. Knichen de iudic.iurisd. c.5. num.234.*

Sed etiam apparet expressa approbatio in supplicatione oblata in S. C. & commissa D. Consil. Vargas de anno 619. vbi nedum sciens, & prudens ratã habuit ex certa scientia dictam refutationem: sed ipsius vigore egit, & quædam declarari petijt pro adimplemento donationis, siue refutationis sibi factæ bonorum burgensaticorum, & feudalium in capit. matrimonialibus, vndè cũ vt actor, qui instructus, & plenè certioratus ad iudicium, sic vt debet, venire præsumitur, expressè petierit pro adimplemento dictę dispositionis, attento tenore capitulorum matrimonialium, prouideri in capitibus per ipsum propositis, expressa ratihabitio, vsus, & acceptatio refutationis quo ad ipsum, & eius hæredes resultat,
38 quæ si extra iudicium ex simplici cõsensu præstita quandoque non nocet, vt notat *Glos. in d.l. non dubium ver. agnouerit, circa med.C.de testam.* & ponderat *Ias. consil. 82. post num. 3. vers. sed istis non obstant. l. 3.* quem refert *Surdus dicta decis. 53. numer. 20.*
39 per contrarium facta in iudicio, ipsius calore omnino erit efficax, & valida, cũ ipsius calore multa valeant, quæ aliàs non valerent, ut in promissione facta in iudicio, quod pleniùs, & celeriùs exequatur, *est tex. cum glos. in l. eum, pro*
40 *quo 17.ff.de in ius voc.* & pactum nudũ in iudicio reputatur legitima conuentio, quę lege iuuatur, *iuxtà text. in l.tale pactum 41.§.qui prouocauit, vbi Bar. nu. 2. Castr. Alex. & post alios Curt.iun.n.25 & 27.ff.de pact. cum concor. per Affl.dec. 387. in princ. vbi Vrsill.nu.3. & 4.* adeò ut executiuè procedatur, ut infin.probat *Matthias Colerus de processibus execut.p.3. c.1.nu.105. & latiùs c.2.ex nu. 23.in 7.fallen.vsq; ad nu.30.ubi de com.*

Et maximè cum sit facta hæc ratificatio in precibus, siue libello Principi oblato, obtempta etiam commissione,
41 qui multos effectus operatur, *iuxtà tit.C.quando libellus Princip. datus, vbi latè Ias.* et sequuta etiam expressa litis contestatio ex partis pluries reiterata citatione.

Et tandem efficacissimè operabitur hæc approbatio refutationis etiam in testamento factæ, cum non sit facta in uita parentis, nec tempore testamenti celebrati, quo casu non solet consensus ita liber, & absolutus adhiberi, sed potius coactus, nè restator ex cõtradictione turbetur, & alios fortè iostituat
42 hæredes; cùm & irati testatoris pręceptũ, siue voluntas seruãda sit, *l. in ipsius. ubi Bal. & Salyc. nu. 1. C.famil.ercis. Dec. cons.547. uiso pũcto post n.1. Surd.dec.41 n.11.* sed post mortem testatoris eo tẽpore, quo nemo coegit Principem Io. Vincentiũ, iudiciũ paternũ agnoscere, *iuxtà l.si quando §. 1. ibi, & post obitum patris filius cognito paterno testamẽto, e;c.*
43 *C.de inoff.testam.* quo casu legitima, & efficax omninò est habẽda ratihabitio actus et nulli, ut aduertit in pũcto *Ias. d.cõs.82.in fi.lib.3.* qui ideò in casu suo defendit ratihabitionem non operari, quia erat facta a filio in uita testatoris, non autem post mortem. Ex quibus omnino iudicandum est in fauorem Illust. Principis D. Ferdinandi, &c.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas, & ciues habent naturalia elementa, siuè vsum aquandi, lignādi, & pascua sumendi pro eorum animalibus in territorijs Domini.*

2 *Vsus quid sit, et quid differat ab vsufructu, num. 3.*

4 *Remissionem seruitutis obtinere, non est noua acquisitio, & iure consolidationis fit, & num. 15.*

5 *Assensus non requiritur in remissione hypothecæ, vel alterius oneris super feudo: fallit in hypotheca super feudo ad beneficium tertij, non feudatarij: & in iure habente formam feudi distinctam, & num. 6. & 7.*

8 *Paragium sorori debitum, est onus feudi.*

9 *Augmentum feudi non est feudale, sed allodiale, & nu. 12. fallit in augmento intrinseco, & nu. 13.*

10 *Augmentum etiam in parte substantiali non facit rem differre à suo primo esse, nisi propter augmentum: sed distingue num. 11.*

14 *Seruitus remissa feudo uel maioratui, an accrescat maioratui absque pretij solutione.*

19 *Meliorationes pertinent ad hæredem vasalli, cum feudum aperitur domino, vel agnato; secus si filio primogenito, præsertim instituto.*

17 *Domus successor, hortum quoque, & omnes appendices ad usum domus destinatas, habebit.*

18 *Castro relicto, fornimenta relicta censetur, etiam si illi non adhæreant: si tamen ad vsum Castri sint destinata.*

19 *Aedificia facta in feudo, an deuoluantur ad dominum, deuoluto feudo, cum onere soluendi æstimationem hæredibus vasalli.*

20 *Incrementum patens, & præcipuè latens feudo cedit.*

21 *Pars pretij debetur secundogenito, cum feudum nouū emitur: fallit primò, si ius antiquū feudo consolidetur. Secundò in feudo antiquo: & quando dicatur antiquum nu. 23. & tertiò, successione ex testamento num. 24.*

25 *Qualitas feudi priuatiuè quoad alia tribunalia cognoscitur per Reg. Cam.*

26 *Sententiæ status, & sic qualitas feudalis præiudicat omnibus successoribus, etiā in feudo ex pacto, vel maioratu.*

27 *Sententia non potest pro parte approbari, vbi unicum est caput indiuiduum.*

28 *Triennium reputatur pro uno anno, si fructus per triennium tantum percipiuntur, & nu. 30. & ècontra si bis in anno fructum ferat, pro duobus annis reputantur, & num. 31. temperatur, & nu. 32. 33. & 34.*

29 *Emphyteuta nō incideret in commissum, nisi per nouennium; si fructus semel in triennio ex territorio emphiteotico perciperentur.*

35 *Libri censuales Curiæ, siue feudi plenè probant.*

36 *Inuentario feudi standum est: maximè si coram Iudice, vel penès acta confectū sit, & nu. 37.*

38 *Decretum ex abrupto latum sine causa cognitione, nullum.*

39 *Creditor potest licitare bona debitoris sub hasta, palàm, & bona fide, sed supposita persona, præsumitur fraus.*

ARGVMENTVM.

Prætium seruitutis, vel iuris super feudo remissi, an hæredibus vasalli in allodiū debeatur, & quod pretium territorij feudalis reintegrati hæredibus feudatarij minimè debeatur. de fide adhibēda libris Curiæ feudi; & creditore admittendo in licitatione bonorum debitoris.

Pro eodem Domino Principe Tarsiæ.

CONTROVERSIA VII.

DOminus D. Ferdinandus Spinellus Tarsiæ Princeps, vt intra domesticos parietes fraterno amore seruato terminarentur controuersiæ ortæ inter ipsum, & D. Carolum fratrem equitem oma-

ornatissimum in diuisione fraternæ hęreditatis Principis Io. Vincentij communis fratris, iniunxit mihi, vt pro veritate consulerem quid sentirem in subscriptis articulis; idcircò breuiter pro temporis angustia rem perstringendo, omisso verborum ornatu dicam quid sentio.

Primò, dubium excitatur, vt cum in terra Zuroi inter alia corpora feudalia sint quædam defensæ, nominatæ *la Piana, Cappelliere, e S. Venere*, quæ vno anno serũtur, altero verò fructum reddunt ad vsum pascuorum, & sic alternis annis variatur fructus; verum quia in anno pascuorum, Vniuersitati competebat vsus pascendi spatio quatuor mensium ex octo, qui erant in fructu herbarum, prędecessores Dom. Principis ad redimendum hanc seruitutem vsus, soluerunt Vniuersitati duc. quinque mille, pro quo pretio Vniuersitas liberauit defensas à iure pascendi sibi competẽti in anno pascuorum; ex quo Reg. Cam. declarauit in liquidatione releuij debiti p quon. Principẽ Ioseph Vespesianũ ob mortẽ quon. Principis Ferdinãdi eius fratris, quem decedere contingit in anno destinato ad vsum pascuorum, deducẽdam fore certam partem pro rata iuris pascendi olim Vniuersitati competenti, & ab ipso pecunia redempti, velut acquisiti titulo particulari.

Vnde infert D. Carolus secundogenitus, quod cùm ex his constet in his defensis adesse partẽ pretij allodialis, & ita declaratum instante Principe Vespesiano patre, necessariò eam partẽ venire in iudicio communi diuidũdo inter ipsos fratres vti cohæredes Principis Io. Vincentij fratris.

Quo verò ad ratæ quantitatem, maiorem esse declarãdam ea, quam Reg. Cam. taxauit in liquidatione releuij, nec teneri ipsum sequi iudicium Reg. Cam. vti decisionem inter alios actam, & ad alium finem, & instante Principe Vespesiano tunc pupillo, ex cuius persona etiam hæres restitui posset.

Verum pro Principe dicimus iustè quidem D. Carolum nolle acceptare decis. Cam. non quidem ea ratione, q ipsi competere possit maior rata; sed quia illa decisio ipsi nullo modo prodesse potest, siquidem licet possit sustineri respectu fisci, non tamen quicquam prodesse potuit secundogenitis descendentibus ex Principe Vespesiano, cum quo fuit latum decretum, & ideò cognoscens ex ea iuuari non posse, ritè eam decisionem non acceptat, cuius acceptatio esset sine fructu.

Vt aũt hoc manifestè appareat, necesse est aperire. Quid acquisierint prędecessores *D.* Principis; dũ pretio mediante obtinuerunt, vt Vniuersitas remitteret illum vsum pascua sumendi, quem habebant in istis defensis.

1 Competebat.n. vsus iste Vniuersitati, & ciuibus ex ea generali ratione, qua vasalli habent naturalia elementa, ne ipsi inermem vitam ducant, & in eo loco, in quo habitant, & onera sustinent, ęqualiter cum cæteris comparentur, vnde passim decisum, quod animalia immittant in territorio domini, quatenus inter se ipsos vsus est; non tamen vt cæteris vendant, nec capiant ad soccidam, vt ex consuetudine totius Italię vasallis hoc ius competere, vnde aquã, ligna, & herbas depascere valeant, latè probant *Frecc. de subfeu. lib. 2. 46. auth. n. 4. car. mihi* 374. *Anna alleg.* 48. *nu.* 17.

2 Constat autem vsum esse seruitutẽ personalem, qui continet ius vtendi re aliena, quatenus ad vsuarij necessitatem satis est, *l. plenum* 12. §. 1. *ff. de vsu, & habit.* pars.n. seruitutis est vsus, quæ sub vsufructu continetur, *l. per seruum*

3 §. 1. *ff. de vsu, & habit.* hoc.n. interest tãtùm inter vsum, & vsumfructum, quod illo tãtùm vtamur, hoc vtamur, & fruamur, *l. si alij* 42 *ff. de vsufr. Piccard. Corras, & alij relati per Moder. Castil. Hyspan. tomo* 1. *controu. iuris de vsufruct. cap.* 28. *num.* 6. & 8. & in puncto de vsu competenti Vniuersitati in demanio Baronis, *Anna dict. allegat.* 48. *num.* 20.

Quod

Quod igitur obtinuit prædeceſſor D.Principis,nihil aliud fuit, niſi remiſſionem impetrare iſtius ſeruitutis Vni-
4 uerſitati competentis, quæ remiſſio nõ fuit noua, & diſcreta acquiſita,ſed potius quædam conſolidatio, & ideò remiſſio pignoris,ſiue oneris rei inhęrentis,nõ dicitur donatio,nec diſcreta,aut noua acquiſitio, adeò vt hac ratione
5 feudatarius poſſit ſine aſſenſu obtinere remiſſionem hypothecæ, vel alterius oneris ſuper feudo, iuxtà opinionem *Bartholom.de Capua, & Anton. de Alex.* receptam in S.C. vt teſtis eſt *Aff. dec.* 232.vbi *Vrſill.*adducit concord.*D.Capyc.dec.*156.*Loffred.Marin. & alios* ipſam à contrarijs defendens.

Quam opinionem canonizauit vt
6 veriſſimam *Camerar.* diſtinguens, vt opinio *Afflicti* procedat ſine dubio in iure non habente formam feudi diſtinctam,& diſcretam,ſiuè ſeparatam à feudo, quod poſſit remitti in augmentũ feudi ſine aſſenſu ex rationibus adductis per *Afflict.* quia nihil de nouo feudo acquiritur diſtinctum,& ſeparatum re, & ponit *Camer.* exemplum in ſpe-
7 cie,nedum in renunciatione hypothecæ in beneficium tamen poſſidentis feudum non autem alterius tertij, vt aduertit etiam *Vrſill.in d.deciſ. in fine*, ſed ſubdit *Camer.* in ſpecie exemplum vbi feudum eſſet tributarium, vel ſeruitus aliqua remittitur,& fit liberum *in repet.l. Imperial. cap.*5.*col.*3.*lit.O* & melius *car.*15.*itidem col.*3.*lit.O.* à quo in effectu non diſcrepat in hoc *Anna in repet.Conſtit. nu.*183.ſecus vbi agitur de remiſſione juris realis ſeparati, & diſtincti,feudi formam retinentis de per ſe, idemq; *Reg. de Ponte conſil.* 17. *nu.*60.*lib.*2.

Vndè ſi nullũ ius diſtinctũ fuit feudo acquiſitũ, ex hac remiſſione vſus, ſed iure conſolidationis fuit liberatũ feu-
8 dũ,vt in ſimili cẽſetur ſoror dotata de paragio, quod eſt onus feudi debitum ex viſceribus feudi, iuxtà tradita per *Conſil.de Anna conſ.*75.*num.*8. *cum ſeq.* per receptionem dotis cenſeri feudũ liberatum ab ipſo onere, ipſumq; ſororem quietare,vt placuit *Iſern.in cap.*1. *num.*27.*fin.de natura ſucceſs.feud.*remanet vt nulla portio competere poſſit ſecundogenito in iure non diſcreto, nec diſtincto ab ipſo feudo, quod vti feudo incorporatum, nec ab ipſo feudo iuris intellectu ſecernitur,neq; tangi poteſt,& ſic nihil eſt allodiale, quod in iudicium communi diuidundo venire poſſit.

Vndè non eſt opus ingredi quęſtionem latè exagitatam à Feudiſtis de
9 augumento in feudo facto, an ſit feudale,vel allodiale, & quando ſit ſoluẽda æſtimatio,de quo latè per *Iſern. & Feudiſtas in cap.*1.*§.è contrario,de inueſt. de re aliena facta,& in cap.*1. *§.ſi vaſſallus,hic finitur lex*,de quo *Camer.in repet.l.Imper.cap.*5.*&* 15.*de Ponte conſil.* 11.*num.*8.

In præſenti enim caſu ex prædictis cõſtat,nos verſari extrà terminos prædictæ quæſtionis,in qua ſupponitur de augumento, ſiuè incremento adiecto ipſi feudo de nouo, nos autem loquimur in remiſſione ſeruitutis, quæ nihil eſt additum feudo,ſed feudum ſolum liberatum ab onere per viam conſoli-
10 dationis, & ſic totum remanet vt feudum, *§.fin.inſtit.de vſufruct.* ſiquidem vbi augmentnm, & additio non eſt in parte ſubſtantiali, non facit rem differre à ſuo prımo eſſe, non enim mutatur ſubiectum,quia ſunt accidentia,& qualitates ſuperadditæ, *gloſſ.in l.fin.§. quoties, ver. anno,ff.de public.* imò augmentum, ſiuè additio alicuius rei ſubſtantialis ad præexiſtentem ſubſtantiam non reponit rem in diuerſa ſpecie, niſi contingat rem adeò augeri, quod mutetur prior forma, vt ex *Innoc. & alijs* plura,quæ nõ tranſcribo,tradit in propoſito *Reg.de Ponte conſ.*4.*& n.*2.*ad* 8.
11 *vbi num.*5. *&* 6. diſtinguit inter augumentum adiunctum ad finem augendi rem,vt tunc res remaneat in ſua natura, & augumentum additum ad alium finem, vt tunc de perſe ſubſiſtat, neq; aſſumat naturam rei,cui annectitur;ſed

de

de per ſe ſtet, *l.prædijs*, §. *Titio*, *&* §. *Balneas*, *cum ſeqq. ff. de leg*. 3.

12 Et in puncto, quod in regno regulariter augmentũ factum in feudo remaneat in ſua natura, quia vaſſallus non poteſt de allodio facere feudum, nec de feudo allodium, ea ratione, quia nulli permittitur in regno infeudare, niſi ſoli Regi; vndè minus poterit Baro de allodio facere feudum, vt docet *Iſern. in locis notatis per D. de Ponte d. conſ.* 11. *num*. 9.

13 *&* 10. hoc tamen non procedit in augmento intrinſeco in eodem feudo non diſtincto, & inſeparabili ab eo, vt aduertit *idem de Ponte*, ita limitans id, quod dixerat *ſup. num*. 8. *&* 9. *in d. conſ.* 11. vbi ſubdit hæc verba, *hinc ſi fuerit diſtinctũ augmentum, remanet de per ſe, & ſub ſui natura*, *vt eſt ſup. ſundatum* etſi apertè confirmat in puncto ea, quæ tradidit *d. conſ*. 4. vt ſcilicèt fiat diſtinctio inter augmentum ſeparabile, & inſeparabile.

14 Confirmatur ex eo, quod in terminis ſeruitutis, nedum remiſsæ ad beneficiũ feudi, ſed acquiſitæ ad beneficiũ ipſius feudi, tradit *Molina de primogen. lib*. 1. *cap*. 26. *nu*. 11. *&* 12. dum probat, quod ſi ſeruitus ſit pretio empta, ac impoſita in augmentum maioratus eo pacto, vt perpetuo maioratui acquiratur, tunc accreſcit maioratui abſq; pretij ſolutione, vt *in d.* §. *ècontrario*, *& in locis ſuprà per eum allegatis*, teſtatur *DD*. reſoluere communiter id in feudo, & addit eſſe comprobatum in maioratibus ex *l*. 46. *Taur*. quæ eſt lex 6. *tit*. 7. *lib*. 5. *in noua recopilatione*, vt latiùs idẽ traddit *n*. 14. *verſ. ſed quamuis*, vbi *in verſ. ſed mea ſententia*, probat *illius l. deciſ.* non vigoroſam, vt quibuſdam placuit, ſed iuſtiſſima, ciuiliq; ac morali ratione fulciri, *& num*. 17. *verſ. ſin autem*.

15 Quinimò, dum ſuprà fundauimus *ex Aſſlict. d. dec*. 232. *num*. 7. *& alijs*, hãc ſeruitutis remiſſionem fieri iure conſolidationis, indè ſequitur confeſtim ea, quæ conſolidantur eodem iure, quo ipſa bona, quibus conſolidatio fit acquiri dicantur non nouo iure, nec à primo diuerſo, ac ſeparato, prout ex pluribus probant *Tiraq*. multis relatis *dict. lib*. 1. *de primog. d. cap*. 26. *nu*. 18. *circa medium*, & ſic cum ad primogenitum peruenerit hæc ſeruitutis remiſſio iure feudi, & vt feudum, nulla portio competere poterit ſecundogenito cohæredi fratris in allodio.

Cum abſolutum ſit, etiam ſi non iure feudi, ſed vt allodium perueniſſet ad primogenitum, non teneri ad præſtan-

16 dam partis extimationem: ſiquidem dictam extimationem meliorationum pertinere ad hæredem vaſſalli, procedit cum feudum aperitur domino, vel agnato cõtrà voluntatem ipſius vaſſalli; tunc enim militaret, non quod lex præſumat noluiſſe Baronem meliorationes factas donare domino, vel agnato, qui non ſuccedunt ex ſua volũtate, & hæc eſt ratio *text. in d.* §. *ſi vaſſallus*, vt aduertit *de Ponte d. conſ*. 11. *num*. 8. *in fin*. vbi loquitur reſpectu Fiſci: ſecus verò quando feudum peruenit ad filium primogenitum, præſertim inſtitutum, quia donatæ cenſentur ipſi filio ex perpetua deſtinatione ipſius pa triſfamilias, itaut in illis nullum ius habere poſſit ſecundogenitus ſibi cohæres, vt *ex l. quod in rerum*, §. *ſi quid poſt*, *ff. de legat*. 1. *& in l. prædijs*, §. *balneis*, *ff. de*

17 *legat*. 3. vbi *Alber*. in ſpecie infert ad primogenitum, qui ſuccedere debeat in domo paterna, vt ſuccedat quoque in hortis, & omnibus appendicibus deſti-

18 natis ad vſum domus, & in fornimẽtis ad vſum Caſtri feudalis perpetuò deſtinatis, in terminis *Bald. conſ*. 232. *in* 3. *vol*. vbi licet reſtringat, quando fornimenta non adhærẽt Caſtro, tamen *Liparulus ad Iſer. in cap*. 1. §. *& Plauſtrorũ*, *verſ. quidem mobilius*, probat ex *Iſer. & alijs* procedere etiam, ſi non adhæreat: ſi tamen ſint ad vſum perpetuum feudi deſtinata, quod ex multis latiùs probauit nouiſſimè *Conſil. Gizzarel. dec*. 32.

19 Indè *Paris de Puteo de reintegrat. c*. 195. incipiente, *Baro habens*, licet in pluribus locis dixerit ædificia facta in feudo deuolui ad dominũ deuoluto feudo, cum one-

onere tamen soluẽdi extimationẽ hæredi, iuxtà *d. §. si vassallus, hic finitur lex,* dubitat tamen, quod dominus non teneatur ad extimationem, quãdo ædificium est factum ad perpetuum feudi vsum, & taliter destinatum, ex quo certum est de animo addendi vni, & ab alio detrahendi, iuxtà *d. §. si quid post,* vndè si *Paris* dubitauit, quod fortè hoc casu extimatio non est soluenda domino, indubium igitur erit quoad filium.

Et si *tex. in d. l. quod in rerum* 24. *§. si quid post,* dixit, ex hac annexione, & destinatione videri id, quod adijcitur accedere ad instar causæ alluuionis; indè consequitur huiusmodi incremẽtum ad vassallum omninò pertinere, ipsiq; acquiti sine aliquo onere soluẽ-
30 dæ extimationis, siquidem licet plerique in feudo distinguant inter incrementum patens, & latens, & verior sit opinio, vt omne incrementum ẽt patens absque discrimine feudo cedat, *cap. 1. §. si quis de manso.* vbi omnes *si de inuestit. fuer. controu.* tamen nemo vnquam dubitauit, quin incrementum latens semper feudo accrescat cum qualitate feudali, vt vtrumque verissimum tradit *Molina d. c. 26. lib. 1. nu. 17. vers. si autem incrementum;* vndè cum ex destinatione censeatur incrementum latens ex omni capite, augmentum feudo cedit cum sua qualitate feudali, vt primogenitus ad nullam extimationẽ vrgeri possit.

Nec dicat D. Carolus, quod saltim sibi soluenda sit pars duc. quinque mille, quos soluit, quond. Marchio Ipsicrò Vespasianus Vniuersitati pro remissione seruitutis: prõmpta enim
31 est duplex resolutio. Primò, quia de parte pretij agitur, quando feudum nouum emitur, secus quando nihil de nouo quæritur, sed potius ius antiquum consolidatur, vt suprà. Secundò, esto, quòd in præsenti esset aliquod ius acquisitum de nouo, cuius contrarium suprà est fundatum:
32 cùm tamen prædicta acquisitio non fuerit facta ab vltimo Principe Io. Vincentio, de cuius successione agitur, sed per q. Marchionem Ferdinandum, cui successit Princeps Vespasianus frater, & demum Vespasiano Io. Vincẽtius, clarum est, non posse tractari de parte
23 pretij; cùm feudum fuerit antiquum in posse Io. Vincentij, & fortiùs in persona moderni Principis D. Ferdinandi, *cap. 1. de gradibus success. in feudo,* aliàs *de success. fratrum,* iuncto *cap. 1. qui testes sunt necess. ad proband. inuesti. & per Afflict. dec.* 248. loquentis de castro Sancti Nicolai de Vnfredis, de cuius eiusdem castri qualitate, an fuerit nouum, vel antiquum in personam Francisci de Socijs, contingit mihi hisce diebus laudum proferre cum doctissimo viro Dom. Io. Camillo Cacacio, & insigni Præside Anello de Amato.
24 Tertiò cessaret etiam ex alio tractatio de parte pretij, cùm illa tanquam deducta ex principijs iuris Romani in materia collationis, cessat in successione ex testamẽto, in qua nos versamur, cùm & collatio ipsa, ex qua solutio partis pretij deriuatur, cesset facto testamento, iuxtà *auth. ex testamento, C. de collation.*

Sin autem D. D. Carolus malit fortè pertransire cum decisione Regiæ Cameræ, prout si vellet Princeps fortè cogeretur illi stare; cùm certum sit, sententiam latam ad instantiam Principis Vespasiani, ipsoque petente, & in ipsius fauorem contrà Regium Fiscum in Regia Camera, vbi rarò Fiscus suc-
25 cumbit, super qualitate insuper feudi, cuius cognitio specialiter priuatiuè, quoad alia Tribunalia ipsi velut Procuratori Cæsaris incumbit, *ex pragm.* & vulgaribus *decisionibus,* de quibus alias scripsi in causa Torcini, Antredoci, status Ciuitæ Sancti Angeli, & simi-
26 libus; & sic de statu hominis; cùm feudum constet esse hominem mutũ, *ex Gloss. in Constitut. Consuetudinem,* vndè videtur facere ius quoad omnes, & maximè respectu successorum in feudo scilicet hæreditario, in quo versamur

mur; vbi nemo dubitare poteſt, ſententiam nedum latam pro anteceſſore, & per eum acceptatam, & ſilentio annorum tranſactā in rem iudicatam, ſed & contrà ipſum, ſucceſſoribus omnibus prodeſſe, & nocere, vt qui debēt tanquam hæredes in ipſo feudo factū anteceſſorum probare. Cùm & idem ſit in caſu fortiori in feudo ex pacto recto fideicommiſſo, vel maioratu; niſi colluſio detegatur, quæ à litibus cum Fiſco profligatur.

27 Hoc admiſſo, nec lato quidem vngue poterit D. Carolus recedere à ſētentia Regiæ Cameræ, & nec declaratiua ratæ, dum liquidauit ius herbagij pro quarta parte fructuum allodialiū: ſi enim tenetur ſtare ſententiæ, non poterit in totum, nec in parte, etiam minima recedere ab ea; dum vnicum eſt caput indiuiduum.

Verùm illud eſt aduertendum pro Principe, quod cùm iſte fructus herbagij, in quo ſolum intrat hæc portio allodialis, non percipiatur ſingulis quibuſque, ſed binis annis, cum in altero, quo defenſæ feruntur, non intret aliquid, quod non ſit feudale, ſequitur, vt neceſſariò illa quarta pars fructuum taxata pro iure burgenſatico non ſit integrè amputanda annis ſingulis, ſed in binis diuiſa ad beneficium ſecundogeniti, & ſic non erit quarta pars, ſed octaua ſingulis annis.

28 Certum eſt enim, quod vbi fructus non percipiuntur niſi infrà biennium, vel triennium, totum illud ſpatium ad fructus colligendos reputatur pro vno
29 anno, ex quo inferunt DD. quod licet emphiteuta priuati incidat in commiſſum ſi per triennium non ſoluerit, ſi tamen ſingulis triennijs vnus tantum fructus perciperetur: neceſſarium eſſet, vt ceſſauerit per nouennium, vt incideret in commiſſum, cum eo caſu no-
30 uennium in locum triennij ſubrogaretur: ſicuti & vnum luſtrum, vel etiam decennium pro vno anno reputari poteſt, vt in ſylua ceduа, quæ non niſi decimo, vel decimo quinto anno cædi poteſt, vt contingit in ſylua mea detta (*della Regina*) *tex. eſt in l. diuortio, §. quod in anno*, vbi hoc notant DD. præſertim *Alex. & Iaſ. ff. ſolut. matr.* cum in fine quæ congerit ibi nouiſſimus *Barboſ. num. 5. verſ. præterea*, poſt *Tiraq. in 2. retract. §. 5. glo. 4. in fin. num. 31.*

31 Sic & ècontra, qui fructus vnius anni habere debet, non percipit vltrà primos, ſi ager bis in anno fructum ferat: quia, qđ diſponitur in anno, pariter procedit in ſemeſtri, ſi idem reſultet effectus, vt poſt *DD. in d. §. quod in anno*, ſingularem facit ex hoc illationem, *Campeg. de dote 2. par. q. 27.* refert remiſſiuè *Barboſ. in d. repetit. num. 5. verſ. vlterius*, & in ſpecie *Tiraq. in l. boues, §.*
32 *hoc ſermone in princip. ex num. 6.* vbi hoc temperat, vt veniat vtriuſq; ſemeſtris fructus, ſi hoc ex qualitate pretij colligatur, ſicut aliàs ex pretio diſcernitur, quis contractus fuerit, vt per eū *limit. 12. num. 1. & ſeq.* nec ſuperuacuū hoc eſſe admonet idem *Tiraq. in princip. d. repet. ex num. 7*, quandoquidem ex hiſtoricis conſtet regiones quaſdā eſſe adeo feraces, & vberes, vt bis fructus ſingulis annis ferant: vbi vltra Indiā, Egyptum, & alias, hoc refert accidere in quibuſdam locis Italiæ, & in agro Coſentino malum biferum legi.

Vndè de fructibus primi ſemeſtris in dubio accipi in conceſſionem probat etiam in fine relatis *Surd. dec. 265. n. 13. & in trac. de alim. tit. 4. q. 26. n. 15*

33 Et ita omninò eſt facienda fructuū computatio, qui binis annis percipiuntur, vt biennium pro anno computetur in diuiſione inter fratres, inter quos eſt
34 æqualiter diuidenda idem & meritò procedit in Fiſco, cui releuiū ex more regni debitum competit ex fructibus anni; quo moritur feudatarius; vnde mediatatem fructuum ipſius anni percipit, ſiuè vberes ſint, ſiuè pauci; & cum contingerit mors feudatarij in eo anno, quo defenſæ ad paſcua ſumenda erant locatæ, in quo anno aderat aliqua portio fructuum, ex iure allodiali meritò fuit producta.

Aliud

Aliud dubium excitatum consistit in simili decisionis ratione; supponitur siquidem in facto, quod possidente vltimo Principe Bisiniani Nicolao Berardino Sanseuerino terram Terranouæ, stante eius notoria prodigalitate, & desidia in regendis rebus suis, dum erat sub curatore, accidit ad instantiã quorundam Nobilium de Familia Caualcante, vti creditorum Vniuersitatis dictæ terræ, fuisse exequutum quoddã territorium nuncupatum *lo Prato*, illudq; vẽditum cuidam Horatio Pape licitatori, qui confestim illud cessit eisdem creditoribus.

Et quoniã peruẽta prędicta terra in posse Vespasiani Spinelli Marchionis Ipsicrò titulo emptionis cũ solita clausula facultatis reintegrãdi corpora malè distracta, fuit compertũ, dictum territorium esse de mensa Baronis, & sic demanium feudi, vt ex platea, siue libro, in quo ab antiquo descripta repertiuntur corpora, & membra feudi, iure feudi ad Baronem pertinentia, in quo nihil aliud Vniuersitati competebat, nisi consuetus vsus depascendi pro suis animalibus, ex quo dilucidè confirmatum fuit ius Baronis, cum ex vsu competenti Vniuersitati, apparebat dominium esse Baronis, cum res sua nemini seruiat, comperta tandem veritate, cùm primum Vniuersitas agnouit dominum, qui iura sua non negligeret, vt notorium est, fuisse omninò neglecta sub prædecessore Principe rerum suarum diligentissimo dissipatore, procurauit Vniuersitas ipsa, quæ ex altera, & diuersa causa bonatenentiæ erat creditrix eorundem de Caualcante, ad quos peruenerat dictum territorium, vt ipsi illud retrocederent Principi Tarsiæ nouo Domino, hoc specialiter expresso in transactione inter ipsas partes inita, *perche detto prato non sia stato corpo, e robba di detta Vniuersità ma proprio della sua principal Corte; e perciò malamente esequuto, e uẽduto, &c.* & sic recuperata tenuta d. territorij, quæ licet ex eo vsque in præsens tempus reperiatur annexa ipsi feudo: ramẽ D. Carolus hodie prætendit dictum territorium, veluti de nouo quæsitum per D. Principẽ titulo particulari, esse allodiale, & proinde venire in iudiciũ diuisionis, vel saltim ex quo mediante dicta transactione, reuersa tenuta in posse Principis, consequutus fuit territorium liberum ab vsu Vniuersitati cõpetenti, quod velut extinctum per venditionem factam, tanquam de re Vniuersitatis eodem modo, siue de iure, siue potius de facto remansit in eodẽ statu liberum, prætendit hodie D. Carolus medietatem extimationis huius iuris, siue seruitutis remissæ, & extinctæ, tanquam allodialis.

Sed in neutro possum ipsius prętensioni adhærere, nec vllo pacto inclinare, siquidem hæc vltima prætensio extimationis pretij huius seruitutis, à qua feudum est liberatum, vana apparet meo iudicio ex rationibus in præcedenti consideratis, quæ hic sunt repetenda.

Quò enim ad primum, cum constet dictum territorium reperiri ab antiquo descriptum in platea, tanquam demanium, & de mensa feudi, dubitari non potest, quin dictum territorium fuerit feudale, quia vbi concurrunt libri cẽsuales curiæ, siue feudi, ipsis plena fides adhibetur, vt ex *l. census ff. de prob. & c. ad audientiam de præscript.* probat *Paris de Puteo de reinteg. §. sequitur quæstio, nu. 5. & 6.* & latiùs *de inuentario publico feudi*, & quod ex bonorũ descriptione censeantur iure feudi, & standum sit inuentario, & maximè si fuerit factũ coràm iudice, vel penès acta Curiæ confectum, & quod probent, licet non sint manu publica scripti, si habentur pro scriptis publicis, & tanquam libri censuales præualeant testibus, in actu census probatorio ex *Ardiz. Isern.* in pluribus locis *Speculat. & alijs* latissimè idem *Paris in cap. & iuxtà prædicta moueo, sub tit. in dubio an res præsum. franca car. mihi* 47.

G vbi

37 vbi exinde ſubijcit, quod ſi reperiantur bona deſcripta priùs in inuentario vendita, vel aliter alienata, nullum fiet præiudicium feudo, *ex reg. l. Imper. & Conſt. Conſtit. Diuæ Memoriæ.*

Vnde nihil obſtare poterit decretū domi latum à Conſ. D. Petro de Vera, qui, dum emptor conquerebatur moleſtari, & turbari in poſſeſſione dicti territorij, fuit per eum veluti delegatū Principis prouiſum, quod dictum territorium reſtituatur, & conſignetur dicto Horatio,

Primò, quia ex forma decreti, apparet iniuſtum, & nullum, vt vltrà petita, dum enim emptor assereret ſe turbari
38 iudex prouidit ſuper reſtitutione, nulla adhibita cauſæ cognitione, ſed ex abrupto, vt erat de more præcipitãter, & ſic nulliter *l. prolatam, l. ex ſtipulatione*, vbi *DD. C. de ſentent. l. fin. & l. ſi iudex C. comminat. epiſtol.* præcipitatio enim dicitur nouerca iuſtitiæ, *Clem. paſtoralis §. verum de re iudic. cum concor. per Felyn. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ num.* 35. *de Conſtit.* licet enim in dubio ſententia cum cauſæ cognitione lata præſumatur, fallit, ſi ſtatim prolata ſit infrà modicum temporis ſpatium, quia talis ſententia præcipitata, & temeraria, velut iniuſta, & nulla, reijcienda eſt, vt infinitis exornat *Vant. tit. de nullit. ex defectu proceſſ. nu.* 31. 33. *&* 34. *cum ſeq.*

Secundò, quia idem creditor per interpoſitam perſonam alterius emit, qui de turbatione conqueſtus fuit, licet ſtatim creditorem nominando, eidem territorium retroceſſerit, vnde fraus, & calliditas detegitur, ſiquidem
39 licet creditor, quo inſtante res venditur, poſſit palàm, & bona fide licitare, *l.* 2. *C. ſi in cauſam iudic. pignus capt. ſit*, adhibita tamen alterius fiduciarij emptoris perſona, illicò fraus conuincitur, *l. & qui ſub imagine* 10. *C. de diſtrac. pignor.* Et tãdem ijdem creditores, qui per alium emerunt, agnoſcentes iniuriam, territorium alienum diſtractum, faſſi ſunt ſimul cum Vniuerſitate debitrice, in cuius beneficium ceſſerat fraus, quippe quę ex alienorū bonorū venditione ſoluerat proprium debitū, in publico inſtrumento veritatē agnoſcendo, rem feudi Domino reſtituendam curarunt, ex quo veritas inuentarij elucet. Nec mirum, quod ſub prodigo, & perdito Principe fuit malè diſtractum, ſub prouido fuit reintegratū, & feudo, velut capiti, reunitum, iuxtà *Gloſſ. in Conſt. Conſuetudinē ſup. citatam.*

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio facta per fratrem de eius portione vni ex fratribus ante adhitã hæreditatem, ſeu quæſitam portionem, vel poſt, an proſit omnibus, & quod ſi ex coniecturis in eius ſolius beneficiū facta appareat, nu.* 8. 10. *&* 12.

2 *Pater recipiens à filia renunciationem cenſetur velle prouidere magis filio futuro hæredi, quàm ſibi.*

3 *Moniales, quam dotis quantitatem habere debeant de iure communi, in Regno, in Hyſpania, ac de conſuetudine Neapolitana, num.* 4. 5. *&* 6. *& quando dos ingreſſarum tantùm eis competat, nu.* 21. 22. *&* 23.

7 *Pactum de non ſuccedendo in hæreditate patris vni ex fratribus, illi ſoli non cęteris, etiam à patre inſtitutis prodeſt.*

9 *Portio portioni, & qñ perſona accreſcat.*

11 *Renunciatio facta inter aliquos, tertio non prodeſt.*

13 *Renunciatio facta fratri de feudo, vel emphyteuſi, ipſum ſolum iuuat.*

14 *Renunciatio ſimplex idem operatur, ac ſi dixiſſet, pro omni iure quod habet, habere poteſt, aut ſperat.*

15 *Renunciatio etiam per verba comprehendentia ius de futuro, illi ſoli prodeſt, cui fuit renunciatum, etiam ſi locus ſit iuris accreſcendi.*

16 *Refutatio, perſonalis præſumitur, non realis.*

17 *Renunciatio facta contemplatione unius perſonæ, alijs non prodeſt, idem, & pactum, nō tantùm in feudis, ſed in omni materia etiã cõſuet. Neap. n.* 18. *&* 20.

19 Dyn.

19 Dyn.conſ.6.*declaratur*.
24 *Adiutorium pro filia monacanda competit pro dimidia taxa carolenorum quinque*.
25 *Paragium in nupta poteſt eſſe minus legitima, in nuptura poteſt aſcendere ad virilem*.
26 *Renunciationes fieri ſolitæ per filias, & ſorores, quæ maritantur in Regno, non fiunt ex neceſſitate, niſi ex pacto præcedenti in capitulis matrimonialibus*.
27 *Filia, quæ habuit paragium à patre, debet habere legitimam in bonis maternis, ſi non renunciauit*.
28 *Soror per dotationem cenſetur excluſa, non autem pendente dotatione*.

ARGVMENTVM.

Renunciatio facta per ſororem in capillo ante ingreſſum Monaſterij, vel ante profeſsionem vni ex fratribus de portione iam ſibi delata, an ipſi ſoli ceſsionario proſit, vel omnibus fratribus, vel ipſorum nemini.

Pro eodem Domino Principe Tarſiæ.

CONTROVERSIA VIII.

INter alias controuerſias excitatas inter Principem Tarſiæ, & D. Carolum ſecundogenitum, occurrit quinta, vtrum portio D. Virginiæ ſororis, remanſæ in capillis poſt mortem Principis Veſpaſiani patris, cui poſtmodum placuit renunciare paternę, & maternę portioni ſibi iam delatis, & acquiſitis, omniumq; ſucceſſionibus etiam deferendis in ampliſſima forma, iuxtà conſuetum morem diutius obſeruatum in Ciuitate, cuius eſt teſtis *Minad*. infrà cit. quod fecit ingreſſura Monaſterium in beneficium ſolius Principis Ferdinandi fratris, & non aliorum. Vtrum hæc renunciatio proſit ipſi fratri vti ceſſionario, ſoli, vel omnibus, aut ipſorum nemini, & videbatur prima facie reſoluendum, omnibus prodeſſe, vel nemini.

1 Quod autem omnibus deberet prodeſſe allegari ſolet *conſ. Dyni 6.* vbi quod ſi vnus ex fratribus ante aditam hæreditatem renunciauit vni tantùm ex fratribus portionem ſuam hæreditatis, quod talis renunciatio prodeſt nō ſolùm illi, cui eſt facta renunciatio, ſed cæteris etiam fratribus cohæredibus, quia de natura iuris accreſcendi eſt, quod portio renūciata accreſcat portioni, non perſonæ, *l. qui totam ff. de*
2 *acquir. hæred.* & in patre recipiente renunciationem filiarum, quod ex ea magis cenſeatur voluiſſe prouidere filio futuro hæredi, quàm ſibi, latè diſcurrit *Boer. deciſ.* 184. vbi in princ. dicit, hanc quæſt. eſſe veluti hydram, vt vno abſciſſo capite, aliud renaſci videatur.

Verum, quod nec Principi D. Ferdinando, cui eſt facta renunciatio, prodeſſe poſſit, ex eo videbatur ſuaderi,
3 quod quicquid antiqui patres referāt ex *Iſer. Napod. & alijs*, dotem competentem monialibus in regno, ſiuè in ciuitate noſtra, fuiſſe legitimam iure naturę debitam, non variabilem, vt cōtingit in matrimonio carnali, vbi conſideratur neceſsitas, vt pari, & condigno nubat, quia ſponſus cœleſtis, cum quo Virgines Deo ſacratæ ſpiritualiter iunguntur *§. hoc in præſenti, auth. de Sanctiſs. Epiſcop.* cum omnibus eſt ęqualis, & vniformis, vt poſt *Afflict. deciſ.* 348. diſcurrit *P. Molpheſ. ad Conſuet. tomo* 1. *p.* 4. *q.* 22. ex originali doctr. *Napod.* citantis noſtrū *Isern. in Conſuet. ſi moriatur num.* 63. *&* 67. *de ſucceſſ. ab inteſt.* Et
4 de dote congrua monialis in Hiſpania agit lariſſimè *Baeza* plures reſoluens qq. *tract. de non melior. dot. rat. filiab. q.* 14. *per totam*, vbi pulchra in materia, & generaliter, ꝙ dos ſolita ſolui moniali dicatur congrua, cum maiori ſumma ſit opus pro matrimonio carnali, quàm pro ſpirituali, *Honded. conſ.* 11. *num.* 28. *p.* 2. & dos præd. eſt vniformis, *Honded.*

5 *conſ.64. nu.* 45. de iure communi monialis debeat habere idem paragium, ac ſi nuberet, vt ex *Napod.*& noſtratibus probat *Molpheſ.p.4.q.16.nu.11.et*
6 12. tamen hodie præualuit ea opinio, quod filia ingreſſa monaſterium debeat habere paragium ſolui conſuetũ ſecundùm conditionem monaſterij, quod ingreditur, & ſufficere illi debet habere ea, quæ cæteris monialibus ibidem ingreſſis, eſt ſolutum, cum in iſtis plurimum valeat loci conſuetudo, vt dos dicatur congrua, vt ex tempore *Vrſill.* fuiſſe iudicatum, ipſe teſtatur de auditu, *d.deciſ.*348.*poſt num.2.verſ.ſed tamen audio*, verùm locupletisſimus eſt teſtis de viſu, & obſeruantia *D.de Franch. deciſ.*44. *Molpheſ. d.p.4.q.16. num.* 13. vnde ſi huic Dominæ ingredienti, ſolum paragium ingreſſarum cõpetebat, fruſtrà maiorem portionem ſibi non competentem, renunciauit.

Verùm his non obſtantibus concludendum eſt, renunciationem hanc factam per D. Virginiam ſororem, quæ longè poſt mortem matris, & patris, elegit ingredi monaſteriũ, & ante ingreſſum, Principi fratri ſoli renunciare, validam eſſe, & operari tranſlationem totius integri paragij paterni, & legitimæ ſucceſsionis ſibi debitæ, etiam ex teſtamento matris deducta rata ſoluta pro dote monaſterio.

7 Siquidem veriſſima eſt deciſio tàm de iure communi, quàm noſtro municipali, huiuſmodi renunciationem efficaciter operari in beneficium ſolius fratris, cui facta eſt, & non aliorum, hoc enim affirmarunt intrepidè *Guliel.Cun.Rayn. de forl.Ang.* & alij relati per *Iaſ. in l.auus neptis* 33. *ff. de pactis*, quod ſi filia fecerit pactum de nõ ſuccedendo in hæreditate patris, uni ex fratribus, illud proderit illi ſoli fratri, non etiam cæteris etiam à patre inſtitutis, ubi *nu.*5. addit, non eſſe neceſſarium in renunciatione adijci dictionẽ taxatiuam, quod illi tantùm renunciat non cæteris, ut pactum cẽſeatur perſonale, quia incluſio unius ex fratribus hæredibus, reliquos excludit, & pactũ cenſetur perſonale, ut benè per eum, & *Iaſ.*adhoc in ſpecie citat *Cam.Saler. in Conſuet. ſi moriatur poſt num.21.in addit.magna incip.& ſi in hac materia lit.A. in fin. fol.mihi* 86. licet corruptè alleget, dum citat *Iaſ.in l.auus neptis, ff. de action.& bonus Molpheſ.* qui eundẽ locum citauit in fide parentum addit, (*ff.de act. & oblig.*) *de renunc. quaſt.*2. *num.*4.

8 Idque procedere etiam in renunciatione facta per ſororem, mortuo patre in beneficium unius ex fratribus, ut nedum ſi expreſsè, ſed ſi quouis modo ex coniecturis poſſit apparere, quod uelit donare illi, cui renunciauit, tunc in neceſſariũ anrecedẽs, uidetur donãdo acquirere, & ei ſoli fratri prodeſt non cæteris, *Ripa optimè in l.*1. *§.deniq; n.*8.*ff.ad Trebell.* ubi citat ad hoc *plura conſilia Socin.*& ita declarat *cõſil. Dyn.* & reſoluit declarando *conſ. Dyn. Boer. deciſ.*104. *nu.*9. *verſ.vnde concludo*, ubi diſtinguit inter renunciationem, quæ fit poſt mortem patris ſimpliciter in manibus fratrum, ut tunc propter præſumptam æqualitatem affectionis, cedat in beneficium omnium, ſecus ſi fit facta in fauorem unius fratris tantùm, quia illi ſoli quæritur portio renunciãtis, *ex Bal.Caſtr.Aret.Barbat.et alijs.*

9 Nec eſt uera ratio, quod portio ſimpliciter portioni accreſcat, ex dicta *l. qui totã*, quia illius *l.* deciſio nõ procedit, ubi non militat eadem ratio, imò perſonæ, non portioni accreſcit, præſertim ubi hoc eſt expreſſum, ut aduertit *D.de Franch.*ex mente *Napod.deciſ.* 49.*num.*11.*&* 15.*& iterum deciſ.*566. *ante fin. verſ. imò idem*, locos autem *Napod.*& aliorum congerit *P.Molpheſ. p.4.q.17.num.*7.

10 Et generaliter uera eſt præpoſitio quod renunciatio facta fauore unius perſonæ, perſonam illam nõ egreditur, nec ad alias ullo modo extẽditur *Bertrand. Ruyn. Pariſ. & alij*, quos citat *Beccius conſil.*74. *nu.*23. *verſ.& renunciatio lib.* 1.

Et

11 Et quod renunciatio facta inter aliquos,non prosit tertio,est *tex.in l.iubemus, C.ad Velleian.Gloss. & Bald. in l.si*
12 *actionem C. de pactis*, nec renunciatio prosit omnibus fratribus, vel alteri cuiquam, quando constat,illam esse factã contẽplatione vnius ex ipsis fratribus, vel certæ personæ,tunc siue fiat ante aditam, siuè portionis acquisitionem, siuè post, semper prodest illi soli, cui fit,ex *Bald & Castr. in l.pactum C.de col*
13 *lat.*latè *Surd.cons.*446.*ex nu.*13.*et* 14. *lib.*3.*vbi nu.*15. *&* 16. *ex Iser.Bart. & alijs* probat idem procedere in renunciatione facta fratri de feudo, vel emphiteusi,& nu.17.quod semper est personalis, ita quod nullus alius agnatus præter eum, cui renunciatur, potest in ipsa renunciatione se fundare, vel ipsa iuuari,& quod subintelligitur clausula, *pro omni eo, & toto quod sibi quomodo-*
14 *libet competere possit.* & quod idem operatur simplex renunciatio,ac si dixisset *pro omni iure, quod habet, vel habere potest,aut sperat,* & quod si vnus ex fra-
15 tribus renunciat per verba, quæ comprehendant, et ius de futuro, non accrescet ius,nisi ei tantum,cui fuit renũciatum, etiam quando locus est iuri
16 accrescendi,ea ratione,quod refutatio semper est personalis,& adhoc vt prosit omnibus,necesse est, quod sit realis nõ autem personalis renũciatio, prout in dubio personalis præsumitur,& sub-
17 dit *Surd.nu.*18.*in fin.*hęc procedere nedum in feudo,vel emphiteusi,sed in omni materia,vt renunciatio facta cõtemplatione vnius personæ,non prosit alijs,& idem in renunciatione,ac quolibet alio pacto facto per sororem cum fratre, & generaliter in omni pacto, *Surd.cons.*179.*nu.*20.*lib.*2.*& decis.*163 *num.*10.

18 Et hanc distinctionem esse faciendam in materia nostrarum consuetudinum inter renunciationem factam à sorore contemplatione vnius ex fratribus, vel omnium, aut potius acceptantis pro omnibus,probat *P.Molphes.*
19 *de renunciat.q.*1.*nu.*26.*&* 27.& quod semper censeatur personalis,locos nostrorum cumulat,& decisiones idem *Molphes.p.*3.*q.*9.*& de renunciat. q.* 17. *num.* 4.

Ex quibus patet in casu præsenti
19 nullo modo obstare *d.cons. Dyni* 6. de quo latè agit *Cons. de Anna*, postea ad hunc finem reuisus *cons.*45. *vsq; ad nu.* 22.Primò, quia *Dyn.* loquitur,cum renunciatio fit vni ex fratribus coheredibus; hic autem solus fuit hæres vniuersalis Princeps D.Vincentius; secun-
20 dò, quia cessat *cons. Dyni*, vbi apparet renunciantem voluisse donare,cedere, siue transferre, quo casu supponitur tanquam necessarium antecedẽs,prius voluisse acquirere, vt latè fundãt *DD.* citati per *Annam num.*13.14.*&* 31. Et tertiò, quia *cons. Dyni* procedit in simplici abstensione,non autem in renunciatione, quæ fit specialiter in beneficium certæ personæ, puta fratris, & ipsius contemplatione, vt clarè colligitur ex *DD. à Surdo* citatis, qui remouent omnem dubitationem.

Nec obstat D. Virginiam, cui nihil aliud competere poterat, quàm paragium ingressarum sibi solutum,nihil renunciare potuisse, & sic illius renunciationem,nec ipsi D.Principi,cui expressè, & taxatiuè, sed amplissimè renunciauit,prodesse non posse.

Facilis siquidem est, & clarissima resolutio,obiectum suprà factum, moniali scilicet non competere,nisi dotẽ, quæ soli consueuit monasterio, pro-
21 cedere in duobus casibus. Primò scilicet, quando iam est ingressa, & fecit professionem,vel quando,patre viuẽte ingreditur monasterium, secus si post mortem patris, delata sibi successione portionis pro legitima, siue paragio competenti, eligat ingredi monasterium, & velit ad sui libitum renunciare portionem sibi delatam,& quam renunciando translatiuè,prout hic expressis,& repetitis verbis clarissimè factum est, necessariò prius acquisiuit,& præsertim portionem sibi expresè in testamento materno, & paterno relictam,

ctam, vt in terminis nostris in indiui-
duo meliùs, quàm aliquis ex regnico-
lis, quem viderim, optimè & late resol-
uit, & docet *Petr. Greg. Siculus tract. do-
tis de parag. q. 13. post nu. 5. vers. vnde
puto, sic posse distingui*, cuius verba,
quæ non transcribo, rogo videri, quia
22 verè sunt aurea; & quod doctrina *Na-
pod. in d. Consuet. si moriatur d. nu. 63. &
67.* docentis cum *Isern.* paragium mo-
nialium esse vniforme, scilicet legitimã
debitam iure naturæ, procedere tantũ
in moniali iam professa, secus in non
professa, etiam si sit iam ingressa, & su-
sceperit habitum durante nouitiatu,
quia cum possit habitum dimittere
exire, & nubere, & propterea ipsius pa-
ragium sit ad instar cuiuslibet mulieris
nupturæ, docet D. meus *Capyc. in addit.
ad Napod. post d. nu. 67. in addit. incip.
an autem hac consuetudo*, quem omnes
23 sequuntur, vnde paragium dari con-
suetum pro eleemosyna monasterio
subrogatum loco legitimæ, quam anti-
qui patres præd. consuerunt dandam
moniali, pariter in professa tãtùm pro-
cedere, non autem in ea, quæ nubere
poterat, censendum est ex vi subroga-
tionis, prout cautè in ingressa tantum,
id pluries repetendo non sine myniste-
rio tradunt *Vrsill. d. decis. 348. & D. de
Franch. d. decis. 44.* & cum his concor-
dat *Saler. in addit. post addit. D. Capyc. in
d. nu. 67. incip. Monialis non transmittit
in fin.* vbi testatur accepisse à quodam
viro maximæ authoritatis, & insigni
practico, quod sit maxima in hoc con-
stituenda differentia, an monialis sit
ingressa etiam viuẽte patre, an verò sit
in statu, quod velit ingredi, quia tunc
maiorem dotem petere poterit, quod
fortiori rationi procedit post mortem
patris, & sic post delatam sibi portio-
nem, quam ad sui libitum solo animo
acquirere potest, cum pater viuens so-
lùm dotare cogatur, etiam si monaste-
riũ filia ingredi velit, vt ex *Bal. Anchar.
Felyn. Euerar. Auend. Lopez, Gomes. Me-
noch. & alijs* fundat *P. Sanchez de ma-
trim. lib. 4. c. 26. nu. 7.* latissimè *Baeza
d. c. 14. per totum vbi sup.* & sic sufficere
videtur dos tradi solita pro monaste-
rio, quæ minor dari potest, quàm si sæ-
culo nubat, *Rimin. iun. cons. 466. nu. 22.
l. 4.* qua ratione adiutorium pro filia
monacanda competit pro dimidia
taxæ carlenorum quinque *Afflict. &
Vrsill. decis. 136. D. Petra ad Capyc. decis.
204. in 3. addit.* & ita intelligendos esse
24 omnes nostrates, dum extenuant para-
gium ingressarum, vt loquantur in pro-
fessa, non autem in ea, quæ habet ele-
ctionem nubendi: aduertit etiam *Ma-
sculus* si sui sunt labores *in addit. ad d.
25 decis. Capyc. 204. nu. 7.* vt etiam in simili
in nupta paragium potest esse minus
legitima, in nuptura verò potest ascẽ-
dere vsque ad virilem, locos consarci-
nauit *Molphes. p. 3. q. 7. n. 5. & p. 4. q. 16.
26 nu. 1. 7. & 15.* quæ eo maximè proce-
dunt, cum & si huiusmodi renunciatio-
nes consueuerint fieri per filias, & so-
rores, quæ maritantur in Ciuitate, &
Regno, non tamen est taliter consuetũ,
vt longeuus vsus operetur, vt ad hoc
filiæ, vel sorores cogi possint, nisi ex pa
cto præcedenti in capitulis matrimo-
nialibus, & sic totum dependet ex re-
nunciantis voluntate, vt præuia dispu-
tatione determinat optimè *Minad. in
rep. Const. in aliquibus notab. 8. ex nu. 11
in fin. uers. nunquid filia, vsque ad num.
23.* vbi probat, has renunciationes de-
bere esse voluntarias, non coactas, vn-
de si voluntariæ sunt, ex hoc conse-
quitur, posse ad earum libitum donare,
& transferre illud plus, quod eis com-
petit vltrà paragium ingressarum, illi ex
fratribus, vel alteri, quem eligere ma-
27 luerunt, cum certum sit, etiam filiæ,
quæ à patre paragium habuit, & non
renunciauit, competere in bonis ma-
ternis legitimam loco alterius paragij,
*Isern. in Cõstitut. in aliquibus colum. 12.
vers. resultat quaestio, Napod. relatus per
Anton. de Alex. in Consuetud si moriatur
post num. 50. in addit. incip. quando filia
in princip.* perbellè *Anna allegat. 70.
28 numer. 8.* sicut maximum considerari
discrimen inter sororem dotatam,

quæ

quæ per dotationem censetur exclusa, & sororem dotandam, quæ non est exclusa, cum pendente dotatione, soror non excluditur, ex *Isernia* probat *Anna Sen. allegat.* 117. *num.* 11.

SVMMARIVM.

1 *Dos de paragio an succedat loco legitimæ, eiusq; naturam obtineat.*

2 *Paragij fructus debentur, & ita pluries iudicatum per S.C. & cōtraria opinio, quam idem S.C. sequutum fuit in causa D. Isabellæ de Aragonia, quomodo procedat, declaratur, & nu.* 4. & 5.

3 *Legitimæ fructus præstari debent, etiam si hæres non fuerit in mora, & nu.* 8.

6 *Fructus paragij liquidati per S. C. ad rationem quinque pro centenario.*

7 *Paragium debetur conditione ex lege.*

9 *Legatum factum pro paragio non excedens legitimam, purum censetur.*

10 *Fructus feudi spectant ad hæredes in allodio incluso primogenito, si est etiā hæres decedente feudatario post Kal. Martij, etiam si feudum deuoluatur ad agnatum, non ad dominum.*

11 *Releuium ex fructibus feudi, anni, quo moritur feudatarius, persoluendum, & quod superest, diuiditur inter hæredes, vt suprà.*

ARGVMENTVM.

Fructus portionum à parentibus pro maritagio relictarum, an peti possint, & à quo tempore mortis patris, vel nubilis ætatis. Et fructus feudi mortuo feudatario, ad quem pertineant.

Pro eodem Domino Principe Tarsiæ.

CONTROVERSIA IX.

COontrouersia consistit circa fructus, siue interesse portionis competentis D. Virginiæ sorori. Hæc enim Domina fuit instituta de anno 609. à D. D. Hippolyta de Capua matre (ex magnis Comitibus Altauillæ successoribus illius maximi Bartholomęi de Capua, de quo meminit Bart.) in legitima sibi competenti, & quia eam apprimè dilexit, vt ex pluribus ex contextu testamenti colligitur, statim post hæredis institutionem, subijcit, quod dantur ducatì quinquemille eidem Virginiæ pro suo maritaggio, & si ei dati non fuerìnt, dētur sibi ducati decem mille, & deinde post distributionem suarum dotium inter filios, iterum declarat suā esse intentū, ut dicta Virginia nuberet. A Principe verò Vespesiano eius patre fuerunt sibi legati ducati decem mille pro suis dotibus, si nubere elegerit, inclusa summa materni legati, cum autem hæc Domina elegerit fieri spōsa Christi in Monasterio Sacratiss. Trinitatis, vbi iam per prius extrà domum patris, & fratrum fuit educata, solutis interim pro alimentis Monasterij ann. duc. 120.

De anno 624. propè tempus professionis, seruata forma Sac. Conc. Trid. receptis duc. duobus mille pro eleemosyna dotali, & promissione à Principe Ferdinando fratre aliorum duc. 4000. quandocunque ad libitum soluendorum, cum obligatione interim soluendi interusurium ad rationem ducatorum septem pro centenario, tā ex causa prædicta, quàm ob fraternum amorem, & ob alias iustas causas insertas in ipsa renunciatione præd. dispositionibus ab vtroque parente in beneficium ipsius fratris, liberè cessit, & renunciauit translatiuè, & non extinctiuè omnes dictas portiones, omnemq; actionem, & ius sibi competens, ponēs ipsum in locum suum, & constituendo ipsum procuratorem in rem propriam cum amplissimis clausulis, & in amplissima forma, ex quibus redditur indubitabilis resolutio tertiæ controuersiæ circa efficaciam renunciationis in beneficium Principis, cū ex ea appareat

non

non fuisse simplicem abstẽsionem, siuè repudiationem nullius personæ contemplatione factã, sed per viam cessionis, translationis importantis donationem in beneficium certę personę loco sui ad consequendum omne commodum dictarum dispositionum, subrogatæ, quo casu cessant omnes amaritudines, quæ circa *cons. Dyni 6.* à DD. considerantur, vt obseruat *Conf. de Anna præcit. cons.* 45. *nu.* 4. 13. 14. *&* 37.

Superest autem dubitare dumtaxat de fructibus dictarum portionũ. Vtrũ scilicet ipsi D. Virginię comperere potuerũt, & à quo tempore, scilicet mortis patris, vel nubilis ætatis, aut verò nulli debeantur fructus,

In quo licet si ageretur de simplici paragio, pro decis. d. quæst. esset prius
1 discutiendum. Si verè paragium succedat loco legitimæ in omnibus, vel saltim quo ad hoc, vt sicut constat deberi fructus legitimæ à die mortis patris, vt infrà, ita etiam & paragij, de qua principali quæstione latissimè *post Iser. Napod. Ant. de Alex, & Afflict.* agit *Loffred. in suo cons.* 26. *Petr. de Greg. Sicul. tract. de dote de parag. q.* 2. vbi *Garz. Mastrill.* addit *Decian. Zuccard. Becc. Surd. Peregr.* & ex nostris *Minad. de Ponte, de Franch.* & ex Siculis *Cumiam, Cannet. & alios, D. meus Reg. de Curte in* 3. *p. sui tract. feud. quem habeo ad pennam cap.* 2. *num.* 62. vbi citat plura *cons. Decij* 19. 106. *&* 225. *decis Cappel. Tholos. ibique add.* 437. *Annam alleg.* 7. & alios, idemq; eruditissimè, & ingeniosè affirmat *D. feudorum Interpres Georgius alleg.* 11.

2 Et in puncto deberi fructus paragij vltrà *Annam*, qui hoc optimè fundat *d. alleg.* 70. *ex nu.* 8. *ad* 29, qui licet referat semel iudicatum, paragiorũ nõ deberi fructus, sed tantùm alimenta, attamen *Minad. in d. Constit. in aliquibus notab.* 7 nedum asserit veriorem esse opin. affirmatiuam, quam defendit *Anna*, sed addit *nu.* 14. sepè & sic pluries pro eadem opin. affirmatiua iudicatum in S. C. quam vti veram, & communiter receptam amplissimè defendit illam tripliciter ampliando *Pet. Greg. in d. tract. q.* 26. *per tot.* vbi *Mastrill. in add.* testatur eandem opin. comprobari *à Socin. Menoch. & Peregr.* licet isti loquantur in legitima.

Vel saltim si essemus in paragio, admissa opin. negatiua, contrà quam ex præd. apparet com. opin. esse in contrarium, & crebriores decis. magis cõformes cum natura legitimæ, ex qua negari non potest deriuare paragium,
3 in qua legitima nemo dubitauit fructus ex die mortis præstandos, etiam si hæres nõ fuerit in mora ex rationibus, & cum extensionibus traditis à *Peregr. de fideicom. art.* 36. *num.* 69. *& ab Alex. Tiraquel. Natta Rimin. iun. et alijs*, quos congerit *Conf. de Anna in add. ad d. alleg.* 70. *sui genitoris*, aliosq; affert nouissimè doctissimus *Præs. Reg. Cam. Anell. de Amato cons.* 39. *& nu.* 36. *& num.* 30.

4 Nihilominus etiam admissa decisione, qua S. C. probauit in dicta causa D. Isabellæ de Aragonia relata per *Annã*
5 *d. decis.* 70. *in fin.* illa est temperanda, prout eam declarauit *Felix de Rub.* qui fuit Commissarius illius causę, qui in sua *apostill. ad Napod.* quam refert *D. de Franch. decis.* 559. *in fi.* dixit illud fuisse decisum pro tempore, quo soror recepit alimenta in domo fratris, vt pro eo tempore dumtaxat, non possit aliquid vltra petere, verùm pro eo tempore, quo vixit seorsum à fratre, possit petere alimenta proportionata paragio, saltim quousque dos de paragio fuerit liquidata, & ita subdit *D. de Franch.* cõcordari posse decisionem in dicta causa factam cum decisionibus relatis *à Minad.* vt post nubilem ætatem debeantur omninò fructus, siue interesse, vt prima procedat pro tempore, quo domi cum fratribus soror percepit alimenta, vt illa scilicet compensentur omninò, pro tempore verò quo soror iam nubilis ætatis extrà domum permansit, debeantur alimenta proportio-
6 nata paragio, & sic fructus ipsi saltim ad rationem quinque pro centenario, prout S. C. in casu d. decis. taxauit.

Vndę

Vnde cum D. Virginia extrà domum permanserit in Monasterio saltim post nubilem ætatem si essemus in simplici paragio, habere deberet fructus ad rationem quinque pro centenario, cum in Monasterio satis exiguam annuam præstationem vix condecentem pto alimentis ancillæ perceperit.

Verùm hæc omnia sint ex abundāti dicta, siquidem casus noster est extrà omnem dubitationem, vt veniant fru-
7 ctus, cum non simus in simplici paragio debito condictione *ex l.Constit.* vt ex *Iser.* notat *P.Greg.d.q.26.n.3.in fin.* sed in legitima, pro qua expressè mater legauit filiæ duc. quinque mille, & si ei non præstarentur, scilicet statim, prout confestim legitimam deberi constat tempore mortis, iussit eidem solui ducatos decem mille, & sic portio materna clarissimè relicta apparet pro legiti-
8 ma, pro qua vltrà superius adducta, cōpetere fructus à die mortis probat latè *D.de Franchis decis.374. num.2.558. nu.5. & decis.575.ex num.1.& Afflict. Vrsill.Boer.decis.Bonon. Viuius, Caualc.* & alij, quos cumulāt *add.ad d.dec.374.*

Idemq; iudicandum esse de relicto à Principe patre dum sibi legauit ducatos decem mille pro dotibus incluso legato materno, deciditur in pūcto ex traditis per eundem *D. de Franch. dec.*
9 *16. in fin.num.13.* vbi in legato facto nepti de quantitate, quæ non excedat legitimam, prout in casu nostro in facto liquet esse valdè minorem quantitatē relictam, ipsa paterna legitima, determinat *D. de Franch.* legatum tametsi factum pro paragio censeri purum, ex his, quæ reassumit, *Loffred. d.conf.26.*
10 *post nu.29.vers.hoc tamen intelligo,* vbi conciliando opiniones, affirmat paragium pro eo, quod non excedit legitimam, in omnibus legitimæ naturam retinere, sequitur vt indubitatum *Conf. Georg.d.alleg.11.nu.16.& 17.post Petr. de Greg.de parag.q.39.*
11 Vltimus verò articulus vnico verbo resoluitur, quia deciditur per casū legis *vulg.§.bis cōsequenter,* hic finitur lex. Vt cum Princeps Io. Vincētius decessetit post Kalēdas Martij, fructus spectēt ad hęredes, siquidē absolutū est, distinctionem *d.tex.* seruari, etiam si feudum nō deuoluatur ad dominum, sed ad agnatum, & ita seruari testantur *D.meus Capyc.ver.feudorum fructus in inuest. D.de Franch.decis.19.& 572. Camerar. autē in repet.c.an agnatus num.100.cum seq.* decidit in puncto, fructus feudorum possessorum per feudatarium, qui decessit post Kalendas Martij spectare ad omnes ipsius hęredes in allodio incluso primogenito, si is est hæres cū alijs
13 in allodio, deducto tamen releuio, quod persolui debet ex ipsis fructibus, cum ex fructibus illius anni quo feudatarius moritur debeatur releuium, & proinde iure merito ex ipsis fructibus deducendum prius est releuiū, & quod superest diuiditur inter cohæredes incluso successore feudi, si is est etiam hæres in allodio cum cæteris, & ita cum *Camer.* decidit *Reg. de Ponte conf. 49.num. 6. lib.2.* nec mihi videtur id probabile aliquod dubium habere posse.

DECISIO.

HAec itaq; cōtrouersia, cū ferè quotidianis discriminibus scateret, essetq; vtriq; parti ob diuturnitatē exosa; tandē nè diutius agitaretur, fuit cōpromissa iudicio, atq; arbitrio DD. Principū Scaleç, & Oliueti de Ill. Familia Spinella, qui adhibitis, quos deligerent aduocatis, tàm de iure, quàm de facto cum eorum voto, de ea statuerent; fuit igitur eorundem arbitrio decretum à D.D. Ferdinando Tarsiæ Principe esse soluenda certis, vt aiunt, tandis, ducatorū millia vnum, & sexaginta millia, & insuper pro mobilibus alia ducatorum millia duo, vt ex transactione sollemni stipulatione die 13. Iulij 1626. rogata à Notario Ioanne Scalese. Ex quo vtique inspecta rei, & prætensionis magnitudine, clarè patet, omnia puncta fuisse in fauorem Principis Tarsiæ decisa.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Verba (* sub conditione) *non inducunt conditionem, quando ex significatione aliorum verborū in dispositione adiectorum constat disponentem noluisse adijcere conditionem, sed modum.*

2 *Verba sunt certius testimonium mentis nostræ.*

3 *Verba, animum, & intentionem indicant, et qui asserit aliam fuisse intentionem, probare debet, & nu.*4.

5 *Voluntas imaginaria vocatur, quæ à verborum sonu distat: & proinde ijs inhærendum.*

6 *Causa finalis ex proœmio colligitur.*

7 *Dictio* (pro) *adiuncta gerundio, vel participio futuri temporis inducit causam finalem, & ita decisum nu.* 34.

8 *Dictio* (pro) *adiuncta nomini, vel verbo, importat conditionem.*

9 *Gerundium respiciens verbum, vel participium futuri temporis inducit conditionem.*

10 *Cessante causa finali, cessat dispositio; imò datur repetitio solutorum.*

11 *Causa finalis datur, cum aliàs quis non erat contracturus, vel non eo modo, & cognoscitur ex qualitate personarum, num.* 20. & 32.

12 *Dictio* (nisi) *in contractibus iuncta participio, vel verbo futuri temporis importat conditionem, siuè præcedat, siue sequatur, & num.* 14.

13 *Dictio* (nisi) *non solum facit conditionalem dispositionem; sed in se ipsa conditionem etiam præcedenti contrariam inducit.*

15 *Ablatiuus absolutus conditionem importat.*

16 *Conditionis uis est, vt existat antequam quicquam ponat in esse.*

17 *Causa finalis præsumitur ex dispositione conditionali.*

18 *Causa censetur finalis, si commodum vtriusque contrahentis respiciat, siue totam dispositionem, & nu.* 32.

19 *Causa etiam si respiciat commodum recipientis tantum si necessariò requiritur, finalis præsumitur.*

21 *Conditionis substantia consistit, vt sit futurus euentus, in quem dispositio suspenditur.*

22 *Conditio ea propriè dicitur, quæ in futurum confertur, & actus substantiam in futurum euentum suspendit, habens se ad esse, & non esse.*

23 *Conditio quomodo diffiniatur à* Cuiacio, & à Rustico.

24 *Conditio quæ suspensiua, & quæ resolutiua.*

25 *Contractus non dicitur perfectus si pendeat ex sequenti ad quem est ipse relatiuus.*

26 *Contractus secundus relatiuus ad primum, si illum non confirmat, sed renocat, non dicitur nouus actus resolutiuus inde non debetur, nec gabella, nec laudemium.*

27 *Pacta apposita in eodem instrumento dicuntur correspectiua, etiam si habeant causam separatam.*

28 *Venditionis contractus ex vna parte adimpletus, nō potest resolui; licet ab altera non impleatur, sed declara, vt nu.* 29. 30. 31. & 35.

33 L. cum te fundum C. de pactis inter empt. & vendit. & l. ea conditione C. de rescind. vend. *conciliantur.*

36 *Concessum, vel traditum non dicitur, quod non durauit ad effectum desideratum.*

37 *Dominium est ius de re corporali perfectè disponendi, & nu.* 41.

38 *Dominij temporalis reseruatio facit venditionem interim transire in locationem.*

39 *Venditio sine pretio non consistit.*

40 *Venditor tenetur solum rem tradere, emptor omnino pretium facere venditoris.*

42 *Dictio* (liberè) *idem significat, quod arbitrio suo, & sine impedimento, & conditione, & ex mera voluntate.*

43 *Dominij libera translatio non potest pacto impediri in contractu venditionis ratione incompatibilitatis.*

44 *Voluntas vtriusque contrahentium est necessaria ad veram dominij translationem.*

45 Pe-

45 *Periculum sequitur dominium.*
46 *Annui reditus currunt in beneficium creditoris pro rata tantum sortis, quæ liberè remansit debitori.*
47 *Fides de pretio non potest haberi in census erectione ex eius peculiari natura.*
48 *Census in erectione debet solui pretium in pecunia numerata, nec sufficit esse in auro, vel argento rudi non excusso in moneta.*
49 *Pretij loco in census erectione non potest assignari alia causa etiam vera, & legitima, quod amplia, vt nu. 50.*
51 *Pretium census cum effectu, & realiter debet peruenire totum, & integrum ad manus venditoris census.*
52 *Cedula bancharia tradita in manibus venditoris census importat veram pecuniæ numerationem, etiam in censu, quod intellige, vt num. 53.*
54 *Pactum, vt de pretio census debeãt prius dimitti priores hypotheca, valet.*
55 *Reditum soluere ex sorte, quam venditor non accepit, iniquissimum est.*
56 *Retrouenditio facienda annuorum introituum tanquam necessaria, non inducit conditionem suspensiuam.*
57 *Conditio necessaria potest adimpleri per æquipollens; etiam si posset adimpleri in forma specifica.*
58 *Periculum culpam sequitur.*
59 *Periculi nomine quilibet casus, ac damnum fatale comprehenditur.*
60 *Conditionem, quæ continent, non sunt in dispositione.*
61 *Conditio ante purificationem impedit ortum actionis.*
62 *Nihil fieri, vel sub conditione, quæ postea non impletur, paria sunt.*
63 *Modalis dispositio efficitur cõditionalis, si de mente contrahentium apparet.*
64 *Dictio importans modum adiecta actu imperfecto importat conditionem suspensiuam, non modum, secus iuncta actui perfecto.*
65 D. Rouitus cons. 66. ponderatur, & comprobatur.
66 *Venditionis contractus triplicem habet perfectionem, & quando dicatur absolutus num. 67.*
68 *Modus, & conditio licet differant ab initio, tamen in exitu, & defectu quoad effectum resoluendi contractum, exequantur.*
69 *Contractus censualis non substinetur capitale deposito apud tertium, vt non possit amoueri absque consensu Titij, si Titius non consenserit, & quare* ex decis. Rotæ.

ARGVMENTVM

Vtrum facta venditione annuorum introituum de pecunia diminuta prope tẽpus edicti de mutatione monetarum pro dimittendis prioribus hypothecis creditoribus, qui dimittendi erant ex facultate concessa, recusantibus, resoluatur conditio, nec nè.

Pro eodem Dño Principe Tarsiæ, contra Dñm Iulium Sangrium.

CONTROVERSIA X.

TAmetsi facilè sit, ex veteri, vulgatoque adagio, inuentis addere, difficillimum tamẽ semper existimaui, post terga metentium spicas, plena iam manu à prouidis messoribus, collecta messe, adhuc horreum replere.

Cum igitur plures ex grauissimis causarum patronis responderint, venditores annuorum introituum, quibus propè tempus generalis monetarum mutationis fuit credita pecunia pro dimittendis eorum prioribus creditoribus, cessis iuribus ad beneficiũ emptorum, sentire debeant damnum amissionis tertiæ partis sortis, & alia, quæ ex ipsarum mutatione contingit, vel potius id cedere debeat damno emptorum, veluti non adimpleto, fine, siue effe-

effectu, cuius causa fuit celebratus contractus.

Idcircò pro resolutione, & maiori declaratione pro Domino Principe Tarsiæ contra D. Iulium Sangrium.

Primò conabor fundare, contractũ venditionis introituum fuisse verè cõditionalem. Secundò (esto citra veri præiudicium) non fuisse verè, & propriè conditionalem, prout verè fuisse irrefragabiliter probabimus, attamen eumdem effectum producere debere in præsenti casu in damnum emptoris, non autem venditoris introituum, qui conseruari debet indemnis, ac si resolueretur, tanquam cõditione deficiẽte.

Quod autem venditio introituum fuerit verè conditionalis, ostendunt verba clarissima pluries repetita, geminata, ac iterata contractus, ponderãdo totum illius contextum, & pertentãdo singula verba, nec non demonstrant mens, finis, & effectus, ad quem vterq; ex contrahentibus respexit, ex quibus causa finalis ipsius dispositionis deprehenditur, qua cessante contractus resoluitur, & sic ex verbis, & mẽte simul iunctis, ex quibus veritas eius, quod in humanis actibus, & dispositionibus continetur sincerè dignoscitur. Princeps enim Tarsiæ venditor noluit simpliciter pecuniam quærere, vt eam expenderet, siuè in suos vsus conuetteret; Siquidem ea non indigebat, sed ita demum contentus extitit Sangrio nimia sibi familiaritatis necessitudine coniuncto morem gerere (est enim notissimum eos, quibus eo tempore erat pecunia in bãcis, quod inter maximas calamitates contingisse habitum fuit, omni conatu quæsijsse eam implicare vsque ad ipsius pecuniæ proximum perditionis periculum) quatenus ipse Princeps ea pecunia potuisset suos, vel paternos creditores dimittere, & non aliter. Nec Sangrius ipse voluit simpliciter pecuniam, tametsi proximo ammissionis periculo subiectam, Principi credere, nisi vt illa suis creditoribus solueretur, & facta prius ab ipsis iuris cessione in sui beneficium. Quinimò non potuisset aliter ipse Sangrius de dicta pecunia disponere, peruenerat enim ad ipsum vinculata, vt de illa fieret emptio, quæ deberet existere pro aliorum, à quibus peruenerat, cautela, & sic nedum ex voluntate, sed ex præcisa necessitate conditio fuit adiecta. Vnde qualitercunque contractus impleri non potuerit, nec finis, & intentio vtriusq; ex contrahentibus debet omninò contractus ipse resolui, velut conditione non impleta; leguntur enim in dicto contractu hæc verba (*qui quidem fuerunt in dicto banco relaxati sub cõditione, quod non liberentur nisi pro illis soluendis, &c.*) fol. 104. & iterum fol. 12. in processu Caroli Pisciottæ.

1 Et quamuis dicta verba (*sub conditione*) nõ importent necessariò, vt omni casu, siue perpetuò dispositio exinde sit verè, & propriè conditionalis, id tamen locum habet, quando ex significatione aliorum verborum in dispositione adiectorum constat disponẽtem noluisse adijcere conditionem, sed modum, prout loquitur *Bartol. in l. quibus diebus §. Termilius num. 5. uers. quid si testator ff. de condit. & demonstrat.* quem sequuntur infiniti, quos recenset *Hyspan. Castil. tomo 4. quotid. controu. c. 55. nu. 34.* Vnde cum in præsenti ex pluribus, & diuersis verbis, & dictionibus, de quibus infra, & potissimum ex mente appareat de vera cõditionali dispositione, non erit recedendum ab ipsa

2 verborum proprietate, cum nullum sit certius mentis nostræ testimonium, quàm verborum emissa qualitas, *Bald. in l. generaliter 1. notab. C. de non numer. pecun.* & in terminis nostris ex comm: *DD.* sententia hoc declarat *Thob. Nonius in puncto cons. 38. num. 2. 3. & 5.*

3 constat enim verba animum, & intentionem indicare *Bald. Tiraquell. & alij apud Surd. decis. 247. num. 16.* Nec aliter à significatione verborum recedẽdum est, quàm cum manifestum sit disponentem aliter sensisse, *l. ille, aut ille §. cum in verbis, l. non aliter ff. de legat. 3.*

Et

& verba clara cuiusmodi sunt ista *(sub conditione quod non liberentur)* non video, cur non debeant facere contractũ conditionalem, dum reliqua verba, nec mens non solùm non repugnant, sed conditionis adiectionem confirmant, interpretatio enim exquirenda est in verbis ambiguis, non autem in claris, & expressis, quia in ambiguis nõ in claris locus est coniecturis, & credi debet voluntati expressæ, prout verba sonant, nec indigemus alia explicatione, quia determinata non egent determinatione, & silent tunc aduocatorũ cauillationes, neque hoc casu est quærendus nodus in scirpo, & qui vult dicere, aliam fuisse intentionem probare debet, vt post *Bal. in pluribus locis Alex. Soc. Alex. Tiraquell. & alios* tradit *Surd. decis.* 210. *nu.* 1. *& 2. cum seq.* & omittere certitudinem, & quærere inditia, est

4 rendus nodus in scirpo,

5 infirmitas intellectus; quinimò voluntas imaginaria appellatur, quę à verbotum sono distat, & proinde ipsis potissimè inhærẽdum latissimè vsque ad nauseam *pracitatus Hyspanus Castill d. lib. 4 c.* 10. *ad ornatũ d. l. non aliter vbi n.* 12. probat procedere in contractibus, priuilegijs, rescriptis, sententijs, & in omnibus dispositionibus, & in omni materia, verba esse accipiẽda propriè etiã contra piam causam, cum pluribus sequentibus.

Concordant reliqua verba, siquidẽ ante prædicta verba contractus, prima, quæ post assertionem leguntur, quasi pro procemio, ex quo causam finalem deduci compertum est, & in puncto probat *Farin. infrà cit. insigni dec.* 676. *tomo* 2. sũt illa videlicet *(Et facta assertione pradicta pradictus Princeps pro soluendo eius creditoribus pro reemptionibus tot annuorum introituum vendidit d. Iulio, &c.)* Et iterum in §. *(qui ducati sex mille fuerunt in d. banco relaxati sub conditione, quod non liberentur ex quauis causa, nisi pro illis soluendis eius creditoribus)* ponderetur quæso dictio illa

7 *(pro)* pluries repetita, quæ tametsi per se simpliciter adiecta faciat modum, *Bart. d. §. Termilius*: tamen quando est adiuncta gerũdio, vel participio futuri temporis, inducit causam finalem, qua cessante, cessat omninò dispositio, *Gratus cons.* 68. *nu.* 22. *lib.* 2. vbi in specie loquitur de dictione *(pro)* iuncta gerundio ablatiui casus, quod ex defectu causæ non impletæ annulletur dispositio, sequitur *Cenedus post Mandosium,*

8 *& alios sing.* 81. *nu.* 3. & quod cum adiuncto nomine, vel verbo, dictio *(pro)* importet in specie conditionem, probat in puncto *Alex. Barbos. de dictionib. c.* 240. *post nu.* 2. *vers. at verò, citans Galganet. de condit. & demonstr. p.* 1. *c.* 3. 92.

9 Sed gerundium ipsum, si respicit verbum, vel participium futuri temporis certum est inducere conditionem, ea ratione, quia importat causam finalem *Bart. iuncta addit. qua citat eundem Bartol. Bald. & Salycet. in pluribus locis in l. si tu ex parte* 75. *in fin. ff. de acquir. hered.* & gerundium resoluitur in conditionẽ etiam si coniungitur verbo præsentis temporis, si tamen tale verbum respiciat actum temporis futuri, *de Ponte, cons.* 30. *nu.* 21. *&* 24. causa autem a dicta per modum conditionis, tunc sine

10 dubio, conditio est causa finalis, itaut illa cessante, cesset, siue resoluetur dispositio, *l. cedere diem ff. de verb. signif. l. qui haredi in fin. ff. de cond. & demonstr. Bart. optimè in l.* 2. *§. fin. post num.* 2. *vers. aut ergo causa ff. de donat. vbi paulò post in vers. vbicunque dixit*, firmat in contractibus, si causa cesset, dari repetitionem, *vt ibi, & toto tit. ff. de condict. ob causã*, sequitur *Tiraquell. de causa cessãte limit. prima nu.* 40. 41. *&* 42. Nec dubitari potest in præsenti hanc causam *(pro soluendo, siue soluendis pecunijs creditoribus)* esse finalem, cum ea sit verè fi-

11 nalis causa, quæ fit de futuro, & quia Princeps venditor non fuisset aliàs vẽditurus, neque recepturus pecunias, *l. fi. ff. de hared. inst. Tiraq. d. limit.* 1. *n.* 26. et quia ex eius radice, siue fonte orta fuit obligatio, idque impleuit, & vestiuit contractum, ex quibus luce clariùs detegitur finalis causa contractus, *Tiraq.*

*raq.d.limit.*1.*nu.*34.*uſque ad* 38.& quia concernit fauorem vtriuſq; contrahentis, neceſſariò dicitur finalis, *Tiraq.d. loco nu.*39. *&* 40.

De quo quidem,quod cõditio prædicta reſpiciat comodum vtriuſque contrahentis, licet dubitari non poſſit, exprimitur hoc tamen apertè in contractu pluribus modis,& locis,vt infrà.

Sequitur dictio *(niſi)* quæ licet in vltimis voluntatibus abſolutè, & ſimpliciter, totam diſpoſitionem reddat
22 conditionalem,tamen in contractibus iuncta participio,vel verbo futuri temporis, ſimiliter importat conditionem, tàm ſi dictio*(niſi)* præcedat diſpoſitionem, quàm ſi ſequatur, cum in ordine intellectus cenſeatur præcedere diſpoſitionem, quæ tollitur, & annihilatur per dictionem *(niſi) Bart. communiter receptus in l.*1.*nu.*10. *& in l. quibus diebus* 40. §.*quidam Titio, in vltimis verbis,vbi Bald.nu.*1.*ff.de condit. et demonſtrat.* & eſt punctualis deciſio *Rota Roman. apud Farinac.tomo* 1.*par.*2. *deciſ.*
23 167.*nu.*7. vbi probat dictionem *(niſi)* iunctam actui in futurum perficiendo importare conditionem, & ex conſequenti formam, & non ſolùm facit diſpoſitionem conditionalem, ſed in ſe ipſa, conditionem præcedenti conditioni cõtrariam inducit, *Barboſ d.tract. de dictio.c.*184.*nu.*4.nec mirum,quia ſi conditio potiſſimè inducitur per dictionem (*ſi*) adiunctam verbo futuri temporis, præſertim quando incertus eſt euentus,*vt per Bart.in d.l.*1.*num.*3. *cum ſeq.* idem omninò ſequitur de dictione *(niſi)* quæ eſt compoſita à duabus dictionibus.ſ.ſi, & non, vt ex Grãmaticis probat *Molin.de rit.nupt.lib.*1.
24 *comparat.*20.*nu.*48. & proinde vel negando poſt affirmatiuam,vel affirmando poſt negatiuam,conditionem inducit *Gloſ. & Bart.in l. obligationũ ferè* 43. §.*conditio ff.de action.& obligat. Molin. d.comparat.*20.*nu.*40.*&* 48. *Barb.d.c.* 184.*num.*1. *in fin.* vnde ſi in contractu dicitur *(quod nummi non liberentur,niſi pro ſoluendis creditoribus)* ſequitur vt nullo caſu Princeps venditor fuiſſet futurus pecuniæ dominus, niſi eius creditores pecuniam cum effectu recepe-rint, vnde cum eandem recuſauerint, contractus ex conditionis defectu, palàm reſoluitur.

Verba autem conditionem importantia nõ reſpiciunt ſolum commodũ, & beneficium ipſius Principis venditoris, ſed æquè principaliter, quinimò multò magis commodum, & beneficium ipſius Sangrij emptoris, cuius vt ex prædictis liquet,lõgè plus intererat contractum fieri, vt pecuniam diminutam, & ærosam, quam mox ex mutatione erat amiſſurus, expenderet, & oſtendunt hoc clariſſimè verba ſequentia ibi, *facta tamen prius per dictos creditores reſpectiuè in beneficium Sangrij ampla ceſſione omnium iurium,actionum, obligationum contra dictum Principem, & alios quoſcunque.)*
25 hic enim ablatiuus abſolutus cõditionem importat, ac facit actum cõditionalem,*vulgata l.à teſtatore ff.de condit. et demonſtr.cũ infinitis per Barboſ tract. de clauſ.c.*53.*nu.*2. maximè adiuncta dictione *(prius)* quæ formã præciſam inducit,ita vt nihil quæri poſſit,niſi prius forma impleta, vt eſt conditionis eſſẽ-
26 tia,vt priùs exiſtat,*vt per Bart.in l.cum tali* §. *Titius nu.*1.*ff.de cond.& demon. cum infin.per Card.Mantic.de coniect.lib.* 10.*tit.*5.*n.*25.
27 Et quòd cauſa finalis præſumatur ex diſpoſitione conditionali,quia conditio formã inducit, & ſolemnitatẽ nõ leuẽ *latiſs.Tiraq.d.limit.*1.*n.*60.*&* 61.

Additur ad finem (*vt Dominus Sangrius ſuiq;heredes,& ſucceſſores in omnibus,& per omnia ſubintrent,& ſubrogentur in locum,priuilegium, & gradum,dictorum creditorum,et quærant corũ potiora,et anteriora iura,& hypothecas*)& ſic declaratur finis, effectus, cauſaq; finalis,quibus Sãgrius motus fuit ad emẽdum introitus,nõ.n.is voluit ſimpliciter emere introitus à Principe,licet optimũ negotium pro ſe gereret, præſertim ex temporis conditione,ſed voluit

ita

ita demum emere, si prius sibi à creditoribus iura cederentur, & non aliter,
18 & sic, cum causæ expressæ non solùm contineant cōmodum solius Principis accipientis, sed cōmodum etiā concedentis, siue dantis pecuniam, omninò resultat, vt causa censeatur finalis, vt latissimè probat *Tiraq. d.limit.1. nu.52. qui nu.53.* dicit ferè neminem contradicere, & consequenter cōditionalem censeri dispositionem, idem *Tiraq.d.*
19 *limit.1.nu.42.& 60.* quinimò etiam si causa respiciat commodum accipientis tantùm, si tamen ipsa necessariò requiratur, tunc semper finalis præsumitur, cuiuscūque commodum respiciat, *l.sed si mors §.vlt. cum l.seq.ff.de donat. inter vir.& vxor.* in quo neminem cōtradicere tradit *Tiraq. d. loc. num. 55.*
20 Potissimè autem causa finalis præsumitur ex qualitate personarum, vt exindè præsumatur, quem non fuisse aliter facturum, quod generale est in omni materia, vt scilicet ex qualitate personarū, dispositiones quaslibet metiamur, vt in puncto *Tiraq.d.lim.1.nu. 51.* vt ex his certissimum reddatur, Principem nullo pacto aliàs venditurum introitus, nisi pro dimittendis creditoribus, & vt gratam rem faceret Sangrio sibi familiaritatis vinculo coniuncto, vt exindè iniquissimum sit, ex beneficio dānum sentire, causa finali nō sequuta.

Subijcitur immediatè *(dictiq; introitus, mediante dicta pecunia prædicta, vt prædicitur, reemendi vltra dictas iurium cessiones in actu ipsarum reemptionum translationis dominij, & celebratione cautelarum, in antea veniant, ac perpetuò remaneant, & sint specialiter, & signanter sub speciali hypotheca obligati, prout illos dictus Princeps ex nunc pro tunc, & è cōtra in specie, vt suprà obligauit dicto Sāgrio, cum priuilegio prælationis pro securitate ipsius, defensione, euictione, & ipsorum consequutione, &c.)* Ex quo pacto plura eliciuntur, Primò quidem vltrà superiorum confirmationem, pactum conuertendi pecunias in satisfactionem creditorum Principis, in quo quidem substantia contractus consistit respicere non minus commodum, & beneficium Sangrij, ipsiusq; securitatē in pluribus, quàm commodum Principis, verùm secundò, integrum ipsum contractum, ipsiusq; substantiam consistentem quidem in actu ipsarum reemptionum, ad quas vterque ex contrahentibus respexit, quinimò & ipsam dominij translationem conferri in futurum tempus ex actu quidem reemptionis faciendo per verba plura, & diuersa toties geminata, ex quibus omnibus, actus præcipuus reemptionis, & dominij translationis, quem ex prædictis, constat fuisse causam finalem contractus, in futurum tempus, & euētum suspenditur, vnde nō video quomodo dubitari possit; quin contractus fuerit conditionalis? siquidem absolutum est, vt licet ex pluribus verbis, & dictionibus conditio præsumī possit adiecta, (de quibus superiùs,
21 cùm tamen conditionis ipsius vis, & substantia consistat in eo tantùm, vt sit futurus euentus, in quem dispositio suspenditur, sic diffiniente conditionē, *Bart.* quem omnes sequuntur *in l.1.nu. 1. ff. eodem*, non potest quidem clariùs ostendi, quàm ex his verbis contractū. de quo agimus, fuisse sub conditione *Gomes. latè lib.1. variar. c.12. num. 59. Card. Mantica de coniect. vltim. volunt. lib.10.c.5.num.2.* vbi com.calculo ab omnibus id receptum asserit. Et cum omnes reliquæ conditionum species
22 impropriæ sint, illa sola, potestatē, vim, & effectum veræ conditionis obtinet, quæ in futurum cōfertur, & actus substantiam, in aliquem futurum euentum suspendit, *l.conditio in præteritum ff. de verb.oblig. l.institutio talis in fin. ff. de condit.instit. l.eas causas ff. de cond. & demonstrat. §.conditionales, Instit. de verb. oblig.* et præcipuè illa vera, & propria conditio est suspensiua, quæ cōtingibilis est, quæ scilicet habet se ad esse, & non esse, & potest impleri, vel non, vt reemptionis actus in casu præsenti, qui licet fuisset à com.accidentibus, neces-

sarius, fuit tamen in casu præsenti ex
temporũ conditione,& accidenti mo-
netarum mutatione contingibilis,& de
facto euanuit ex libertate concessa à
Principe,mediante Decreto,quod vo-
cant generale, emptoribus ann.introi-
tuum recusandi deposita monetę æro-
sæ,& diminutæ, vt inter conditionem
contingibilem, & necessariam,distin-
guit optimè *doctiss.Rustic.in probem.ad*
*l. cum auus c.3.nu.*15. indè dicebat *Cu-*
iacius in Paratli.digest.tit.7.de cond.inst.
23 conditionem ita diffiniri, esse euentũ
futurum,qui in dubio est,sit,an non sit,
&cum dicta diffinit. conueniunt reli-
quæ octo conditionis Diffinitiones,
quas tradit *idem Rustic. d.c.3.ex nu.1.*
cum seq. congerit alios *Castill. d.c.55.*
24 *nu.*27. suspensiuam autem conditionẽ
illam propriè esse,quę dispositionis ef-
fectum in aliquem futurum euentum
confert,siue sit illa casualis, siue pote-
statiua,siuè mixta, & differt à resoluti-
ua,quæ licèt non suspendat actum,nec
illius executionem, tamen in aliquem
euentum resoluit actum, vt ex infinitis
probat *Rusticus d.cap.3.num.47. & 48.*
Ponderentur quippè iterùm verba
illa(*in actu ipsarum reemptionum, trans-*
lationis dominij, & celebratione cautela-
rum in antea veniant,& sint,&c.)quia
venditio introituũ est relatiua ad reẽ-
ptiones faciendas,quas in ipso actu fu-
turo ipsarum reemptionum,& dominij
translationis voluit sibi Sangrius spe-
25 cialiter hypothecari ab initio,antequã
Principi esset ius perfectè quæsitum,
& sic non dicitur perfecta emptio in-
troituum cum ipso Principe, nisi sequa
tur reemptio,ad quem actum ipsa em-
ptio est relatiua, & cum ipso coniungi-
tur,& dicuntur,& sunt verè,& propriè
vnus actus,non autẽ duo,ex relatione,
&coniunctione actuũ, licet separatim
factorũ,vel faciendorũ,vt ex infin. iu-
ribus, & authoritatibus resoluit esse
veriss.& marmoream cõ clus. *Franc.de*
*Curte Senior cons.*54. non enim dicitur
absolutus contractus, qui pendet ex
sequenti *l.contractus, vbi Bart.nu.*3. *C.*
26 *de fide instr.*ita quod si secundus actus
non confirmet primum, sed illum reuo
cet,vt contingit in casu nostro, non
propterea dicetur nouus actus resolu-
tiuus, ideo non soluetur gabella, nec
laudemium, quia reddit ad sua princi-
pia attractiua, *Tiraquel.de retract.conu.*
§.6.glos.2.nu.10. D.de Franch.decis.64.
27 *nu.10.& 11.* Et correspectiua dicun-
tur pacta posita in eodem instrumen-
to, taliter quod aliter quis non fuisset
venditurus, etiam si haberet causam
separatam, vt latè in materia cẽsus ha-
betur *in decis.Rota* 124.*num.5.inter im-*
pressas post tract. Cencij de censibus. vn-
dè,reemptione non sequuta,sinè culpa
Principis venditoris,sed ex facto supe-
riorum præuiso ab ipso Sãgrio, qui ad-
uersus depositum sibi factum à Mar-
chionissa Sancti Marci, & ab alijs suis
debitoribus de eadem pecunia, quam
deindè conuertit in emptionem cum
Principe, opposuit de proximo immi-
nenti, & necessario futuro damno ex
monetarum mutatione, omni iure cõ-
tractus, non tàm ex conditionis defe-
ctu,quã ex nõ implemẽto in casu con-
tingenti eiusdem contractus, qui im-
pleri non potuit,resolui debet. Si enim
pacta iuxtà contractum adiecta, sunt
pars contractus,ita ut ex indiuiduo vo
luntatis,non impletis pactis,cõtractus
resoluatur: quantò fortius ex non im-
plemento partis eiusdem contractus,
cuius contractus partem esse constat
contractum posteriorem,ad quem par
tes se concordi consensu relationem
habuerunt pro complemento, & exe-
quutione ipsius contractus, & causæ
finalis,ob quam contraxerunt, con-
tractus ipse resolui debet?
28 Licet enim venditionis contractus,
veluti nominatus, vbi semel ab vna
parte fuit exequutus,vt quia sequuta
sit traditio,non possit de cætero resol-
ui,licet ab altera parte non impleatur,
vt quia re tradita per venditorem,pre-
tium ab emptore non soluatur, *l. inci-*
*uil, vbi Bald.C.de rei uendic.*hoc tamẽ
29 temperatur primò procedere per viã
actio-

actionis non dari rescissionem, verùm benè concedi ope exceptionis, quādo contractus non impletur, *Crauett. conf.* 192. *num.* 22. quinimò etiam per viam
30 actionis, resolui contractum, si id deficiat, quod principaliter mouit ad cōtrahendum, quia etiam nominatus cōtractus resoluitur, & corruit ob defectum causæ finalis, *tex. est in l. cum te fundum. vbi Bald. Salyc. & Castren. C. de pact. inter empt. & vend. Panor. Corn. Boss. Crauett. in pluribus locis, & alij per Beccium conf.* 43. *num.* 29. *lib.* 1. idque
31 multò magis procedit, duobus concurrentibus, scilicet si deficiat causa finalis, & ad resolutionem deueniatur excipiendo, vt in casu nostro *Dec. Roland. & alij apud Surd.* optimè *decis.* 220
32 *ex nu.* 17. *ad* 20. & causa dicitur illa finalis, quæ generaliter respicit totam dispositionem, & ad illam generaliter influit, vel illa, sine qua, quis aliàs contracturus non fuisset, vel saltim non eo modo, nisi causa illa adfuisset, *Beccius d. conf.* 43. *nu.* 30. *D. meus Camill. de Me*
33 *dic. conf.* 77. *nu.* 11. & proinde *gloss. in l. ea condit.* 14. *C. de rescind. vendit.* concordando illum *text.* quod videbatur quodammodo aduersari, *d. l. cum te fundum*, conciliando dixit *dictam l. cū te*, procedere, cum non fuisset quis aliàs venditurus, & hoc casu venditionem non rescindi, scilicet prout ex nunc, sed resolui, prout ex tunc, & sic idem pretium solutum esse restituendū emptori, in pūcto optimè probat *prædictus meus Socer recol. mem. conf.* 78. *n.* 4. & 5. quod in casu nostro cōcurrere ex iam dictis est prorsus indubiū, & in puncto, quod
34 verba illa *(pro soluēdo eius creditoribus)* denotent causam finalem, & probent, quod quis non esset aliter facturus in notabili casu venditionis factę per Excellen. Martium Columnam, Illustriss. Card. Aldobr. decisum fuit in *Rota Romana in decis. collectis à Farinac. tom.* 2. *p.* 2. *decis.* 676. *nu.* 2. & per totum, vbi *nu.* 6. & *seq.* latissimè comprobat hanc conclus. in terminis venditionis factæ pro redimendis creditoribus, & ære alieno, vt venditio resoluatur, at qui nedū possit cōsequi pretiū, imò careat etiam & re, & quia quando contractus deuenit ad impossibilitatem essendi, tunc cōtractus in totum resoluitur citans infinita iura, author. & plures *Rota decis. nu.* 6. & 7. & resoluens omnia contraria.

35 Quinimò tunc demum contractus nominatus rescindi non potest, facta iam exequutione contractus ex vna parte, vt in vendit. re tradita, quando iam perfectè est tradita, tunc enim non licet rem traditam repetere sub prætextu, implementi non sequuti, vt quia vendidi tibi librum, vt tù mihi decem dares, non potero post traditionem libri, illum repetere, si non das decem, sed agendum est ad pretium *d. l. inciuile*, hoc tamen declaratur procedere, vbi contractus iam perfectè fuit exequutus, secus verò, vbi res nō fuit perfectè tradita, *vt ex l. qui pendentem ff. de*
36 *action. empt.* quia non dicitur concessū, nec traditum, quod non durauit ad effectum desideratum, iuxtà conuentionem *Calderin. conf.* 5. *tit de locato, & ex Bald. Corn. Alciat. Bruno, & Calc.* probat *Becc. d. conf.* 45. *num.* 35. & 36. *vers. secundò quia*, vndè cum hic pretiū depositatum in banco, nō potuerit solui creditoribus, nec impleri cōtractus sine culpa venditoris, contractus omninò resoluendus est, & hoc potissimè procedit in casu præsenti, vbi dominiū pecuniæ non fuit translatum ab initio in Principem, sed suspensa traditio in casu futuræ reemptionis, tàm ex speciali pacto prædicto, quàm ex ipsa natura rei, repugnat siquidem dominij
37 translatio, quod constat esse ius de re corporali, perfectè disponendi, vt tradit *Bart. in l. si quis vi §. differentia ff. de acquir. poss.* cum pacto, quod pecunia non possit amoueri à banco, nisi pro reemptionibus faciendis, si enim facultas concessa Principi venditori, quæ sola pactum conualidare potuisset, vt quia potuisset Princeps de pecunia disponere, illam soluendo suis credito-

ribus, ex decreto superiorum fuit adēpta, & sublata, ex facultate cōcessa creditoribus recusandi pecuniam, nec teneri retrouendere. Ex hoc sequitur nullum potuisse transferri pecuniæ dominium in Principem, quinimò pactum, si quod factum fuisset, vt dominium pecuniæ censeretur translatum, quod verè nullùm legitur in instrumento, sed contrarium, si tamen factum fuisset, inualidum prorsus, & inutilè appareret, & vitiaretur ex eo, quod de pecunia, nec ad effectum destinatum, vti potuisset, repugnante lege superioris; totalis enim & perpetua ademptio translationis dominij, vel ius de re disponendi emptorem vēditionem annullat, & de-
38 struit, sicuti temporalis dominij reseruatio facit venditionem transire interim in contractum locationis, *Affl. dec. 398. Magon. et alij apud Surd. decis.* 157
39 *nu. 2.* & sicut generaliter venditio sine pretio non consistit, *l. 2. ff. de contrahen. empt. l. ult. C. eod. §. pretium autem, Instit. de empt. & vendit.* sic etiam non debet esse pretium penitus inutile penes em-
40 ptorem, quia licet vēditor teneatur rē solùm tradere, & sic saltim transferre vsucapiendi conditionem, *l. traditio ff. de acquir rer. dom.* emptor tamē in plus tenetur venditori, quia nummos omninò venditoris facere cogitur, *l. ex empto. 11. in princip. vbi Bart. & DD. ff. de act. empt.* vbi assignant rationem diuersitatis, quia venditor tenetur ad speciem, emptor autem ad quantitatem, & sic ad genus, quod est largius, & pro indè tenetur facere, vt pretium sit perpetuò mansurum apud vēditorem, vel saltim pro tempore, quo duratura est venditio, admisso quod possit fieri ad certum tempus, iuxtà *l. fin. C. de legat.* vt benè probat *Fabian. de Monte de empt. & vēd. q. 5. n. 33. & 34.* vndè, siuè domi-
41 niū sit ius de re pfectè disponēdi, siuè libera facultas disponēdi, vt ex *l. 1. C. de sacros. Eccl. & alijs iuribus* testatur *Ripa* cōmuniter scribentes pbare *Bart.* diffinit. *in rub. extr. de caus. possess. et propriet. n. 46.* & latissimè *Piccard. in rub. de rer. diuis. nu. 5.* vbi citat legē Hispaniæ, quæ ad litteram probat dict. diffinit. & latissimè, infinitis relatis, de receptissima sentētia, probat *Hyspan. Castill. controu. tomo 1. de vsufr. c. 75. nu. 14.* vtroque modo necessaria est in trāslatione dominij, plena libertas disponendi, ita ut restrictio, qua funditùs tollitur dicta libertas, sit omninò repugnans translationi dominij necessariæ in solutione pretij, iuxtà *d. l. ex empt. 11.* vt hoc con-
42 firmat dictio *(liberè)* quæ idem significat, quod, arbitrio suo, & dominium super re, vel actu, cui adicijtur *Rebuff. in concordat. rub. de collat. §. præfatiq; ordinarij*, vbi inter alia, dicit importare, sine impedimento, & contradictione, & ex mera voluntate, latè *Cened. singul. 58. dictione, liberè, Gratian. disceptat. tomo 1.*
43 *c. 88. nu. 3.* in pūcto, non posse, priuatorum pactionibus, impediri in contractu venditionis, liberam dominij translationem, ratione incompatibilitatis, docet *Card. Seraph. p. 1. decis. 663. in fin.* plura *Alex. Barbosa de diction. liberè c. 164.*

Ex quibus patet, dominium pecuniæ pretij census, nec fuisse translatum ex voluntate contrahentium, necessa-
44 ria ex vtraque parte ad veram dominij translationem, *l. in omnibus 54. ff. de act. & oblig.* neque transferri potuisse, cum impossibile sit, pretium cēseri rectè solutum, cuius nedum libera facultas, sed nec simplex vsus translatus fuit in venditorem census, & dominio pecuniæ non translato in venditorem, pactum, si quod adesset, prout verè nō adesse, suprà probauimus, quod periculum in ipsum vēditorem transiret, de iure esset nullum, & reprobatum, siqui-
45 dem constat, periculum esse dominij sequelam, vt illius periculo, res perire debeat, qui dominus est, *l. 1. ff. de pericul. & commod. rei vend. cum vulg.* Quæ quidē, si rectè procedunt in omni venditione, potissimè tamen in vēditione census, in quo necesse est, quod creditor, plenam, integram, & liberam sortē det debitori, siue vēditori introituum,
46 alioquin impossibile est, redditum currere,

rere, nisi pro rata sortis, quæ liberè remanet, & à tempore, quo liberè permansit debitori, vt *ex l.eos 26 in fin. ibi interdicta licentia C. de vsuris*, tradit in puncto *Rodriquez de ann.redit. lib.* 1. *q.* 13. *nu.* 22. & proinde plura specialia sunt in ipsa census erectione, circà pretij numerationem, & inter alia, vt non

47 possit in censu haberi fides de pretio, vt quia iniquum, & naturali rationi aduersum sit, emptorem census capere merum lucrum, & quod venditor eius, quod non accepit, redditum soluat, vt latè probat *Felycian. de censibus lib.* 1. *c.* 8. *nu.* 12. & iterum *nu.* 15. *uers. sed ex alia causa.* Item iuxta grauiss. DD. sententiã

48 pretium in censu debet absolutè consistere in pecunia numerata, nec sufficiat consistere in auro, vel argẽto rudi etia n claborato, nisi quoque sit excussum in moneta currenti, gratia expendendi, quod pro forma esse inductum ex Pontif. Const. & mente ferè omniũ, & potiss. *ex Felic. et Rodriquez* latè agit *Cencius de censib. par.* 2. *c.* 1. *q.* 1. *art.* 5. *per totam*, propter maximam suspicionem vsuræ, cuius prauitatem de facili redolet contractus iste censualis, vt per eũ

49 *nu.* 10. & 11. adeò vt non possit loco pretij, assignari altera quæuis res, vel debitum ex alia causa, etiam vera, & legitima, transfundi in prętium census, licet aliàs id generaliter permittatur, *l. si ex pretio C. si cert. pet. cum simil.* neque si

50 detur loco pretij alter census iam per prius creatus, vt latè per eundem *Cencium nu.* 14. *&* 26. *cum seq.* cũ de essentia census, iuxtà multorum sententiam, debeat concurrere actualis numeratio pecuniæ, contemporanea, ipsius census constitutioni, vt latè per eundem *Cencium artic.* 7. *dict. part.* 2. *cap.* 1.

Quæ quidem specialia in numeratione census, tametsi controuersa sit in multis, illud tamen certissimum est

51 debere ad manus venditoris census realiter, & cum effectu, peruenire totũ, & integrum pretium census, *vt ex decis.* 157. *Card. Lodouis. in Rom. census Dom. de Vrsin.* quam inseruit *Cencius in decis. impress. post eius tract. decis.* 125. probat *idem Cencius d. p.* 2. *c.* 1. *q.* 1. *art.* 7. *nu.* 22. *cum duob. seq.* vbi resoluit ex com. omniũ, nemine dissentiente, debere pecuniam solui in proprijs manibus ipsius venditoris census, siue de eius speciali mandato, & commissione in manu alterius, siue etiam in manibus proprijs eius, qui est verus creditor venditoris cẽsus, & sic in nostro casu debebat saltim solui pretium census creditoribus venditoris, ita vt ad illos verè, & cum effectu potuissent pecuniæ peruenire, & cum effectu cessisset prętium in comodum, & beneficium Principis venditoris, vt benè probatur *in decis. Rota sub nu.* 134. *impressa post d. tract. num.* 3. *&* 4. quam ipse ad hoc citat, *vbi Rota*, eatenus admittit emptionem census mediante pretio soluẽdo creditori vẽditoris, quatenus debitum ipsius fuerit extinctum, & ita pecuniæ cesserint ad commodum ipsius venditoris, attento sã effectu.

52 Et licet cedula bancaria tradita in manibus venditoris census, importet veram, & actualem pecuniæ numerationem, etiam in censu, vt resoluit *Puteus dec.* 159. 1. *par. & Card. Lodouis. dec.* 347. *num* 4. *vbi additio Oliuer. Beltran. & sunt plures decisiones Rotæ, citatæ per Cencium d. part.* 2. *cap.* 1. *q.* 1. *num.* 13. *&* 14.

53 Attamen hoc restringitur iuxtà doctrinam *Bart. in l. si soluturus* 39. *in fin. ff. de solut.* quam citant *Puteus*, *& alij*, subscriptis aureis verbis, formalibus *(verũ est, quando deponit animo abdicandi à se dominium, vt creditor possit accipere quãdo vult, sed hic non deponit animo abdicã di à se dominium, sed ita demum, si res sibi tradatur, vndè non habuit animum à se abdicandi dominium,)* & sic secundum *Bart.* emptor non transfert dominium pecuniæ, nisi liberè tradat pretium, ita quod venditor possit de pretio disponere, quod etiam confirmatur ex his, quæ de actuali, & vera numeratione, & non per fictas, sed veras probationes; necessaria in censu, tradit *idem Cencius d. p.* 2.

d.part.2.c.1.q.1.art.8.per totum, & præsertim *nu.25.26.& 36.*

Vt indè optimè resoluerit *Rodriq. lib. 2.de ann.redit.q. 1.num 26. in fin. vers.*
54 *clausula,& num.27.* in puncto docens, quod licet pactum, vt de prætio census, siue sorte, debeant prius sui seù redimi priores hypothecæ bonorũ debitoris, valear, & non vitietur, contrà opin. *Feliciani lib. 1.cap. 10.post num. 28.vers. quartò*, quod tamen inquit *Rodriquez, non vitiat, neq. vitiatur, sed suspendit cursum redditus, qui non incipit currere à die contractus, nec à die, qua creditor tenet adhoc pecuniam in numerato, vel vt consignatã, & paratam, & sibi aliàs sterilem*, & inferius, *imò etiã si hoc faciat dùmtaxat, vt debitori consulat, puta redditu, alioqui satis sibi tuto, tamen ex quo debitor non habet liberum vsum, sed cogitur eousq; ut relinquere in manibus creditoris, non est iustum, redditum prius currere, quàm pecunia soluta sit in rem debitoris, imò impossibile est, redditum currere ante veram, & realem solutionem, &c.* Hæc Rodriq. cuius doctrina roboratur authoritate *Bar. in d.l. si soluturus*, licet ipsum non citet. ex quo apertè colligitur, nõ valere pactum in tali specie, cum emptor census tradat pretium pro dimittendis creditoribus venditoris, præsertim pro sua emptoris cautela, vt in dubio præsumitur, quod redditus decurrat à die contractus, antequam sors verè soluatur dictis creditoribus, nulla existente mora, vel culpa ipsius venditoris census, cum militet hoc casu ratio suprà relata, & quam toties repetit *Felician.* quod
21 Quidquid autem, ex actis, quæ prò, vel aduersus fiscum agitantur principaliter, vel secundariò oritur, omniaqs arresta, decreta, prouisiones, nedū circà lites, computa, & rationes, sed concernentia regimē patrimonij, & quidquid arduum in illo pertractatur, & resoluitur, fidei Secretarij committitur, & ab eo in annalibus, quos, libros notamentorum vocant, registrantur cum omnibus, quæ inter votandum occurrunt

repetentibus deponentibus ipsum depositũ, possit depositarius per indirectum cogi ad extinctionem census, quorum vtrumque reperitur prohibitum per extrauag. Martini, Calisti, & Pij V.) hæc decisio, quæ confirmatur in *decis.* 121. *ibid.* decidit in puncto casum præsentem, prout optimè confirmando eam ad *decis.* prçsẽtis casus optimè deducit idem *Cencius d.tract.p.2.c.1.q.1.art.5. nu.20. vers.2. infertur*, his verbis. *Secũdò infertur, quod si pecuniæ fuerunt depositatæ penès aliquẽ ea lege, & conditione, vt non possint amoueri sine consensu, puta Titij, si Titio non consentiente, conuertantur in emptionem, contractus erit nullus ea ratione, quod emptus fuerit census absque pretio, vt declarauit Rota iu plur. decis.*

Hic autem est verè, & propriè casus noster, quia dum adiecta est conditio, vt pecuniæ nou amoueantur, nisi pro soluendis creditoribus venditoris, stãte decreto, quod vocant generale, idẽ est, ac si dictum fuerit, quod non amoueantur sinè consensu dictorum creditorum, idest quatenus dicti creditores recipere voluerint, ergo illis nolentibus, census redditur nullus, iniustus, & vsurarius, tanquàm sinè vllo pretio cõstiturus, cum eo vti non potuerit venditor ad vsum destinatum, siquidem cõstat paria esse, aliquid nõ esse, & inutiliter esse, iurib. vulgat.

DECISIO.

SAcro Consilio visum est decidere contra hic scripta, vt refert *D. Regens Rouitus decis.* 35. *in suis decis. nouissimè impressis*; sed in hac causa pendet reclamatio interposita ex parte Illust. Principis.

SVMMARIVM.

1 *Fisci Procurator, licet inferior Aduocato fiscali sit; tamen Tribunali Regiæ Cameræ est magis necessarius.*

2 *Rationales Cameræ non sunt subrogati in locum Rationalium Regiæ Siciæ, sed Præsidentes.*

3 *Secretarius, & Fisci Procurator præferri debent Rationalibus computorum in delatione iuramenti de tenendo secretum: fundamenta referuntur nu.4. 5. & 6.*

7 *Sacrum Consilium ratione antiquitatis, & vniuersalis iurisdictionis, præcedit Tribunal Regiæ Cameræ.*

8 *Vbi maior est administratio, ibi dignior est Magistratus.*

9 *Minor ordine, administratione tamen maior, indistinctè habenti minorem administrationem præfertur.*

10 *Cardinales licet non sint maiores Episcopis, quoad dignitatem, tamen dicuntur maiores ratione administrationis.*

11 *Præfectus est inferior Consule quoad dignitatem; sed maior ratione administrationis.*

12 *Inter maioritates vna ex quatuor est maioritas administrationis, ex qua Archidiaconus, Archipresbytero licet dignior, præfertur, num.13.*

14 *Omnis Rationalium potestas ex Locumtenentis commissione procedit.*

15 *Fisci Procurator in omnibus negotijs ex propria officij præeminentia, ex lege, seu Regis prouisione, se ingerit, & num.16.*

17 *Integrum Cameræ Tribunal ab officio Procuratoris Cæsaris de iure communi, regio, & municipali, denominatur.*

18 *Procurator fisci de iure communi differt à Procuratore Cæsaris: secus in Regno; quia vnus, idemque omnium curam habet, & num.19.*

20 *Locumtenens, & Præsidentes ab ipsius Procuratoris officio, & vtilitate nomẽ recipiunt.*

21 *Quidquid in Regia Camera tractatur fidei Secretarij committitur: & ab ipso subscribitur, & nu.22.*

23 *Secretarij fides, & necessitas, remissiuè refertur.*

24 *Membra digniora existimantur, quæ capiti, vel cordi cohærent.*

25 *Qui Deo adhæret, vnus spiritus efficitur cum eo.*

26 *Origo, dignitas, & prærogatiua Aduocati fiscalis, refertur.*

27 *Fisci*

27 *Fisci Procurator, est à latere Aduocati ad instar Eua extractus.*

28 *Officium Procuratoris fisci, sub officio Aduocati eiusdem includitur, & ex persona illius consequitur, quod ex propria assequi non valet.*

29 *Sententia aduersus fiscum lata, absente fisci Aduocato, vel Procuratore, est nulla.*

30 *Accessus Regiæ Cameræ complectitur & Secretarium, & fisci Procuratorem, & num. 33.*

31 *Rationales potius sunt de Sala, quàm de Camera.*

32 *Rationales iniussi non intrant aulam: & si intrant, alloquuto Locumtenente recedunt.*

34 *Secretarius, fiscique Procurator, per porterios comitantur.*

35 *Hac prærogatiua, comitatus porteriorũ ipsi gaudent, et non titularij, cum Tribunalia accedunt.*

36 *Habent quoque locum in Cappella Tribunalis; in quo vni soli, vel duobus tãtùm ex Rationalibus, introire permittitur.*

37 *Dona, & emolumenta, quæ à Regis munificentia procedunt, honorem conferũt recipienti.*

38 *Emolumento honor familiarum conseruatur.*

39 *Fruuntur Secretarius, & Procurator fisci iuribus christallorum à conductoribus vectigalium, & vitularum; prout maiores Cameræ Magistratus, & nu. 40. istis tamen non fruuntur Rationales.*

41 *Officia vendibilia in Regia Camera obtinentes, soluunt ex more quamdam pecuniarum summã, ad instar introitus militiæ: & hodie seruatur in solutione releuij.*

42 *Rationales participant de iuribus declaratoriarum; de quibus nil soluitur Aduocato fiscali, & de ratione nu. 43.*

44 *Rationales, calculatores quoque nominari possunt.*

45 *In Rationalis officio quilibet de mundo eligi potest, licet mediocriter versatus.*

46 *Libri visionis computorum, per peritos iuuenes supplentur.*

47 *Aduocatorũ aliqui nostri temporis, aliorum laboribus suppressis, authorum nominibus gloriantur.*

48 *Officium fisci Procuratoris, & Secretarij, nemo per equipollens supplere valet.*

49 *Procurator fisci dicitur oculus fisci Patroni, prout Archidiaconus, oculus Episcopi.*

50 *Deficiente fisci Procuratore, deficit Tribunal Regiæ Cameræ, idem in Secretario, num. 51.*

52 *Officium præstandi iuramentum, de tenendo secretum, spectat ad Secretariũ, & num. 55.*

53 *Licet quis sit authoritate dignior; tamẽ in peculiaribus ad eius officium, ei cedi debet.*

54 *Cardinalis est maior Episcopo, & Archidiaconus maior est Archipresbitero ratione officij, & administrationis.*

56 *Vbi est maius periculum, ibi cautius est agendum.*

ARGVMENTVM

Secretarius, & fisci Procurator Regiæ Cameræ præcedere debent Rationales maximè in delatione iuramenti de tenendo secretum iuxtà Regiam Pragmaticam cum semper adhereant Aulæ, & Magistratibus eiusdem Tribunalis, ac magis sint necessarij, quàm Rationales, qui nec prærogatiua comitatus porteriorum, iuribus christallorum, vel alijs emolumentis gaudent, prout ipsi Secretarius, fiscique Procurator.

Pro Magn.cis Secretario, & Procuratore fiscali patrimonij R.C. contra Magnif. Rationales, super præcedentia.

probat *Felyn. in rubr. de maior. & obed.*
10 *fu) nu.* 1. inde licet Cardinales non sint maiores Episcopis quoad dignitatem, maiores tamen dicuntur ratione administrationis; & inde dicuntur habere maius officium, sicut dicimus in
11 Præfecto, qui est inferior Consule, quoad dignitatem; sed maior ratione administrationis, *idem Felyn.* latè *in rub. prad sub nu.* 9. *Menoch. de arbitrar. lib.* 2.
12 *cent.* 2. *casu* 124. *nu.* 4. inter maioritates enim vna ex quatuor est maioritas ad-
13 ministrationis, ex qua Archidiaconus Archipresbytero, licet digniori præfertur, *c. perlectis* 25. *distin. Alber. in d. ver. maior, & maioritas, Cassan. in catalog. glor. mundi, p.* 1. *consid.* 29. *Frecc. lib.* 1. §.
alia etiam nu. 10. & præcedentiam in administratione cõsistere, & in maiori authoritate, & commoditate, singulis communicanda, probat *Surg. de Neap. illustr. lib.* 1. *c.* 27. *nu.* 13.

Nec enim negari potest, quod cum Rationales solùm computis, & rationibus videndis, & referendis vacare debeant; præcedente tamen Locumtenentis commissione, & nõ aliter: à quo
14 nedum procedit simplex distributio, sed commissio, omnisq; eorum potestas; cũ sine speciali cõmissione, se in illis ingerere nequeãt, vt in *prag.* 19. §. *itẽ mandamus in fi. de off. Proc. Cęs.* Procura-
15 tor tñ fisci in omnibus, & quibuscunque negotijs ex sua propria officij preeminentia, & potestate, sibi de iure, & Regis speciali prouisione, & ordine in suo priuilegio tributa, nedum potest; sed debet se ingerere, & sic nedum cõcurrit cum Rationalibus in computorum discussione, instantias sibi melius de iure visas pro fisco faciendo; sed in litibus, & causis quibuscunque grauissimis, quæ in eo Tribunali agitantur; vt plurimùm etiam contrà Regni Proceres, & Magnates, de feudis quaternatis, & regalibus, & interdum de amissione feudorum ob lineam finitam, vel crimen perduellionis, & infinitis similibus
16 ipse, siuè actor, siuè reus, aut auctor laudatus, fisci partes tuendo cum consilio, & authoritate fisci Patroni, actiones proponit, exceptiones opponit; adeò vt vniuersi Tribunalis tractatio circà officium Procuratoris fisci versetur, ipsiusq; instantiæ leguntur, & attẽduntur ipsius nomine, & cum eo processus compilantur, & concluduntur, & libelli supplices Proregi, & interdũ etiam ad Regem ipsum transmittuntur, & in omnibus actis, & negotijs, iudicia, iudiciorumq, tela, & ordines, substantiantur cum Procuratore fisci, iuxtà *Anchar. & alios,* quos citat *Honded. cons.* 25. *post nu.* 16. *l.* 1. cuius nomen, & potestas illic ab omnibus exauditur;
17 adeò vt integrum Tribunal Cameræ ab officio Procurat. Cæsar. vti omnia peragente, & substinente, denominetur tàm de iure communi, quàm regio, & municipali, vt in *rubr. vbi causa fiscales, & l.* 2. 3. 4. *&* 5. *illo tit.* & in pragmaticis nostris *toto tit. de offic. Procur. Cæsar. seu Cam. Sum.* (licet in strictà significa-
18 tione sit discrimen inter Procuratorẽ Cæsaris, & Fisci) *Peregr. in princ. de iure fisci num.* 7. tamen in Regno vnus est Procurator fisci, qui omnium hab etcu ram, vt post *Affl.* latè tradit *Carauita ritu* 17. *ex nu.* 5. *ad* 51. cum iurisdictione amplissima secundum *glos. in ver. procuratoris in l. fin. C. si aduersus fiscum,* adeò vt Præsidentes cum ipso Locumtenente, ipsumq; totum Tribunal, ab ip-
20 sius procuratoris officio, & vtilitate nomen recipiat, *Freccia latè de officio Magni Camerar. nu.* 2. *in fi. Surg.* latissimè *de Neap. illust. lib.* 5. *c.* 26. *num.* 23. additio *Goffr. super rit. Cam. de officio Camerarij.*

21 Quidquid autem, ex actis, quæ prò, vel aduersùs fiscum agitantur principaliter, vel secundariò oritur, omniaqs arresta, decreta, prouisiones, nedũ circà lites, computa, & rationes, sed concernentia regimẽ patrimonij, & quidquid arduum in illo pertractatur, & resoluitur, fidei Secretarij committitur, & ab eo in annalibus, quos, libros notamentorum vocant, registrantur cum omnibus, quæ inter votandum occurrunt

I 2 emer-

emergentibus, & ab eo sunt decreta, & resolutiones grauissimę publicandę, eiusque manu subscripta, exequutioni demandanda, adeò ut nedum iàm ex scrutinijs vix perfectis, resolutiones illi antequã partibus pandantur, registrandę committantur: imò experientia docuit, impossibile esse in actu practico singula Præsidentium vota, Secretario celare; qui nedum decreta, sed singulorum placita distinctè in dicto libro fideliter notare debet, & sic panis, qui coagulatur, opera Procuratoris fisci in furno fidei Secretarij, decoctus deinde, comedẽtibus distribuitur, vel à manibus iniustè rapientium, vel deuorantium aufertur, Rationalibus vt plurimum extrà mẽsam diuerso in loco rationes dispungentibus, velut triturantibus triticum, qui vt plurimũ non ingrediũtur aulam, sed penè odorem panis de longe olfaciunt: & de
23 Secretarij dignitate, & necessitate, pulchrè *Petr. Greg. de Republica lib. 16. c. 9. nu. 7.* qui Secretarij munus ipsis Consiliarijs desiderandum putauit, vt sc. secreti sint, fidi, & taciturni, idem *Greg. lib. 24. c. 5. num. 6.*

Quoad secũdum, de maiori cohęrẽtia, connexione, & vnione Procuratoris fisci, & Secretarij cum ipso corpore Tribunalis, sicuti enim membra
24 eò digniora existimantur, quo maiorẽ habent cum corde, aut capite cohęrẽtiam: sic quò magis hęc officia cohęrẽt maioribus Officialibus, & cum ipsis in eorum prærogatiuis participant, & assimilantur, eo excellentiora, nobiliora, & digniora sũt; qui enim adhæret Deo,
25 vnus spiritus efficitur cum eo, vt ex *Apost. not. in c. quod in dubijs, de consecr. Eccles. vel altar.* & quia cum dignius attrahit ad se minus dignum, efficitur vnum, & idem *c. 1. in glos. in ver. contiguum eod. tit. in 6. cum infinitis simil. per Ias. in l. Imperium ex nu. 3. ff. de iurisd. omn. iud.*

Quod autem ista officia magis cætui Locumtenentis, & Præsidentium cohęreãt, & de ipsorum dignitate participent ex mathematica demonstratione, ita patet, vt nulla indigeat maiori probatione; constat enim fisci Procuratorem, & Secretarium, quem alibi Cancellarium vocant, *Petr. Greg. d. lib. 16. c. 9. nu. 7.* inseparabiliter in omnibus negotijs, siuè de rationibus, siuè de litibus, siuè de regimine agatur, cum ipso cetu Magistratuum interuenire, quod singulariter, & clarè exprimitur *in prag. 27. incip. Item statuimus tit. sæpius citato*, dum in ea statuitur modus, quo negotiorũ expeditioni attẽtissimè Tribunal Cameræ incũbere debet, ne tẽpus negotiorum celeri expeditioni assignatum, frustrà teratur: hoc enim pręceptum dirigitur Locumtenenti, Præsidentibus, & Aduocato, & fisci Procuratori, veluti integrantibus totum, & nihil de Rationalibus, & cum Procurator fisci cum ipso Aduocato patri-
26 monij (cuius dignitas quàm maxima sit, & cuius necessitas quàm præcisa in expediendis negotijs Tribunalis, omnes norunt, & de cuius officij origine, dignitate, prærogatiuis, & priuilegijs latiss. tradit *Mastrill. tom. 2. lib. 5. c. 8. de Magistrat. à nu. 73. ad 89. Surgens de Neap. illustr. lib. 1. c. 26. num. item 26.* & ipse latissimè scripsi in responso pro conseruatione dignitatis, & stipendij fisci Patroni de anno 1628. qui mox typis mandabitur) sit penè idem officium, vel saltim participet de Aduocati ipsius officio, quippè qui munus defensionis patrimonij, & regalium redditum non posset explere, sine Procuratore fisci, qui proinde pars corpo-
27 ris, & de latere Aduocati extractus videtur, vt de patritijs, & collateralibus Principis, aliàs dixit *Imperator in l. quis quis C. ad l. Iuliam Maiest.* quod apertiss. voluit pragm. Caroli Cæsaris, quæ describens omnia officia, ad Regis collationem spectantia consulto ommisisse censendum est officium Procurato-
28 ris fisci, velut sub Aduocati officio inclusum, & de ipsorum necessitate, & connexione, *Carauit. rit. 17. Affuct. in constitut. inter multas num. 6. de officio*

Ma-

Magistri Procur. Mastrill.tomo 5. lib.5. c.8. num.89.

Necessariò Procurator fisci de dignitate, & necessitate Aduocati, veluti pars cohærens, vt etiam experientia docet, participare debet, vt Rationalibus, & cæteris præferatur, quibus, fisci Aduocatus longo interuallo præsidet, nedum præfertur; non enim est nouum, eum, qui alicui adhæret, consequi ex persona illius, quod ipse simpliciter assequi non valeret, plura *Tiraq. de retract. conu. §.1. glos.7. nu.21. & 22. & D. de Franch. decis.269. & 541.*

Hinc oriuntur prærogatiuæ ferè omnes, quæ ex hac connexione mutuò communicantur ex necessaria participatione fisci Procuratoris, & Secretarij, quæ omninò Rationalibus non cõpetere, clarum est, inter quas illa est sin-
29 gularis, vt sententia aduersus fiscum lata, absente eius Aduocato sit nulla, *l.2. C. si aduers. fisc. l. fin. C. de Aduoc. fisci Pereg. lib.7. tit. de Aduoc. nu.2. vbi per totum de dignit. Aduoc. & in tit. de sentent. aduers. fiscum in princ.* nihilominus per *c.17. Federic.* insertum *in pragm.17.* additur in causis fiscalibus, non debere procedi, inaudito Aduocato, seù Procuratore fisci.

30 Si enim decernitur, quod accedat Regia Camera super locum, eo ipso censetur absque alia declaratione iniunctum, quod cum ipso accedant Secretarius, & Fisci Procurator, ex quo necessariò sequitur hęc officia esse partes integrantes totum, atque esse membra, capiti, & cordi proximiora, & ab ipsis inseparabilia, ꝙ non est in Rationalibus; quorum cętus extra aulam
31 est Cameræ, & potius sunt de sala, quã de Camera, vt ex eo videtur, quod in sala tenent eorum subsellia, siuè bancas, in quibus ipsi resident, vel in alijs cameris separatis, & ab aula, & cætu Præsidentium distinctis, vbi inter se conueniunt, & vt cõmodius segregati à litigantium strepitu, computa, rationes, & dubia videãt, vt vocati accedãt ad referendum, & tunc sedent, vt notatur in lib. notamẽt. sub die 9. Iulij 1573 vt pluries memini, ordinatum, vt Ra-
32 tionales iniussi non intrent aulam; & si intrant alloquuro Locumtenente, recedãt: ipsos enim Rationales comprehendit generalis prohibitio, de qua in *c.8. Instr. Imper. in pragm.19. §.3. Item ordinamus.*

Hinc etiam probatur fisci Procuratorem, & Secretarium, licet inferiores, esse tamen de corpore, & cætu maiorũ, quod in accessibus Cameræ necessariò illis competunt munuscula pro labore; prout ipsis maioribus Magistratibus persolui antiqua consuetudine, & regijs sanctionibus receptum est.

Sed quid plura cum fisci Procuratoris, & Secretarij prælatio, ex eo potissimum colligatur, quod ipsos, siuè per Tribunalia incedẽtes, siuè per Regnũ, si qua fuerit necessitas, euntes comitã-
34 tur lictores, seù apparitores, vulgò dicti, *Portieri*, qui præcũtes viam illis aperiunt inter turbas proclamando, *guarda, guarda*, qua quidem prærogatiua cũ non sit mediocris authoritatis, soli officiales togati, militaresq; Præsidentes potiuntur, quod obseruauit *Surgens de Neap illustr. lib.1. c.9. num.10. & 11.* & licet ambita, tamen non obtenta à Ti-
35 tularijs, quorum frequentissimus numerus Tribunalia ingreditur, & cum cæteris etiam inferioris ordinis hominibus se miscet, prout & ipsi Rationales cum Tribunalia percurrũt, de quibus lictoribus meminit *I. C. in l. ego cũ cum in villa 8. & l. manumissio 23. ff. de manumis. vindict. Budeus in l. Procõsules ff. de offic. Procons.*

36 Insuper Procurator fisci, & Secretarius suum obtinent locum in Cappella Tribunalis, quò vni soli, vel duobus tãtùm ex Rationalibus introire permittitur, alijs exclusis, vt in lib. notamẽtorũ Cameræ, & alijs non solùm honoris, & vtilitatis præeminentijs ijdem Procurator, & Secretarius cum compendio, & honore, qui apud prouidos pluris
37 extimatur, fruuntur, vt regulare est,

dona,stipendia,& emolumenta, quæ à
liberalitate, & munificentia Regis pro-
cedunt recipientibus honorem con-
ferre, vt latè *per Cassan. in Catal. gloriæ*
Mundi p.5.consid.8. & 9. vndè honor,
& facultates æquiparantur. *l. 1. ff. de*
custod. reor. Hieronym. Gizzi conf. 70.
38 *nu.51.* & emolumento honor familia-
rum conseruatur *doctiss. Casanate cons.*
45.num.137. quem citat adhoc *Andr.*
Knichen de vestit. pactio. par. 1. cap. 2.
num.185. & seq.

Eodem etenim iure, quod maiori-
39 bus ipsis Magistratibus iura cristallo-
rum,vti nuncupantur, & soluuntur ad
statutam rationē taren. pro qua-
libet vncia à conductoribus regalium
redditūum, siuè Arrendamentorum
persoluuntur etiam ipsis Secretario,&
fisci procuratori, quemadmodum &
40 ipsis Præsidentibus, & sic etiam ius
vitularum, quod soluitur ab ipsis, qui
officia vendibilia, quæ sub Camera,
velut ad patrimonium pertinentia sub-
41 ordinantur,emunt,aut aliter obtinent:
quod ius etiam ab ipsis Præsidentibus,
& fisci Patrono, cum electi à Rege ad-
mittebantur ad ipsorū officiorum exer
citium,quasi pro introitu in honorariū
solui,antiquitus accepi exemplo expē-
sarum, quæ fiebant in ingressu militiæ,
hodie tamen ex non vsu aboletum, de
quo introitu meminit *Sceuola in l. bis*
verbis §. alūno,vbi glos.ver. cum introitu
ff. de leg. 3. ex quo Regnicolæ dedu-
xerunt morem soluendi releuium,
vt aduertit *Freccia lib. 2. author.3. post*
nu.25.vers.cum ista solutio.

Nec Rationales de istis iuribus,quę
non modicam summam importāt, par-
ticipant, nisi de iuribus declarato riarū
42 tantum,in quibus dum Ministri pecu-
niarii, vel Arrendatores declarantur
satisfecisse fisco, quasi in mercedem
proprij laboris,& rei ad ipsos simplici-
ter,& nominatim pertinentis, ex ratio-
num visione, & relatione præuia Lo-
cumtenentis commissione, iuxtà præ-
alleg.*prag.19.S.1.* quod est *3.caput in-*
struct. Caroli Cæsaris, & ipsi partici-
pant,in quo,& Secretarius etiam con-
43 currit, cum Procurator fisci nihil par-
ticipare possit: siquidem in declarato-
rijs nihil soluitur, neque Aduocato fi-
scali,ea,vt puto, ratione, nè liberatus à
rationibus, suo Aduersario mercedem
soluat in premium contradictionis.

Ex quibus nedum magis honoran-
tur Procurator,& Secretarius,& maio-
ris vtilitatis, & compēdij sunt ipsis eo-
rum officia,à quo pendet,& honor, *Ti*
raq.de nobilit.c.15. num.58. & honoris
dictionē,pro bonis,& patrimonio olim
vsurpatam,tradit *Knichen de orig.territ.*
*c.1.nu.228.*sed conuincitur ex solutio-
ne dictorum iurium,eorum vniuersalis,
& amplior administratio; Rationalium
verò particularis, & restricta intra li-
mites, & cancellos rationum, vt in *d.c.*
3. instruct. Caroli Cæsaris inserto *in*
prag.19. §.1. & melius *in prag.30. S.3.*
*& 4.*de quorum iuribus ipsi solùm par
ticipāt: vndè nulla prorsus comparatio
à dignitate Officialium, quos tuemur
ad Rationales longè inferiores.

Et ex ijs remanet absoluta tertia
quoque,& vltima ratio maioris neces-
sitatis:quia tametsi negare non possim
operam Rationalium in dispungendis
44 rationibus opportunā, qui & calcula-
tores nominari possunt; sicuti vulgò
appellantur,qui priuatorum computis,
& rationum discussioni vacant:& quo-
45 rum Rationalium munus quilibet me-
diocriter versatus,& peritus in exerci-
tio supplere potest: imò quemlibet de
mundo eligi posse, dixit *Accurs.in l.Pæ-*
dius ver.ignominiosus ff.de arbitr.& latè
Muñoz infrà citandus,& de Scribis Ca
meræ eligendis Rationalibus,habetur
in c.25.instruct.Imper.in pragm.19.S.9.
vidi plures ex Præsidentibus togatis,
ipsis Rationalibus in rationibus discu-
tiendis peritiores,prout de facto,nō de
46 iure,libri visionis computorum,ratio-
nesq; redigendi, in scriptis supplentur
per peritos iuuenes, qui sub nomine
Rationalium rationes in formam redi-
gunt, ipsis honore, & emolumento at-
tributo; licet hoc ipsis nominarim pro-
hibea-

hibeatur, vt in *c. 12. Instr. relato in prag. 30. §. 4.* exemplo aliquorum ex Aduo-
47 catis nostri tēporis, qui aliorū laboribus, suppressis authorū nominibus, glo riātur; officiū tamē fisci Procuratoris, & Secretarij Tribunalis præcisè, & moraliter necessarium est omninò in Tribunali Cameræ, vtpotè quorum offi-
48 cium nemo per æquipollens supplere valeat, vt de Secretario tradit *Tholos. de Republ. d. l. 16. c. 9. nu. 6. & 7. Mastril. de Magistr. tomo 2. lib. 5. c. 13. vbi nu. 20.* de Secretario Cameræ, & Procuratore fiscali, *Carau. d. ritu* 17. præsertim *n. 10. in fi.* quomodo enim, & cum quo lites inter fiscum, & priuatum actiuè, & passiuè agentur in Camera, si Procurator fisci deerit, cum quo substantiari oportet, processus ciuiles, & criminales?
49 quis erit nè oculus fisci Patroni, sicut Archidiaconus oculus Episcopi? quis minuta negotia, quorum non minima debet esse cura, vt maxima damna vitētur fisci, curabit? & quis tandem in ciuilibus, & criminalibus erit cirandus, vt scripturas currentes expediat, suas cuique aptando congruas responsiones circa ordinem, & iustitiam? nemo certè, nisi fisci Procurator, quod benè nouit quidam fisci Patronus, qui suo tempore nimis turbulento; licet habuerit Procuratorem; habuit tamen prorsus
50 inutilem: & si Procurator fisci deerit, deficiet Tribunal, velut deficiente actore, vel reo, sine quibus, iudicia, quæ cum fisco aguntur in Camera, vno ex prædictis modis ventilari necesse est, vt in vulgatis pragmaticis.
55 Idemq; de Secretario, cuius opera, nec momento quidem carere potest Camera: adeò ut si Secretarius à Tribunali tecedere conueniat per momētum, prius est necesse alium subrogare ex maxima officij importantia, & necessitate, quod cum sit notissimum, alia demonstratione non indiget.

Et tandem vt hoc pro coronide subijciamus; tametsi Rationalium officiū æquale, vel etiā maius esset; cuius contrarium ex prædictis apparet: cum tamen hoc, de quo agimus, sc. de præstando iuramento de tenendo secretū, vigore nouellæ Pragmaticæ, nomina-
52 tim, & specialiter pertineat ad officiū Secretarij: cum in eo consistat basis fundamentum, & substantia d. officij, vt apertissimè constat ex deriuatione nominis Secretarij, qui aliter (à secretis dicitur) *Petr. Gregor.* vbi suprà: quo iure Rationalis, qui tametsi debeat custodire secretum, quod multò magis ad officium Secretarij pertinet, prætendere poterit ante Secretarium iurare, certè hoc esset præter rerum ordinem, quod rectè inspicienti benè probatur in *2. c. Instruct. Federic.* inserto *in §. 7. §. item 7.*

Certum est enim, quod licet quis sit
53 altero dignior, vel quantumuis maior; in spectantibus tamen peculiari nomine ad officium alterius, licet de per se inferius, maiorem minori inferiorem esse, & cedere debere: maior enim dicitur quis altero respectu certæ qualitatis, licet aliàs minor sit illo respectu alterius qualitatis: verùm vt quis vti maior honoretur, est attendenda qualitas à iure ponderata, vti Cardinalis est
54 maior Episcopo, & Archidiaconus maior Archipresbytero ratione officij, & administrationis, quæ qualitas est à iure ponderata: licet vterque sit minor illis respectu ordinis, vt habetur in *c. 1. de offic. Archipresb. in c. per tuas de maior. & obed. & in cap. si à Sede, de preb. in 6. Colleg. Bonon. inter conf. de praeced. ordinū conf. 1. nu. 26. Mastrill. de Magistr. lib. 5. c. 10. nu. 10.* vndè in iurando de tenen-
55 do secretum, quod est proprium Secretarij munus, indignū esset alijs post superioris ordinis Magistratus locum cedere, idemq; in fisci Procuratore, in quo idē ius seruari debet, cū in ipso militet eadē ratio, ex quo valdè plura numero, & maiori pōdere secreta, ex vniuersali administratione coherētia cum superioribus, & alijs de causis, adductus ipsi pādatur, quā omnibus simul Ratio
56 nalibus, vndè vbi maius est periculū, ibi cautiùs est agendum, prout ad hūc finem, latam pragmaticam esse, cōstat.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Rationales non proferunt votū simpliciter tanquā Iudices, sed tanquā experti.*
2 *Peritis in arte standum est, & nu. 3.*
4 *Rationales nullam habent certificandi iurisdictionem, sed tantùm videndi, et referendi Iudicibus, num. 5.*
6 *Votum Rationalium est votum facti, quod recipit vigorem à iurisdictione Iudicis ordinarij, & num. 10.*
7 *A sententia eorum appellare non est necesse, praterquam si Iudex suum iudicium confirmaret.*
8 *Iudices non debent votum Calculatorū exequutioni demandare.*
9 *Iudex, nec partes possunt committere Calculatoribus, vt secundum ius, in dubijs quaestionibus pronuncient.*
11 *Capitulum 3. instructionum Regis Federici, & 2. instructionum Caroli Casaris, referuntur.*
12 *Cū de vsu, vel stylo fit mētio, intelligitur de antiquo, ac usu recepto, nō aūt uario*
13 *Praxis est vera legum Interpres.*
14 *Verba c. 8. instructionum Friderici inserti in pragm. 30, §. 3. & 12. de offic. Procur. Casar. referuntur.*
15 *Secretarius nouissimo loco se subscribit potius ex sui officij praeminentia, quā quod Rationalis cedere debeat.*
16 *Secretarius ex licentia Tribunalis potest impedire litteras à se subscribēdas, & instare in Camera proponi.*
17 *Argumentum ab ordine scriptura, siuè subscriptionis, non multum attenditur in praecedentijs, & num. 18.*
19 *Ad ordinem scriptura non recurritur, nisi deficiente ordine intellectus.*
20 *Data instantia, corruit argumentum.*
21 *Rationales, licet nominentur cum Praesidentibus ante fisci Patronum, tamen longè subijciunt fisci Patrono.*
22 *Officium Secretarij in prag. Caroli Casaris fuit Rationalibus praepositum.*
23 *De officio Procuratoris fisci nulla fit mentio, cum includatur sub officio Aduocati Regij Patrimonij.*
24 *Decretum non publicatum non redactū in scriptis, nec subscriptum à Commissario, non meretur nomen decreti.*
25 *Decretum, seù sententia interlocutoria non requiritur, quod in scriptis proferatur, & quomodo procedat, nu. 26.*
27 *Citatio est de iure naturali, ideò omissa nullum redditur decretum.*
28 *Possessores non possunt eijci de possessione, nisi citatio praecedat.*
29 *Possessor, & si de facto possideat absque legitimo titulo, non est amouendus à possessione.*
30 *Praesentes in Tribunali non sunt citandi declara, nu. 31. 32. & 33.*
34 *Sententia ex abrupto lata est nulla.*
35 *Praesidētes laici, qui Rationales fuerunt, retinent reliquias pristini officij.*
36 *Decretū est nullū latum per Iudices, qui iudicandi munere fungi non poterant.*
37 *Iudices nō possūt dari, qui leges ignorāt.*
38 *Glossa referens plures opiniones, in vltima residere censetur.*
39 *Ambiguitas cessat ex subsequuta constitutionis interpretatione.*
40 *Longum tempus non requiritur, cum nō agitur de consuetudine iuris, sed de obseruantia facti.*
41 *Obseruantia decennalis constituit etiam ius in petitorio.*
42 *Sufficit cursus decennij, vt censeatur cōcessum priuilegium iuxta possessa, secus quando agitur de extensione priuilegij contrà ius commune, & nu. 43.*
44 *Modus, quo quis lege, vel priuilegio vtitur, illud ampliat, restringit, & declarat.*
45 *Possessio antiqua est praeferenda, maximè, cum obseruantia fuerit difformis vltimo actui.*
46 *Posterior possessio praesumitur clandestina, etiam si probationes, uel actus exerciti essent aequales.*
47 *Vbi obseruantia fuit difformis, & varia, praeualet, quod frequentiùs euenit ex actibus exercitis.*
48 *Vnicus actus possessionis attenditur, maximè in iudicio possessorio.*
49 *Vbi non est datus ordo sedendi, melior est conditio possidentis, & amplia nu. 50.*
51 *Vltimus actus etiam in praesentando, attenditur, & nu. 52.*

ARGV-

ARGVMENTVM

Resoluuntur omnia obiecta per Rationales, opposita circà præcedentiam Secretarij,& Procuratoris fiscalis, illisque sigillatim respondetur, ac præcedentia prędictorum contrà Rationales, inconcussè confirmatur.

Pro ijsdem, resoluuntur obiectá in eadem controuersia.

CONTROVERSIA XII.

EX quibus remanent satis,superq; resoluta obiecta,quibus innitũtur Domini Rationales.

Primò .s. quod Rationalis ratione prætogatiuæ voti, quod profert in dispunctione rationum,sit dignior.

Secundò,quod in subscribẽdo prouisiones,siuè litteras Cameræ, præcedat in ordine Secretarium.

Et tertiò tandem, in quo audio eos potissimum constituere fundamẽtum, quod de anno 609. Regia Camera decreuerit,ipsos esse in hac eadẽ iurisiurandi delatione præferendos,& consequenter,velut res decisa in possessorio iuris incorporalis, absorbere debeat ius in proprietate, vel saltim interim seruandum sit decretum.

Verùm ex abundanti sigillatim respondendo dicimus valdè leuiora esse obiecta, quàm aduersarij opinentur. Siquidem votum non est tanti faciendum,quod non dixerim excedere, sed nec æquari possit,tot,& tantis prærogatiuis,suprà relatis.

Et insuper aduertendum, quod vo-
1 tũ non proferunt Rationales simpliciter ranquàm Iudices, sed vt experti,& periti in arte computorum,sicuti generale est, quod vbi res debet probari, vel referri, in qua Iudex nõ potest esse
2 instructus,ad iudicium peritorum in illa arte est recurrendum, *Bart.Panorm. Alex.& alij*, quos refert *Dec.in c.pi æpo-*
3 *suisti,per illum tex.nu.9.in vlt.notab. de probat.* quod & de medicis etiam, empiricis, matronis, vel obstetricibus receptum esse notat *Dec. ibid. in princip.* & notat *Bart. in l.1.ff. de ventre inspic. cum multis per Surdum decis.83. nu.10. cum seq.* latiss.omniũ,quos viderim *Pacian.de probat.lib.1.cap.47.per totum*,& de peritis in arte scribendi,in materia comparationis literarum,post *Bar.Bal. Salyc. & alios in l.comparationes C.de fid.instrum.*latè *Menoch.de arbitr.lib.2. cent. 2. cap. 114. vbi num. 26. & 27.* quod vbi Iudex, non vult ipse de per se facere comparationem ex suo arbitrio eliget peritos in arte scribendi, his tamen licet tanquàm peritis in arte sua,credendum sit, *S.quod autem auth.de non alien. cum concord.per Surd. d.decis.83.nu.10.& decis.146.nu.21.& cons.126. num. 16. in 1.* non tamen standum est ipsis tanquàm Iudicibus, quinimò,quod ipsi referunt,& artestãtur,constare debet in iudicio coràm
4 Iudice ordinario,cũ alioquin ipsi nullã habeant certificandi iurisdictionem,vt ex *Baldo in d.l.comparationes, Salyc. & Curt.Sen.*optimè obseruat *Menoch.d.c. 114.nu.30.& 32.* & in puncto in calculatoribus,qui sunt illi,qui ponuntur ad calculandum,& pronunciandum super reliquis restituendis, & in discernẽdo, quæ reliqua sint penès illum, qui administrauit, & quæ scripturæ sint cancellandæ,vel reddẽdæ, de quibus propriè loquitur *tex. in l. si cui libertas, vbi Bart.Castr.& reliqui, ff.de condit.& demonstr.* vt sunt propriè nostri Rationales, licet *Imol.* & alij dicant istos calculatores, qui appellantur, & arbitri, videri habere iurisdictionem inter partes,& licentiam ferendi sententiam, & condemnandi vnum alteri, tamen aduertit singulariter *Castrens.* quod imò solùm habent potestatem videndi, &
5 referendi Iudici, se ità reperire s3. factum,& ità verè seruari de stilo,& consuetudine, subijcit *Paul. (ita videmus fieri*

fieri, quia dans relationes in ſcriptis, & Iudex pronuntiat, ſed videtur, quod non neceſſitentur, ſed ipſi poſſunt pronunciare, cautiùs tamen eſt ſeruare communem ſtylum, & ſic *Paul.* atteſtatur de com. ſtilo, quod calculatores non habent iuriſdictionem, nec ipſi pronun-
6 tiant, ſed eorum votum eſt votum facti, quod recipit vigorem à iuriſdictione Iudicis ordinarij, confirmat hoc latiſs. *Caſtil. in l. 27. Tauri in verſ. quaro an iſti calculatores,* vbi teſtatur ſæpè vidiſſe ità iudicarum, & reuocata pleraque iudicia arbitrorum calculatorum, qui ſuper his, condemnationes aliquas fecerunt *(ſaluo ſi el Iuez les dio comiſſion, y les delegò aquel articulo, para que conocieſen, y iuzgaſſen ſobre aquellas cuentas)* & ita dicit intelligendum eſſe *tex. in d. l. ſi cui libertas, & in l. cum fideicommiſſum verſ. arbiter, vbi Bar. & Paul. ff. de confeſſ.* ſequitur latè *Ayora de ratiocin. c. 4. nu. 24. & 25.* vbi propterea infert, quod
7 à ſententia talium arbitrorum non ſit neceſſe appellare, niſi Iudex iudicium ſuũ confirmet, & ità ſubdit cõmuniter ſeruari, confirmat latiſs. *Muñoz in eod. trac. de ratioc. c. 8. n. 24. & 25. ubi addit. diſpoſit. l. 50. tit. 5. lib. 2. noua recop.* cuius ſubſcripta ſunt verba *(Mandamos, que de aqui adelante, quando los Iuezes mandaren nombrar contadores, o otras perſonas, no los nombren para ninguno articulo, que conſiſta en derecho, ni para otras coſas, que ellos puedan determinar por el proceſſo, ſi no que tan ſolamente los nombren para coſa, que conſiſta en cuenta, o taſſacion à pericia de perſona, ò arte.)*

Sed omnium optimè in propoſito *Azeuedus* poſteà viſus *conſ. 35. ex num. item 35.* vbi quod non ſunt nominandi calculatores, niſi tantùm quoad id, quod in numeratione conſiſtit, citans *d. l. 50. tit. 5. lib. 2.* quia votum eorum non tranſit in rem iudicatam, nec poteſt exequutioni demandari, inuehens contrà Iudices, qui mandant votum
8 calculatorum exequi, dicens imperitos, & nullam eſſe exequutionem, cũ ſententia ipſorum nulla fuerit, cũ ipſi Iudices non eſſent, quod pluries in facto vidiſſe, & obtinuiſſe ex *Oroſcio, & alijs latè* affirmat.

Ex quibus omnibus infert *Muñoz,* & ſubijcit formalia verba, *ex quibus verbis manifeſtè patet calculatores omnes ſolùm habere à l. facultatem calculandi, ac diſpungendi rationes, illasque coràm Iudice producendi, vt ſuper dubijs iuris quaſtionibus ipſe ſententiam ſuam proferat,* & infert *nu. 26.* neq; Iudicem, neq; partes, calculatoribus committere poſſe, vt ſecũdùm ius
9 in dubijs quæſtionibus pronunciare poſſint, ſed tantùm arbitros nominando, illis committere, vt circà iuris articulos in rationibus incidentes, iurisperitos conſulant, vt iuxtà illorum ſentẽtiam, rationum dubia declarent, vt per eum.

Vndè patet, votum calculatorũ non conſiſtere, niſi in voto facti experimẽ-
10 tali, prout eſt votum Rationalium, qui tanquàm rationum periti, determinant reliqua, vt dicunt *DD. in d. l. ſi cui libertas,* remittendo Præſidentibus iuris peritis, iuris articulos.

A quo ſtilo, & antiqua conſuetudine nihil cenſeri debet immutatum ex pragmaticis, quinimò, eundem ſtilum antiquitate, & experientia comprobatum, in ipſo voto Rationalium, manifeſtè colligitur ex ipſamet pragmatica, ex qua ipſis tribuitur prærogatiua votum proferendi; ſiquidem cum *in 3. c.*
11 *Inſtruct. I ecerici, et in 2. Inſtruct. Caroli Caſaris inuictiſs. inſertis in pragm. 8. de offi. Proc.* dictũ ſit, *quod ſi opus fuerit, poſſit D. Locumtenens adhibere Rationales, prout negotij, & cauſa merita exegerint,* ſtatim ſubijcitur in conſt. eiuſdem Caroli, *hoc quidem nec vſu receptum fuiſſe aſcimus, nec rectè adminiſtrationi iuſtitiæ conuenire, ſed longo vſu conſuetum eſſe accepimus, Rationales computa eis commiſſa referentes, dubia in banca proponere, in quibus decidendis, Rationalis tantùm referentis, & demum Præſidentium exquiri vota, & non aliorum, &c. quem vſum approbantes decernimus dicta*

capi-

capitula secundum morem, & vsum prad. intelligi debere.

Fuit igitur approbatus per dictam pragmaticam, longus, & antiquus vsus suprà relatus circa votum Rationaliũ, de quo prædicti DD. mentionem fecerunt, quod expresse dicitur in pragmatica, & de iure quoque ita cauetur,
12 cum enim de vsu, vel stylo fit mentio, intelligimus de antiquo, ac vsu recepto, non autem vario, *Felyn. in cap. Rodulphus §. caterum de rescript. Cart. & Neutz. relati per add. ad praxim Vesiry lib. 5. c. 3. nu. 5. Afflict decis. 79. nu. 5. & 253. post nu. 4. vers. sextò stylus*, quia ab antiqua praxi, quæ vera est legum in-
13 terpretatrix, non est recedendum, *Cotta in memor. vers. practica, Menoch. latè cons. 52. num. 51. in princ.* vnde statur dicto Rationalis, & votum ipsius exquiritur, tanquàm periti in arte, eo modo, prout antiquo stylo, & vsu erat introductum, nulla ipsis noua superaddita prærogatiua, in quo rogo ponderari
14 verba c. 8. *Instruct. Federici inserti in prag. 30. de offic. Proc. Caf. §. 3. & §. 12.* vbi datur forma, tàm in accipiendis cautelis, quàm in assumendis, & dandis dubijs; quibus intellectis, vt subijcitur, & declaratis, Locumtenens, & Præsidentes ad decisionem dubiorum, & ad significatorias, iuxtà stylum procedere debeant, & latiùs *in c. 12. §. 4. vers. ita quod statim*, ibi, *adhoc, vt Locumtenens, & Præsidentes facti certiores, statuere valeant, &c.* & sic omnis iurisdictio, & potestas residet apud Præsides, quod etiam expresse cauetur *in pragm. 36. §. 3. incip. quod satis.*

Ad secundum, quod Secretarius
15 nouissimo loco se subscribat, illud oritur potius ex sui officij præeminentia, quàm quod Rationalibus cedere debeat, & proinde argumẽtum retorquetur, cum enim innumeræ scribantur litteræ per Cameram Regni Officialibus pro innumeris negotijs fisci, vel indirectè, aut secundariò saltim tangentibus, quæ ex peruetusta consuetudine plurium ministrorum ex superioribus, & inferioribus subscriptione roborantur, vt *in pragm. 25. §. littera verò de offic. Procur. Cæsar.* conueniens fuit, vt vnus ex ipsis pro obseruantia Rituum, instructionum, & decretorum Cameræ, quasi censor eligeretur, isq; meritò Secretarius, siuè Notator fuit electus, cui particularis cura ex antiquissimo instituto fuit demandata, vt post completas omniũ subscriptiones, litteras illas reuideret, si ritè, rectèq; circa stylum, præsertim ex decretis antiquis, quæ apud ipsum seruantur, procederent, licentia impertita ab ipso Tribunali Se-
16 cretario, ipsas impediendi, & instandi, vt in Camera proponantur, quod seruari, & seruatum audiuimus, & trituratas ipsas litteras à Secretario Rapario viro vigilantissimo, & postmodum in Præsidem adscito, in cuius vltimæ subscriptionis signum prærogatiuę cõcessum est, vt subscribendo dicatur, cõsensu Bolinus Secretarius, *vt in pragm. 23. item volumus, atque iubemus*, & in hoc consistere maximam ipsius Secretarij prærogatiuam, rogo ponderetur *prag. 34. §. 4.* cum maxima quidẽ istius officij præeminentia, quæ ex consensu ipsius clarissimè colligitur, vt meritò ex hoc solùm longè Rationalibus dignius censendum sit, in quo rogo aduertatur *in d. prag. 25. § littera verò*, cũ litteræ omnes subscribãtur ab actorum Magistro, & pleræq; à Rationalibus, nihilominus de solius Secretarij, siuè Notatoris subscriptione, post Præsidentẽ; & Locumtenentem fit mentio, quasi in ipsius prærogatiuam, sicuti generali-
17 ter argumentum ab ordine scripturæ, siuè subscriptionis, non multùm attenditur in præcedentijs, *l. Paulus 6. ff. de solut.* ibi, *nec enim ordo scriptura spectatur, sed potius ex iure sumitur id, quod agi videtur*; quinimò regulariter non
18 attendi ordinem scripturæ, tàm in terminis in suprascriptione, vel subscriptione litterarum missarum, sed aliundè esse sumendam maioritatem dignitatis, vel officij, amplissimè probat *Decian. cons. 58. nu. 18. lib. 5.* & quod non

fit

defec.citat. Et maximè cum eo tempore non citati possidebant, vndè non po-
28 tuerunt eijci de possessione, nisi priùs citati, & conuicti, *Gloss. in c.licet Episcopus de prab.in 6.* pulchrè *Loffred. consil. 141. nu.10.* vulgare est enim possessorem, etiam si de facto possideat absque legitimo titulo, non esse amouendum à
29 sua possessione, nisi citatum, & conuictum, quia possessio etiam iniusta nemini est auferenda sine causæ cognitione, *Innoc. in c.inter quatuor de maior. & obed. cum alijs à Peregr. de iure fisci lib.1. §.hactenus num.60. & lib.6.tit.4. nu.13.* quod credimus fuisse à quibusdam ex Præsidentibus iurisperitis animaduersum, & alijs protestatum, sed noluerunt audire, qui iura non deglutierant, nec dicatur, quod tanquàm
30 præsentes in Trib. non erant citandi. Primo enim procedit in præsente consentiente, nō autem si dissentiat, prouti palam est dissentijsse fisci Procuratorem, qui solus erat in Tribunali, cum officium Secretarij vacauerit proprietario ab anno 607. vsque ad ann. 617. *Bart.in l.ff.de in ius voc.*

31 Secundò, præsens non est citandus vt recipiat libellum absque citatione formali, saluo tamen iure deliberandi, etiam si fortuito ibi reperiatur, quo ad reliqua tamen, si in iudicio quis præsens reperiatur, non ex ea causa, sed ex alia, adhuc tamen est citandus, quia præsens in iudicio ex vna causa, præsertim ex causa officij intelligitur ex omni alia causa abesse, & non cogitur res-
32 pondere, *Authar. et Bal.* quos sequitur *Iason.in d.l.1.nu.9.vers.nono facit.*

Tertiò, procedit quando est pars informata de acta gerendo aliàs secus, *Bart. Dec. & alij apud Gabriel. de citat.* qui hanc ex *Nicelio com.contra Ias.in tit.de citat.conclus.1.nu.398.*

Et tandem quartò contrarium procedit, quando citatio fit ad finem simplicis comparitionis, vt citatus simpliciter compareat, secus si fieret ad finē responsionis, & defensionis, vbi enim citatio fit non solùm, vt quis comparreat, & suas defensiones instruat, tùnc
33 omninò est citandus, & requiritur per modum formæ, *Bald.* quem citat *Ias.d. loco nu.12.vers.limita quando, & nu.13.* sequitur *Gabriel.d.conclus.1.nu.400. & seq.addit. ad nouiss.decis.Rota Ludouisij decis.576.nu.15.in fin.* quam igitur defensionem potuerunt facere isti Officiales, dùm ex tempore, & ex abrupto ipsis nihil tale cogitantibus, cum nullas potuerint præparare scripturas, nec vllum genus defensionis afferre aduersus tàm præcipitem votandi festinationem, vndè sententia ex abrupto lata est nulla, quia ideò Iudices sedere
34 oportet, vt cum animi deliberatione iudicent, *Gloss.in c.vlt. in fin. de sent. & re iud. in 6.Vantius loco suprà cit. nu.84.*

Ex qua violenta festinatione sequitur, & 3. nullitas, resultans ex voto admisso Domini Thesaurarij, & Præsidētium laicorum, qui votum dare non poterant in causa possessorij præcedētiæ, quæ tota pendet à iure super proprietate tot subtilissimis iuris articulis plenè referta, de quibus non nisi iuris peritissimi votum ferre queunt, ma-
35 ximè cum Præsidentes laici, vt qui Rationales fuerint reliquias retinent pristini officij, itaùt eorum prærogatiuæ, naturali quodam impulsu, adhærere præsumantur, maximè cum de officio Rationalium, quo ipsi fuerunt cohonestati deprimendo agatur, igitur nullum decretum ex interuētu plurium ex Iudicibus, qui iudicandi munere pænitùs
36 fungi poterant, vt est *tex. clariss. in §.1. ibi, maximè legum in eruditorum,* vbi *Gloss.vers.habere,* apertè dicit non
37 posse dari Iudices, qui leges ignorent, & in puncto probat *Muñoz d. c. 8. de ratioc.nu.29.* & licet dictum *text.* conetur euadere *D.Rouit.in pragm.59.nu.3 de offic.Procur.Cæsar.* dicens sufficere Iudicem habere experimentum causarum ponderando *d. tex. cum secunda sol.Gloss* ibi, *vel dic nihilominus,* nec *tex.* in eo residet, cum etiam in administratoribus imperialibus.i.Præsidibus Prouinciarum, vt *Gloss.* explicat id tolera-

tur, cum assessores habeant, vt subdit *tex. in uers. nostris enim*, nec etiam *Gloss.* approbat illam sol. dùm ad aliam sol. transit, in qua vltima residere censetur.

Quartò, decretum non obest, quia nèdum contrà possessores non citatos, & quidem iustos, sed cum titulo legitimè præscripto, ex obseruantia subsequuta, post pragm. cum decursu legitimi temporis, qua nedum possessio, sed dominium, siuè ius in proprietate, erat perfectè quæsitum, vndè fortiùs votum ex abrupto latum, non potuit nocere, non solùm possessoribus, sed proprietarijs: fuerit enim pragmatica de iurãdo secretum, promulgata de mense Octob. 31. anni 1594.

Postquàm pragmaticam per decem annos successiuè continuatos, ab anno 1597. vsq; ad annum 608. inclusiuè delatum fuit iusiurandum prius Secretario, & fisci Procuratori, vndè si res esset dubia, omnis ambiguitas cessaret ex subsequuta Constitutionis interpreta-
39 tione, quæ ex vsu, possessione, & obseruãtia successiua deducitur, habet enim vim interpretandi, nedũ leges, & Constitut. *l. si de interpretatione* 37. *ff. de legibus*, sed priuilegia, & omnes actus humanos, fusè *Crauett. resp. pro genero nu.* 312. & potissimè attenditur in iurisdictionalibus, & in honorantijs, est enim eorum naturalis lex, *l. diuturna cum seq. ff. de legibus*; Et quod in hac materia præcedentiæ, sufficiat consuetudo decennij, etiam de iure cànonico, *Aret. Gram. & Franc. Marzar.* relati per *Annam iun. conf.* 40. *nu.* 5. vbi quod quando non agitur de consuetudine iuris,
40 sed de obseruantia facti, non requiritur longum tempus, sed sufficit, sic fuisse obseruatum in certis actibus, idem *Cõ-*
41 *sil. de Anna nu.* 7. & quod obseruantia decennalis constituat ius etiam in petitorio, idem *nu.* 8. inde dicebat *Auend. de exeq. mandat. p.* 1. *c.* 19. *nu.* 16. *vers. & vbi*, quod primus occupator loci, vel sessionis, est tuendus, qui citat *Annam*
42 *ibid. nu.* 11. & quod sufficiat cursus decennij, vt censeatur concessum priuilegium, iuxtà possessa, *Reg. de Ponte cons.* 30. *nu.* 49. *&* 50. *& dec.* 5. *in fin. Cons. de Anna cons.* 129. *&* 139. licet quando agatur de extensione priuilegij contrà ius commune, fortè requiratur maius tempus, ex *Lanar. cons.* 39. *nu.* 9. generale enim est, vt longa possessio, quæ ex tempore decem annorum, quod longũ
43 censeri tempus constat, prosit ad ampliandum titulum, vt iuxtà possessa videatur concessus, etiam si de per se nõ sufficeret *Anna Sen. alleg.* 52. *nu.* 7. 120. *num.* 6. 128. *nu.* 7. *Loffred. cons.* 36. *nu.* 8. *Frecc. lib.* 2. *author.* 46. *num.* 11. *Dom. de Franch. decis.* 56. *nu.* 6. *&* 397. *num.* 12. *Menoch cons.* 75. *nu.* 56. *lib.* 1. *cum infin.* quos congerit *Andr. Knichen Germ. in comm. de Saxon. non prou. iur. c.* 3. *nu.* 49. *&* 52. etiam si verba legis, vel priuilegij, vsui posteà obseruato contradicant *Anna Sen. alleg.* 53. *nu.* 30. quia modus
44 quo quis lege, vel priuilegio vtitur illud ampliat, restringit, & declarat *Knichen d. tit. c.* 1 *num.* 130. 132. *&* 135

Si igitur ex obseruantia successiuè continuata per tot annos post pragmaticam cum possessione, adiunctum habuerunt titulum, quomodo non citati, nec auditi, potuerunt de facto in sua iusta, & titulata possessione turbari? certè nullo modo, *Gabriel. conclus.* 1. *de acquir. poss.*

Quod si iterum opponatur, quod consuetudo, siuè obseruantia, vel possessio clientum, fuit post pragmaticam,
45 & sic velut antiquior est præferenda, etiam si probationes, vel actus exerciti
46 essent æquales, posterior præsumitur clandestina, vt ex *Bart. in l. si duo ff. vti possid. ex infin.* probat *Menoch. de retin. remed.* 3. *q.* 87. *nu.* 725. *vers. septimus est casus*, & maximè cum illi præcipiti voto acerrimè contradixerit fisci Procuratori, dicendo de nullitate, & sic non acquieuit, sed intrusioni contradixit *Menoch. vbi suprà nu.* 726. *vers. declaratur hic casus, Knichen de iudic. iurisdict. c.* 5. *num.* 260. *&* 262.

Sed tandem & quintò, vbi obseruãtia fuerit difformis, & varia præualet nihi-

nihilominùs, quod frequentiùs euenit
47 ex pluribus actibus exercitis per clientes, quàm per Rationales, *Dec.conf.* 11. *nu.* 9. *Menoch.conf.* 845. *nu.* 32. *l.* 9. *Honded.conf.* 53. *nu.* 23. *lib.* 1. *Knichen de Saxon.nonprou.iur.c.* 3. *nu.* 337. vel saltim quod nouissimè obseruatum est, *l. Mela* §. *sed si alimenta ff. de alimen. et cibar. legat.* & vltima, siuè recens possessio inspicitur, vt pluribus probat *Frecc. lib.* 1. §. *fuit dubitatum nu.* 35. *Knichen d. loco num.* 338. *&* 339. Vnicus autem actus
48 possessionis attenditur, præsertim in iudicio possessorio summarijssimo, *cap. cum Ecclesia Sutrina de causa possess.* & propriè *Isern. Menoch. Bursat. & alij per Conf. de Anna d. conf.* 40. *nu.* 8. & præcisè vltimus actus inspicitur *Isern.* & alij relati per *Annam Sen. alleg.* 131. *num.* 2. *& singul.* 58. & secundum hanc quasi possessionem, in materia præcedentiæ est iudicandum, *Zabarel. Corn. Portius, Menoch. Bursat. & alij per Conf. de Anna d. conf.* 40. *nu.* 10. *vbi nu.* 11. quod adeò vltima quasi possessio attèditur in præcedentijs, quod vbi non est datus or-
49 do sedendi, melior est conditio possidentis, & quod vnicus actus sufficiat, etiam quod vna vice, vltimo tamen loco, siuè tempore reperiatur, quod factum, vel obseruatum, quando sunt quædam, quæ non solent de facili concedi, ratione amicitiæ, vel familiaritatis ex eom. & magis com. latissimè probat *Reg. de Ponte decis.* 18. *ex num.* 7. 8. *cum seq. & post nu.* 11. concludit *ex Feder. de Senis conf.* 234. & alijs, quod & si alij pluries præsentauerint rectorem, alter verò vncia tantũ vice, sed vltima, quod in dubio hic vltimus erit omninò ma-
50 nutenendus in possessione, & ita decisum refert *D. de Franch. decis.* 548. latissimè in ordine præcedentiæ, & actu sessuræ, *Decian. resp.* 84. *nu.* 27. *lib.* 5. & in præsentationibus iure patronatus in seruitutibus iurisdictionalibus, & iuribus quibuscunque *Knichen de superioritate cap.* 3. *ex num.* 162. *cum seq.* vndè fortius in casu præsenti, vbi cum nouissimo actu, concurrit titulus ex obseruantia vltrà decem annos immediatè post pragmaticam, ex quibus constat etiam de notorio iure proprietatis.

DECISIO.

Tandem vtraque parte pertinaci pugna contendente, res in longum protrahebatur; sed cum vtrique essent necessarij, & pars integrans Tribunalis, nè videretur Tribunal plus vnis, quàm alteris velle, accedente etiam adhuc articuli ambiguitate, visum est eos inter se conciliari; quarè fuit prouisum, vt alteri, alteris in iurando alternatim, ac vicissim præferrentur: & quia adhuc relinquebatur controuersia, vtri priores eo anno ad iurandum accederent, re in sortem coniecta, obtigit Rationalibus, vt primi iurarent, atque ita deinceps obseruatum est, vt ex decreto decimo Ianuarij 1633. in libro Notamentorum Cameræ.

SVMMARIVM.

1 *Consensus colligitur ex iudicio, si nihil opponatur, quod procedit tàm in actu Iudicis, quàm partis, & fortiùs operatur, quàm expressus consensus.*
2 *Possessionis causa mutari potest.*
3 *Iura, & actiones regulariter non veniũt appellatione mobilium, nec immobiliũ, fallit, cum vel ex communi vsu loquẽdi, vel ex circumstantijs, & mente disponentis aliter appareat, num.* 4. *Vel quare alia bona venire non possunt, nu.* 19. *& demùm quando hac principalis conclusio procedat, distinctè explicatur num.* 20. *&* 27.
5 *Bona velut propria illa sunt secundùm iuris ignaros, quæ pro eorum credito, præsertim priuilegiato dotis sunt hypothecata, vel quæ destinatione erant effecta propria.*
6 *Verba prolata à litterarum ignaro non sunt ita strictè accipienda, prout à Iurisperito proferuntur, sed ad vulgi capacitatem, non iuris subtilitatem, coaptanda.*

7 *Notariorum, præsertim extrà Vrbem, erroris præsumptio, et ignauia credentium augere ex adiectione bonorum mobilium, & immobilium, & similiũ, cum potius ex verborum superfluitate nocere possint, & num. 8.*

9 *Mens donantis, quo velit comprehendere bona, super quibus habebat actionem, & ius formatum, colligitur, si alia bona non habebat.*

10 *Donatio omnium bonorum, vt valeat, cautela est, vt reseruetur vsusfructus.*

11 *Donatarius præfertur hæredi, etiam in bonis, in donatione reseruatis, & postea quæsitis, adhibita cautela,* che nõ disponendone, s'intẽdano compresi in detta donatione.

12 *Bonorum appellatione, iura, & actiones continentur, etiam acquirenda, ex bonis reseruatis in donatione.*

13 *Qualitas præcedens non censetur repetita in dispositione, quæ à diuersis verbis regitur, sed quando vnico verbo, eademq; oratione comprehenditur.*

14 *Legatum vsusfructus, omnium, & quorumcunque bonorum, non restringitur, si addita sint verba, mobilium, & supellectilium domus, & de ratione, nu. 15. & 16. quod ampliatur, num. 17. & 18.*

21 *Actio assumit naturam, & qualitatem rerum, pro quibus competit, ex quibus fit discrimen inter mobilia, & immobilia, & num. 23. quod non procedit in actione ad pecuniam, in genere debitã, & ita limitatur opinio,* Bart. *& num. 26. quod militat in simplici actione personali, non reali, nu. 22.*

24 *Feudum idem iudicatur, ac actio ad feudum.*

25 Bart. doctrina in l. potest, num. 18. ff. de authorit. tutor. *à morsibus* Arrij Pinell. *defenditur.*

ARGVMENTVM.

Bonorum mobilium, & immobilium appellatione, non venirent iura, & actiones, strictè loquendo ex iuris subtilitate, possunt tamen venire ex communi vsu loquendi, & ex verisimili mente disponentis.

Iura, & actiones, an ad instar mobiliũ, uel immobilium iudicentur.

Pro Dom. Claudia de Rogerio ex nobiliss. Familia Ciuitatis Salerni cõtrà Dom. Zenobiam de Vicarijs.

CONTROVERSIA XIII.

IN casu Controuersiæ, quæ in S. Cons. agitatur, inter D. Claudiam de Rogerio, sororem doctissimi iuris Interpretis, ac viri religiosissimi Io. Laurentij de Rogerio, cuius iussu libentissimè causæ patrocinium, suscepi contrà D. Zenobiam de Vicarijs, primus omniũ, quæ animo concepi considerationes, aperiam, vt causæ notoria iustitia S.C. innotescat.

Ad causæ igitur victoriã, priùs præmitto in facto, verissimum esse D. Caterinã, nihil aliud habuisse in bonis, nisi actionem personalem, iunctam hypothecariæ, cum requisitis assistentiæ ad recuperandas dotes super bonis viri, quam actionem ipsa D. Caterina post viri mortem, habens Petrum, & plures alios filios masculos, & fœminas, proposuit in Curia Salernitana, petens de dotibus, & iuribus dotalibus, satisfieri super bonis stabilibus, & annuis introitibus, remansis in hereditate viri (quos nõ dubitatur, inter immobilia computari) *Clem. exiui*, ijsq; omnibus, cum bona alia præter illa in hæreditate viri, nullo modo adfuisse, planè constet, in quo iudicio, contestata lite, ac legitimè instructo processu, contrà filios patris hæredes, qui agnouerunt debitum, cõstat, nedum fuisse præstitam assistentiam; sed facta liquidatione totius credi

diti in summa duc. 4576. vniuersam viri hæreditatem absorbentis, Caterina elegit magis bona ipsa immobilia viri, quàm pecuniam ex eorum pretio redigendam, petens expresse vigore sententiæ, sibi bona ipsa adiudicari, cui petitioni filij futuri quoque matris heredes ex communi voto parentum, & proinde de quorum potius fauore, quàm præiudicio agebatur, vt etiam
1 exitus acta probauit, nihil objiciendo consenserunt, *c. 2. de appellat. in 6. Bart. in l. vnica C. de relat.* quod procedere tàm in actu Iudicis, quàm in actu partis, vt nihil opponendo aduersarius censeatur acquiescere, probat *Gloss. in l. si fideiussor in princ. ver. recusare ff. qui satisd. cogan.* quinimò fortius operari in iudicio, quod pars nihil opponat, quàm expressum consensum, probat *Decius in l. vinum colum. penult. ff. si cert. petat.* & latissimè *Crauet. de antiquit. temp. p. 1. §. quæritur etiam, nu. 26. & 31.* Vndè cum mutata sibi causa possessionis ex administratrice, siuè creditrice in dominam pro satisfactione sui
2 crediti declarata voluntate, quod potuit, *l. 3. §. ex pluribus, & l. si quis ante, ff. de acquir. possess.* & meliùs *in l. cum nemo, cum Glos. verb. extrinsecus C. eod. tit.* ex errore fortè, cum non putauerit aliud necessarium tanquàm mulier iuris ignara, neglexerit obtinere decretū adiudicationis, cum de bonis ipsis ad libitum disponeret, tanquàm virago, & mulier prudens, & sagax, cui filij etiam maiores non vt matri tantùm, sed velut patri obediebant (vt aduersaria met fatetur in suis exceptionibus) nupta Zenobia filia, alteraq; Monasterium ingressa, & mortuis de anno 594. Vespasiano, Annibale, & Metello filijs, cum solus sibi superesset Petrus filius vniuersalis futurus hæres, vt sibi parē vxorem cum ampla dote desponsaret, anticipata successione donauit Caterina contemplatione matrimonij de anno 96. Petro filio bona sua verbis, de quibus in donatione.

Quamuis igitur regulariter appella-
3 tione bonorum mobilium, vel immobilium simpliciter, vel etiam donatis, aut legatis bonis mobilibus, & immobilibus, simul nō veniant iura, & actiones, vt infinitis probat *Gabr. de verb. signific. conclus. 7. in princ.* cum tamen id veniat ex mera iuris subtilitate, siue potius scrupulositate, id propterea
4 cessabit, cum vel ex communi vsu loquendi, vt persæpè homines abusiuè, non autem iuxtà propriam, & subtilem verborum significationem loquuntur, vel id colligitur ex varijs circumstantijs, & mente disponentis, iura quoq; & actiones comprehendi voluisse, vt primum probant, *Oldrad. cons. 219. num. 3. Alber.* qui eius verba refert *in l. mouentium ff. de verb. signif.* secundum probat *Borgn. Simon de Pratis, Crass. Gaill. Menoch. Pancir. Mazzol. Pedrocha, Petr. Ricciar.* & alij congesti *per Castil. lib. 1. quotidian. contr. de vsufr. c. 38. num. 26. Gabr. cons. 98. nu. 28. vers. ideoque cum lib. 1.* quod vtrumq; concurrit in casu
5 nostro, vbi constat homines iuris ignaros, & potissimè mulieres velut propria habere illa bona, quæ pro eorum credito, prælertim priuilegiato dotis sunt hypothecata, *arg. l. qui actionem ff. de reg. iur.* & præsertim vbi iam destinatione saltim erant effecta propria, quæ destinatio regulariter habetur pro facto, *l. & si nō sint §. infecti ff. de aur. & arg. leg.* cum infin. congestis per *Gail. pract. obser. lib. 2. c. 11. num. 2.* nec enim verba prolata à litterarum ignaro sunt eo modo strictè, & propriè accipiēda, prout proferuntur à Iurisperito, sed pinguiùs ad nudum factum, & vulgaritatem quandam, non iuris subtilitatem referenda, de qua sæpè etiam Iurisperiti inter se certant, idem *Oldradus* optimè in simili *cons. 45. num. 2.* & maximè quia cum imperitia do-
7 nantis mulieris, concurrit solita præsumptio erroris Notariorum in hisce terminis credentium, ex adiectione bonorum mobilium, immobilium, & similium augere, cum ex inani verborū superfluitate potius nocere possint, vt

tradit *Pinel. in rub.C.de bonis mater.nu.* 25.*verſ.inde etiam,& nu.*28.*in fin.verſ. hinc etiam*, & præſertim ignauia Notariorum extrà Vrbem noſtram, qualis fuit iſte Notarius exterus, contra quos in materia verborum, quæ ex eorum capite donationibus adijciunt, inuehitur *D. Præſ. deciſ.*297. & 600. *in fin.*
9 de mente autem conſtat, nedum quia alia bona ſtabilia non habebat Caterina, vndè nè donatio ſit inutilis, & fruſtatoria, neceſſariò debet comprehendere ea ſtabilia, ſuper quibus habebat actionem, & ius formatum, vt in terminis docet *Coſta in c. ſi pater in ver. bonis ſuis poſt nu.*7.*verſ.nàm ſi quidem in capſa*, & voluerunt relati *à Caualc.de vſufr.nu.*83. *in fin. & Caſtil.d.c.*28. *nu.*26. ſed ſi alia bona ſtabilia habuiſſet, in quibus potuiſſet verificari donatio, nō opus fuiſſet reſeruare fructus bonorum, & duc.tercentum, de quibus diſponere potuiſſet, tùm quia
10 hæc reſeruatio, quam pro cautela tradunt DD.nè donatio reddatur nulla velut omnium bonorum, vt tradit *Cagnol.in l.fin. nu.*239. *C. de pac. Facchin. controu.lib.*6.*c.*89. *cum multis ſeqq.* non fuiſſet neceſſaria ex hoc capite, cum mobilia non eſſent donata, tùm etiam, quia cùm maior pars bonorū in integra dote,& antefato conſiſtens,eſſet reſer-
11 uata, de quibus quidem nec habuiſſe animum præferendi ſuum hæredem ab inteſtato donatario colligitur ex cautela illa adhibita *(che non diſponendone, s'intendano compreſi in detta donatione)* ex qua maxima in donatarium colligitur affectio, vt potè quam pro cautela donatarij adinuentam eſſe conſtet, vt ex *Cagnol.vbi ſuprà*,tradit *Theſaur.dec.*97. *in fin.* in qua voluit quoque comprehendi *(li acquiſti fatti da eſſi, e non diſpoſti da detta donante)* id eſt bona ac-
12 quirenda, vndè ſicut hic ſimpliciter bona nominauit,abſq;vlla reſtrictione, quorum appellatione iura, & actiones comprehendi nō dubitatur,*l.nàm quod* §*.fin.l.ſi legatus* §*ſi quis mihi bona ad S. C.Treb. Coſta in d.ver. in bonis ſuis*

initio;tamerſi eſſent acquirenda ex bonis reſeruatis, & vice illorum ſubrogāda, quæ regulariter non habent eandē naturam illorum, in quorum locū ſubrogantur,ſic etiam præcedens bonorū appellatio indiſtinctè eſt accipienda, nec eſt reſtringenda ex adiectione illa, quia vna pars ſcripturæ aliam declarat,
13 neç admittitur hoc caſu repetitio præcedentis qualitatis, cum nō ſit vnica, eademq; oratione comprehenſa diſpoſitio, quæ ab vno principali uerbo regatur, ſed à diuerſis verbis iuxtà doctr. *Bart. in l.in repetendis col.*2. *ff. de leg.*3.*& l.Seia* §*.Caio ff.de fund.inſtruct.*

Secundò, etiam ex proprietate ſer-
14 monis hic caſus eſt apertiſſimè deciſus in fauorem legatarij, ſiuè donatarij in caſu relato ab *Afflict.dec.*106.*quidam Petrus*, & quidem in longè fortioribus terminis,decidit enim,legato vſufructu omnium, & quorumcunque bonorum mobilium, & ſuppellectilium domus ſuæ hæc vltima verba, *& ſuppellectilis domus*, non reſtringere legatum generis,omnium, & quorumcunque bonorum mobilium, ſed cenſeri poſita ex abundanti, dicens *nu.*1.quod quamuis omnes domini fuerint in voto contrario,vt verba ſubſequentia reſtringerēt, vbi credo,eſſe addendum, *prima facie, uel fronte*, cum in fin. *nu.*8. dicat apertiſſimè fuiſſe per S. C. iudicatum pro legatario, vt verba ſequentia non reſtringant, & confirmatam ſententiam
15 in gradu reclamationis, & non alia ratione mouetur *Affl.*niſi ex *tex.in l.quæſitum* 12.§.*ſi quis fundum ff. de fund. inſtruct.* ex quo *Bart. in ſum.* elicit regulam, quod enumeratio ſpecierum reſpiciens actum legandi non reſtringit, genus præcedens,& ſubijcit *n.*3.quod huiuſmodi ſpecierum enumeratio in dubio,vbi aliud non apparet,præſumitur ex abundanti adiecta, vt clariſſimè voluit *Bart.ibidem poſt num.*1. *verſ. ſed circa hoc quæro, & nu.*4.*verſ.tunc ſtarē*, & iterum *poſt nu.*15. *in diſtin. verſ. aut poteſt eſſe dubium*,ea ratione,quam reddit idem *Bart.num.*3.qui limitat non

pro-

procedere, cum non enumerantur ſpecies, ſed indiuidua, post nu. 1. *verſ. qualiter ergo*, vel cum adiectio ſpecierum refertur ad verbum, ſeu participium ſignificatiuum generis, non ad actum legandi; vel & tandem, cum ſpecierũ enumeratio præcedit, & ſubſequitur genus, & ſic genus ponitur in medio
16 *num.* 2. *&* 5. vnde cum hic ſint enumeratę ſpecies bonorum, non indiuidua contenta ſub ſpecie non nominata, quarũ enumeratio ſubſequitur tm̃ genus, & referantur ad actum donandi dum dicitur *donat, cedit, & transfert tutte, & qualſiuoglia ſue robbe ſtabili, burgenſatice*, nullo modo ſpecierum enumeratio, reſtringet genus præcedens quàm *Bart.* Theoricam in terminis, *& deciſ. Affl.* *in hoc comprobat, Gabr. conſ.* 98. *num.* 12. *in fin. volu.* 1. & communiter receptã teſtatur, *Magon. deciſ. Flor.* 146. *num.* 13. quamuis *num.* 8. in caſu ſuo contendat non procedere ob particularem rationem dictionis repetitiuę *& aliorum* quam hic non habemus.

17 Quod ſi fuit admiſſum in caſu, *Affl.* vbi illa verba, *& ſuppellectilium domus ſue*, erant adiecta poſt verbum *mobilium*, & ſic poſt genus ſubalternum, vel ſpeciem bonorum enumeratam, quo caſu facilius admictitur reſtrictio *l. pediculis §. item cum l ſeruos au tem. §. fin. ff. de leg.* 3. fortiùs erit admittendum in caſu noſtro, vbi enumeratio ſpecierum ſubſequitur mentionem bonorum ſub genere generaliſſimo, ibi *qualſiuoglia ſue robbe*, & deinde, *ſtabili burgenſatice, &c.* quo caſu etiam dictiones reſtrictiuæ non limitant legatũ,
18 vt pulchrè probat, *Gabr. conſ.* 98. *num.* 11. Et maximè cum in caſu *Affl.* illa etiam verba, *domus ſua*, fortiter vrgebant ad reſtrictionem legati, quæ licet *Affl.* acceperit in alio ſignificatu exponendo *(domus ſua)* id eſt ſui patrimonij, ex hac tamen impropria declaratione ab eius opin. ob id tãtum receſſit, *Gabr. d. conſ.* 98. *num.* 13. *&* 14. quæ verba nõ ſunt in præſenti caſu, & ideò fortiùs applicari poterit deciſio Sac. Conſil.

Tertiò tametſi ſpecierum enumeratio adiecta poſt genus, illud reſtringeret, hoc caſu ẽt ſub donatione bonorũ immobilium incluſa omnino cenſeri debet hæc actio, & inſtantia ad rẽcupe
19 rationem dotium, ſi quidem neceſſe erat ex præciſa neceſſitate, præſertim eo tempore actionem Caterinæ accedere his bonis immobilibus, tum quia lite conteſtata per creditorem in iudicio aſſiſtentiæ, & potiſſimè obtenta aſſiſtentia, quinimò petita adiudicatione non licet amplius variare, ſed cogitur ſuper illiſmet bonis incumbere, vt deciſum teſtatur, *Capyc. deciſ.* 33. *&* 46. tùm etiam, quia ſi permiſſa fuiſſet variatio, illa non potuiſſet ad effectum deduci, cum alia bona pręter iſta in hęreditate viri non adeſſent, vnde perinde eſt, ac ſi hæc actio nominatim, & ſpecialiter ad iſta bona competeret, cum ad alia referri non poteſt, vt ex pluribus in terminis probat *ſubtilis Caſta in repet. cap. ſi pater in verbo in bonis ſuis num.* 7. *verſ. verùm hæc ratio de teſtam. in* 6. & ſic ſuccedit propriè diſtinctio *Gloſarum* quas refert, & ſequitur *Bartol. in l. poteſt nu.* 18. *ff. de ductor.*
20 *tutor.* vt opinio ſupra relata, nempe iura, & actiones non contineri appellatione mobilium, nec immobilium, ſed tertiam ſpeciem conſtituere procedere quãdo non eſſet neceſſe, quod iſta ſpecies numeretur inter mobilia, vel immobilia; ſed quando eſt neceſſè, quod alicui borum accedat, tunc aut in actione venit mobile, & iudicatur mobilis, aut venit immobile, & iudicatur immobilis, ea ratione, quia, di-
21 ctiones in vniuerſum aſſumunt naturã, & qualitates rerum, pro quibus competunt, vt ſigillatim ad diſtinguendum ius, & faciendum diſcrimen inter mobilia, & immobilia, quò ad vſucapionẽ, & præſcriptionem in alienatione bonorum minoris, Ciuitatis, & Eccleſiæ, & actiones ſint cenſendæ diuiduæ, vel indiuiduæ, certę vel incertæ ex re ad quam

quàm competunt, ipsas modificari, & distingui, optimè probat, *Tiraq. in 1.retract.*§. 1.*gloss.* 7. *num.* 1. *cum seq.* vbi latissimè, relatis diuersis DD. sententijs in hoc artic. tandem *num.* 15. *&* 17. hanc *gloss. & Bart.* distinct. vti communiorem, & veriorem amplectitur, quàm licet limitet incertis casibus *a num.* 17. *ad* 21. casus tamen relati per eum in suis fallent magis opin. hanc in casu nostro confirmant, nec nocet
22 prima limitatio, vt non procedat in actione ad pecuniam in genere debitam, quia id procederet in simplici actione personali, quo casu in dispositione hominis limitatur opinio *Bartol.* vt non iudicetur actio mobilis, vel immobilis, secus in actione reali, vt optimè explicat, *Bal. in cap.* 1. §. *sciendum num.* 3. *de feudi cognit.* iuxtà cuius doctrinam est restringenda sublimitatio ad opin. *Bart. & com. tradita per Gabr. de verbor. signif. concl.* 7. *num.* 5. qui latè opinionem *Bartol.* vt communiorē defendit *num.* 3 *&* 4. vt benè aduertit *idem Tiraq. in d. gloss.* 7. *num.* 5. *vers. secundum, vt procedat,* dum rectè ad personales tantùm se restringit, & idem *Tiraq. declarat, nu.* 15. *vers. quod si necesse*
23 *se sit*, hic autem ne dum agimus de actione reali in abstracto, sed in iudicium deducta, & sententia super ipsa relata, super qua insuper erat petita adiudicatio, de qua proinde idem est iudicandum, quod de actione competenti ad certam speciem ex claris verbis *Bart. in d. l. potest*, & optimè in ter-
24 minis explicat *Freccia lib.* 2. *de subfeud. q.* 12. dum concludit idem iudicari de feudo, quod de actione ad feudum *num.* 4. *&* 5. etiam in hypotheca competenti super feudo cum clausulis constituti, & precarij *num.* 1. *in fine*, & post *num.* 5. his verbis, *& considerato effectu hypothecæ cum clausulis prædictis, illa actio, vt feudū existimatur.*
25 ex quo conijcere licet, optimè ad praxim deduci posse doctrin. *Bartol.* nec ipsum explicasse ignotum per ignotius, prout ausus fuit dicere *Arius Pinell. in rep. rub. C. de rescind. vend. num.* 33. *vers. aduerte tamen*; *& num.* 34. fortè non plenè *Bart.* mentem assequutus, quamuis negare non potuerit opinion. *Bart.* frequentiùs a DD. recipi, quod nobis sufficeret, apparet enim ex præd. quam benè vsui forensi applicetur hæc traditio, nec ex illa destrui regulam, vt actiones tertiam speciem
26 cōstituant, *vt Pinel.* credidit, procedit enim reg. in actionibus personalibus ad pecuniam in genere, vt loquitur *Lapus alleg.* 91. redens rationem, *quia non ipsa obligatio est res mobilis, vel immobilis, scilicet essentialiter, nec enim in ipsa pecunia in genere, & in forma, quæ est in obligatione est mobilis, vel immobilis, vnde genera sunt in intellectu, nōn in sensu, & sic tange si potes, & moue illud*; Hæc *Lapus*, apud quem pluta *Mandos.* quasi expressè dicat *Lapus* in casu contrario aliud esse, vbi pecunia non sit in forma, quæ est in obligatione, sed sit applicata actio super re immobili, vel mobili, licet pro pecunia, vel vbi sit necesse ex iure, vel facti contingentia ad vnā, vel ad alteram speciem actionē applicare, aut ad certā speciē cōpetere.
27 Et ob id meliùs, & cum iudicio sensijt *Gailius*, dum *lib.* 2. *obseru. cap.* 11 *nu.* 10. nedum opin. *Bart. in d. l. potest* veriorem censuit; sed eam ab Imperiali Camera in praxi probatam testatur, quidquid subtiliter (vt is dicit) rixentur DD. pro qua refert *gloss. Bartol. Bal. Soccin. Sen. Aluar. Afflict. Dec. & omnes coaceruantem Tiraquell.* Quam *Bartol.* opinionem, vt com. quoque comprobat, & sequitur *Eman. Costa. in d. cap. si pater in ver. in bonis num.* 13. *vers. & ita se habet, de testamen. in* 6.

Ex quibus omnibus iudicandum in fauorem actricis per doctissimos Senatores indubie censeo.

DECISIO.

Die 3. Iulij 1619. referente Domino Consiliario Io. Baptista Meliori, prolata

lata fuit ſententia iuxta votum pro Domina Claudia de Rugerio, his verbis. declaramus in donatione facta per quondam Caterinam Buzzacaninma, quondam Petro de Vicarijs eius filio fuiſſe, & eſſe incluſa etiam iura dotalia ſpectantia ad dic. Caterinam ſuper bonis quondam Petri de Vicarijs eius uiri, & proinde hæredes Zinobiæ de Vicarijs condemnētur ad relaxandum bona in catis deducta ſolutis prius meliorationibus fortè factis liquidandis omnibus tempore exequutionis ſententiæ, ſalua prouiſione facienda, quo ad fructus, partibus pleniùs auditis. Neutram in expenſis, &c. Actorum Magiſter de Ferrarijs.

SVMMARIVM.

1 *Solutionem allegans, eam probare tenetur.*

2 *Solutio, præſumptionibus probari poteſt.*

3 *Solutio præſumitur, quando creditor debuit, & potuit ſibi ſatisfacere, num.* 4.

5 *Solutio præſumitur ex diligētia, & qualitate creditoris, & ſtatus negotij.*

6 *Solutio præſumitur ex taciturnitate diu turna creditoris, ac litis non proſequutione, & num.* 8. *&* 11.

7 *Iudicium ſubterfugiens, de ſuo iure diffidere præſumitur, maximè in reo, & nu.* 9.

10 *Solutio præſumitur, quando creditor ſiluit viuente debitore informato.*

12 *Solutio præſumitur, facta exequutione, & ſubhaſtatione ad inſtantiam creditoris.*

13 *Creditor variare non poteſt, actione ſemel intentata, & ſuper vna re, idque lite conteſtata nu.* 15. *ſed retinendo, & poſſidendo permittitur nu.* 16.

14 *Creditor tenetur eligere vnam ex pluribus actionibus ſibi competentibus.*

17 *Variatio permittitur creditori de re ad perſonam, vel è contra; quoniam electione vnius remedij, non eſt creditori ſatisfactum.*

18 *Variatio actionum non permittitur, ſecùs verò plurium remediorum actori competentium.*

19 *Clauſula (*vna via electa,*) operatur tantùm, vt poſſit creditor plura remedia ad idem competentia eligere; non variare plures actiones eligendo.*

20 *Variatio etiam in caſibus, in quibus eſt permiſſa, non niſi ſemel poteſt fieri.*

21 *Pignus ſpeciale in dubio, præſumitur ſufficiens pro integra ſolutione crediti.*

22 *Minæ de expellendo filium à domo, ac ſucceſſionis paternæ priuationis, ſeù maioris partis, incutiunt iuſtum, & probabilem metum, cadentem in conſtantē virum, & num.* 23.

24 *Metus probatur ex lamentationibus aſſiduis lacrimis, pallore vultus, ac ex proteſtationibus, licet non factis in actu contrahendi, & nu.* 25.

26 *Metus reuerentialis ad reſciſſionem contractus, ſolus ſufficit: eò magis concurrentibus minis, uel alijs adminiculis, n.* 29. *uel enormi læſione, uel perſona ſecuritate et* 32.

27 *Metus reuerentialis præſumitur ex ſola auctoritate, quā habet pater in filium, vir in vxorem, & alij ſuperiores.*

31 *Metus reuerentialis ne dum in patre ſufficiens eſt ad reſciſſionem contractus; ſed in alijs perſonis.*

28 *Metus reuerentialis magis præſumitur ſtante enormi læſione, uel præcedentibus minis, nec eſt neceſſe probare minas, uel uerbera, et num.* 30.

33 *Probationes leuiores requiruntur in metus probatione.*

34 *Metus probatur ex uerisimilitudine, ſcilicet ex nimia repugnantia, quā habebat metum paſſus, aduerſus actum, ex breuitate temporis, feſtinantia, & inſolito modo, ſicut & fraus, et dolus. & num.* 35.

36 *Teſtibus duobus de metu deponentibus magis creditur, quàm mille de ſpontanea uoluntate.*

37 *Metus non cenſetur purgatus ex alio actu ſubſequenti ſpontè facto, ſi adhuc duret cauſa metus, maximè ſi fuerit factus cum eodem incutiente num.* 41.

38 *Metus ꝓbatur etiā per teſtes ſingulares.*

39 *Metus adhuc cenſetur durare, etiā poſt quodcunq. tēporis interuallū, ſi adhuc*

duret

duret causa metus.
40 *Causa metus quando censeatur durare.*
42 *Initium spectandum est in contracti- bus.*
43 *Filiusfam. non eximitur à patria pote- state, ratione maioris ætatis.*
44 *Patris consensus nil operatur in contra- ctu gesto per filium ad commodum eius- dem patris, quoties consensus requiri- tur ad integrandam personam filij, & nu.45.*
46 *Filius tenetur fideiubere pro patre de- bitore, & carcerato: imò potest exhære- dari nō fideiubens, nec restituitur, & n. 48. limita, vt nu. 49.*
47 *Minor fideiubens eo ipso dicitur læsus, & restituitur aduersus fideiussionem.*
50 *Mater fideiubens pro filio carceratoiu- uatur velleiano.*

ARGVMENTVM

Satisfactum creditori quando præsu- matur. Variatio in iudicio de re ad rem lite contestata, vel post sententiam, quan- do permittatur de metu reuerentiali in quibus personis præsumatur. Quæ requi- rantur, vt prosint ad cōtractus rescissionē. Compulsiuus qui dicatur sufficiens, ex quibus probetur. Quomodo censeatur purgatus ex sequentibus actibus, etiam sponte factis, duranteeadem causa me- tus, & quando filiusfam. teneatur pro pa- tre fideiubere.

Pro hæredibus quondā Ambrosij Quattroc- chij Nolani, Contra hæredes Domini Cy- ri Mastrilli Nobilissi- mi, & doctissimi I. C. Nolani.

CONTROVERSIA XIV.

EX pluribus in nota facti ordinatè propositis, hæredes Ambrosij Quat- trocchi sunt absoluendi à prætensione hæredum quondam Doct. Cyri Ma- strilli.

Primò quia ipsi Cyro fuit satisfactũ super bubalis in specie sibi obligatis, super quibus primo loco egit contrà Tarquinium de Alferio, illarum posses- sorem, & obtinuit assistentiam, & pro- uisiones, quod sequestrentur bubalæ penes ipsum Cyrum, cum obligatione de illas exhibendo, qua præstita fuerūt expeditæ prouisiones ipso Cyro petē- tente de anno 1603.

1 Siquidem etsi regulariter allegans solutionem, illam probare tenearur *l. quinquaginta ff. de probat.* sicut et qui dicit satisfecisse, & obseruasse contra- ctum, & conuentionem, probare de- bet, vt primum probant citari à *Surdo decis.* 105. *num.* 10. secundum verò re- lati *à Menoch. lib.* 5. *de præsumpt. cap.* 2. *nu.* 49. *vers. declaratur quintò*, & vtrum- que *Mascard. latissime conclus. insip. so-*
2 *lutionem sub num.* 1324. Attamen satis- factum, siuè solutum creditori optimè per coniecturas, et præsumptiones, pro bari post *glos. in l. si chirographum ff. de de probation. probant Bertaz. consil.* 118. *num.* 1. *in ciuil. cū in fin. à Mascard. d. conclus.* 1324. *ex nu.* 26. & præserrim in Senatu, qui iudicat sola facti verita- te inspecta, & ideò potest adhibere fi- dem testibus reddentibus rationem nō concludentem, præsertim cum om nes probationes sint arbitrariæ, *Surd. decis.* 105. *num.* 11. *& seq.* Hic autem plures, non vnica solùm concurrit con iectura, illæque satis efficaces, & qui- dem longè fortiores, quàm testes pa- rum concludentes.

Prima siquidem, quia egit, & obti- nuit assistentiam, super bubalis sibi in specie obligatis, & obtinuit prouisio- nes, vt sibi consignarentur bubalæ, &
3 sic cum petierit sibi satisfieri su per

dd.

dict.bubalis,& potuerit id facere, præ
sumitur, quod sibi soluerit, nec suum
iactare voluerit,hac enim ratione, &
non alia,creditor administrans bona,
siuè redditus sui debitoris,præsumitur
satisfactus, quia dum hoc potuit, &
debuit facere præsumitur id factum
*Afflict.in vulg.decis.13.n.item 13.ver-
sic.adducitur quartò,Crauet.consil. 129.
num.5.Mascar.p. 1. cõcl. 983.cũ libera
tio n.16.Menoch. de præsumpt.lib.3. cap.
135.num.12.& 13.& in cons.457.nu.*
4 *3.lib. 5.* Fortiùs autem debet præsumi
satisfactus creditor , qui ad hoc egit,
& hoc velle declarauit in indiuiduo,&
non aliud , nisi super bonis debitoris
satisfieri ,& obtinuit, & potuit id ad
sui libitum facere , nec vllum apparet
obiectum obstaculum , quàm creditor
administrans, qui potuit credere ius
suum sibi saluum , vt in simili dicitur
de soluente , quod debet suo credi-
tori,quod non prohibeatur petere,
quod sibi ab eodem debebatur *l. si cum
dos 8. iuncto Bart. Sum. ff. rerum amo-
tarum* de quo latè *Pacian. de probatiõ.l.
1.cap.25. num.* 25. Et in puncto in eo,
qui habuit, vel habere potuit bona, &
suppellectilia,super quibus poterat to-
tum sibi soluere, quod ex hoc præsu-
matur totum sibi solutum, non alia
ratione, nisi quia potuit sibi totum sol
uere, aduertit *Afflict.d.decis. 13. num.
20.& 21. vers.octaua coniectura*,& pro
bat *Menoch.d.præs. 3.cap.135.num.17
& 18.& consil.457.nu.6.*

Accedat qualitas creditoris nimiù
diligentis, & cauti,de quo ob id,nullo
modo præsumi debet; quod sibi tradi
non fecisset bubalas,nec exequutioni
demandasset sententiam,neque proui-
siones , pro quibus diù sustinuerat la-
bores non sine impensa,alioquin dice-
retur in culpa, nec est,verisimile ipsum
permisisse,quod bubalæ,super quibus
de speciali hypotheca sibi prouiderat
baraptrarentur,& perderentur, quæ sa-
nè culpa,præsertim in homine diligen-
ti , & iurisperito, nullo modo præsumi
5 debet, qualitatas enim personæ, tem-
pus,& status negotij potissimè sunt cõ
sideranda, ad præsumẽdum satisfactũ
creditori,vt enim experiẽtia docet,cre
dendum est, quod habens bona sui
debitoris in manu, de quibus poterat
sibi soluere prout optauerat , quod ea
nõ habuerit pro derelicto,vt notãter,
*Afflict.vbi supra , in 5. coniectura num.
17.& 18.Menoch.d.loco num.14. & 15.*
& maximè, vt finita lite, iterum litiga-
ret cùm conuentis de Quattrochio, ã
quibus plures,&validissimę exceptio-
nes,nullitatis præsertim cõtractus,fue-
rant sibi oppositæ , quas tanti fecerat
idem Cyrus iurisperitus,vt lite contra
illos absq. vlla reseruatione derelicta
suam actionem cõtrà alios super buba
lis conuerterit , & obtinuerit,si enim
præsumitur, neminem ius suum indi-
scussum relinquere , quantò fortius
sententiæ , & prouisionum obtenta-
rum , quin imò si ipsius creditoris
culpa etiam ad hoc non ordinata,non
fuit sibi satisfactum,liberatus est debi-
tor *Ang.Barb. Afflict. Tiraq* quos,adhoc
citat *Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 2.
casu 137.nu.9. vers.declaratur.*

Quod & tertiò irrefragabiliter con-
firmatur ex eo quod Cyrus post ob-
tentas prouisiones pro consignatio-
ne bubalarum Iulij 603. tacuit inter-
stitio sexdecim annorum , dum li-
tem instaurando contrà illos de Quat-
trocchio petijt insufflari spiritũ super
lite mortua in anno 1619. ex hoc .n.
6 quod Cyrus viuens distulerit iudicium
prius cęptum contra istos prosequi,
præsumitur factum ex industria , vt in-
terim probationes solutionis iam factę
perirent *Afflict.d.decis.13.nu.21. vers.*
7 *nona coniectura* , præsumitur enim iu-
dicium subterfugiens,de suo iure diffi-
dere *cap. nullus de præsumpt. glos. in
clem.sępè S.& quia,in verb. non obstante
in fin.de verb signification. Afflict. d.de-
cis.13.num.21.vers nona coniectura , &*
8 *dec.58.nu.8.*vbi arguit,satisfactionẽ ex
taciturnitate octo annorũ, & de decẽ-
nio in terminis *l. cũ quidã S. diuus ff.de
vsur.* loquitur *Dec. cons.571. Socer pro-
misit*

misit in fin. vers. 2. respondetur, quod censeri longum tempus in præsumenda solutione, latiùs tradunt congesti *per*
8 *Menoch. lib. 3. præs. 25. num. 2.* exornat hoc pluribus *Menoch. d. cap. 135. num. 19. et 20.* sed latiùs *eod. tract. supra lib. 2. cap. 91. nu. 7. vbi n. 8.* ampliat etiã in
9 reo qui diù distulit ꝓponere exceptiones, 9 præsumatur ex hoc fouere malam causam, & alia pulchra similia, quã tò autem fortiùs in actore, qui priori iudicio absque reseruatione, derelicto tandiù tacuit, quod eum causa fecit, dum contra alium super bonis obligatis interim egit, & obtinuit. Et maximè cum ante annũ 1619. quo Cyrus litem instaurauit, interim decesserit Tarquinius de Alferio, contrà quem
10 obtinuit sententiam super bubalis, & sic filuit, viuente debitore informato, quam potissimam esse præsumptionẽ in hac materia, probat *Alciat. reg. 1. cap. 32. num. 3. Menoch. d. lib. 2. cap. 91. num. 7.*

11 Præcipua est enim illa coniectura satisfactionis, quę resultat ex diuturnitate temporis: est enim magna præsumptio, quod creditori fuerit satisfactum maximè cũ creditor non fuerit absẽs & fuerit diligentissimus in exigendo, & maximè valida est coniectura, quando cum temporis diuturnitate, cõcurrit silentium, & taciturnitas *Alexand. Socc. Berous Menoch. et alij relati à Mascard. d. conclus. 1324. incip. solutionem num. 27. et 28.* Fundatur enim in experientia rerum magistra, & proinde non dicuntur istę, simplices coniecturæ, sed probationes manifestæ, & validę, quæ licet singulæ de per se non sufficerent, simul tamẽ vnitæ ꝓsunt, & maximè in causa ciuili, vbi ex præsumptionibus peruenitur ad absolutoriam, vt pluribus probat hæc omnia, *Paris. cons. 137. nu. 12. et 17. cũ seq. l. 14.* Et in terminis rogo videri solemne *Cons. Anch.* postea repertum, quem præd. DD. in dd. locis, quos viderim, non allegant, vbi in puncto consuluit, durum, & graue
12 sibi visum fuisse, quod facta semel exequutione per creditorem, & subhastatione super frumento, & maluasia, quod deinde idem creditor post tresdecim annos voluerit de nouo super alijs bonis exequi, et satisfieri, & concludit onus esse creditoris probare, quod dicta exequutio non fuerit sortita finalem effectum, & quod interim præsumitur exequutionem durare, & res exequutas penes se habere, & quod iudex non potest cum bona conscientia, cogere debitorem ad iterum soluendum, nisi sibi plene liqueat, quod de prætio bonorum prius exequutorum fecerit, nam certè, alio non probante, ex ipsa sola exequutione, & subhastatione semel facta ad instantiã ipsius creditoris, præsumitur, bona per uenisse penes ipsum creditorem, & tenetur pretium maluasiæ in creditum compensare, & quod ineptissimè nouã exequutionem petat, nisi ostendat, & iustificet, non fuisse sibi satisfactum, & res exequutas ab ipso ablatas, quia nisi probet amissionem, videtur res habere penes se, & alia subdit aurea in proposito.

Esto tamen citrà veri præiudicium, prædicta non sufficere ad legitimam inducẽdam, satisfactionis præsumptionem inducẽdam, cuius contrarium credo concludentissimè demõstratũ, saltim certum erit non licuisse Cyro obtenta senten
13 tia, & exequutione super bubalis, variare, & redire ad actionem, prius intẽtatam contrà Ambrosium Quattrocchi.

Nedũ .n. huic variationi obstat tex. insignis *in l. quod in hæredem 9. §. eligere ff. de tributaria* ibi, *(eligere quis debet qua actione experiatur, vtrum de peculio an tributoria, cũ sciat sibi regressũ ad aliã nõ futurum)* vbi *Bart.* ità sũmat, *quando ad idem competunt plures actiones, cogitur quis eligere vnam, nec poterit postea redire ad aliam*, ad idem *l. cum filius 78 §. varijs ff. de leg. 2.* & est regula vtriusq. iuris, nempè ciuilis *in l. nemo ex his 43. §. quoties*, ibi, *(quoties concurrunt plures actiones eiusdem rei nomine, vna tantum quis*

quis experiri debet) vbi *Dec.* in primis verbis*(nota)* inquit *ex pluribus actionibus ad idem competentibus, vna tamen* eligi debet, & in iure canon. habetur *in cap. vt qui duas 25. de electio. in 6.* vbi non permittitur variatio actionis, etiam si actor initio protestetur,se con tentum esse velle alterā, per quam suæ intentionis consequi possit effectum, vbi *glos. notab. verb. eligere* probat dictā reg. omni casu vigere, nec limitari, nisi vbi notabilis concurreret error, causatus facto, vel calliditate aduersarij, quo rum iurium dispositionem practicari in Regno, testis est *Afflict. dec. 134. post num. 3.*

15 Verùm lite non solum contestata, sed etiam lata, & obtenta sententia super vna re, hoc casu nullo modo licere actori variare, pmissa plena distinctione inter declarationem, & electionem, & illam, quæ competit, vel ex prouisione legis, vel hominis, & iterum si ab homine, aut in vltimis voluntatibus, aut in contractibus, & tandem si vnum est in obligatione, aliud in solutione, vel vtrunq; est in obligatione, vt in casu præsenti, vbi ex dispositione, siuè prouisione contrahentium, vtrumque est in obligatione, docuit *Bart. in l. cum qui certarum 138. §. 1. post num. 4. vers. vel dic ff. de verbor. oblig. dicens, quod si semel creditor elegit, & iudex pronunciauit in eo faciendam exequutionem, amplius non potest variare, sicut nec actor post litem contestatam, sicut si ante senten tentiam elegisset in vno condemnare, vt dictum est, ne sit elusorium pratoris decre tum, vt l. si prætor ff. de iudic. & istud pu te verissimum*, hæc *Bartol.* quem sequitur ibi omnes, & inter alios *Castr. post num. 2.* reddens rationem; quia desiderium apud acta publicatū, est irrenocabile *l. Rura. vbi not. C. de omni agro desert. lib. 11.* & multos ad hoc cōgessit *Surd. dec. 92. nu. 15. & consil. 273. num. 20. lib. 1. post Vrsil. decis. 142. post num. 2. vers. et vera conclusio* vt in puncto ex hac doctr. *Bart.* com. decisum testatur *Dom. meus Capyc.* in causa fratris de Como, quod obtenta assistentia super certis bonis, nō potuerint pro eodem credito variando, agere super alijs bonis diuersis in sententia non comprehensis, vt ipse testatur *decis. 33.* in specie ex præd. doctr. *Bartol.* per eum citata post *num. 3. vers. 2. facit*; idemq; pleniùs disputando ad vtranq; partem concludit in causa Dianæ Carlinæ cū Dom. Iacobo de Capua *decis. 46. in 2. dub. ex nu. 5.* concludit in creditore, cui plures res alternatiuè sunt obligatæ proinde habente electionē, quod si semel elegit, litem contestando super vna re nō potest amplius variare, & ad aliam recurrere, *et num. 10.* resoluens contraria, quæ opposuerat ex *num. 7. cum seq.* considerat, quod licet lata sen tentia super personali, durat hypothecaria, arguendo, vt ipse dicit, à variatione actionum; ad variationem plurium rerum, vt ipse subdit *nu. 12.* nihilo minus licet inquit *Capyc.* duret hypothecaria, non potest tamen moueri illa hypothecaria, sed tunc demum quandō per exequutionem sententiæ super personali, constat non potuisse satisfieri creditori, vt in eo, quod illi deficit, possit moueri hypothecaria, vnde cū hic non constet, quid de bubalis super quibus fuit obtenta assistentia, fuerit actum, & ex consequenti, cuius summę remanserit creditor, deducto ipsarum prætio, idque sit fundamentum intentionis ipsius creditoris, qui variare præ tendit, variatio omninò erit denegan da, prout iterum, & secundò, fuisse denegatam per S. C. & decisum contrà dictam Dianam, variare petentem, testatur *Capyc. d. decis. 46. in fin.* Nec contrarium vllo modo voluit idem Dom. meus decis. 119. *num. 6. in fin.* quia loquitur expresse lite pendente & forte ante lite contestatam, non aut obtē
16 ta sententia, & insuper loquitur in creditore possidente rem obligatam, vt facilius ei concedatur retentio, quàm petitio, vt latiùs ipse subijcit *nu. 8. et 9.* & ideo referendo *decis. num. 12.* cum mysterio dicit, Sacrum Consil. deter-

minasse, locum esse retentioni tm̃, non autem, vt permitteretur variatio, & sic concordat tertia decisio cũ præced. cum longè facilius permittatur retentio, quàm actionis propositio ex trad. in term. per *Vitium decis.* 317. *& Surd. dec.* 146.

17 Quibus nõ obest, quod vulgò dicitur licere creditori variare de re ad p̃sonã, vel de persona, illam carceri mancipando, ad bona redire; q̃a *Bald. in c. cõtingit n.* 19. *&* 20. *de dolo & cõtum. & Angel. in l. qui restituere* 68. *nu.* 5. *ff. de rei vẽdic.* qui, huius p̃missæ variationis sunt antesignani loquũtur expresse, vt electione vni^s remedij exequutiui, nõ sit præclusa via alijs, quãdo per primũ non est creditori satisfactum, & ita procedunt doctrinæ relatæ per *Annam singul.* 69. *Negusant. de pignor. in* 3. *mẽb.* 8. *partis post num.* 27. *vers. postremò Dec. cons.* 562. *viso puncto num.* 8. *vers. & vlterius & num.* 9. vbi *author damn.* dicit ita practicari, *D. de Franch. decis.* 200. *num.* 2. *&* 3. casus autem diuersificat per pulchra verba *Castr.* à paucis adhoc ponderatus *in l.* 4. §. *ait prætor, num.* 5. *ff. de re iudicat.* vt variatio

18 vnius actionis ad aliam nullo modo permittatur, iuxtà iuris regulas, secus verò in electione remediorum, tendentium ad exequutionem actionis, citat iura *Bartol. & Archid.* & idem repetit in §. *seq. si ex conuentione num.* 3. vbi affirmat, variationem dumtaxat permitti in remedijs exequutiuis, compe tentibus solùm pro exequutione sententiæ, nõ autem in variatione de vna actione ad aliam, præsertim post obten tam sententiam super, bonis hypothecatis. et ita in electione, tàm de iure cõ petenti, quàm ex prouisione hominis per clausulas solitas apponi in instrumentis *vt vna via, siuè remedio electo, altera non tollatur* procedere tm̃ in remedijs exequutiuis pro exequutione sententiæ, siuè obligationis cameralis colligitur ex latè & aduertenter traditis per *Colerum tract. de processibus execut. par.* 1. *cap.* 8. *post num.* 65. *vers. cautela tamen est,* vbi tradit de viribus dictę clausulæ, in exequutiuis tamen, vt se expresse restringit iuxta titulum operis *num.* 38. & 39.

19 Et ita expresse ad remedia exequutiua dumtaxat, vigore dictæ clausulæ extendendam, vt coram eodem Iudice, vel diuersis, plures viæ exequutiuæ simul, vel successiuè intentari possint non autem actiones, *ex Galles. Gabr. Neuiz. Mandos. Lancel. Azeued. Suarez. de Paz, Seraph. Borgn. Gargiareo, & alijs probat Monter. decis. Aragon,* 23. reddens rationem, quia in exequutiuis nõ datur litis pendentia, & ita decisum in suo Senatu.

Vnde, ex præd. remanet firmissima in casu nostro iuris regula. non esse permittendam variationẽ, vt relicta sententiæ executione, quam Deus scit si fuit integrè exequuta super bubalijs possit de nouo actor post sexdecim annos redire ad primeuã actionem, à qua sine vlla protestatione, vt in facto in lectura causæ innotuit, actor ipse recessit.

20 Et maximè, cum etiam in casibus, in quibus permissa est variatio, vt ante litem contestatam, vel ante sententiam, & iuxta causa, illa tñ nullo modo admittitur, nisi semel *Bald. in l. auth. habita, col.* 9. *in* 3. *q. C. ne filius pro patre* per tex. in *l. si quis iusiurandum C. de reb. cred. Iaf. in l. edita post num.* 8. *vers. & attende C. de edendo* Quinimò, *Bart. in d. l. eum, qui certar. num.* 4. *in fin. vers. sed si ante* plus voluit, quod si ante decretũ, bis creditor elegisset aliqua bona, non posset amplius vllo modo variare vnde cum hic non semel, sed pluries elegerit, repetitis, & cẽties reiteratis instãtijs, satisfieri super dictis bubalis, in toto cursu iudicij, vt etiam ex petitionibus in rubrica sententiæ relatis, apparet, & plura, & varia iudicia instituerit contrà Tarquinium de Alferio, etiã si essemus ante sententiam, variatio esset omninò deneganda. Et tandem eò fortiùs prædicta procedunt, dum ab initio Mastrillus sibi cauit de speciali obli-

obligatione bubalarum, ex quarum prętio descendit prætensum creditum obtinendo de mense Octobris 1599. à Tarquinio de Alferio ampliss. cessionem, sub verbo (signãter super dd. bubalis, & quod præferretur etiam ipsi Tarquinio cedenti in concursu) vnde
21 etsi non militet decisio *tex.* in *l. 2. C. de pignor.* saltim in dubio certum est speciale pignus, de iure præsumi sufficiens pro integra solutione crediti, *glossa in d.l.2. vers. redigere, Bald. Salyc. Alexand. Ripa, Neguss. Couar. & Rota*, quos adhoc citat, *Surd. dec. 44. num. 16.* vbi ex *Ripa* dicit, ita tenere omnes; etsi bubalæ fuerint deperditæ, cũ super ipsis satisfieri potuerit, & neglexerit, haberi debet pinde ac si pťiũ bubalarũ recepisset, & debitori vel alteri donasset

Circa tertiam, & quartam exceptionem; ex facto credo satis superq; liquere de metu compulsiuo cum minis paternæ maledictionis expellendi eum de domo, & priuandi eum paterna successione, quas graues esse minas, quæ incutiunt iustum, & probabilem metum, de paterna maledictione probatur, de expulsione à domo, magnam grauemque esse iniuriam, quæ non
22 nisi filio inobedienti, qui maximum facinus aduersus patrem commiserit exhęredatione dignum probat, *Caccialup. in l. fratrer à fratre nu. 110. & seq. ff. de condit. indeb. refert Surd. de alimen. tit. 7. q. p. num. 15.* successionis autem priuatio iustus est timor, maioris siquidem partis bonorum priuationis, quę sitæ periculo comparatur *l. atleta in princ. vbi Bartol. ff. de execut. tutor. Crauett. conf. 387. num. 19. in 2.* Et quod metus amissionis bonorum, vel maioris partis ipsorum, sit iustus metus, cadens in cõstantem virũ taliter, vt timo-
23 ri mortis æquipararetur, etiam si non magnæ sint facultates, probat latissimè *Sanchez infra citand. tract. de matrim. libro 4. disp. 5. ex num. 22. ad 26. vbi num. 27. & 28.* idem probat si agatur de amissione lucri, ad quod metum passus habebat ius aliquod, & sufficere timorem probabilem proximę illationis metus, nec requiri veram illationem
24 ex *l. nec timorẽ 7. ff. de eo quod met. causa Sanch. d. lib. 4. disput 1. ex num. 16.* & in puncto iustum esse timorem in filio, si pater minetur ipsum in successione excludere, pluribus probat *Card. Lodouis. postea Gregor. XV. Pont. Max. decis. Rota 326. num. 19. vsque ad 23.* vbi probat non agi de amissione lucri, sed de successione paterna filio debita, cum quibus etiam concurrunt lamẽtationes, cõquestus, ꝙ contrà propriam voluntatẽ inducebatur, & cogebatur ad cõtrahendũ *Aymon. conf. 461. num. 1.* assiduæ lacrimæ, *Menoch. de presumpt. lib. 5. cap. 1. num. 11. & capit. 126. num. 15.* suspiria *Alex. consil. 99. num. 11.* pallor vultus, mœstitia *Paris. consil. 13. num. 33. lib. 4. Ludouis. d. decis. num. 40. cum duob. seqq.* protestatio-
25 nes præcedentes de vi, & metu, apud acta Mag. Curiæ, vbi omnia exponuntur à filio, & de vtroque contractu postea gesto agitur multum conferunt, coadiuuant, & operãtur, vt facilius metus probetur *Ang. in l. metus la 3. ff. quod met. caus. Dec. Ripa, Couarr. Natt. Honded.* quos refert *Ludou. ibid. num. 30.* vbi refert, nihil obesse, quod non sint factæ in actu contrahendi, sed ante, nec quod sint factæ, absente patre ex *gloss. Bal. Paul, Gemin. Corn. Paris. Couarr. Natt. & alijs ibid. n. 30. in fin. & n. 43.* vbi *additio num. 51.* addit protestationes, maximè coadiuuare metus probationem, & si fuerint occultè factæ ex *Seraf. Surd. Honded. Gabriel. & alijs.*
26 Metus autem reuerentialis veluti pͥsumptus, probatione non eget, & solus sufficit ad tradita, per *Bartol. et alios in l. 1. §. quod oneräda* ibi, *(vel nimia paterna reuerentia ita se subiecisse) ff. quarum rerum act. non det* inferens metum
27 esse in patre cuius solam reuerentiam in filio pro iusto metu sufficere, probat *tex. apertus in reg. Velle 4. ff. de reg. iur.* ibi *Velle non creditur, qui obsequitur imperio Patris* vel *domini*, voluerũt *plures relati Menoch. consil. 1. num. 492.*

vbi ex *Aret.Rip.et alijs concludit*, ex ſola authoritate, dignitate, & ſuperioritate, quas pater in filium, vir in vxorem, patruus in patruelem exercent; metũ reuerentialem probari, & quod ſcri-
28 bunt DD. metum reuerentialem præſumi ob læſionem ſubſequutam enormem, vel ſi minæ intercedãt, intelligendum eſſe, vt maius ſit illati timoris teſtimonium, ſed non opus eſſe copulatiuè concurrere, ſed vnumquodque de ſe ſufficere, citat *Affliſt.deciſ.69.num. 4.poſt Bartol.Aret. Ruyn. & alios* idẽq. latiùs pbat, *idem Menoch.de arbitrar.li bro 2.centur.2.cap.* 136. *ſequitur conſil. de Anna* infra alleg. *conſ.73.nu.* 17.
29 Verùm ſi nedum ſola reuerentia, ſed adiuncta cum metu reuerentiali in filio à iure præſumpto, concurrant minę, ænormis læſio, ſeueritas patris, vel alia adminicula, non coniunctim vnita, ſed alternatiuè vnumquodq; ipſorũ ſufficiens erit metus ad infirmandum contractum per filium factum iuxtà commun. & magis com. DD. reſolutionem, vt poſt *Bart. Anchar an. Caſtr. Dec.Crau.Curt.Iun.Boer. Socin. Iun. Ne*
30 *ouizan. Eman. Suarez Viuium, & alios probat Oſaſch. deciſ. pedem.*179.*num.* 5. *verſ.3.præſumptio*, vbi in ſpecie, quod concurrente læſione non ſit neceſſarium probare minas, vel verbera, *Theſaur.deciſ.*223.*num.* 9. *& ex noſtris D. meus Capyc.* optimè *dec.* 159. *num.* 34. *Gram.* ſimiliter dicens com. *deciſ.*103. *numer.* 49. *&* 80. *vterque Ann. allegatio.* 88. *in fin.Hiſpan. Caſtill.* poſtea viſus dũ, hæc reuideo menſe Iulij 634. *tom.3.controuerſ.& num.* 747. 168. *&*
31 175. idque procedere nedum in patre, ſed etiam in matre, patruo, fratre maiori, & in nuru reſpectu ſoceri probant ex *Aret. Tiraquel. Benedic. Claud. Ruyn.Crau. & aliis vtreq. Anna pater, et filius ſingul.* 339. *et* 340. & ex in fin. *Anna fil.d. conſ.*73. *ex num.* 15. plura *Petra, & alii nouiores ad Dom. Capyc. d.dec.*159. in quibus certum eſt, non tã tam a communiter accidentibus exhiberi reuerentiam, nec tantum à natura inſitum timorem, ſed tamen idem notus conſideratur *Sanchez lat.ſſ.dict.diſput.6.q.*4.*per totam.* Et quidquid ſit in matrimonio in quo ex vna parte maior exigitur libertas, ex altera verò difficilius reſcinditur occaſione læſionis quàm cæteri contractus, vt probat *Sanchez de matrim.lib.4.diſp.6.num.2.in fin.iuncto num.*15.*verſ. ego tamen*; tamen in cæteris omnibus contractibus ſolum metum reuerentialem cum læſione, vel cum alio ex adminiculis, ſufficere, ex receptiſſima ſententia probat *Sanch.dict.diſp.6.poſt num.7.verſ.hanc*
32 *ſentent.* vbi infinitos afferr, & ſubdit *num.*14. *in verſ. quis autem* verba aurea in propoſito, quæ rogo legantur, comprobat *innumeris Guttierez* ſimiliter de *matr.c.*44. *& nu.*32. & læſionẽ ſolam cum metu reuerentiali abſq. alia cõiectura ex nullis probatis nimis, nec verberibus, ex communi reſolut. probat *D. Rouit. in prag. 1. de macedon. num.*60. quod adeo verum eſt, vt ſolæ preces importunę parentum ſæpius
33 repetitæ, & inculcatæ, iunctæ cum metu reuerentiali præſumpto, ſufficiant, ad annullandum actum, vt de iure probat, & deciſum teſtatur *Affliſt.deciſ.*69 *ex num.*4.5.*& ſeq.* comprobat pręmiſſa diſput. & relatis tribus opin. P. *Sanch. dict.l.4.diſp.7.nu.* 4.5. *&* 7. a contrarijs defendens, idem comprobat in matrimonio *Ludou. d. dec.* 326. *poſt num.*
34 13. maximis autẽ prærogatiuis, & priuilegijs potitur metus probatio, eſt .n; difficillimę probationis, tam ex parte inferentis, quàm patientis, & propterea in eo leuiores probationes ſufficiunt, latiſſ. *Ludouiſ.d.dec.* 326.*nu.*2.*ad* 5.*&* 23. & potiſſimè in eo valet argumẽtũ ductũ à veriſimilitudinibus, quę ducuntur à nimia auerſione, & repugnantia, quàm habebat metum paſſus aduerſus actum idem *Ludou.ex Rimin. Iun. & aliis num.*7.*&* 8. de qua in præſenti optimè deponunt teſtes ex qualitate perſonæ patris nimium ſeueri, vt in nono articulo *Ludouiſ. dict. deciſ. num.*10. cum ſequentibus *Sanch. dict. diſput.*

disputat.6. num. 12. *lib.* 4. sollicitatus filius à multis, non ab vno tantùm *Ludou. num.* 13. indignatio paterna *idem num.* 14. concurrunt etiam minę, quę sufficiunt, *Ludou. num.* 18. & 19. nec tenetur probare metum passus, minantem solitum esse minas exequi, *Sanchez d. disput. 6. q. 3. per totam* series aũr facti, & circumstantiæ mittendi primò filium ad se obligandum nomine patris, & *M*astrilli fideiussoris, & indẽnitas deinde intrà tres dies facta à patre, & filio, in beneficium Mastrilli, inducunt, vt ex breuitate temporis
35 festinantia, & insolito modo arguatur fraus, dolus, & metus, *arg. l. si ventri, ff. de priuil. cred.* voluit enim pater & Mastrillus se ipsos reddere securos de obligatione Ambrosij *Ludou.* in simili *n.* 36.

Vnde probato metu compulsiuo, & reuerentiali, difficile, immò quasi impossibile est probari contrarium, *Panormitan. Ias. & Abb. citati per Ludouis. num.* 45. sed quidquid sit in concursu, vel conflictu testium plus credi duobus testibus de metu, quàm
36 mille deponentibus de spontanea, vel libera voluntate, iuxtà illud vulg. dictum *Innoc. in cap. super hoc de renunc.* ea ratione, quia qui deponunt de metu, potuerunt sensu corporeo percipere, secùs autem de libera voluntate, quæ est in animo recondita, latiss. *Mascard. conclus.* 1057. *incip. metus probatio, Anna sing.* 341. *Sanchez d. l.* 4. *disp.* 27.

Quod sine scrupulo, quando testes non solum deponunt de metu, sed etiam de minis, vel alijs actibus metũ inferentibus, & quod ex testibus non solum contestibus, sed etiam ex testibus singularibus, probetur metus, & minæ *Ludou. d. decis. num.* 46. *in fin.* 47. & 48. & ita decisum in puncto per Rotam in eadem causa, reiecta opin. con-
37 traria, testatur idem *Ludouis. decis.* 374. *numer.* 21. vbi testes singulares probare, concurrentibus adminiculis, & per totam *d. dec.* 374. confirmantur superiùs dicta, & alia cumulantur.

Nec dicatur metum censeri purgatum ex alio contractu posteà gesto cũ Tarquinio de Alpherio: siquidem vana est oppositio, cum ex contractu diuerso cum diuersa persona nulla possit inferri ratificatio actus metu gesti cum altero, quinimò certa est iuris conclusio, quod tametsi post contractum metu gestum, subsequatur actus demostrans liberam voluntatem, si tamẽ adhuc duret causa metus illati, censetur adhuc perdurare idem metus, quamuis in actu externo appareat omnimoda libertas, *Bart. com. receptus in l. 2. C. de his, quæ vi, met. causa fiunt num.* 7. & 10. *Bald. num.* 8. *Zasius in l. 1. S. qua onerando sub num.* 40. *ff quar.*
39 *rerum act. non dat.* etiam si quodcunque temporis interuallum distet inter actum, & metum incussum, adhuc .n. censetur durare timor, manente timoris causa, *Dec. in l. in omnibus num.* 39.
40 *ff. de reg. iur.* perdurare autem censetur eadem causa timoris, dum durat potestas, timorem incutientis, eique timorem passi subiectio, vt si iudex sit dum durat officium, si pater, aut vir, dũ ipsi viuunt *glos. in c.* 1. *verbo postmodum vbi Innoc. num.* 1. *de his, quæ vi metusue cã fiunt.* nec purgatur metus etiam ex actu, qui spõte factus appareat, cũ
41 eodem incutiente, vt si quis sponte soluat, quod metu promiserat, vt de com. contra *glos. in cap. audientiam, verbo ad resignationem d. tit.* concludũt *Host. Io. Andr. Anchar. Pan. Imol. & alij,* et latissimè præd. omnia comprobat *P. Sanchez d. lib.* 4. *disput.* 18. *num.* 7. 9. & 10. *Mascard. concl.* 1055. *num.* 34. & 36. *incip. Metum non præsumi, Anna d. sing.* 341. *circa med. nouissimè dec. Cesar. Marenti Mantuan* 38. *num.* 31. vbi citat *Gabriel. Crauett. Franchis & Mastrill. decis.* 186. *num.* 14.
42 conferunt iura, quæ clamant, in contractibus semper initium esse spectandum *l. si procuratorem, in principio ff. mãd.* & ferè in term *l.* 3. *C. ad maced. l. si uxor C. ad Velleian.* Inde, & si fi-

lius familias post mortem patris ratificet iā sui iuris effectus, contractum à se factum simul cum patre, non idcircò amittit beneficium,*quod cum eo*, vt latè,& doctè probat *D.Reg.Rouit.in prag.* 1.*ad Maced.ex num.*27. vbi *num.* 34. ita obtinuisse testatur.

Quarta, & vltima exceptio est notoria, fundata in casu nostræ *Constit.* siue *pragmaticæ de S.C.Maced.*reddēte nullos omnes contractus, & obligationes à filijs famil. gestos, addita pœna, vnde cū filijs famil. non eximantur à patria potestate, ratione maioris ætatis, vt docēt *glos.in l.fin.*§.*pupill.ff.de verb. oblig.*cū nulla lege id caueatur,*Suarez Gomez.Perez,Matthiē.quos citatP.Sanchez d.li.*4.*disp.* 39.*n.*10.remanet fundata nullitas.

44 Nec consensus patris aliquid obstare potest nullitati ipsius obligationis, siquidem absolutum est;stante statuto prohibente filium familias contrahere absque consensu patris, pater non poterit præstare consensum in contractu gesto per filium,ad ipsius patris beneficium *Vrsill.*in *term.* huius *Constit.dec.* 308. *num.* 22.& in simili *D.de Franchis dec.*14.*nu.*1.*&* 4. & ratio est, quia quotiescunque consensus requiritur ad integrandam personam filij, & sic non simpliciter in fauorem consentiētis,tunc non potest pater sibi ipsi authorari ex *Alex,in l.*1. *ff.de auth. tutor.* vt cū *Bald.Soc.sen.Ias.Baldo nou. Corn. Dec.Caualc.Carpat.Bologn.Iulio Claro,* & alijs probant *Molses.cons.*4.*nu.*24.*& D.Rouit.super d. prag.num.*47. idē confirmat latè *Rip. post Imol. Raphael Alex.Ias. Soc. & alios*, qui de magis communi testatur *in l.*1.§.*fuit quæsitū num.*6.*ad trebell.Carau.in repetit.Prag. de Macedoniano* §.11. *post num.*8. *cum seq.& D.Rouit.super dict.* 4. *rub. num.* 58.aduertit,potissimè considerari metum reuerentialem à iure præsumptum in contractu gesto per filium ad beneficium ipsiusmet patris, in quo velut articulo clarissimo non immoror.

Et si iterum replicetur, hanc fideiussionē sustineri ex alio, siquidem filius tenetur fideiubere pro patre debitore carcerato, immò vna est ex quatuordecim causis enumeratis *in* §.*causas autem Auth. vt cum de appell. cognosc.* si filius noluerit patrem in sua fideiussione suscipere: inde fit, vt licet
47 minor fideiubens pro alio,eo ipso dicatur læsus, & possit restitui aduersus fideiussionem sine alia probatione læsionis *l.*1.*C.de filio fam.min. Gāma decis.*162.*num.*5.*Guttierez lib.*2. *practic. cap.*128.*post num.*3 .sub *vers. in contrarium* limitatur tñ si filiusfamilias,ēt minor fideiubeat pro patre carcerato, quia quilibet maior, & prudens hoc piè fecisset,& laudabiliter, quia non sufficit minorem lædi ex actu, quem fecit, sed lædi ex dolo aduersarij, vt
48 propria imprudentia *Sfort. de restit. q.* 4.*art.*5.& in specie tradit *Gomes.variarum,tom.*2.*cap.*13.*num.* 18. *Sanchez de matrim.lib.*4.*disp.*9.*sub num.*16.*Molin de contract.tract.*2.*disput.* 140.*num.*21. *in fin.*

Huic enim obiecto, quod prima facie videtur coloratū, facilis, & vera est resolutio illa, quæ clarè habetur in
49 eod.§.*causas autem*,vbi Imper. ita demum voluit cogere filium ad fideiubendum pro patre, pro debito carcerato, si habilis fuerit, & idoneus, vt quia in bonis tantam summam haberit, & maiorem pro quanta, pro patre fideiubere,fuerit requisitus,verba sunt clarissima *tex.*ibi *in quantum esse,quod petitur, probatur idoneus)* dixerat enim suprà, quod filij requisiti ab eo, scilicet patre fideiubere, cogebātur: ne autem videretur Imperator obligare filium ad impossibile,& extrà omnem ordinem charitatis,quæ incipit à se ipso,vulg.*l.præses C.de seruit. & aqu.* in pari etenim causa necessitatis præfertur retinens, siue pater sit, siue filius, quia vnum altare non est discooperiēdum,vt alterum cooperiatur *l. verùm* §.*pen. ff. de minor.* nec dicitur quis posse, quod honestè, & commodè nō potest *glos.in l.in condemnatibne ff. de reg.*

reg. iur. propterea Imperator subdit restringendo prædicta verba *(in quantũ esse, qui petitur, probatur idoneus)* etsic pater ipse, vel is, qui dicit, filium ad fideiubendum fuisse astrictum, grauatur onere probandi, filium fuisse idoneum, quàm esse germanam dictorum verborum significationem, habetur clarissimè *in l.4.tit.7.part.6.* vbi cõpilator repetendo causas exheredationis expressas in *d. §. causas*, aperit filium teneri, *in quanto pudiere para saccarlo de la prisiõ*, vbi *glos. Greg. verbo, En quanto pudiere*, clarissimè hoc dicit *idemque in l.6.eod. tit.* vbi repetendo causam insertã in *§. si vnum de prædictis, in dict. tit. auth. vt cum de appell.* de filio non festinante redimere patrem à captiuitate, subdit cõpilator *podiendolo redimir*, vbi *glos. Greg. verbo, vẽder*, expresse limitat dicta iura, vt non procedant, quando filij, propias non haberent pecunias, & istę *ll. partit.* sunt magis punctuales ad declar. *d. §. causas* quàm *l.3. tit. 12. par. 5.* quam citat *de Franch. & de Ponte, locis citatis, &* ita in puncto explicat ad literam *d. §. causas pater Molin. de iust. & iur. tom. 1. tractat. 2. cap. 176. in octaua causa exheredat.* ad quem locum seipse remittit in loco suprà incontrarium citato, vbi dicens cum communi, filium teneri fideiubere pro patre, alioquin posse exhæredari, vt declararet id procedere cũ restrictione tradita in *d. §. causas* se expresse remittit ad dictum *caput 176.* idemq; tradit *D. de Franch. infrà citat. dec. 5; 8. num. 14.* dum cum misterio refert integra verba *dict. §. causas*, et hoc idem sentit clarissimè, *Sfort. Odus de restit. par. 1. q. 23. art. 12. num. 52.* dũ tradens filium familias minorem pro patre fideiubentem in carceribus existente, non restitui ex *Aret. in l. 1. in fin. C. de fil. fam. minor.* non solum supponit actum pium, l3. ex hoc sequatur diminutio patrimonij ipsius filij *num. 53.* & sic præsupponit habere æquiualens in bonis, sed in *vers. ad secundũ, ante numerum 55.* dicit expresse se supponere, q non fecerit actum sibi præiudicialem, quia impiè, & imprudenter se gessisset, & *num. 56. addit* ipsum censeri læsum, & posse restitui, etsi actum pium fecerit, si modò in eo maiorẽ quantitatem expenderit, quam debuerit, idemque probatur in *auth. si captiui*, vbi *Bald. tã in summario, quàm num. 6.* vers. *vnum verò nota*, vbi redimens captiuum, si non habet de suo, potest vendere bona captiui, qui cogitur ratum habere.

Quis autem dixerit filium, qui nihil habet in bonis, prout nihil habuisse in casu nostro cõpertum est, cõtrario nõ probato, teneri fideiubere pro patre, dum pro eo soluere non potest, ac ita se perpetuo carceri mancipare, fraudando creditorem, cui carcer filij nihil habentis prodesse non potest, si enim pater, qui iure naturæ tenetur filio ad alimenta, nõ cogitur, nisi in quantum facere potest, quod nihil aliud importat, nisi quod retineat sibi tm̃, quod sufficiat ad alimẽta & deducto, nẽ ipse egeat, quod procedit in quocumque parente *§. sunt præterea vers. sed, & quis inst. de act.* quod priuilegiũ prouenit, vel à reuerentia patri debita, vel quia obstat filio exceptio *dolo facis petere quod restituturus es*, vt latè discutit *Surdus de alim. tit. 1. q. 68. ex num. 1. cum seq.* vbi inter alias personas connumerar, idem beneficium competere filio, quando conuenitur à patre, cum in in ipso filio militet eadem rõ excipiendi de dolo cõtrà patrem, meritò filius quòd nihil habetur in bonis, non obligatur fideiubere pro patre, quia non dicitur piè pro patre agere, qui impiè cõtrà se ipsum gerit, *Surd. d. cap. 28. nu. 34. & seq.*

50 Et sic cessat dispositio, vt inter D. *de Franch. decis. 178.* qui probat, matrem, quæ intercessit pro filio carcerato, iuuari velleiano, & *D. de Ponte de potest. proreg. de diuers. prouis. §. multoties n. 31. fol. 495.* dicentem, matrem ratione pietatis causæ priuari velleiano, vterque enim supponit, matrem sponte fideiussisse, & obligasse dotem, siue bona

na, quæ habebat, & sic diuersi sunt termini à casu præsenti, vbi agimus, vtrũ filiusfamil. qui non probatur idoneus, teneatur fideiubere pro patre, qui nec etiam carceratus erat, & sic cessant ex alio doctrinæ Doctorũ, qui loquuntur in fideiubente pro patre iam carcerato, quamuis in d. casu, licet longè diuerso, Sac. Cons. approbauerit opin. D. *de Franchis*, s3. matrem non obstante pietatis causa, & spontanea fideiussione, adhuc iuuari velleiano, vt habetur in *fin. d. decis.* quidquid in contrarium nixus fuerit *Consil. Gizzar.* qui licet pro opin. *D. de Ponte* maximè insudauerit, obloquendo contrà *glos. Accurs. in decis. sua 4. num. 34. & 35.* tamen fatetur in fine succubuisse. Vnde longè fortiùs decidendum est in casu præsenti obstare Maced. vbi metu contraxit filius ad beneficium patris, prout ita ab emiminentiss. Senatu speratur primo Iunij 1625.

DECISIO.

Hanc causam actores summa cum festinatione egerunt, existimantes eam non modò nullis dubijs obtenebratam; verùm etiam, pro certo sibi adiuuandam: verùm edocta demum Rota, ijsque perpensis, quæ hoc scripto demonstrantur, conceptæ animo victoriæ spe omni deiecti, eius expeditionem haud curantes, ab incepto destiterunt; & hucusque pendet indecisa, prout vidi, perlecto curiosè, processu hoc mense Augusti 1634.

SVMMARIVM.

1 *Successio ad masculos, & fœminas quomodo deuoluatur; tria considerantur tempora, & n. 2.*

3 Constitutio Regni, in aliquibus *procedit tàm in feudis, quàm in allodialibus.*

4 *Masculi præferuntur fœminis, dummodò eas dotent deparagio, & nu. 6.*

5 *Fœminæ non excluduntur à successione, si non dotentur per fratres, nec sufficit sola promissio, nu. 18.*

7 *Fœminæ in Regno dicitur succedere, etiam quando dotatur.*

8 *Dos an capiatur iure intestati, & legitimæ, vel vt quodam extrinsecum patrimonium, ab hæreditate alienum, distinguuntur duo casus, & nu. 9. 12. 39. & 42.*

10 *Exceptio excipit casũ à regula, eo modo, & casu, in quo regula loquitur.*

11 *Dictio* dumtamen *reddit actum conditionalem, & importat exceptionem ad regulam.*

13 *Dos quando datur filiæ exclusæ à statuto, succedit loco legitimæ, si statutum exclusis filiabus, dotem præseruat, & num. 15. quod amplia, vt num. 21. & 24.*

14 *Dos non succedit loco legitimæ, si statutum filiam excludit, quã tamen dotari mandat; sed quando, num. 16.*

17 *Filia fœmina excluditur vigore* Constitutionis Regni, in aliquibus, *dote ei præseruata.*

19 *Dos succedit loco legitimæ, etiam si statutum excludat filiam à successione, quam tamen dotati mandat; quando qualitas dotationis exclusionem precedere debeat, si competenter, & congruè dotari mandet statusum, & nu. 26.*

29 *Dotatio precedere debes ex forma constitutionis Regni, & Consuetudinis Neapolitanæ.*

22 Paragium *regulariter non est minus legitima, & interdum ad virilem ascendit.*

23 *Statutum excludens filiam à successione parentum, non potest in totum tollere legitimam, sed minuere, aliter non est validum.*

25 *Dos succedit loco legitimæ, quando statutum non excludit simpliciter, sed filiam dotatam, vel dotandam.*

27 *Dotatio vigore constitutionis Regni, & Consuetudinis Neapolitanæ, debet fieri competenter, & congruè.*

28 *Paragium quid sit.*

29 *Dos succedit loco legitimæ, quando statutum mandat, quod filia sit contenta dote sibi data, nec plus petere possit.*

30 *Paragium, siuè dos succedit loco legitimæ, & est eiusdem naturæ in bonis* eius

eius,à cuius successione filia repelletur, & nu.34.& 40.

31 *Paragium licet non sit idem,quod debitum iure naturæ; est tamen quasi debitum iure naturæ, & loco ipsius.*

32 *Paragium ad minùs est tertia pars eius, quod habitura esset filia ab intestato.*

33 *Paragij fructus debentur etiam ante nubilem ætatem, & num.43.& 85. sed quando nu.78.80.83.& 84.*

35 *Paragij quantitas taxatur habito respectu ad tempus mortis.*

36 *Paragium sex pares effectus producit, quos legitima,remissiuè,& num.38.& retinet omnia eius priuilegia nu.56.*

37 *Paragium debetur eodem iure, quo portio hæreditatis, à qua filia excluditur.*

41 *Dos mulierum subsidium vocatur,vt ipsa legitima, debitum bonorum subsidium.*

43 *Statutum excludẽs respectu dotis persoluendæ in bonis paternis, integram legitimam reseruare filiæ censetur.*

44 *Paragium debitum filiæ etiam ante nubilem ætatem transmittitur ad suos hæredes,num.50.amplia,vt nu. 46.*

45 *Dos quoties loco legitimæ succedit, omni dilatione,& onere remoto debetur, & num.70.*

47 *Paragium debetur cum fructibus etiam nupturæ,& num.64.82.quod declara, vt num.48.& 49.amplia num.63.65 & 66.*

51 *Paragij fructus eadem ratione, qua id transmittitur ad hæredes, debentur filiæ, & plures diuisiones referuntur.*

52 *Onus quodlibet à paragio reijcitur, amplia vt num.53.*

54 *Statutum minuẽs in substantia dotem, non censetur derogare in tempore, vel conditione.*

55 *Filia acceptans legatum dotis habens onus,sibi non præiudicat in onere.*

57 *Frater dotans sororem de paragio,non potest apponere grauamen,siue aliquod onus in dote.*

58 Peregr.opinio de fidei artic.38.nu.1. *reprobatur,*& nu.61.

59 *Filiæ fœminæ à statuto exclusæ,licet cum reseruatione dotis congruæ, faciunt partem in computatione legitimæ,estque communis opinio, vt nu.60.*

62 *Dote legata,vel statutaria quando debeantur alimenta, donec filia nubat non autem fructus, & num. 67.75 & 81.*

68 *Alimenta, donec filia nubat;non autem fructus,& nu.67.75.& 81.*

68 *Alimenta quoties debentur, filiæ, donec nubat,ad quam rationem soluenda sint & nu.71.& 74.*

69 *Dotis fructus debentur, sicut legitimæ, & nu.73.*

72 *Dotis fructus debentur à tempore mortis testatoris, & nu.76.*

77 *Interpellatio sororis,vt dotetur à fratre requiritur ad finem succedendi pro virili in burgensaticis, non ad finem consequendi fructus.*

79 *Fructus vel interesse dotis sunt onus feudi post nubilem ætatem.*

86 *Legatum loco legitimæ est purum, & transmissibile,& nu.87.*

88 *Paragium debetur magis filiæ volenti castè viuere.*

89 *Paragium castè viuentis nedum est loco legitimæ,sed ipsa legitima.*

ARGVMENTVM

Dotem de paragio quòad omnes effectus succedere in locum legitimæ, & præcisè, vt ipsius debeantur fructus: præsertim in ea, quæ vitam castam, & cælibem in domo fratris ducere elegit,ad declarationem tàm iuris communis,quàm statutorum Italiæ, & cõstitutionum maximè vtriusque Siciliæ,& Consuetudinis Neapolitanæ.

Pro Dño Pyrro Ioanne Capycio Galeota milite strenuo, equitum Præfecto Dñi Io. Baptistę generalis Regni Thesaurarij, & de Consilio S. M. filio.

CONTROVERSIA XV.

BRiandæ Capyciæ Galeotæ Fabritij filiæ, quæ cælibem, castamque vitam innupta ducere elegit in domo fratris, deberi in bonis paternis legitimam, licèt sub nomine dotis de paraggio, quæ filiabus à communiter accidentibus nupturis, à parentum successione exclusis ex legibus Regni, præstari con suevit. Ipsumq; paragiũ in præsẽti casu deberi D. Pyrro Ioanni, ipsius Briandę nepoti ex fratre, & hæredi cum fructibus, siue accessionibus, ficut constat deberi legitimam ipsam, quidquid alias generaliter de hoc dubitari potuerit, ex infrascriptis lucidissimè probabitur: si prius dotis de paragio originem, ipsiusq; finem, siue effectum, ad quem fuit adinuenta, repetamus, & cũ ipsius ortu iungamus omnes iuris effectus, quos pares producit cum ipsa legitima, vt etiam quòad fructus præstandos, nihil à legitima differre debeat.

1 Cum igitur lege 12. tabul. benè humano generi prospectum fuerit, quæ vnam consonantiam tàm in maribus, quàm in fœminis obseruandam esse existimauit, simplicitatem legibus amicam amplexa nullo discrimine in successionibus habito: cũ natura vtrumq; corpus ediderit, & alterum alterius auxilio egeat, & vno semoto, alterum corrumpatur, Iustiniano teste in lege *l. 12. tab. 14. C. de legit. hæred.* media autem iuris prudentia, quæ erat quidem l. 12. tab. iunior, Imperiali autem dispositione anterior subtilitate quadam excogitata differentiam inter masculos, & fœminas induxerit, donec Prætores paulatim asperitatem posterioris iuris corrigentes, fœminas suis remedijs adiuuarunt; Iustinianus verò l. 12. tab. sequutus, eiusq; vestigia conseruans in plenum omnia, & ad ius 12. tab. eandem dispositionem reducens, dilucida constitutione sanciuit, omnẽ sobolem, siuè masculini, siuè fœminini generis simili modo ad iura legitimæ successionis vocari *§. cæterum vsq. ad §. hoc etiam instit. de leg. agnat. success.* idq; vt antiquæ *l. 12.* tab. reuerentia, nouitati posterioris legis anteponeretur *d. lege l. 12. §. huiusmodi* existimans, eos, qui tales differentias induxerant, quasi naturæ accusatores extitisse, cur non omnes masculos generasset, *l. maximum vitium, C. de liber. prater.*

2 Hanc eandem Iustin. mentem, licet non eadem pietate, nec ita plenè Imp. Frid. sequutus *in const. Regni in aliquibus, & in const. seq vt de successionibus*, vt tolleret prauam consuer. quam in aliquibus Regni partibus inualuisse nouerat, tàm in bonis burgensaticis, quam feudalibus, qua masculi defuncto cõiuncti, quamuis remoti, exclusis filiabus, successionem vsurpabant, ipsas pro eorum dispositione maritando reintegrat ad successionem fœminas, tàm allodialium, quàm feudalium, reducendo ipsarum successionem ad ius primæuum, dum pro generali regula statuit *Patre mortuo, tàm filios, quàm filias puberes, aut maiores, minoresue ad parentum successionem absque sexus discretione vocari* vbi *gloss. verb. successionem*, ex inde notat, similem esse huius constit. prouisionem in hac parte prouisioni, Iustin. de qua *in d. l. maximum vitium*; temperauit tamen hoc, siuè modificauit Imper. vbi defunctus simul filios masculos, & fęminas reliquerit, vt siue Francus, aut longobardus miles, vel burgensis in successione bonorum præferretur masculus fæminæ, hoc tamen casu, vbi cum fæminis in eodem gradu masculus concurreret, ipsum masculum præferri voluit, dum

dum tamē sorores, aut amitas fratres, aut nepotes pro modo facultatū suarū debeant maritare.

Cùm igitur generaliter pro regula fuerint ad successionem vocatæ,& admissæ fœminæ, tàm in allodialibus,quā feudalibus, *vt ex rubr. de success. filiorū Comitum,& Baronum*; & in principio *d.const.in aliquibus*, ibi, *in bonis Comitis,Baronis,vel Militis*.quod & repetit in §.*si verò minores*, & quia de Balio prouidēdo circà feudalia, tam masculis,quàm fęminis agitur in ea constit.vt
3 expressè illam comprehendere tàm feudalia, quàm allodialia , intelligit *Andr.col.6.vers.secus si esset feudum* , & cum ipso omnes Regnicolæ,vt supponit *Reg.de Ponte cons.74. num. 6. cum seq.*& latè probat *Recol.mem.doctiss. Cōsiliar.de Georgio alleg.11.num.18.& 19* vbi tradit germ.sensum ad *d. constit.*

4 Et deindè fœminæ masculis in eodē gradu existentibus cedere successionē cogantur, *dum tamen secundùm paragium ipsas debeant maritare*,ex hoc cōsequitur,vt cum à successione ab intestato,cuius iam capaces erant effectæ fæminę,etiam in feudis excipiatur paragium,necessariò infertur,paragium ipsum exceptum , cuius causa fęminæ à successione alioquin ipsis debita repelluntur , loco legitimæ succedere filiabus,& ipsis debitum esse iure hæreditatis,& successionis,sicut tota hæreditas,siuè bona, quæ masculis deferuntur,& à qua dos de paragio excipitur : hoc enim importat dictio *(dum tamen)* qua vtitur *constit.* siue enim importet hoc casu conditionem siuè modum,quod latiss.disput. *Iser. ibi col.4. in vers. in veteri apparatu* , dum refert verba antiquæ glosæ famosi cuiusdam Doctoris,quæ in antiquis Codicibus legebatur,sed in nouis deficit, quæ di-
5 cebat verba *constit.* fratres sub modo maritandi in successione præferre masculos fęminis , quo non impleto per eosdem fratres, filias à successione nō repellisubijcit enim , *Iser.col.5.vers.totumhoc num.80. hoc totum esse disputare de lana caprina , quia siue accipiatur pro modo , siue pro conditione , idem erit, quia sunt paria quantum ad hoc , vt non adimplens modum , vel conditionem, non præferatur*, & infrà, *voluntas legis est,vt det paragium dotis pro maritagio , in quo si deficit frater , noluit priuare fœminam hac constitutio successione* & paulò post *(ad partem verò sororis , quę naturaliter sicut masculus debet succedere ,vt in l. maximum vitium vocatur propter masculini sexus prærogatiuam ex hac l. priuatur fœmina : verumtamen cum hoc onere, ut maritetur per fratrem ad paragium , & paragium dotis sit pro portione legitima sororis:vt inf.dicetur , & si nolit dotare , non compelletur , uerumtamen non præfertur* , & infra , *est enim facta hac lex in fauorem masculi, vndè beneficium prælationis non confertur inuitum*, & addit *in vers. si ergo. quòd si mortuo patre, frater non vult succedere, vel non vult dare dotes , & requisitus dicit nolo,erit hæres filia eadem,& col.7.in princ.num.40.*quod si requisitus frater in iudicio non respondet,vel obscurè, habebitur pro negante, & soror statim fit hæres pro dimidia,quod procedere in dubiè in allodio , & in feudis diuiduis,licet aliud in feudis iuris francorum,in quibus propter indiuiduitatem præcisè compelleretur frater ad paragium post *Andr.& alios ibid. notat de Pont.d.cons. 74.num.7. in prin.*Et dicta
6 *Iser.*in simili dictione *(dum modo)* qua vtitur *consuetudo si qua mulier,in verbo dummodo*,dum pariter præfert masculos,dūmodo teneātur sorores ipsas secundùm paragium maritare cōfirmat, & ampliat *Napod.ibid. num. 13. vsque ad 17.*vbi resider *num.26.* filiam non excludi à successione simpliciter per fratrem,sed sub conditione,si ipsam dotare voluerit, & quod hæc est veritas, quod si non dotetur , non præferatur, & vt alibi inquit *Iser.in cap.1.num. 16. de nat.succ. feud.* dum dicit *oportet ergo sororem,vt excludatur,fuisse dotatam,& habuisse totum,quod pro dote debet habere,quasi dos , & dotis paragium sit pars sua*

sua, secus si pro parte volens frater eam potius ad successionem admittere, quàm dotare vnde vel fratereàm admittit, & succedit, vel dotat, & pariter succedit secundùm *Isern.* quia dos de paragio est sua pars, scilicet successionis.

Ex externis autē, quod eiusd. iuris sit prædicta dictio *(dum tamen)* adiecta in simili statuto exclusiuo fœminarum, siuè rectiùs masculorum prælatiuò, sub eadem verborum structura, qua vsus fuit *Frider. in nostra constitut. dum tamen scilicet fœminę dotentur, vel maritari debeant* inter quæ nihil interesse aduertit *Iser. col. 4. vers. videtur tamen num. 60.* famosum est consilium *Anton. de Butr. 39. in q. ista*, vbi præmissa antiquæ regula, quod ad instar successionis intestati mensurabatur legitima in quā titate, & quotitate *l. Papinian. 8. §. quarta ff. de inoff. test.* quæ regula non est immutata *in §. 1. de trien. & semi.* relato *in auth. nouiss. C. de inoff. test.* licet per illud ius nouum legitima aucta sit, cōputando legitimam iuxtà numerum filiorum. Resoluit *Butr.* maturo præhabito studio (vt is ait) vt conciliaret varias scribentium opin. & responsa consulē tium, ipsorumq; vacillationes, & varie-
8 tates *num. 2.* vtrum dos verè, propriè in similibus statutis capiatur iure intestati, & iure legitimæ, vel vt quoddam extrinsecum patrimonium ab hæreitate alienum: distinguendo duos casus. Primus, si consideretur dos, quæ debetur filiæ nupturæ exclusæ à statuto viuente patre, & tunc dici non posiit successio, neq; debeatur eo iure, quo debetur legitima, cum illa debeatur à principio causato in vita, licet postea morte consolidetur.

9 Secundus verò, quando agitur de dote danda post mortem eius, de cuius bonis agitur, & tunc inquit *Butr. totam deberi ex successione iure intestati*, & in eam fore confusam legitimam, & reddit rationem aureis verbis *(Quia eam excludendo à successione intestati, præseruat dotem, ergo exceptio dotis fit à via, à qua excluditur, ne exceptio diuersa sit à materia, à qua fit exceptio, & quia ex quo antiqua via corrigitur, in eo, quod non mutatur remanet, & præseruatum potius attrahi debet ad antiquam causā quàm ad nouam, & potius illam sapere naturam)* & subdit *prædictam dotem totam deberi iure successionis ab intestato, sub qua est inclusa legitima, quæ ab illa deriuatur, & mensuratur, licet in minus se habeat.* Hæc *Butr.* & ad hoc videtur respicere, *D. Georg. d. alleg. 11. num. 18. in fin.* dum dicit, nostram Constitutionem vocare fœminas in casu dictæ prælationis ad legitimam pinguiorem, quam ei deferebat lex ciuilis, & *Butr.* sensus confirmatur ex natura dictionis *(dum tamen)* quæ velut exceptiua falsificat regulam, & casum à regula exci-
10 pit, cum enim exceptio sit de regula, intelligitur statutum disponere in casu excepto contrà regulam, eo modo tamen, & casu, in quo regula loquitur, & sic dos de paragio, quæ in casu prælationis competit fœminis ipsis; debetur eodem iure successionis ab intestato, inclusa legitima, quæ est portio eiusdem successionis, ad quam ipsæ vi gore dictæ Constit. vocabantur, pro regula, quæ excipitur, & modificatur in casu concursus masculi in eodem gradu, vt optimè de natura dictæ di-
11 ctionis *(dum tamen)* meminit *Ang. cons. 290. nu. 5.* reddit enim hæc dictio actū, cui apponitur conditionalem, *c. licet, vbi Panor. de translat. prælat.* & siuè sonet conditionem, siuè in modum, debet per eum adimpleri, & ante implementum non consequitur effectum, *Anchar. cons. 169. post num. 2. vers. siuè enim dictio Dec. cons. 661. post num. 12. vers. secundò principaliter*, & debet de necessitate existere illud, quod per dictam dictionem iniungitur, ad hoc vt dispositio posiit effectum sortiri, *Ruin. cons. 137. num. 2. & cons. 215. num. 6. lib. 1.* vbi loquitur de dictione *(dummodo)* est enim hæc dictio valdè rēstrictiua, & importat exceptionem ad regulam, vt ex *Vulpello, & Cardinali Tusco* aduertit *August. Barb. de diction. c. 81. Cened. sing. 48.*

Et

12 Et in proprijs terminis *Butr. conf.* ext- lit,commendat,& toto corde am plectitur *Soc.conf.75. viso testamento in fin.lib.3.* respondens, authoritate illustris Doctoris(vt ipse ait) *Ant.de Butr.* in suo subtili,& notabili *conf.39* vbi dicit *Butr.* affirmare, quod quando filiæ excluduntur,& reseruatur dos,habent illam iure successionis intestati, quia excipitur ab ipsa intestati successione; igitur debet esse eiusdem naturæ, & in tali dote inesse legitimam, vt ibi subtiliter per eum, & addit *Soc.* hæc verba *Cuius authoritatem magni facio attenta eius doctrina, & bonitate, & quia refert se consuluisse aliàs,& quod ita postea respondit,maturiùs ætate cooperante*, & ita inquit *Soc.* se cum *Butr.* concludere idē. *Dec. conf. 556. incip. iuridicam num.6. & 7.*

Sed mirabiliter certè Butrij responsum in casu consimilis statuti Patauini plenissimè confirmat *Decian. resp. 46. ex num. 16. vers.3. præmitto vsq. & post num. 20. in vers.4. & vlt. lib.3.* vbi supposito dicto statuto excludente fœminas cum præseruatione dotis, postquā latè egit, quo iure talis dos censeatur præseruata,an scilicet conditione ex statuto tanquam proprium patrimonium extrahendum, vt æs alienum à successione,vel iure successionis, vel legitimæ: concludit tandem *num. 17.* indubitanter se tenere, dotem censeri præseruatam, partim iure successionis, partim iure legitimæ, quæ confunditur,& comprehenditur in successione, & glossat latè statutū prædictum,quod vtitur similibus verbis,quibus nostra constitutio, adeo vt pulchrè ipsa videatur glossata *à Decian.* & optimè per eum superiora confirmantur, quæ rogo reuideri, d. resp. 46. lib.3.

Pleniùs autem omnibus resolutionem huius articuli tradit *Morot. Preses Pedemontanus*, ille enim integro *responso. 23.* ad interpretationem statuti Montis Regalis loquentis de exclusione fœminarum, dum tamen dotentur secundùm facultates, & conditionem bonorum,& personarum,& sic eisdem verbis omnino, quibus nostra vtitur *Constit.* vt per *eum post num. 1. vers. inferius tamen*, pro decisione articuli, vtrum filiæ exclusæ faciant partem in legitima,ingreditur discussionē pūcti,à quo decisio illa pēdet. an scilicet dos succedat loco legitima,& plena manu subtilissimè ex more, discusso puncto resoluit *num. 2.* quod quotiescumque

13 statutum non excludit simpliciter, & totaliter filias à successione,sed dotem ipsis præseruat, vt in casu dicti statuti, tunc dos sic à statuto præseruata succedit ipsi filiæ loco legitimæ, & quod hæc est vera communis, & indubitata conclusio, citat *Bald.* dicentem sæpè audiuisse *Bartol.* in scholis, ita tenentē *Ang.Castr.Alex.Iaso.Curt.Sen. Dec. Paris.Ruin.Decian.& alios.*

Et licet *Morot.post nu.2. vers. sed licet hęc opinio*,vt omnis tollatur nebula, existimet hoc esse accipiendum, cum distinctione tamen tradita à Castrensi, quam sæpius Castr.repetijt, & inculcauit in locis in vnum congestis à *Laderch.Imol. consil.26.num.6.* sub qua cē suit *Morot.* conciliandas esse opin dissidentes,ita vt nullus superesse possit dubitationi locus; duos enim casus

14 considerauit *Castr.* primum, si statutum excludit simpliciter filiam à successione,quam tamen dotari mandet, & tunc dos non succedat loco legitimæ, quoniam filia reperitur simpliciter,& absolutè exclusa ex sola existentia masculi, & quod subijcitur, *& debeat dotari* debet intelligi, si maritabitur,aliàs dotatio,inquit *Castr.* non est necessaria;non enim dotatur ea ratione, quod ei legitima debeatur, sed ex

15 onere iniuncto per statutū: secundus, & diuersus casus,si statutum præseruat dotem filiæ exclusæ, quod qualitas dotationis necessaria sit ad hoc,vt filia excludatur,aliàs cum masculis admittatur,puta quia statutum dicat, quod filia dotata non succedat,vel alijs similibus verbis vtatur,ex quibus appareat

ſtatutum cõiungere voluiſſe dotationẽ cũ excluſione, vt addit *Mozot. in fin. num.* 3. *& 4.cum ſeq.* & iſto caſu verè, & propriè ſubrogatur loco legitimæ, ex quo filia non reperitur ſimpliciter, &omninò excluſa,ſed ità demum ſi do tata erit,aut ei dos promiſſa,vel oblata, vt conſiderant DD. relati per *Laderch.d.conſ.*25.*num.*27. adeo vt implenda ſit qualitas ſtatuti, & cum hac diſtinctione *Caſtr.* teſtatur *Morot. ibid. concord. Cuma Alex. Soc.ſen.Corn.Bero. Ruin.Put.Cur.Iun.& alios.*

16 Tamen indiſtinctè in vtroq; caſu dotem ſuccedere loco legitimæ, & diſtinctionem *Caſtr.* vti verbalem, & omni prorſus ratione carentem, eſſe magis communiter improbatam, & receptiſſimã eſſe opin.contrà. *Caſtrenſ.poſt Loffred.conſ.*26.*ex nu.*28. *& Decian. conſil.*46.*ex nu.*16.20.27.28.*& ſeq.lib.* 3. diffuſiſſimè ex innumeris probat idem *Laderch.* omnino vidẽdus *d.conſil.* 25. *ex num.*6.*ad* 10.dicens non poſſe ſe percipere, quæ nam poſſit conſiderari differentia,an ſtatutum excludat dotatam,vel excludat, & mandet dotari, cum vtroque caſu idem prorſus ſignificetur,nempè,quod dos ſit præſeruata fęminis pro ea portione legitima, quam ius commune eis deferebat, quaſi non aliter eas excludi voluerint ſtatuentes,quàm ſi partem hanc,quam *dotem*, illi appellarunt, nõ vt proprietatem verę dotis deſignarent,ſed quia regulariter nubere conſueuerunt,accepiſſent,ex *Bal Anch.Panor.& innumeris,* ſi enim actus excluſionis ſit propter dotem in eadem ſcriptura, ergo correſpectiui ſunt,& vnus alterius cõtemplatione, factus cenſeri debet, vt diſcurrit *Decian.d.conſ.*46.*num.*28.*lib.* 3.etſi non excluditur niſi propter dotem, ergo dos eſt præſeruata,et ſi præſeruata, ergo loco legitimæ ſuccedit, vt latiùs per eos,

17 Sed et ſi admittamus opin. *Caſtren.* cum tamen certum, & abſolutum ſit *Conſtit.in aliquibus* collocari, & applicari in 2.capite diſtinct.*Caſtr.* & non in 1.vt in puncto ex concordi opin. *Iſer. Affl.*& omnium Sapientum vtriuſque Regni Siciliæ,docuit *Cannet.in d.c. volentes*S.*non eſſ.t otioſum quærere,num.*3. *& 4.Loffr.conſ.* 26. *num.* 29. *in fin.* ex hoc ſequitur in Regno eſſe penitus indubium dotem de paragio ſuccedere loco legitimæ.

Et fundatur dictum *Loff. & Cannet.* clariſſimè ex verbis *Conſt.vt de ſucceſſ.* in verbo *coniugare autem*, *& dotata à fratrum ſucceſſione repellantur, cum gloſ. ver. coniugata,& Iſer.col.* 8.vbi diſputat,vtrum ſufficiat dotem fuiſſe tantũ promiſſam,vt excludatur, in quo prætermiſſa longa diſputatione in *cap.* 1. *de natura ſucceſſionis feudi,per plures col. ex num.*29. adeo dotationem eſſe neceſſariam,probat ad filiæ excluſionẽ,

18 vt concludat,non ſufficere promiſſionem dotis, niſi ſit cum effectu dos ſoluta,quia cõſtitutio eſt odioſa, & quia durum eſt repelli mulierem pudoroſã, quæ non auſa eſt dicere in die vototũ *non renuntio ſucceſſioni,niſi dotem ſatiſfacias* vbi idem *Affl. poſt num.* 32.*verſ.ſed iuxtà hoc,& Liparulus in additionib. ad Iſer. in d. c.* 1. *Brun. Soc. Iun. & alij*, quos citat additio *Fabij Iord.ad gloſ.d. conſt.verb.coniugata.*

Et ſic etiam *Conſt.in aliquib.* dum vtitur *ver.dumtamẽ*, vt ſup. & conſuetudo Neap.dum vtitur dict. (*dummodo*) *in d.Conſuet.ſi qua mulier* quæ idem importat.

Quinimmo etiam in primo caſu,ſiue capite diſtinctionis *Caſtr. DD.* qui eum ſequuntur,declarant, & limitant ipſius dictum,vt tametſi ſtatutum excludat filiam à ſucceſſione,quam tamẽ ſimpliciter dotari præcipiat,ſi tamen ex verbis, vel ex mente ſtatuti, dos ita præſeruatur filiæ, vt abſq; ea excludi nequeat à ſucceſſione,& quando qualitas dotationis excluſionem præcedere debet, tunc admittunt, & fatentur expreſsè,dotem loco legitimę ſuccedere,vt *ex Soc. Sen. conſ.* 75. *ex num.* 8.*in verſ.aliquando lib.*3.*Bero.conſ.*138 *num.*14.*lib.* 2. aduertit in puncto *Morot.*

rot. d. resp. 23. *num.* 7. *& iterum num.* 16. *in fin.*

20 Vnde cum ex forma d.Cōstit.& Cō suet.oporteat actum dotationis præcedere,ibi *coniugata, & dotata*, & ex natura dictarum dictionum *dum tamen* & *(dummodo* quæ vel conditionem faciunt,vel etsi solum modum importent, pariunt tamen effectum suspensium, itaut de necessitate impleri debeat,quod iniungitur, vt filia excludatur,vt *Morot.* probat *num.* 5. *&* 6. & de dictione *saluo*, *quod dotari debeat* vel mili *Dec. cons.* 656. *num.* 6. *& Tiber. Decian. d. consil.* 46. *post num.* 16. *lib.* 3. *Pacian. cons.* 38. *num.* 42. ex his proindè patet,casum nostrum esse indubiū, vt paragium loco legitimæ succedat idque comprobat *Morot. in d. resp.* octo validissimis fundamentis ex *num.* 3. *vsque ad num.* 20. quæ ferè omnia applicari possunt ad casum nostrę constitutionis,dum statutum,de quo *Morot.* loquitur, nedum vtitur iisdem diction. *(dum tamen)* & simil. de quibus in nostra Const.vt per eum *num.* 5. *&* 8.sed etiam eadem omninò disponit in effectu, dum congruam dotem iuxtà facultates, & dignitatem præstari iubet,vt ponderat *Morot.nu.* 11. ex hoc inferens,habitam fuisse rationem ad legitimam, & quia statutum non excludit fęminas perpetuò,sed tantùm temporaliter, & quandiu supersunt fratres masculi,& sic non sunt proprie simpliciter exclusæ,sed suspēsæ ad tempus, in tantum, quod retinent omne ius suitatis, & redeunt iure quodam post liminij ad primæua iura,& ius succedē di recuperant ad formam iuris communis,perinde,ac si nunquam fuissent exclusæ,& hoc casu cessat omninò secundus casus cōsideratus in distinct. *Cast.* vt pulchrè ex infinitis probat *Morot. num.* 15. *&* 16. *& seq.* quod quidem formaliter disponi in nostris Constit. est notissimum.

Comprobat prædicta *Honded. cons.*

21 63. *ex num.* 126. *lib.* 1. vbi fundat, dotē præseruatam succedere loco legitimę, cum regulariter de iure ipsius loco subrogetur, quod ampliat *num.* 128. etiam data pro vera opinione,legitimā posse in totum tolli, & *num.* 129. procedere nedum quando statutum excludit dotatam, sed etiam quando disponit,quod non dotata debeat dotari, eo enim ipso quod statutum mandat dotari fęminam non dotatam, vt ex dotatione à successione excludatur, semper dos succedit loco legitimæ,ex *Riccard. Gugl. Alb. Bar. Bald. Salyc. Cuman. Capra, Alex. Ias. Ripa, Afflic. decis.* 111. *nu.* 10. *vtroq. Soc. Dec. Corn. Boss.* attestante de com. *& decis. Rota in Nouis Curtio sen. Alciat. Paris. Grato, Menoch. Hieron. Gabriele, Caphalo, & alijs, vsque ad num.* 131. vbi probat hoc præsertim procedere,vbi statutum, legitimam in totum non tollit,sed tantū eam diminuit,ea ratione, quod non censeatur filia exclusa in totum à legitima,vndè fortiùs in casu nostro, vbi non est diminuta legitima, sed vocantur filiæ ad legitimā pinguiorē, vt est paragium,vt aduertit *D. Georg. d. alleg.*

22 11. *nu.* 18. *in fin.* & patet ex eo, quod regulariter non est minùs legitima, cū etiam interdum vsq. ad virilem ascendere possit,& iuxtà opin. *Honded. in illo cons.* fuisse iudicatum per sex Auditores Rotæ Florētinæ, & quatuor Aduocatos eiusdem Ciuitatis,& laudum confirmatū per Locūtenentē,& Cōsiliarios Reip.authorit.Seren.Magni Ducis iustitiæ maximi cultoris idē firmat *Hōded. cons.* 53. *n.* 10. *lib.* 2. *citans Castr. Anchar. Soc. sen. Alber. Brun. Simonē de Pretis, Menoch. Rimin. iun. & alios, latiss. in fin. relatis Tiber. Decian. respons.* 6 *nu.* 3. *&* 4. *lib.* 1.

Prædicta confirmantur ex his, quæ notabiliter tradit *Fuluius Pacianus consil.* 39. *num.* 5. *vers. quocirca*, vbi ad probandum in consimili statuto, dotē succedere loco legitimæ, argumentatur à sufficienti enumeratione, quod

23 aut statuta excludentia filias à successione parentum non possunt filiabus legitimam in totum auferre, sed solùm mi-

minuere secundùm vnam opinionem magis communiter receptam, quam sequuntur *Alex. Iason. Cagnol. Brun. & alij relati per eundem Pacian. cons. 38. n. 7. Alber. & innumeri alij, quos refert. Ceual. lib. 1. comm. cap.* 112. *ante num.* 1. *vers. sed contrarium, & num.* 5. *Afflict. in constit. in aliquibus post num.* 44. *vers. quia vera est conclus. Crassus de legitima quaest.* 42. *Capella Tholos. decis.* 4;8. *item fuit quaesitum, vbi additio num.* 3. dicit, quod aliter esset contra omnem l. naturæ, & non teneret statutum tāquam irrationabile, & ita vidisse sæpe seruari in practica, addit *Decian. responso 6. nu.* 13. *lib.* 1. quod licet antiquitùs fuisset hæc dubia controuersia per 200. annos; tamen hodie fædere distinctionis communiter receptæ, sopita est difficultas; nam *ita hodie tenent communiter scribentes, & consulentes, & ita millies fuit iudicatum*, quod statutum nihil reseruans filiabus exclusis, vel saltim nō mandet dotari, nihil valeat, & hanc habuit pro vera S. C. in decis. *Dom. de Franch.* 618. *in fin.* & tunc absolutum est, dotem succedere loco legitimæ, quam statutum tollere non potuit; aut verò admittimus contrariam opinion. statutum posse non solùm minuere, sed tollere etiam legitimam secundùm opinionem *Dyn.* & aliorum, quos refert idem *Pacianus d. cons.* 38. *num* 4. *& Ceuall. d. cap.* 112. & tunc excludendo filias cum reseruatione dotis, manifestè statutum declarat noluisse priuare in totum legitima, cum reseruauerit dotem, quæ loco legitimæ, vel successionis debetur, siquidem si statutum habuisset intētionem auferendi legitimam, superuacua fuisset illa dotis reseruatio; cum per simplicem exclusionem potuisset statutum legitimam auferre, & hanc considerationem, inquit *Pacian.* esse multū naturalē, & æquitati statuentiū, amicā, & eadem inter multas rōnes mouetur *Cumia*, *infra citandus cap. si aliquem, verb. maritata nu.* 103. *Artman. Pistor. tom. 2. par. 2. cap.* 37. *num.* 23.

25 Et in vniuersum, quod dos succedat loco legitimę, quando statutum non simpliciter filiam excludit, sed excludit ipsam dotatam, vel dotandam, secundum opin. *Riccha. Malumb. relatam à Cyno in l. sancimus n. 3. C. de nupt.* quam in prædicto casu *Cyn.* ipse sequitur *cum Bart. Bald. Anch. Cuman. Castr. Alex. Soc. Decio, Corn. Boss. Curt. sen. Campeg. Rubeo, Alciat. Hier. Gabriel. Anch. iun. Simon de Prętis Benincasa Cucco, Grasso, Bursato, Cephalo, & alijs de comm. & magis com.* comprobato in specie iā sæpè citato *cons. Anton. de Butrio 39. per totum*, his, & alijs relatis affirmat *Surd. tract. de alimentis titul. 3. q. 1. nu. 39 vsq. ad 42.*

Et contrariam opin. eorum, qui in certis casibus vtcumq; dixerūt dotem non succedere loco legitimæ, limitant, & restringunt *communiter Doct.* non

26 procedere. primo vbi statutum prouidet, filiam congruè, vel competenter dotari, tunc enim quamuis à principio sit filia absolutè, & simpliciter exclusa nihilominus, quia statutum mandat congruè, vel competenter, aut legitimè dotari filiam, tūc dos omninò succedit loco legitimę, idque tam quoad ius trāsmittendi dotē ad hæredes, quā quoad omnes alios iuris effectus, *Ang. Castren. Alex. Iason, Socin. Corn. Curt. sen. Crau. Anchar. iun. Brun. Simon. de Pręt. & alijs quos refert & sequitur Surd. d. tit. 3. q. 1. nu. 60. ad 63.*

27 Vnde cum tam Constit. Regni *in aliquibus*, quàm Consuetudo Neapolitana *si moriatur, in fin.* non simpliciter mandent præstari dotem, sed dotē de paragio, quod paragium cōstat nil aliud esse nisi dotem congruam, vt fæmina possit pari nubere secundum modū facultatum, numerum fratrum, dignitatem natalium ipsius nupturæ, ac futuri viri, & sic vt in omnibus parilitas desideretur, *vt Iser.* notauit, tam in *constit. in aliquibus col. 8. vers. hoc denotat nomen paragij*, quàm in *d. constit. vt de success. ver. coniugata, vers. item ego à te, post num.* 70. & in alijs locis notatis

à Petra

à Petro de Greg. de dote de paragio q. 1. Ex his irrefragabiliter conuincitur dotem de paragio omnino succedere loco legitimæ: quod enim ius commune vocauit modum constituendi dotes, ius cōst. Regni, & cōsuet. Ciuitatis appellauerunt paragium, vt latiss. post *Napod. in consuet. si moriatur, ver. paragium num.* 30. vbi infinita *per addent. fol.* 93. *&* 95. & sic nomē paragij, quo vtuntur iura nostra municipalia, nihil aliud est, nisi dos, quæ iure communi habita ratione facultatis, dignitatis, ac consuetudinis patriæ congrua, & competens esse dicitur, iudicis arbitrio *l. si filia, ff. de legatis* 3. *l. quaro, ff. de iure dotium, Lucas inl. in bis in fin. C. de prædijs & omnibus reb. nauicul. lib.* 11. *Bald. nouel.* qui pluries ita attestatur consuluisse in Ciuitate Aquilæ in term. *constit. Reg. de dote p.* 6. *priu.* 17. *num.* 4. *Afflict. in d. const.* vbi ponit sex requisita, vt dos cōgrua dicatur, *Gram. d. decis.* 101. *num.* 27. *in fin. Artman. infr. cit. q.* 37. *num.* 11. *Afflict. in cap.* 1. *num.* 156. *ver. item relinquitur, ex quibus causis feudum amittatur*, quem infinitis alijs relatis, sequitur *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *cent.* 2. *cap.* 149. *num.* 34. *cum seq.* vbi toto illo cap. agit, quæ dos dicatur congrua, idē *Petrus de Greg. & Mastr. in d. tract. de dote de paragio cap.* 1. *cap.* 27. 28. *cum plur. sequen. Cumia in ver. maritata ex num.* 131. vt etiam ex præd. regulandū esse arbitrium iudicis in præfinitione congruæ dotis, latissimè agit *Honded. cons.* 64. *ex nu.* 24. *&* 25. *lib.* 2. *& omniū latiss. Fontanel. de pact. nupt. tomo* 2. *glos.* 8. *par.* 1. *num.* 2. vbi inter alia citat decisionem *D. de Franch.* 616. vbi iudicatū attestatur, paragium idem esse, quod congrua dos, quod optimè ante ipsū explicat *Gramm. decis.* 57. *num.* 12. *& latiss.* 101. *num.* 14. 35. *& seq.*

29 Secundò tunc dos indistinctè succedit loco legitimæ, quando statutum mandat, quod filia sit contenta dote sibi data, vel danda, nec plus petere possit in bonis paternis, vel maternis; vbicumque enim dos ita constituitur, quod nihil aliud filia petere possit, tūc succedit omnino in locum legitimæ, & de ea disponitur sicut de legitima, iuxtà opin. *Butriga. in l. quoniam in prio rib. C. de inoffic. test. quam sequūtur Bal. Salyc. Castr. Imnoc. vterq. Anchar. Panor. Ang. Aret. Capra, vterq. Soc. Dec. Brun. Grammat. & alij quos sequitur Surd. d. tit.* 3. *q.* 1. *num.* 64. *& seq.* vbi infert eo casu dotem transmitti, & procedere omnes alios effectus, quos producit legitima, & hanc opin. esse recipiendā tanquam benigniorem, vnde cum filiæ coniugatæ, & dotatæ à fratrum successione repellantur ex nostra constit. *vt de succession.* quia contentæ debent esse dote, quam in die votorum acceperūt, vt pluriès *Napod.* docuit, ex hoc etiam capite sequitur paragium succedere loco legitimæ.

Et proinde iustissimè Sapientes Regni nostri, hæc omnia callentes, hoc assumptum potius, vt in dubiū supposuerunt, quam docuerunt, sæpius incul-
30 cando, paragium succedere loco legitimæ, & loco portionis de bonis eius à cuius successione repellitur, & sic vtrumque optimè expresserunt concordes cum *Butrio, & Ciuilistis*, vt cū legitima sit loco successionis ab intestato, siquidem est quarta eius, quod quis est habiturus ab intestato: & sic legitima portio intestati, paragium autem subrogatur loco legitimæ, proin de promiscuè dixerunt, paragium esse loco legitimæ, debita iure naturæ, & esse eiusdem iuris, sicut legitima, & alibi paragium esse loco legitimæ portionis de bonis eius, à cuius successione repellitur, prout in pluribus locis docuit *Isern.* cuius formalia verba refert *Loffred. cons.* 26. *num.* 15. *D. de Franch. decis.* 618. *Cons. de Georg. alleg.* 11. *num.* 7. *cum seq.* & melius quam alibi dixit idem *Isern in cap.* 2. *de natura success. feudi, in addit. num.* 16. ibi, *quasi dos, & dotis paragium sit pars sua*, *Gram. decis.* 101. *num.* 14. 20. *&* 22. vbi dicit hanc opinion. *communem, & veram cum glos. const. & Isern. Paris de Puteo de finib.*

feud.§.nunc videndum num.16.car.177
col.2. & cum *Isern.* concotdat *Napod.*
*in 1.casu ver.& tenentur nu.29.*ibi *sa-*
tis videtur de communi voluntate ci-
uium, approbante Principe, habitum,
& à iure succedendi, seu debita eius in-
re natura, & in ipsū ius succedendi trās-
fusum paragium) & inferius *num.* 56.
ibi, sed licet paragium non sit idem,
quod debita iure naturæ per tationes
prædictas; est tamen quasi debita iure
naturæ secuudū interpretationē sapiē-
tum Regni, & est loco debiti iute natu
ræ, licet non sit ipsa debira, seu legiti-
ma iure naturæ, *Petr.de Monteforte in*
*d.constit.in aliquib.in vers.*ibi *de condit.*
& demonstr. Afflict.in d.const. num. 42.
vers. & licet Doct. & num. 43. vbi post
Iser. Napod. & Ciuilistas, inter quos re
fert *Alber. Iacob. Butrigar. Iser. Andr. ad*
speculat. Bald.in plurib.locis, Ang. Salyc.
Castr. Alex.in plurib.cons. Bald.nouellū,
& alios, dicit se concludere propter
tot, & tantas authorit. hanc dotem
de paragio esse loco legitimæ, & tan-
quam subrogatum sapere ipsius natu-
ram, & *Gram.in d.const. num.* 18. *idem*
Afflict. dec.111.num. 10. *in fin. vbi Vr-*
sil.num. 11. & *Afflict.idem decis.162.num.*
32 *num.* 2. vbi dicit paragium ad minus
esse tertiam partem eius, quod habi-
tura esset filia ab intestato, idemq; ibi
sentit *Gram.in addit. D.meus Capyc. de-*
cis.158.num.3. vbi D.Petra in addit.lit.
B.citat Alex. Dec. Gerard. & alios idē Grā
mat. decis.57.num.24. & 25. Minadous
cons.2.num.5. & licet in repetitione *cō-*
stit. num.9. alitet velle visus sit, non
tamen hoc ibi firmat, sed subdubius
loquitur, & remittit se ad dicenda per
ipsum infra cum Isernia, vtrum dos de-
beatur ante, vel post nubilem ætatem:
in quo puncto *num.* 18. cū dub. seq. cō
33 cludit deberi fructus ēt ante nubilem
ætatē, & sic optimè nobiscū sentit, &
inferius *decis.7.notab. in art. monialis,*
amplius resoluit, deberi moniali para-
gium ingressarum etiam ante 12. an-
num, & reddit rationem, quia sorori
competit portio in hæreditate, vel le-
gitima sine onere, ex qua potest mo-
nasterio dos assignari non expectata
34 professione, & sic clarè sentit cum no-
stra, & communi sententia, *Anna pater*
infracitanda alleg.70. num.13. cum seq.
& alleg.81. & 117. idem ex nostris vo-
luit *Reg. de Ponte cons.65. ex num.2.5.6.*
7. & per totum, vbi citat *Andr. Napod.*
& Dec.in plurib.cons. loquentem in ter
minis nostræ constit. *in aliquib.* & iterū
cons.75. num.5. & cons.50. num.4. lib.2.
vbi dicit hanc opin. esse cōr à DD. re-
ceptam ex author. & rationibus, latè,
& optimè adductis per *Loffred. d. cons.*
26. & *Loffred.* sequitur *Reg. Lanar. con-*
sil.10. num.2. & 3. Iacob. Anton. de Mau
ro alleg.68. num. 5. Marcell. de Mauro
cons.35. num.2. & 3. Consil. de Anna cō-
sil.6. num.10. Viuius decis.9. num. 1. &
dec.187. n.1.6. & 7. vbi optimè, & iterū
dec.484. n.2. & 3. late Pater Molfes. to.
1. ad consuetud. nō adhuc impressā p.4.q.
15. num. 6. cum seq. vbi preter citatos
addit *Anton. de Alex. Naucleriu m, Fran*
chis in plur. decis. Maricondam Salernum
& ex Ciuilistis vltra antiquos *Couar.*
Molin. Thesaur. Manticam, Surd. Bru-
num, & alios Gizzarel. dec.37. num. 52.
& seq. Doctis. D. Reg. de Curt. in 3. part.
ad penam cap.2. & ex num.42. cum seq.

Et hoc etiā, licet subobscurè, voluit
Lucas in d.l. in his in fin. vers. sed quid si
bona C. de pradijs, & omnibus rebus na-
uicul. l.11. dum post *Barthol. de Capua*
35 ab ipso citatum, docet in taxatione
paragij attendendum esse tempus mor
tis, sicut in legitima, adeo vt modicè
dorata possit petere supplementum
habito respectu ad tempus mortis, se-
quitur *Bald. nou. de dote d. cons. 17. par.*
6. in term. const.

Et cum Regnicolis concordant Si-
culi, cum quibus communes sunt no-
stræ constit. inter quos latiss. simul op-
timè *Petr. de Greg. d. tract. q. 2.* vbi ex
36 hoc infert ad sex effectus, quos pares
producit ipsa dos de paragio, sicut pro
ducit legitima, vbi latè *Mastrill. in*
addit. & iterum in vers. secundò infero,
vsq; ad vers. amplia nunc, vbi dicit hāc;

teg.

reg. colligi ex medulla *consiit. in aliquib.*& theorica *Iser. ibid.* dum dos de paragio deberi disponitur illis filiabus, quæ propter existentiam masculi, vel mulieris maioris natu concurrentis in eodem gradu,& succedentis in toto feudo, repelluntur ab eius successio-
37 ne,vnde debetur eod.iure, sicut portio hæreditatis, à cuius successione repellūtur,*idem q.6.nu.1.& seq.& q.6. num.4.& 5.& q.12.post num.3.& q.20 num.2.& 3.q.23.num.9.& optimè, q. 24.num.8.& 9.& q.26.num. item* 8. *Cannet.in extrauaganti volentes §.non esset otiosum num.2.3.& 4.cum seq.& in fin.num.9.& 10.concludit cum Ant. de Butrio in sæpe citato cons.39.cum Soc.*
38 *& Dec.* dotē de paragio, quo ad trāsmissionem,& quo ad omnes iuris effectus debēt loco legitimæ per viā successionis ab intestato, ita vt succedat pleno iure,sicuti si filia succederet in torum, idem *Cannet. in cap. si aliquem*
39 *§.sed quantū*, vbi distinguit inter dotē quæ datur filiæ patre viuēte,quo tempore non tractatur de legitima, & casum, quādo dos à statuto præseruatur filiæ à successione exclusæ, quo casu
40 dos regulatur à legitima, & eius loco succedit,& iterum in *§. & cum præfati num.7.*vbi dicit *Iser.in d.const.*affirmare paragium esse loco legitimæ, imo portionem legitimam, & ita tenere multos refert, & sequitur *Loffred.* & subdit *Cannet.*hæc verba, *& sic tenent omnes Siculi,& sic approbata est ista opinio,& recepta in iudicio,ideoq; tenenda etiam quod altera esset verior,& communior secundum Det. quem citat* & idem tenet *Mlanensis decis.*10.*num.*51. *& & 52.lib.*1.comprobat d.distinct. *de Pont.d.cons.65.num.9.lib.*1.*Grammat. d.decis.*101.*num.*67.*& 68. Cumia in repet.cap.si aliquem,in ver. maritata ex num.84.vsque ad num.123.*vbi *omnium latissimè pro hac receptissima sententia præmissa longa* disputatione ad partes resoluit,in dote de paragio post mortē patris debita sorori à successione exclusæ omnino illam deberi loco legiti-mæ,vt per eum *num.96.& 97.*ea potissimum ratione, quod legitima nihil aliud est, quā portio legis arbitrio taxata illis,quibus iure naturæ, vel ciuili
41 debetur successio,&sicuti legitima,de bitū bonorū subsidiū appellatur, ita & dos etiā mulierū subsidiū *d.l.*1.*C.vnde vir.& uxor*, vt per eum *nu.*98.vbi dicit hanc esse magis cōmunem,& receptam,*& num.*103.*&* 104 *cum seq.& num.*121.*&* 122.*in fin. Garsias Mastrill.dec.*107.*num.*5.*& per totam,tomo* 2.*Castill.decis.*90.*num.*31.*&* 35.*lib.*1. *& decis.*109.*num.*85.*lib.* 2.& cum nostris concordant *quoq. Hispani*, licet ipsi statutis excludentibus fœminis nō vtantur, vt Itali, exceptis maioratuum institutionibus, inter quos est *Baeza tract.de non melior.dotis ratione filiabus*, qui in princ.operis relatis in fin.Dec.&. differentibus, vtrum iure ciuili pater filiæ dotem, legitimæ parem assignare
42 debeat, distinguit *num.*5. inter dotem quā pater viuens cogitur assignare, & eā quę mortuo patre loco legitimę portionis,à qua statuto excluditur sibi debetur,vt hoc posteriori casu à legitima sit regulanda,nisi tanta esset legitima, vt excederet quantitatem, quæ necessaria esset, vt honestè, & pari nuberet, quod admittunt *Doct. Regnicola relati per Gram.dec.*101.*ex num.*43.*&* 45.*cū seq.& tradit Reg.de Ponte in d.tract. tit. 9.de success.mulierum in princ.car.*450. *vt latius per Baezā d.c.*1.*num.*16.*& seq.idem Fontanel.tomo* 2.*de pactis nupt. gloss.*1.*part.*1.*num.*45.*& seq.& num.*111.*&* 112.

Nec desunt Germani cuiusmodi sunt *Artman. Pistor. quæstionum iuris part.*2.*cap.*37.*num.*20.*&* 23. vbi hoc procedere docet in statutis excludentibus respectu dotis sibi ex bonis paternis persoluendæ, quo casu credibi-
43 le est legitimam eis integram seruari voluisse,& inde infert *num.*24.hoc potissimè procedere in terminis *constit. nostra in aliquibus*,citans *Afflict.Grammat.*& *Cannet.*dicentes ob id filiam in Regno non esse totaliter exclusam,sed con-

con-

conditionaliter,etsi minus,quod tunc succedat *Gaill.lib.2.pract.qq.cap.* 122. *num.*13.vbi communem dicit.

Ex quibus cum generaliter dos prę seruata filiæ per statuta, velut loco legitimæ subrogata sapiat in omnibus legitimæ naturam,ac pares cum ipsa legitima producat effectus,& maxime attenta dispositione *constit. Regni*, & *consuet. Ciuitatis*, consequens est etiã, vt fructus paragij debeantur, sicut in ipsa legitima,præsertim filiæ non nupturæ, sed quæ vitam castam ab initio cum fratre ducere elegit; in qua ratio expectandi tempus nuptiarum, quæ sola in contrarium considerari poterat,prorsus cessat,vt infra;Sicuti enim primo legitima transmittitur ad hæredes filij,sic etiam præualuit,velut verior, & receptior illa opinio, quæ in Regno est canonizata,vt paragium de-
44 bitum filiæ etiam ante nubilem ætatem morienti transmittatur ad suos hæredes, vt subtiliter probat *Anchar. cons.* 232. *post Ricch. malum de seru. Ioan.Andr.ad spec.& Bald.vbi declarat. Bart.mentem in vulg.l. Titio centum* §. *Titio genero,ff.de cond.& demonstr.* dicentis,quod sicut statutum potest diminuere legitimã in quantiate, ita etiã in tempore,vt verum sit, nisi per illud differre,contingeret auferre,quod eueniret,si interim filia decedens nõ trãsmitteret, quod motiuum plenè exornant,& probant *Alexand.cons.* 55. *viso tit.num.* 9.*lib.*2.*Ceph.cons.*56.*num.* 34. *lib.*1.& tandem *Anchar.* resoluit, quod
45 vbicunque per statutum subrogari cẽsetur dos loco legitimę,ab ea omnis dilatio,& onꝰ remota cẽsentur,quia dos, vel prouisio, quæ filiæ debetur statuto, vel consuetudine,est sua legitima,& sic fratres recipiunt, vt pars talis,sit legitima sororis,vt petere nõ possit,&sic admittunt, quod habeat ius legitimæ quoad omne grauamẽ,& morã tollendam & addit *Anchar.* hanc fuisse mentem statuẽtium, vt hoc relictum haberetur, vt purũ, & quia ea verba *dummodo tamen dotentur*,vel illa, *coniugatæ,& dotatæ*, non sunt intelligenda,vt tempore nuptiarum dotes habeant, & sic actu, sed quod habeãt habitu,vt dotari possint,quando voluerint, verba enim statutorum vulgari modo sunt accipiẽda,quia sunt facti,& in facto consistũt, vulgariter autem dicimus, etiam in non nuptis,sicut sunt puellæ, & viduę, quod habeant bonas dotes, & sic accipitur *in l.*1.*ff.solut.matrim.* interesse dotes mulieribus conseruari, & dotatas esse fœminas, ex quibus patet, quod habere debeant penes se dotes, etiam antequam nubant, vel nubiles sint,ne interim à bonis patris sint præteritæ,sed potius pro legitima retineãt penes se,& nubant quando voluerint, hæc formaliter *Anchar.* & subijcit hoc
46 maximè procedere quando verba statuti non denotant exclusionem perpetuam, sed tẽporalem, donec supersint masculi eodem gradu, vt propriè accidit in terminis *nostræ constit.*quia tunc masculis deficientibus filiæ admitterẽtur,& rumperent testamentum,vt præteritæ,*vt Bald.*consuluit sequendo plura cons.super hoc, ergo ne hoc contingat debebitur dos,filiæ purè,ita vt illã transmittant per rationes prædictas, quas dicit *Anchar.esse æquitati consonas, & rigori iuris scripti, & potuisse eas copiosius comprobare, sed non opus esse, cum de iure verissimum ipse arbitretur dotem deberi purè,& esse transmissibilem*, hæc ille,quod idem confirmat *Ancharan.cons.*323.ista omnia, & dotis significatum comprobatur ex dictis per *Bald.in l.non sine num.*4.*vers.sed pone C.de bonis quæ liberis, Crau. optimè in puncto cons.*101.*per tot.*

Ponderentur igitur rationes prædictæ,& motiua *Anchar.*cõmuniter recepta, & rerũ iudicatarum in Regno, & alibi author. cõprobata,vt infra, siquidem si illa vera sunt inconuincibiliter sequitur, non solum paragium trasmitti, verum,vt purum, & debitum ante nuptias deberi cũ fructibus, etiam nupturæ.

Idem firmat *Panorm.cons.* 92. *lib.* 2. per

per totum, vbi declarando opinionem *Cyn.* & *Bart.* sequitur opinionem *Ricchar. Malub.* & *Bal.* in terminis statuti, quod expressè non tollat in totum legitimam filiæ, sed concedat dotem, quasi pro matrimonio ipsius mulieris, & præsertim quando statutum iubeat, vel ita interpretetur, vt filia sit cõtenta dote, quia à contrario prouisum censetur, vt illicò dos sibi debeatur, & maximè quando statutũ non prouidit specialiter de alimẽtis filiæ, donec maritetur, sed simpliciter, ꝙ non succedat propter dotem, quia tunc videtur voluisse, quod ipsa dos sit patrimoniũ filiæ, & debeat sibi succedere loco legitimæ, & per consequens debet illicò mortuo patre, sibi competere, vt per eum *num.* 3. *vers. præterea*, & vltimò hoc inquit indubitanter procedere, quando statutum non simpliciter excludit filiam à successione, sed ad tempus, dumtaxat existente masculo, quod in terminis *constit. nostræ* longè clariùs est expressum, quàm in terminis *statuti Tudertini*, de quo ipse loquitur, hoc enim casu *Panorm.* in dubiè probat, dotem deberi purè, & omnino transmitti, quam opin. relato vtroq. *Socin. in* in pleno *consil. Capra, Simon. de Pret.* & *alijs*, cõfirmat optimè *Morot.* supra cit.
48 *responso* 23. *num.* 13. vbi in puncto aduertit, quod si dos debita per statutum non succederet loco legitimæ, vtique non esset transmissibilis ad hæredes, sed teneretur filia expectare tempus nuptiarum, & interim alimenta percipere, vt dicit ipse voluisse *Ancharan.* & *Panormit.* qui de isto casu disputant, & subdit *Morot.* cum ergo statutum velit ipsas filias contentas esse dote, & nihil amplius posse petere, & expressè & permittat filiabus dotis petitionẽ sequitur, quod ipsam dotem debeant habere loco legitimæ, quia statim, & non expectato tempore nuptiarum eã petere possunt, illam quoq. transmittunt, & sic habet omnes qualitates, quas habet legitima, vnde apertissimè, & in puncto *Morot.* affirmat ex *Ancharan.* & *Panormitan.* quod dos, quæ est transmissibilis, ex eo quod debetur purè, debetur vnà cum fructibus ad
49 instar legitimę; non deberiaũt dotem cũ fructibus, quãdo dos nõ competit purè, sed sub cõditione, ita qđ nõ sit trãsmissibilis, vt tenet *Bartol. in d. §. Titio genero*, & eius sequaces, quia tũc non præsumitur, statuentes voluisse priuare filiam exclusam interim alimẽtis, quibus nec expressè eam priuare poterant, nec etiam ad tempus, iuxtà cõcordem omnium sent. vt inter alios probat *Panor. d. cons.* 92. *num.* 3. & sic alimenta interim debentur in subsidiũ quando dos debetur sub conditione, & non est transmissibilis; verùm si debetur purè, ita quod transmittatur, necessariò debentur fructus, sicut in legitima.

Vndè cũ verissima, & receptа sit in
50 Regno opin. doctorũ de paragio trãsmitti ad hæredes filiæ, etiam ante nubilẽ ætatem, vt benè probauit *Gram. decis.* 57. *num.* 4. & 5. ponderans ad hoc *cap. Regni, emergẽtium*, vbi hoc clarè aduertit *Niger* in sua *addit. num.* 13. & 14. latiss. fundauit *Loffred. d. cõs.* 26. vbi *num.* 21. dicit vigore constit. nostræ, dotem deberi purè cum suis accessionibus, eamq. ad hæredes transmitti, & *n.* 28 *vers. quinimò*, & 29. *vers. nec obstat decisio*, resoluit dubium de opin. *Bartol.* & *Castr. in d. §. Titio genero*, vt nihil vltra desiderari possit, sequitur *Minad. in d. const. in* 7. *notab. num.* 14. *vers. sed vi-*
51 *detur*, & *nu.* 15. vbi similiter æquiparat trãsmissionẽ, & pstationẽ fructuũ paragij, vtputà, quæ ex eodem fonte, & radice procedunt, ergo si purè debetur, sicuti transmittitur ad hæredes, pari, & maiori ratione fructus debentur ipsi met filiæ exclusę, & firmat *Minad. nu.* 14. & *num.* 15. *vers.* & *sic ante tempus*, vbi reuocat quod dixerat supra *n.* 10. *vers. tertiò potest inferri*, vt rectè aduertit *Cons. de Georgia* infrà citãda *allegat.* 11. *in fin.* sequitur *Lanar. cons.* 10. vsque ad *num.* 4. & præcisè *nu.* 4. *vers.* & *si esset*, & ita tandem fuisse iudicatũ in

in causa DD. de Gambacurta, iuxtà opin. *Loffred.* & *Minad.* ex author. *Iser.* & *Napod.* in plurib. locis testatur. *D. de Franch.* citata *decis.* 618. & iterum idem iudicatum in causa Marchionis Illiciti coram Dominis Arbitris, refert *D. Consil. Georg. d. alleg.* 11. vbi doctè pro hac parte scripsit, & obtinuit *Vrsill. decis.* 160. *nu.* 5. optimè ex Siculis *Cannet. in d. cap. volentes cap. non esset otiosum*, *per totum*, præsertim *nu.* 1. & *in fin. Petrus de Gregor. de dote de paragio q.* 39. citãs plenum *cons. Alex.* 55. *per totum*, præsertim *num.* 10. *in fin. lib.* 2. *Ias.* & *Brun.* & generaliter vbicunq. dos succedit loco legitimæ, eam deberi filiæ purè, & sic sine cõditione, & consequenter transmitti ad hæredes filiæ, & hanc esse regulam generalẽ, probat *Menoch.* in terminis statuti Ferrariensis pro Cardinale Aestensi hærede D. Aelionoræ, contra Ducem Ferrariæ *cons.* 251. *nu.* 23. *ad* 34. & 37. *cum seq.*

52 Secundò, à dote de paragio reijcitur omne onus, siuè grauamen, ita vt non possit super ea aliquod onus imponi, vel restringi ad instar legitimæ, à qua ab ipso principio, omnis etiam dilatio, & conditio remouentur, *l. quoniã in prioribus*, *C. de inoffic. testam.*

Quod enim in *l. omnimodo*, concessum erat in priuilegium legitimæ in substantia, quod minui non posset in quantitate *per d. l. quoniam in priorib.*

53 fuit additum, vt non liceret adijcere onus, neq. conditionem in tempore, & cæteris qualitatibus, & ideo statutũ derogans in substantia, vt si prohibeat

54 supplementum, non censetur derogare in tempore, vel conditione, licet minor sit derogatio, vt in specie in statuto excludente filiã propter dotem, docuit *Iacob. Butrig.* quẽ sequũtur *Bald. Salyc. Imol.* & alij, quos latissimè comprobat *Alex. d. cons.* 55. *viso tit. per totum* præsertim *ex nu.* 6. vsq. *ad fin. vbi Natta in addit. lib.* 2. *Anchar. cons.* 323. *ista omnia puto*, latè *Castr. cons.* 73. reperito *consil.* 265. *incip. licet ista domina Lisa par.* 1. vbi licet primò arguat, quod dos debita vigore statuti videatur esse alterius naturæ, & qualitatis, quàm sit legitima, ex eo, quod videtur debita dos sub conditione, si nupserit, vt per eum *num.* 2. *vers. ne quicquam*, tamen affirmat contr. quod sicut legitima est debita de iure comm uni, ita & ista dos ex forma statuti debetur sine vllo onere, vel conditione in totum, nec pro parte, concludens, oppositionem oneris esse nullam ipso iure, adeo, vt filia acceptans legatum dotis, habens onus sibi non præiudicet in onere, *Guid. Pap. decis.* 613. sequitur in terminis statuti Mediolanensis *Curtius iun. consil.* 268. *num.* 29. & 30. *lib.* 3. dicens in puncto, quod talis dos habet omnes qualitates legitimę, nisi aliud à statuto expresse di sponatur, *Bald. nouell. de dote, priu.* 17. *n.* 4. *Menoch. cons.* 71. *nu.* 4. *lib.* 1. & quod retineat omnia priuilegia legitimæ, *Decian. d. respon.* 6. *num.* 5. *lib.* 1. *Peregrin. de fideic. art.* 36. *num.* 92. *Bartol. Bald. Salyc. Paul. Picus, Vasquius, Cephalus, Bursat. Menoch.* & alij, quos refert, & sequitur, dicens communem, saltẽ quatenus paragium nõ excedit legitimam *ex Castr. Soc. Sim. de Prat. Ancharanum. Parisio, Gabriel. Menochio, & Surdo, Hondedus cons.* 93. *n.* 13 & 27. *lib.* 2. vbi *num.* 29. exornat supra relatam *Butrig.* doctrin. & *num.* 43. probat, patrem non posse prohibere transmissionem dotis, ratione prædicta, quia omne onus, omnisq. dilatio, & cõditio reijcitur, latissimè idem probat *Petrus de Gregor. de dote q.* 15. vbi quod dotans

57 sororem de paragio, non possit apponere aliquod grauamẽ, siue onus fideicommissi ex *Iser. Luc. de Pen. Bart. Bald. Alex. Ias. Afflict. in constit. fratribus, nu.* 5. *Bald. nouel. Brun.* & *alijs D. meus Capyc. decis.* 176. *num.* 6. 9. & 10. *Barbos.* latè *in* 4. *par. lib.* 1. *num.* 136. *ff. solut. matrim. Surd. de alim. tit.* 3. *q.* 1. *num.* 41. & hãc esse receptissimã sententiam, testatur *Vasquius in rep. l. quoniam in prioribus*, §. 10. *num.* 259. *ampl.* 24. *Vrsill. ad Afflict. dec.* 111. *num.* 11. & 160. *num.* 4. & ita decisum testatur *D. de Franch. decis.*

cis. 196. *per totam*, quam decis. ve verã & rationi, & æquitati contentaneam cũ maxima nostri S.Cons. laude, recẽ set *Menoch.lib.3.de præsumpt.c.*10.*num.* 24.*Grattan.discept.*49 *num* 25.*lib.*1.*Vivius decis.* 9.vbi quod si pater fuerit stipulatus dotem sibi reddi, ipse, vel eius hæredes tenentur stipulationem remittere filiæ, vel suis hæredibus, *& decis.* 484.*num.*2.*Reg.de Ponte cons.* 65.*num.* 4.7.*&* 17.*Cumia in d.ver.maritata,nu.* 112. *&* 170.& cum præd.cõcordat ẽt *Milan.decis.* 10.*num.* 52.*lib.*1.*Castill.decis.*25. quamuis non in totum probet *decis.D.de Frãch.*sed sub distin. *Fontan. tom.*2.*de pactis nupt.claus.*5.*glos.*10.*par.* 1.*num.*9.*&* 11.

Ex quibus nihil obesse puto adducta à *Peregrin.de fideicom. artic.*38.*nu.*
58 21.dum distinctè sequutus opin. *Bart. in d.* §.*titio genero*, magis com.re,pbatã vt patet ex supra relatis, affirmare videtur, dotem licet præseruatam à statuto non esse legitimam, nec loco legitimæ, licet enim *Peregr.*apud me, sicut apud omnes, inter moder. magnę sit authoritatis: attamen dum *Peregr.* ne dũ sequitur contra receptissimam sententiam de iure communi, sed contra omnes in Regno receptas, & authoritate rerum sæpius iudicatarum, comprobatas opiniones, illius opinio non est attendenda, etiam si esset verior, & communior, vt in puncto dicit *Cannet. in d. cap.si aliquem* §.*& cum præfati num.* 7. infert enim *Peregr.*ex prædicta sua opinione ad tria, quæ in Regno, attentis nostris const. sunt pluries contra ipsum iudicata. Primò enim infert d. *nu.* 21.dotem velut conditionaliter debitam, non esse trasmissibilem ante nuptias. Secundò, quod pater, vel frater dando dotem pro filia aut sorore, possit stipulari, eam sibi, vel alteri reddi, moriente filia sine liberis. Tertiò, quod
59 filiæ fœminæ exclusæ à statuto, licet cum reseruatione dotis congruæ, siue de paragio, non faciant numerum, nec partem in computatione legitimæ masculorum, sed dotes prius deducantur, & super residuo calculetur legitima, vnde cum in duobus prioribus prædictis ex prædictis appareat pluries iudicatum contra *Peregr.* & in hoc vltimo puncto sit notoria consuetudo iudican
60 di, quod filiæ fœminę faciant partem, & numerum, non quidem alia ratione, nisi quia dos reseruata subrogatur loco portionis, iure legitimæ debitę filiabus exclusis, quæ non possunt censeri exclusæ, nec pro mortuis, dum suam dotem pro legitima acceperũt, vt aduertit *Griuel.dec.*34. *num.*61.quod vnicum, & solidum est fundamentum dict. opin. vt negare non potest *idem Pegr. d.art.*38.*post nu.*24. & ita decisum in Regno apparet ex decis. D. mei *Capyc.* 158.*&* 211.*num.*6.vbi add. cumulant probata millies, *vt per D.de Frãch. dec.* 549. & in Senatu Pedem. *Thesaur.decis.*159.*num.*38. *Ant. Fabr.* in suo *Cod. lib.*2.*tit.*2.*de pact.defin.*28. in Gallia *Papæ dec.*95.*&* 1599.vbi moderni *add. Boerius dec.*104.*Maynard.dec.*24.*lib.* 4. *&* in Senat.Dolano *Io.Griueil.dec.*34.& in Catalonia latissimè *Fontanell. de pact. nupt.tomo* 2.*claus.*9.*glosf.vnica,nu.* 29. *&* 38.cõprobat ex receptissima sẽtentia *Mangil.de imput.& detract.q.*51.*n.* 82.*&* 85.vbi fœmina est tantum temporaliter exclusa, vt in Regno.

61 Ex quibus non est curandum de *Peregr.*cuius fundamentum, & illationes in Regno sunt reprobatæ, & quia ipse fatetur, communem opinionem esse multum ęquam, & rationabilem, vt per eum *d.art.*38. *nu.* 24.vt etiam aduertit *D.de Franch.d.decis.* 549.*in fin.post Afflict.in constit. in aliquibus q.*13.*nu.* 55 *in fin.*

Si igitur paragium transmittitur, & ab eo omne onus reijcitur, nedum illud diminuens in quantitate, sed in tẽpore, & in omnibus, pares producit effectus cum legitima, & potitur iisdem priuilegijs, necessariò filiæ debebuntur etiam fructus paragij, sicut deberi fructus legitimæ, nemo est, qui ausus sit negare; Doctores autem, qui in contrarium citari possunt in dote legata

vel

62 vel statutaria, dicentes deberi alimenta interim, donec filia nubat, vel hoc simpliciter dicunt, deberi, 13. alimenta, donec nubat, cum à communiter accidentibus fructus dotium non excedant alimenta; ita tamen, vt nõ ex hoc excludant, deberi etiam fructus pro ea parte, qua fructus alimenta excederet: vel & secundò quatenus dicant alimẽta tantùm deberi, non fructus, loquuntur in terminis statutorum excludentium omnino, & totaliter filias à successione, & sic quando censentur etiã exclusæ à legitima, retenta opinione, statuto posse legitimam in totum tolli; vel & tertiò, etiam si aliqui loquerẽtur in terminis statutorum excludentium fœminas, reseruata dote, saltim eorum dicta, & decisiones fortè in cõtrarium accipiẽdæ sunt ante nubilem ætatem, verùm post ipsam nubilem ætatem integros fructus esse præstandos, etiam vltra alimenta; quartò saluari possunt pro ea parte dotis congruæ, siue de paragio, quæ legitimam excedat, secus verò pro parte, quæ nõ excedit legitimam; & tandem & quintò, licet etiam in nuptura vera sit opi-
63 nio, præsertim in Regno, vbi paragium debetur purè, ipsum deberi vnà cum fructibus; attamen in ea, quæ iam ab initio ex susceptione habitus Monialis, & ex varijs facti circumstantijs animum suum declarauerit, velle domi honestè viuere in cœlibatu, vt est casus noster, cuius proinde dotis taxatio statim fit à iure in ipsa legitima, vt quæ non remaneat incerta, velut dependens ex futuro matrimonio, & dignitate futuri viri, sed remanet ipsa legitima à iure certa, & definita, licet sub nomine paragij, proindè extra omnẽ dubitationem debebitur hoc casu castè viuenti paragium cum fructibus attento potius effectu præstationis legitimæ, quo verè sibi debetur, quàm simplici nomine dotis de paragio, in qua cessant omnes rationes expectandi tempus nuptiarum; ex quibus coloratè, licet erroneè, mouentur DD. qui ausi sunt dicere, paragium non succedere loco legitimæ, iam superius ex receptis sententia reprobata: deberi au-
64 tem fructus congruæ dotis, siue dotis de paragio filiæ exclusæ à statuto, dummodo doletur, *author. Bar. Bald. Angel. & aliorũ* fundat in term. *Alex. cons. 7. visis, & diligenter num. 8. lib. 2.* & in quacunq. portione debita tãquam legitima, ex dispositione ll. vel statuti venire fructus ex tempore mortis illius, de cuius successione agitur, & etiã fructus bona fide consũptos, *latiss. idẽ Alex. cons. 127. sentio fieri dubium, lib. 6. & cons. 69. super primo dubio, num. 3. vers. super secundo, lib. 1. & in d. cons. 7.* *addentes* citãt *Bald. cons. 222. super pri-*
65 *mo puncto lib. 4.* qui ampliat, portionẽ legitimam non debere esse sine fructibus, etiam quod hæres solam habeat proprietatem, & amplius citant concord. eundem. *Alexan. Soc. Ias. Ruin. & alios*, latè hoc idem, præmissa disputatione, firmat *Soc. cons. 57. ex num. 32. & 36. lib. 4.* vbi tam in principio, dum dum format quæst. *num. 32.* quam in dec. quæst. *nu. 40.* non solum *Soc.* resoluit deberi alimenta, sed etiam fructus ipsos dotis, initio enim *d. num. 32.* dicit primò pro ratione dubitandi concludendum videri, esto, quod dos fuisset debita, quod tamen fructus, & emolumenta nulla deberentur, deinde *nu. 36.* dum resoluit, deberi dicit contrariã sententiam esse veriorem, quod immo debeantur emolumenta, vel sub ratione fructuum, vel sub ratione alimentorum, & deinde adducens ll. & rationes optimas, quæ apud ipsum videri possunt, subijcit inter alia *num. 40.* hæc verba, *qua ergo ratione debentur fructus legitimæ, eadem ratione fructus dotis, quoniam dos subrogatur loco legitimæ, l. quoniam nouella, C. de inoffic. testam.: ergo debet esse eiusdem naturæ. Item sicut legitima ex fructibus potest augeri, ita & dos, cum sit quid vniuersale, l. quod dicitur ff. de impensis in reb. dotalib. Bar. & DD. in rubr. ff. solut. matrim. quando autem debetur* ali-

aliquod vniuersale, debentur fructus ante moram, l. grege, ff. de leg. 1. benè facit text. in l. si ante nuptias, ff. sol. matr. vbi patet, quod dos ex fructibus augetur, & sic clarissimè *Soc.* resoluit, deberi emolumenta dotis, sub quibus intelligit comprehendi, nedum alimenta, sed ipsos dotis fructus ad instar legitimę, sub qua constat, venire fructus integros, addit *Socin. nu.* 42. immediatè, quod filia, cui debetur dos, si est nubilis ætatis, frater est in mora, & maximè stante minori ætate puellæ, ad cuius beneficium cōtrahitur mora re ipsa, *l. Titia Seio §. vsuras, ff. de leg.* 2. ex quibus infert, *Vnde si fuit in mora soluendi dotem frater, quod debebat loco legitima, sequitur quod erat obligatus ad fructus, & alimenta dotis nō solutæ, & ita aliàs fuisse consultum punctualiter in terminis nostris in dote non solutæ, per doctissimos viros,* hæc *Socin. nu.* 43. qui supra *num.* 38. *in fin.* dicens fructus etiam bona fide consumptos peti posse, subdit, *Vnde mirum est, quod qui consulerunt contrarium, non viderũt ista,* & sic *Socin.* clarissimè, tùm ex verbis, tùm ex legibus, quas citat, & rationibus, quibus vtitur, apertè loquitur, vt
66 filiæ exclusæ à statuto competant non solùm alimenta, sed integri fructus dotis, etiam bona fide consumpti, vt in legitima probat *Bal. in l. non est 9. C. famil. hercisc. Boer. decis.* 3. *in fin.* in quo est aduertendum *Socin. nu.* 42. ad idem probandum citare dicta per *Cyn. post Riccar. Malumb. in l. Sancimus, C. de nuptijs,* vbi originaliter citatur ad hoc, dotem succedere loco legitimæ, & hanc fuisse mentem ipsius *Socin.* aperit idem *Socin.* in suo pulchro *cons.* edito pro cōfirmando *cons. Ruyn.* 26. *lib.* 3. vbi post *Ruyn. num.* 22. concludentem specificè deberi fructus dotis filiæ exclusæ à statuto, dummodo dotetur, siue considerentur, vt fructus legitimæ, siue vt fructus congruæ dotis, quia subrogatur loco legitimæ, & fructus debent dotē augere, confirmat hoc optimè *Socin.* resolut. *Ruyn.* aliàs sui discipuli ex *n.* 33. vbi concludit, deberi fructus principaliter, tanquam interesse dotis, maximè ex tempore minoris ætatis, ex quo inducitur mora re ipsa, & immediatè q frater succedit in hæreditate, dicitur constitutus in mora, & declarat, quod mora incipit per lapsum temporis nubilis ætatis, etiam vnius diei præfixi à statuto disponēte, quod debeat dotari dum ad nubilem ætatem peruenerit, vt propriè loquitur nostra const. & sic data mora, nulli dubium inquit *Socin.* tenetur frater ad fructus etiam ex reg. quod data mora per lapsum temporis frater est in mala fide, & sic omnino tenetur ad fructus, citat multa, quæ non refero, sed dicit esse casum in *l. si marito §. fin. ff. solut. matrim.* & dicit *d. nu.* 33. *in princ.* non inuenisse Doctorem aliquem contradicere, *& in vers. vnde dico ante, nu.* 34. *Socin.* dum loquitur de alimentis, dicit, illa deberi vsque ad tēpus dotationis, scilicet nubilis ætatis, quo tempore debetur dos ex forma statuti, postea verò deberi dotem cum fructibus.

Et licet aliqui DD. dicant simpliciter, quod interim filia, donec ei dos tradatur per fratres, debet ali, non tamen excludunt, quod ei non debeantur integri fructus dotis, vel emolumenta, quatenus excedant pro rata tñ legitimæ, quæ inest doti, siquidem licet *Bal. in l. quod filium in princ. ff. vbi pupillus educari debeat,* simpliciter dixerit, quod
67 si caueatur statuto, quod masculus tenetur dotare sororem, & in alio non succedat soror, quod interim antequã dotet, debet eam alimentare, quod dicit esse fixum menti tenendum: præter quàm enim hoc ipse statim declarat, dùm subijcit, quod ibi videtur casus expressus, quod si relinquitur mulieri aliquid ob dotem, quod statim debetur, cum est ætatis nubilis, idest duodecim annorum, licet non acceperit maritum, & iterum addit de hoc esse ibi casum ad litteram, de quo per *Cyn. in d. l. Sancimus,* & sic *Bald.* quod dixit de alimentis, restrinxit procedere antequã puella perueniat ad nubilem ætatem,

non autem post nubilem, quo tempore purè, & plenè sibi dos debetur. Verùm dictum *Baldi in l. qui filium*, & aliorum, qui eum simpliciter sequuntur, vel idē docuerunt, eo non citato, vt fecit *Corn. cons.* 85. *plura dubia col.* 8. *vers. & ideo concludo in fi. lib.* 3. *& Crauett. cons.* 189.
68 *nu.* 4. intelligi debet, vt debeantur alimenta, s3. dotis emolumenta, vel fructus ipsius dotis, seu legitimæ, & sic nō restricta simpliciter ad humanæ vitæ indigētiam, prout clarè explicat *Socin. in d. cons.* 57. *vbi ex n.* 40. *ad* 44. postquā loquutus est de alimentis, quæ intelligit, vt emolumenta dotis, expressè sēper loquitur de alimentis, & fructibus ad instar legitimæ, & ita in specie *n.* 42. intelligit doctrinam *Bal. in d. l. qui filiū*, dum illam ad hoc citat, & clarissimè etiam tradit *cons.* 27. *in vlt. dubio nu.* 42. dum citando *Bald. in l. alimenta C. de neg. gest. n.* 3. *& in d. l. qui filium* subijcit, *debetur enim dos sicut legitima, & ideo interim debet habere alimenta, vel percipere fructus legitimæ*, quatenus scilicet fructus, alimenta ipsa excedant, citat *Bald. in d. l. non sine n.* 3. *vers. sed nunquid C. de bonis, quæ liberis*, qui dicit hęc verba, *sed nunquid interim debet habere alimenta istius dotis, dico quod sic, quia ista dos succedit loco legitimæ*, ponderentur quæso verba *Baldi*, quia non dicit alimenta simpliciter, sed alimenta istius dotis, & sic intelligit de emolumentis, & fructibus dotis, quod clarissimè patet, dum addit rationem, *quia ista dos*
69 *succedit loco legitimæ*, vnde sicut in legitima non debentur solùm alimenta, sed fructus, sic etiam in dote, & citat etiam *Curt. eund. Bald. in l. quoniam in prioribus C. de inoffic. testam. vbi nu.* 3. *& & 5.* docet *Bald.* sequutus *Iacob. Butr.* in dote debita ex statuto, omne onus
70 conditionem, & dilationem remouēdam, tàm in quātitate, quàm in modo, & tempore, & subdit *Bald.* quia quantitas, quam pater relinquit filiæ pro dote vigore statuti, licet sit valdè modica succedit loco legitimæ, quod dicit mēti tenendum, & sic intelligendo dictum *Curtij* etiam iuxtà authorit. quas citat, clarè intelligit, nedum esse ei præstāda alimenta, sed fructus, & ità etiam intelligendus est *Crauett. d. cons.* 189. *nu.* 4. dùm citat *Curt. Sen. in d. cons.* 27. & citando sequitur, & clarè *Bald.* innuit à
71 communiter accidentibus in dotibus statutarijs exiguis, alimenta ascendere ad fructus, & quandoque excedere, latiùs idem *Franc. de Curt. Sen. consil.* 39. visis, & diligenter post *num.* 7. *vers. ex prædictis infertur*, & in vltimis verbis reassumendo cōsultationem, quam citat *Socin. in d. subscript. nu.* 33. sequitur idem *Natt. cons.* 156. *nu.* 5. *vers. circa* 2. *vsque ad num.* 12. vbi fundat, deberi fructus à
72 tempore mortis, & ab eo tempore hęredes institutos censeri in mora, sequitur quoad fructus, *Menoch. in cons. pro D. Eleonora Aestensi* 251. *n.* 54. vbi licet dicat sibi magis placere, quod requiratur interpellatio, citans *Alex. d. cons.* 69, *& Socin. in d. subscript. ad Ruin.* isti tamē dicunt contrarium, non requiri s3. interpellationem, saltim quando statutū præfixit tempus dotis præstationi, & sic *Menoch.* debet intelligi iuxtà id, quod dicunt DD. quos ipse citat, & hāc esse receptissimam opinion. vt sicut in legitima, & ipsius supplemento debentur fructus absq; interpellatione, ita etiam in dote congrua, etiam cessante mora hæredis, quia fructus legitimæ non debentur ratione moræ, sed iure dominij:
73 vnde idem in dote illius loco subrogata, in qua tanquàm iure vniuersali fructus veniunt, *ex l. si marito §. fin. soluto matrim. & l. quod dicitur ff. de impensis in reb. dotalib. & l. etiam C. de iur. dot.* ex infinitis probat *Peregr. de fideicom. art.* 36. *n.* 69. vbi ita fuisse iudicatum, testatur in duabus causis magni ponderis. Nec enim illi DD. qui simpliciter dicunt, dotis alimenta deberi, excludunt quin etiam fructus debeārur, tùm quia expressè volunt, quod si dotis fructus,
74 siue paragij alimentorum excesserint quantitatem, tunc supplementum vsq. ad integram fructuum summam sit sorori persoluendum, quod generaliter est

est in compensatione, vt fiat pro rata crediti, cum sit debiti, & crediti pro rata contributio, vt in puncto docet *Bal. cons. 58. in rest. nu. 7. lib. 2.* tùm quia declarant, quod nón debeantur simpliciter alimenta; sed illa sunt taxāda, & moderanda habito respectu, vt congruenter ad ipsam dotem correspondeant, vt optimè declarat *Crauett. d. cons. 189. nu. 9. ex tex.* claro *in l. cum vnus §. fi. de alim. leg.* quem locum *Crau.* omnino rogo reuideri, nec aliter voluerunt *Bald. in l. alimenta, nu. 3. Castr. num. 5. in fin. & Alex. num. 11. C. de neg gest.* quos citat *de Franch. infrà cit. dec. 15. num. 2. & 13.* dum simpliciter, loquendo iuxtà *d. l. qui filium*, quam ipsi citant, dicūt, quod vbicunque masculus est vniuersalis hæres, sororem alere teneretur, hoc enim est verissimum, sed non dicunt, nō esse dandos fructus dotis post nubilem ætatem, *Rom. autem cons.* 134. pro dubitatione loquitur, expresse in term. Stat. Treuis. excludentis nuncupatim filias à legitima, quo casu, vt ipse dixit in princ. *vers. tertio, quod & si dos*, eo casu, cum nulla legitima debeatur, impossibile est dotem loco legitimæ succedere, & *n. 3 vers. præmissos*, & proinde cōcludit *n. 2.*
75 *vers. ex quibus*, dotem non posse peti, nisi sequutis nuptijs, & ob id interim, subdit, alimenta deberi, & ita intelligit not. *in d. l. qui filium num. 2. in fin. vers. dico tamen*, & ita expresse se declarat idem *Rom. cons. 64. hæc quantitas*, & vtrobiq; ita in puncto *Rom.* & contrarias opiniones conciliat *Mand. in add. ad d. cons.* 134. vt s3. distinguatur, vtrum statutum expresse filias à legitima excludat, vel nè, & in eisdem terminis loquuntur *Tiraq. de primog. q. 4. num. 32. vers. nec obstat*, vt specialiter optimè declarat *Molin. de primog. lib. 1. c. 2. nu. 2. uers. idque etiam in statuto*, vt cum statuta fœminas excludant simpliciter, itaut nihil de dote, seù alimentis ipsis præstandis disponant, dotes tamen, vel cōpetentia alimenta præstentur ex not. *in d. l. qui filium*, quæ in prędicto casu procedere declarant, & in filia exhæredata cui nulla debetur dos, nisi ex legato, loquitur expresse *Barb. in l. 1. p. 4. nu. 11. vers. quinimò ff. sol. matrim. Baeza de nō melior. c. 11. nu. 34.* iuncto *c. 8. nu. 28.* & hanc opinionem esse canonizatam in terminis nostrarum constit. testantur *Sicul. & Neap.* & ex Siculis *Petrus de Greg. in d. tract. q. 26. per totam*, vbi in
76 puncto mouet dubium. Vtrum filiæ exclusæ, debeantur fructus dotis de paragio à die mortis patris, vsq; ad diem quo petijt paragium, præmissa disputatione ad partes, concludit affirmatiue rationibus, & authoritatibus, de quibus per eum: & ampliat, vt procedat, ne dū in petitione dotis, sed supplementi ipsius paragij. Secundò nedum in fructibus perceptis per fratrem verè extantibus, sed etiam bona fide consumptis vt illi simul cum dote ipsa præstandi Tertiò etiam si frater obtulerit verbo sororem dotare. Et quartò, vt interpel
77 latio nullo modo sit necessaria ad finē consequendi fructus, sed solùm ad finē ad hoc, vt soror propter moram fratris admittatur ad succedendum pro virili in burgensaticis, vt latiùs per ipsum, qui optimè loquitur, & nihil addi potest, nisi illud, quod ipse idem author dixit *q. 25. post num. 3. & 4.* qui hoc declarat
78 procedere, vt fructus debeantur post nubilem ætatem, iuxtà dispositionem *const. In aliquibus*, ibi: *cum ad nubilem ætatem prouenerit, &c.* ante verò nubilē ætatem quousque ad eam ætatem peruenerit, debentur sibi tantùm alimēta; non autem fructus, & ità conciliat contrarias opiniones, & sequitur *Mastrill. in d. cap. 26.* sed latiùs *d. cap. 26. in addit. incip. fructus*, vbi plures cumulat, nec aliter intelligendus est *Cannet. in dicto cap. volentes §. at non erit otiosa, post num. 20.* vbi cum disputaret. Vtrum
79 fructus, vel interesse dotis sint verè, & propriè onus feudi, sicut ipsa dos, dum resoluit cum *Ioan. Aloys. Sept. contra Blascum*, quod nō sint onus, subdit *d. num. 20. opin. Blasch.* affirmatiuam solùm substineri posse in fructibus dotis perceptis per fratrem, antequam

assignaretur dos sorori; nam cum talis dos sit portio, & legitima secundùm *Isern.* proindè augetur ex fructibus, sicut & legitima, citans *Bald. Alexand. & Socin.* locis suprà citatis,& sic clarè *Cannet.* confirmat nostram opinionem. Et licet subijciat (quamuis ista quęstio non potest contingere, nam vt dicit *Soc.d.cons.*57. pro dictis fructibus dantur alimenta, & ita taxantur in Regno vsquequò nubat, ideo non potest tractari, si sint onus feudi, nisi dos soluatur mulieri,nam tunc fructus dotis sũt onus feudi, vt dixi,&c.) dicta tamen verba intelligi debent,vt voluerit,dictã quæstionem non posse practicari, nisi vsquequò puella nubat, & postquam fuerit nubilis ætatis; quia ab eo tempore debentur fructus, nam antea debentur alimenta,& sic intelligenda sũt eius verba iuxtà *Constitut.* quam citat, quæ,vt declarat *Greg. d.cap.*25. *num.*4. *& cap.*26.non præfigit tẽpus,quo verè nubat,sed tempus nubilis ætatis. Item secundum *Socin.* quem ipse *Cannet.* citat, qui voluit,deberi fructus, vt supra, & quia ita expresse se declarat *Cannet.* dum subijcit,ibi: *nisi non soluantur mulieri,quia tũc sunt onus feudi,*scilicet mulieri nubilis ætatis, quo tẽpore ipsi paragium debetur iuxtà *Constitut. Regni,* quod secundum eundem *Cannet.* præsertim non ita clara,& perspicua ita sũt accipienda, vt non contradicant DD. quos ipse citat,nec sibimet ipsi in d.loco, & alijs, sed iuxtà opinionem distinguẽtem probatã à *Greg.*suo Consiculo, & ità apertè loquitur *Cannet.* quidquid aliter fortè his non ruminatis nimium confusè loquẽdo,ità vt quid sibi velit non aperiat, *Cannet.* verba intelligere videatur *D.de Franch.d.dec.*559.*in fin.* de qua *decis.*dici potest id,quod aduertit *de Ponte de potest.Proreg.*nõ fuisse labores perfectos,sed partum posthumũ. Ex Regnicolis verò nostris post *Afflict. in Constit.in aliquibus*, hanc opinionem expresè probat *Minad. ibid. in* 7. *notab.num.*14.qui non semel tantùm, sed sæpè fuisse iudicatum in S. C. testatur

80 deberi fructus, vel interesse paragij, quinimò arguit etiam ante nubilem ætatem videri natam actionẽ ad præstationem paragij, & consequenter ad fructus, & de hoc tantùm disputat ex *num.*15.*ad* 16. supponens pro indubitato, post nubilem ætatem deberi fructus, vel interesse, & amplius differit: vtrum si soror nubat ante nubilẽ ætatem, malitia coadiuuãte, debeatur dos, & dicit in hoc esse varias opiniones *nu.* 16. verum refert *Odofr.* dicentem in *l. dotis fructus*,pluries fuisse iudicatum, quod lucretur dotis fructus, & ita inclinat,dum declarat dicta *Ant.de Alex.* post *cons. Loffredi*, ita vt indubiè affirmet *Minad.*deberi post nubilem: eandemq; opinionem latissimè confirmat *Anna sen. in vulgata decis.*70.*ex num.*9. *ad* 29.in causa D.Isabellæ Aragoniæ,in
81 qua licet *in fin.*referat *decis.*deberi tantùm alimenta; attamen vel est intelligenda decisio ante nubilem ætatem, vel in dotibus Magnatum,vbi dos de paragio interdum taxatur minus legitima:ita vt non mirũ sit,si fructus quoque restringuntur ad alimenta, ne nimium dos ex fructibus augeatur.Et ita iuxtà nostram opinionem esse omninò intelligendam decisionem prædictam relatam per *Annam*, in puncto censuit *Reg.de Ponte d.cons.*50.*in fin.* qui cum *nu.*27. *vers.ex quibus omnibus*, affirma-
82 uerit omnino deberi nupturæ interesse paragij, vt dotis proportionata alimenta,pluribus id comprobans in fine citat pro nobis *d.decis per Annam* relatam, vel saltim, cum sit variè decisum, & plures decisiones sint pro nobis, ex integro esset decidendus articulus,ex iuris principijs. Et hoc maximè,cum decisio *D.de Franchis* sæpè citata 559. sit pro nobis dum *num.* 13. testatur de anno 1595.in causa Helenæ de Zunica fuisse cum mysterio condemnatũ fratrem ad alimenta (donec ad nubilem ætatem peruenerit) & sic S. C. habuit
83 pro vero, post nubilem ætatem non sola alimenta,sed fructus esse præstandos,quatenus verò ipse ex *nu.*14.velit decla-

declarare *decis.* relatam *per Annam ex Apostill. Felicis de Rubeis*, ipse nimium confusè loquitur, nec ex eius verbis colligi potest, quod fuerint decreta alimenta etiam post nubilem ætatem: imò dum citat in *fin. Crauet. d. conf.* 189 *in fin.* qui apertissimè resoluit, alimenta non esse decernenda simplicia, sed habito respectu ad dotes; quia etiam si dos deberetur sub cõditione, quod non est in casu nostræ *Constit.* non debet esse inconueniens, taxari alimenta habito respectu ad mensuram dotis, & pro quantitate dotis soluendæ, & ita dicit *Crauet.* iudicatum à suo Senatu, ex hoc pater *D. de Franch.* pro hac opin. residere, maximè dum citat *Minad.* qui loquitur clariss. de fructibus non de alimentis, & dum addit, vt plurimum se meminisse liquidatos fructus paragij ad rationem quinque pro
84 centu. Hæcq; distinctio inter tempus ante, vel post nubilem ætatem, vt iuridica, & necessaria, est subintelligenda quoad omnes DD. simpliciter dicentes, alimẽta deberi, pro vt ita quoque accipiendus est *Corduba*, quem citat *D. de Franch. d. dec.* 15. *in l. si quis à liberis* §. *Idem rescriptum, num.* 5. *in fin. ff. de liberis agnosc.* licet firmè solus dicat, fratrem, qui alit sororem, cui debetur dos, fructus vltra alimenta lucrari, remittit se tamen ad dicta per eum *in* §. *si mater, num.* 35. eiusdem *l.* vbi ad id probandum citat *Gram. cons. ciuil.* 146. qui *Grammat.* expressè *num.* 3. *&* 8. *cum duobus seq.* dicit, regulariter omne commodum & lucrum quod ex legato dotis peruenit, spectare ad legatariam, verùm limitat *num.* 9. interim ante nubilem ætatem deberi sibi alimenta dotis, & ita etiam intelligi debet *Caphalus cons.* 85. *nu.* 1. *lib.* 1. quẽ simul cum *Gram.* citauit idẽ *Corduba*, prout etiam semetipsum declarat idem *Caphalus cons.* 56. *per totum eod. lib.* 1. & ita etiam accipiendus est *Surdus* solum *Cordubam* citans
85 *de alimentis tit.* 1. *q.* 26. *num.* 3. & quod debeantur fructus probat *Vrsill. decis.* 111. *nu.* 14. *Salern. in addit. ad Napod. in* 1. *Consuet. post num.* 56. *in addit. magna in fin. lit. A. vers. cui debetur*: licet aliter ibi velle videatur *Consil. de Bottis in addit. incip. an filia*, dum simpliciter refert *decis.* relatam per *Annam d. alleg.* 70. Et optimè, vt simpliciter verum, & pluries practicatum, & decisum pro rata paragij, quæ non excedat legitimam, testis est *D. de Franch. decis.* 26. *num.* 13. qua ratione autem dotis fructus debeantur etiam in nuptura, pulchrè tradit *Alex. cons.* 77. *lib.* 5. dum *in princip. post num* 1. distinguit inter dotem relictam in tempus nuptiarum, vel in tempus nubilis ętatis, ideo enim moueri potuit testator; vel statutum iubens præstari dotem, cum esset nubilis ætatis, & non tempore nuptiarũ, quia pluries impensæ necessariç sunt ante nuptias; vndè non requiritur, qđ nuptiæ contrahantur, citans *Bart. in d.* §. *Titio genero, num.* 7. *in fin.* addit autẽ *Author dãnatus in* 1. *addit ad Alex. in d. cons.* relictum loco legitimæ, vel successionis filiæ à residuo exclusæ, semper censeri purum, & transmissibile, licet aliter sit, quando legatum est suspensum in euentum nuptiarum, & ita dicit procedere contraria, cit at *Crauet. cons.* 101. dicens verba statuti, vel legati pro ipsis dotandis, & matrimonio collocandis, respicere quædam præparatoria, quæ animi cogitatione solent nuptias peruenire, & sonare, q. mediante legato filiæ nubere possint; dicta enim verba non concernunt titulum dotis, idest quod relictum sit paratum pro dote, vt esset dotale, sed potius concernere facultatem quandam ad matrimonium contrahẽdum, & ideo censeri purum, idemq. probat *Petr. Greg. d. cap.* 25. *post nu.* 4.

Quæ omnia si rectè procedunt in puellis nupturis, ad quod respexerunt Statuta Italiæ fœminas excludentia propter masculos, cum à communiter accidẽtibus materia appetat formam, sicut mulier virum. Quantò fortiùs indubitanter debebuntur fructus illi sorori, quæ vitam castam in domo fratris honestè viuendo, ducere elegit, cui sub

nomine dotis de paragio, licet impropriè, cum dos non possit esse sine matrim. saltim futuro, aut præterito aptu, vel habitu, verè, & propriè competit legitima, quæ certam, & inuariabilem à iure habet quantitatis metam iuxta *auth. nouissima*, & sic cessant amaritu-
87 dines. Vtrum debitum dotis sit purum, conditionale, vel modale dependens à futuro matrimonio, tam circa substantiam, quàm respectu quantitatis iuxtà puellæ, & futuri viri conditionem, facultates, & dignitatem, quę DD. in varias asserunt sententias, vt notat *Grammat. d. conf. ciuili 146. ante num. 2.* quod propriè voluit *Isern. in d. Constit. in aliquibus col. 10. vers. dic quod in legato, sub num. 60.* vbi tēperat opin. dicentium, relictum pro dote esse conditionale, vt non procedat in isto casu, ibi, *secus esset si honestè vellet in domo viuere*, & iterum *col. 11. ex num. 30. ad 60.* vbi concludit, non
88 esse semper necessarium, vt matrimonium sequatur, pro quo datur dos, quod enim frater teneatur dare paragium sorori pro dotibus, & maritagio hoc non est finale, sed impulsiuum, vt illud habeat, etiam si non maritetur; si enim, inquit *Isern. nu. 50.* habere debet paragium pro dotibus, & maritagio, quod est loco portionis debitæ iure naturæ, habebit, & multò magis si honestè vellt in domo viuere: nam non plus debet habere castitate, luxuria; & quia bonum, nedùm virginale sed viduale præfertur matrimonio, & orando pro fratre magis ipsi prodest quàm filios concipere. Et sic clarè decidit *Isern.* dotem hoc casu fortiùs accedere ad legitimam, & loco ipsius subrogari, quàm in casu nubēdi, quod clarissimè docuit *Napod. in prin. consuet. ad. num. 66. in fin.* vbi postquam docuit *ex Isern.* paragium ingressarum semper esse vniforme, & æquale scilicet debitum iure naturę ea ratione, quia sponsus coelestis semper est, & cum omnibus est vniformis, & æqualis: subdit verba aurea, *idem si voluerit castè viuere, scilicet vt paragium sit ipsum debitum iure naturæ*, & sic cla-
89 rissimè *Napod.* docet, paragium in castè viuente esse ipsam legitimam debitam iure naturæ; & sic ne dùm ipsius loco subrogari, vt in nupturis, sed esse verè, & proprie legitimam ipsam, & sic necessario deberi cum fructibus, vt supra, quinimò subijcit, posse eidem castè in domo viuenti competere virilē, si frater differat maritare vltra decimum sextum annum, cum nihil habere possit plus castitate luxuria, vndè vel erit legitima, vel virilis, quæ fructus producunt, sequ tur latiùs explicando *Afflict. in d. Constit. num. 41.* & hæc omnia confirmat optimè *Petrus Greg. q. 9. num. 4. in fin. & 5.* & latiùs *q. 14. per totam*, & iterum *q. 25. num. 3.* indè *Bald. Gulielm. Benedict. & Hondod.* dixerunt etiam, in Moniali datum à patre monasterio, & positum suprà altare pro legitima censeri positum, vt refert *Fontanell. tom. 2. clauf. 15. gloss. 1. part. 1. num. 62.* vbi *num. 57. cum sequēt.* latè agit de dotibus Monialium, & castè viuentium, quibus, vt alibi dixerunt *Bald. Ancharan. & alij*, quos refert *Alex. conf. 121. num. 3. lib. 6.* non debetur dos, vt vera dos, sed vt certa portio, statuto definita, sequitur *Lauderch. conf. 25. num. 7. in fin.* Ex quibus omnino integros fructus saltim post nubilem ætatem deberi iustè quidem iudicandum, speratur &c. 30. Settembris 1625.

DECISIO.

Die 25. Nouembris 1625. fuit decisū alimenta percepta per D. Briandam in domo fratris etiam post nubilem ętatem cedere in causam interesse paragij, referente Domino tunc Consiliario nunc Regente Scipione Rouito, & confirmatum decretum in gradu reclamationis referente Dom. Consiliario Petro Antonio Garauita. Magister actorum Gioffus.

SVM-

SVMMARIVM.

Plurium Decisionum in materia praecedentis Controuersia de paragio, & eius taxationem.

1 *Paragij taxatio, siuè liquidatio, triplici modo practicatur in Regno, vsque ad legitimam, minus legitima; & vsq; ad virilem, iuxtà diuersitatem casuum.*
2 *Paragij liquidatio varia, solet esse generalis, & difformis, & plura ad ipsius taxationem sunt consideranda.*
3 *Paragii ethymologia.*
4 *Paragium ascendit interdum vsque ad virilem, vt fœmina condigna nubat, num. 9.*
5 *Paragium nullo casu excedit portionem virilem.*
6 *Maritata paragium, non excedit legitimam. Et traduntur exempla nu. 8. & sic mortua non transmittit, nisi legitimam, num. 10. declara num. 9. & 14.*
7 *Legitimę taxa semper certa, & vniformis, attento numero filiorum, & valore bonorum.*
12 *Pater versus filiam, & successiuè frater eam excludens, ad duo tenetur sorori.*
13 *Mulieris interest habere dotem ob plura.*
14 *Dos congrua dicitur, inspecto tempore dotationis.*
15 *Decisio S.C. in causa Lucretia Como iunctis aulis, quod etiam in maritata detur virilis pro paragio.*
16 *Soror elapso decimosexto anno de iure consuetudinario efficeretur masculina, vt habeat virilem ad instar masculi, secus de iure Constitut. nu. 17.*
18 *Ius Constitut. attenditur in liquidatione paragij super feudis.*
19 *Consuetudines Neapol. non ligant bona feudalia.*
20 *Consuetudo, qua concedit virilem post decimumsextum annum sorori, protedit in fratre, non in patre.*
21 *Frater non constituitur in mora, nisi praeuia interpellatione sororis.*
22 *Paragium ex iuris praesumptione non excedit legitimam in ea, qua elegit caste viuere.*
23 *Decisio Sac. Consil. iunctis aulis, de anno 1623. in materia paragij petiti per Dom. Lucretiam Como. Et alia decisiones in eadem causa, & materia paragij, de annis 1599. & 1587. nu. 24. & 25.*
27 *Bona subiecta fideicommisso, vtrum sint computanda cum alijs bonis liberis, vt filia fœmina exclusa à successione, dotetur etiam de praedictis bonis, & eorum fructibus, & de ipsorum pretio habeatur ratio ad augendam dotem. Et quid in pretio feudorum, num. 29.*
28 *Feudum fortiùs alienari prohibetur, quàm res fideicommisso subiecta.*
30 *Paragium in ipsius liquidatione, debet habere latissimum arbitrium.*
31 *Iudex in dubio contra masculos debet pronunciare, donec competentes dotes sororibus exclusis assignentur.*
32 *Dos, & necessarium ad illam constituendum, nunquam in fideicommisso includitur. Etiam ad beneficium descendentium, non natarum, nec conceptarum, nu. 33.*
34 *Decisio Sac. Consil. de anno 1601. iunctis aulis, quod in liquidatione paragij non sint computanda bona fideicōmisso subiecta ascendentis, declaratur num. 36.*
35 *Familia de Como ex dominis Carifij, & Casalis noui, nobilissima.*
37 *Filia fœmina exclusa à successione faciunt partem, quamuis non admittantur ad partem.*
38 *Decisiones plures, quod in liquidatione paragij, dotes nuptarum in vita patris sint computanda in valore patrimonij ad augēdum paragium, in causis Vulcanorum, & de Forma, referuntur.*
39 *Paragium, si declaratur ascendere vsq; ad virilem, vtrum etiam in dicto casu computanda sint dotes sororum nuptarum.*

Col-

ARGVMENTVM.

Dotis de paragio liquidatio, siuè taxatio multipliciter, & vario modo practicatur in Ciuitate, & Regno, & plures, & diuersae Sac. Consil. decisiones referuntur factae in hac materia paragij, & fructuum, siuè interesse ipsius, iuxtà varias facti circumstantias, earumq; ratio redditur, & suis aptissimè sedibus collocantur.

In eadem causa.

CONTROVERSIA XVI.

1 VErùm quoniam quantitatis paragij taxatio, siuè liquidatio triplici modo practicatur in Regno, vel contingere potest, iuxtà varias facti contingentias, & circunstantias, quae arbitrio boni, & recti Iudicis regulantur; interdum enim taxa paragij fit vsque ad legitimam, nec illius metam à iure statutam, iuxtà *reg. auth. nouissima, C. de inoff. testam.* excedit, neq; trascendit, vt contingit in casu praesentis Controuersiae; licet hoc varijs ex causis oriri possit, quinimmò licet però raro

rarò minus legitima taxari debeat, vt in magnatibus,& opulentis hæredit atibus,in quibus integra legitima ascē deret ad dotem excessiuam, vt auctoritate *Socin.Corn.Decij*, & aliorum, decisum refert in sororibus plurium Regni procerum,*Dom.meus Capyc.in addit.ad Napodan.* vbi & reliqui in *Consuet.Si moriatur, verb.paragium, in addit.incip. An mulier, car. 94.* aliquando verò paragium ascendere potest vsq; ad portionem virilem, quæ iuxtà numerum liberorum etiam masculo competeret ab intestato: Et tertio paragij liquidatio facienda est intra latitudinem summæ, quæ est supra legitimam, vsque ad quantitatem virilis,minus autem virili, quam,certū est, paragium excedere non posse, quod frequentiùs accidit, vt per *Petr. de Gregor.tract.de paragio,Reg.de Pont. cons.45. 65. 74. & 79.* Volui propterea curiosè obseruare,si id, quod in præsenti casu decisum est in paragio debito, & liquidato vsq; ad quantitatem legitimæ, vt scilicet non debeantur fructus, siuè interesse, nisi à die mortis fratris,vel in tempore,quo desijt habere alimenta, procedat,& decisum teperiatur in alijs casibus, vbi paragium legitimam excedit, vel minus virili,aut vsq; ad virilem,ex causis liquidatur.

Qui casus vario modo practican-
2 tur; cum enim paragij liquidatio varia soleat esse generaliter, & difformis; quippè vt facultates, & dignitas mulieris,& viri, & alia in ipsius liquidatione sint consideranda, quæ ex *l.si filiæ, ff. de legat.3. l. quæro, l.cum post, §. gener ff. de iure dot.* eliciunt *Isern. in Constit.In aliquibus,col.8. vers. Hoc de-*
3 *notat nomen paragij, Napodan.in Consuetud.Si moriatur, vers. eas autem ipsis successoribus,in verbo,Paragium, de success.ab intestato, Bald. nouell. de dote, 6.par. in 17.speciali, vers. & prædicta,* cum alijs per *Cottam in suis memorab. in vers.dos constituta filię, Dec. cons.26.* vbi *additio vltima* tradit ethymologiā huius nominis, *Paragium*, sed fallitur, dum credit referri tantùm ad paritatem parentelæ, & familiæ, & latiùs *Dec.cons.275.ex num.5.* vbi de intellectu nostræ *Constitut.In aliquibus.* Hoc autem ea ratione contingit, vt mulieres à successione exclusæ, quæ cum legitima non possent condigno nubere
4 habeant paragium,legitimam excedētem, quod vsque ad virilis portionis metam augeri valeat, vt æqualitas sit in nuptijs, & paragium paritatem habeat,à qua nomen sumpsit *Isern. d.loco in fin. Napod.in d. §.eas autem,num.51.* vbi latè *Saler. & cæteri in addit. Cotta d.loco,Anna alleg.70.nu.6.*ita tamen,vt etiam si non posset nubere pari, vllo
5 casu paragium possit transcendere virilem,nè contra intentionem iuris municipalis, melioris conditionis sit fœmina, quàm masculus, *vt ex Iser. in d. Constitut.col.17. vers.vltra verò,*notat *D.Pisanell. in addit.ad Napod. d.loco li-*
6 *tera E.* & ob id, vbi mulier nupsit pari, & iam inuenit virum condignum, à cessante ratione, paragium non erit,
7 nisi legitima, quæ semper vniformiter consideratur,respectu valoris bonorū, & numeri filiorum, *Isern. d. Constitut. col. 11.vers.per hoc patet,*exemplificans in illa,quæ nihil,vel modicum pro do-
8 te dedit propter pulchritudinem, vel nobilitatem; & iterum *colum.16. vers. quid si maiores,*ibi,*Vndè si inueniret sibi parem propter eius pulchritudinem, vel propter strenuitatem fratris, tunc seruamus dictum Caroli in Longobarda, vt non frandetur legitima sua,* sequitur *Napodan.in Consuetud. Si qua mulier, num.23. de muliere habente filios,* quod vno ore nostri Moderni probant; dum
9 in eo casu tantùm concedunt,paragiū excedere legitimam,& vsq; ad virilem ascendere, quando mulier non potest nubere pari,quod cessat in iam nupta,
10 sicut videmus in filia mortua,antequā nubat,decisum fuisse,eius hæredes nō posse petere paragium, nisi iuxtà ratā legitimæ, vt testis est *Consiliar.de Bottis in Addit.ad Iser.in d.Constit.col.15. vers.*

verſ.noto etiam,car.mihi 259.quod tamen ſanè intelligendum eſt, non pro-
11 cedere in mulieribus maritatis, & nō dotatis,vel dotatis,ſed cum parua dote,vel quæ virum condignum inuenerunt, ſub ſpe conſequendi congruam maiorem dotem, vt ex *Bald.num.*10. *Ang.& Paulo nu.*7.*& Iaſ.num.*27.*in* 6.*notab.*in dicta *Auth.* tradunt *Menoch. conſil.*41. *Prat. tract. de fideicomm.q.*8.
12 *num.*454. nam pater verſus filiam, & ſucceſſiuè frater,qui eam excludit, ad duo tenetur,ſcilicet maritare, & dotare: ideoq; licet ſit maritata, remanet obligatio de illam dotando: intereſt
13 enim mulieris eſſe dotatam, tum propter liberos, tum quia indotata à viro contemnitur, & quia ſoluto matrimonio,dos ſeruiet ad alimenta; & idem in ea,quæ paruam, & incongruam habuiſſet dotem; niſi tempore dotationis inſpecto, fuiſſet congruè dotata;
14 illud enim tempus attenditur, vt de magis communi reſoluit *Pereg.art.*42. *num.*39. *&* 40. & ita fuit deciſum in
15 cauſa Lucretiæ Como, de qua infra; vbi fuit illi data integra virilis portio pro paragio; tametſi fuiſſet iam nupta Dom. Mutio Capycio Piſcicello, & ſic condigno; qui tamen ſpe maioris dotis illam duxerat, licet de iure conſuetudinario, alia de cauſa etiam contingere poſſit, vt paragium excedat legitimam, & aſcendat vſq; ad metam virilis,ſi non fuit ſoror nupta à fratre infra 16.ætatis annum; quo tempore
16 elapſo,ſoror maſculiatur, vt vtar verbis noſtrorum: vndè efficitur habilis ad petēdam integram portionem,quæ competeret maſculo, vt in *d.§.eas autem, in Conſuet. Si moriatur, de ſucceſſ. ab inteſtato*, vbi poſt *Napodan.* notant *Anton.ab Alexand.*poſt *num.*26.*fol.*80.
17 *in nouis*: quod tamen non procederet de iure Conſtit. quo iure ſimpliciter excluduntur à ſucceſſione,ſine tēporis præfinitione:& ſic practicatur in Regno extra Ciuitatem,*Napod.in d.§. eas autem,verb.differentibus,num.*48.*in fine*,& melius *in glo.fin.*incipiente *materias,num.*96. vbi *Salern.* & alij, latè *Afflict.& cæteri in d.* Conſtitutio. quod
18 ius Regni generaliter attenditur in liquidatione paragij debiti ſuper bonis
19 feudalibus; quippè clarum eſt, conſuetudines non ligare feudalia, idem *Napodan.in* Conſuet.*Si quis, vel ſi qua, in verſ.in bonis omnibus,num.*176. vbi latè *Præſes de Franch.in Addit. incipiēt. Adde in ſimili*,& in Conſuetud.*In bonis, tit.in quibus rebus habeat locum quarta.*
20 Conſuetudo tamen prædicta loquens de ſucceſſoribus differentibus maritare ſorores, non extendi ad parentes, obſeruauit *Napodan.in d.* §. *eas autem, num.*43.ab omnibus receptus: & fra-
21 trem,non ſimpliciter conſtitui in mora,ſed ita demum,ſi interueniat interpellatio,& requiſitio, vt peti poſſit virilis,decidit idem *Napodan.in princip. glo.in d.§.eas autem, num.* 42. vbi *Addentes literis A, & B.*

Et quidem, vt ad quæſitum deciſionis reuertar, cum Sac. Conſil. excluſerit in præſenti caſu Dom. Briandam à fructibus, vel intereſſe paragij, quod in præſenti caſu aliud non erant,
22 niſi legitima dumtaxat, ſic ex iuris præſumptione definita, ex animi declaratione facta per ipſam Briandam; quippè quæ ab initio ex habitu monialis ſuſcepto ab ineunte ætate, & ex varijs facti circumſtantijs, animum ſuū declarauerat, velle domi honeſtè viuere in cœlibatu, quo modo vſque ad mortem perſeuerauit; & ſic non remanebat incerta ex futuro matrimonio,& dignitate futuri viri,ſed à iure certificata quantitas ipſius legitimę, ſub nomine paragij; qua ratione Sac. Conſil. faciliùs inclinare potuiſſet ad decernendum deberi fructus, ſiuè intereſſe à die mortis patris, cum potius ageretur in caſu prædicto de liquidatione fructuum legitimæ inuariabilis,quàm paragij, attento effectu vt ſupra ponderauimus *num.*73.longè maiori ratione, hac ſuppoſita deciſione, in caſu fortiori, vbi de fructibus ſimplicis legitimæ agebatur,Sac.Cōſ.

idem determinasset in reliquis duobus casibus supra propositis, prout iã
23 fuerat antea decisum 2. Maij 1623. iunctis aulis Dom.de Ianuario,& Lopez, referente docto, & ingenioso hispano Dom. Mattheo Patigno, cum sex alijs Consiliarijs; inter quos fuerunt Dom.Valenzuela, & Brãcia, nũc dignissimi Regentes in causa Lucretię Como cum Ascanio Como, penes magnificum Secretarium Sacri Consilij in processu in banca de Felice. Cum enim fuisset in eadem causa de-
24 cisum 3. Decembris 1599. similiter iunctis aulis, paragium ascendere ad portionem virilem declarandam, in qua declaratione prouidebitur super deductione quantitatum, medio tempore receptarum, & fructuum paragij prædicti in processu dictæ Lucretiæ Como super paragio, fol. 318. à terg. fuit posteà 2. Maij 1623. declaratum, interesse deberi à medietate Septembris 1580. quo tempore desijt habere alimẽta per mortẽ Io.Francisci fratris, fol.442.à terg.

In qua causa cùm fuerint diuersi iuris articuli determinati, libuit hic decisiones adnotare:cum enim prima sententia lata, referente Consiliario Pinario sub die 7. Iulij 1587. fuisset
25 decisum, paragium deberi dictæ Lucretiæ super bonis quondam Francisci senioris Aui, tam scilicet feudalibus,quàm allodialibus non subiectis fideicommisso: quò verò ad bona subiecta fideicommisso dicti Aui, paragium deberi in subsidium,iuxtà liquidationem faciendam: in bonis verò quondam Leonardi Comi patrui magni eiusdem Lucretiæ, paragium non deberi, prætensum à dicta Lucretia, stante exiguitate paragij, quod exitus ostendit;dum prædicto decreto 3.Decembris 1599.fuit necessarium decer-
26 nere,paragium ascendere ad virilem, quod fieri solet,nisi in prædicto casu, vt ex supradictis apparet: quod propterea in liquidatione ipsius paragii debuisset haberi ratio de pretio bonorum obuentorum ex fideicommisso dicti Francisci Aui,præsertim ob mortem fratrum ipsius Lucretiæ absque masculis,à quibus fuerant exclusæ fœ-
27 minæ, & includi ipsorum extimationem in ipsius beneficium,ad augendũ paragium, ex doctrina *Panorm. in consil.12.7.dub.Berot.cons.73. Corn.consil. 202.* cum aliis per *Crauett. cons. 236. Menoch. cons. 247. Marzar. consil.23. Cacheran.cons.56.& Pereg.de fideicom. art.36.num.16.& 13.* & addito, quod fortior est prohibitio alienationis feu-
28 di,quàm rei fideicommisso subiectæ, *Ias.cons.89.in fine,vol.1.Crau.cons.24. num.11.Pręt.de fideicomm.q.8.nu.47.* & nihilominus filiæ exclusæ iure communi à feudorum successione competit, vt in computatione legitimæ pre-
29 tium feudorum veniat in contributũ, vt augeatur paragium,& feudum indiuisum perueniat ad primogenitum, *Isern in Constitut.Comitibus,col.1. Camer.in cap.Imperialem, car.103. Bellamera consil.48 Guido Pap.dec.476.Bursat. cons.132. num.29. in 2. Curt. Iun. cons.29.num.11.Boer.decis.204. nu.24. Molina de primogen.cap.11.nu.29.* cum aliis à *Peregrino art.42.nu.63.* Eò præ-
30 sertim, quòd in liquidatione paragii, latissimum debet esse arbitrium Iudicis,qui promptior esse debet in augẽdis dotibus fœminarum exclusarum, *Molina d.tract.cap.15. num.40. lib.2.* donec enim competentes dotes sororibus exclusis assignentur, semper cõ-
31 tra masculos in dubio pronunciandũ; idem *Molina cap.18.nu.6. in fine,lib.1.* Quoniam omne,quod est necessarium
32 pro dote, nunquam in fideicommisso videri inclusum,ex *l.mulier, §.cùm proponeretur,ff.ad Trebell. Bart.in Authen. res quæ,num.5. C.com.de leg.* quod pro-
33 cedere etiam in descendentibus non natis, nec conceptis tempore mortis fideicommittẽtis, tradunt *DD. in d.Auth.* vbi *Curt.Iun.num.18.Padilla num.56. Aretin.cons.37. vers. venio ad tertium, Ruin.cons.89. & cons.137. nu. 17.& 18.& cons.199.num.6.Menoch. cons.*

conſ. 33.nu.38.in princ. Theſsaur. dec. 192.num.11.

34 Attamen his non obſtantibus die 11.Iunii 601.pariter iunctis aulis, referente Gizzarello, declaratum fuit in liquidatione virilis debitæ dictæ Lucretiæ Como, non eſſe computanda bona ſubiecta fideicommiſſo quond. Io.Franciſci Aui, fol.338. d.proceſſu, ex quo aderāt bona libera, ſuper quibus poterat cōſtitui paragium; quamuis enim pro actrice fuiſſet allegatum paragium, æſtimatis tantùm bonis liberis, fore nimis exiguum, quod non poterat dici congrua dos, quod in facto fuit habitum pro vero, & ſubſequens exitus paragii liquidati in modica ſumma iam declarauit, habito reſpectu ad qualitatem matronæ nobi-
35 lis ex antiquis Baronibus, & Dominis Cariſii, & Caſalis noui propè Neapolim, cuius maiores vt notorii nobiles, qui ex Hyſpania, inſeruiendo Sereniſs. Alphonſo I. in Regnum aduenerunt, & ab Alphonſi ſucceſſoribus inter primos habiti ſunt, ſemper nobiliſſimis huius Vrbis nupſerant. Attamen Sa-
36 crum Conſilium determinauit, tunc fieri locum ſubſidio, quando nihil penitus remanet ex bonis liberis: ſecus verò, cum ex iis tantùm ſupereſt, quod paragium, quamuis modicum, conſtitui poſſit.

Alius etiam fuit in eadem cauſa plenè diſcuſſus articulus, videlicet, ſi
37 filiæ fœminæ excluſæ à ſucceſſione faciant partem, vt numerentur earum perſonæ in computatione liquidationis legitimæ; quamuis non admittantur ad partem; & ſic ſi dotes ſororū Lucretiæ paragium prætendentis, nuptarum in vita patris communis, erant computandæ in pretio, ſiuè valore patrimonii ad augendum paragium; & quamuis hic articulus videretur clariſſimus, quod omninò computandæ eſſent ſorores in numero filiorum, collatis dotibus, ex *deciſ.Dom.Capy.159.* vbi Addentes aliàs cumulant, vt notiſſima eſt deciſio in cauſa Ioa.Antonii
38 Vulcani, referente Domino Antonio Orificio ſub die 10. Octobris 1564. penes Iubenum: & iterum in cauſa Marini cum Thoma de Forma, iunctis aulis, die 11.Octobris 1580. referente inſigni Io.Antonio Lanario, penes Annibalem de Iordano, his verbis: *In taxatione legitimæ quond. Thomæ de Forma ſuper bonis paternis, eſſe computādas in numero filiorum quondam Magnifici Hieronymi de Forma, filias eius fœminas, computatis dotibus earum in patrimonio dicti Hieronymi.* Attamen in dicta cauſa ſaciebat, quia hic non agebatur de liquidatione paragii, quod frequentiùs liquidari ſolet in legitima, vel parum vltra: in quo caſu dicebātur procedere deciſiones præ-
39 dictæ, & aliæ concordantes per *Theſſaur.deciſ.159. Caualc.deciſ.8.lib.3.& Peregr.d.tract.art.38. ex n.17.& n.25.* ſed hic iam erat declaratum ſub die 3.Decembris 1599 paragium aſcendere ad portionē virilem, quippè quæ non poterat cum legitima conſequi congruum paragium, quo caſu plura ſuadere videbantur, ceſſare collationē.

Et primò, quia, vt inter deſcenden-
40 tes ſit locus collationi, requiritur inter alia, quod ipſi veniant ex primo capite liberorum, tanquam ſui hæredes, alioquin, ſi ab eo excluſi venirēt, per ſecundum caput, vnde agnati, vel ab eo fortè excluſi, per tertium caput vnde cognati, ceſſaret collatio, *Bald. Alexand.Decius, Cagnol.* & vterque *Riminal.in l.ſi emancipati,* vbi *Riminal. Iun.num.202.* dicit *commun.opin.* C.*de*
41 *collation.* quia lex difficiliùs collationē
42 inducit, quàm ſucceſſionem, & collatio eſt de genere prohibitorum; non enim cogitur quis conferre, niſi quatenus lege cauetur, *l.illam,* vbi *Fulgoſ.* & alii, C.*de collat.Rimin.in d.l.ſi emancipati,num.178.& num.205.* Secundò requiritur neceſſariò, vt ſit locus collationi inter deſcendentes, quòd ſint
43 tales, quod eis debeatur legitima, *Bald.in d.l.ſi emancipati,in 6.oppoſit. Si enim non debetur legitima, multò mi-*

nus.debetur inter eos collatio, quæ locum
non habet, nisi inter eos, quibus legitima
debetur si omnes leges mundi percuncta-
beris, verba sunt *Baldi*, quem *Salyc.Ca-*
str.Alex.Curt.Iun.Rimin.Sen.Dec. Ca-
gnol.& cæteri communiter sequuntur,
teste *Hyppol.Rimin.*ibidem *ex nu.*218.
Et exinde cōsequitur, quod magis vr-
44 gere videbatur, filiæ exclusæ à succes-
sione ab intestato, stantibus masculis,
cùm non debeatur legitima, ex quo
redacta est ad instar extranei, cessare
in casu successionis inter ipsam, & suc-
45 cessores collationem, quæ nullo mo-
do datur inter succedentes cum ex-
traneo, vt ex *Bald. in l. maximum vi-*
tium, col.pen. C.de liber. præter. tradunt
Alex. & alij in d. l. Gallus, §. & quid si
tantum, vbi *Ruyn.nu.*113.*ff.de liber.&*
posthum. Dec. dicens comm.*cons.*216.
299.*&* 303. Cùm & talis filia exclu-
46 sa per statutum, à patre in testamento
præterita, non valeat rumpere testa-
mentum, cùm ei non competat con-
tratabulas, quæ illi tantum conceditur,
quæ potest ab intestato venire, vt
ex *Bart.in l.fin.col.fin. ff.ad Tertyllian.*
Alex.in l.filiæ dotis, C. de collat.& Ias.in
d.§.& quid si tantum, nu. 58. *cum aliis*
notat *Rimin. Iun. in d. l. si emancipati,*
*num.*227.*&* 228. vbi supra *nu.* 223.*&*
ex Rimin. Seniori bellissimè obseruat,
47 in filia exclusa, nihil hoc casu operari
filiationem, vel rationem sanguinis,
quia si ratio sanguinis non operatur, vt
succedat ab intestato, de ea iudicatur,
prout de extranea, in quo extraneo, cū
beneuolentia non sit causa potens,
nec sufficiens, vt ab intestato succe-
dat, ideò non debet inter eos esse lo-
cus collationi. Id quod in Regno po-
tissimè admitti deberet, vbi tā attenta
dispositione *Constit.Regni*, quàm iure
48 Consuetudinario, filiæ præteritæ in
testamento patris, non competit quæ-
rela inofficiosi testamenti, nec reme-
dium aliquod per cōtratabulas rum-
pendi testamentum, vt per *Napod. in*
Consuet.Si moriatur, ver.succedunt, ver-
*sic.in contrarium, nu.*86. ibi, *In contra-*
rium est veritas, v3. quod filia præterita
non rumpat testamentum patris, & ratio
quia frater eius succedit, & successit pa-
tri, & non ipsa, vt patet supra in hac
consuet.& paulò post, *videtur ademptū*
49 *ius succedendi, & ipsum ius succedendi*
transfusum in paragium, & ibi *quoad*
filiā, videtur facta quadā nouatio de suc-
cessione in paragiū, itē quia, vbi est proui
sio hominis, cessat prouisio legis, & quæ
habet aliud auxilium, non habet quære-
lam, & post *nu.*88. addit idem *Napod.*
Sed paragium, quod habet filia loco suc-
cessionis, seū debiti, iure naturæ, tollit si-
bi ius succedendi, cùm non habeat vtrūq;
sed paragium tantum; ergo paragium
ipsum non sapit naturam debiti iure na-
50 *turæ iā sibi sublati, & sic potest præteri-*
ri à patre in testamento. Et hoc proce-
51 dere vtroq; iure, municipali Regni s3.
& Vrbis Neap. ex *Isern. Afflict. Dom.*
meo Capyc.Frec.Minad.Vrsill.Franch.
& cęteris regnicolis, latè congerit
*Pater Molfes. ad Consuet. tom.*1.*par.*4.
*quæst.*18. Et vltimò requiritur, vt sit
52 locus collationi inter descendentes,
quod succedant titulo vniuersali, se-
cus si titulo particulari, vel singulari;
putà acceptando legatum, vel fidei-
commissum particulare, *l.ex,causa*, vbi
Bal.& alii, C.familiæ hercisc. & proin-
dè vbi filia dote contenta, abstinet se
à bonis paternis, tametsi dos, alioquin
53 sit quid vniuersale: cùm non habeatur
pro tali, comparatiuè ad successionē,
non tenetur illam conferre, *l.fin.ff.de*
collat.dotis, Castr.in l.illud, col.fi.C.de
collat. vbi resoluit in filio habente do-
nationem, & filia contenta dote, quod
vnus, alium non potest ad collationē
cogere, ex quo vniuersaliter non suc-
cedunt.

Sed tamen his non obstantibus, die
Mercurij 14. Nouembris 1601. iun-
ctis aulis, referēte eodem *Gizzarello*,
fuit in specie decisum contrarium,
54 quod etiam in dote de paragio, extē-
sa vltrà legitimam, & vsque ad virilem
habeat locum collatio, his verbis, *In*
liquidatione virilis debitæ Lucretiæ Co-

mo, esse computandas in numero filiorum quoad. Io. Angeli Como *eius patris, omnes eius filias fœminas, collatis dotibus in patrimonio, & proinde portio virilis liquidetur in duc. tribus mille septingentum, vnà cum fructibus liquidandis, deductis tamen quantitatibus medio tempore receptis*, penes Magnif. Secretarium, & de Felice Actor. Magist. folio 340. à terg. & sic fuit iudicatum, paragium, quod ex accidenti varijs ex causis variatur, in quantitate, iure veræ dotis censeri, & ipsius regu-
55 lis subijci. Nec mirum, *quia filia, attento hoc iure municipali, etiam si à patre sit præterita, non potest dici totaliter præterita, cum tempore consuetudinum conditarum, patres communiter prouiderunt filiabus suis de paragio habendo à fratribus succedentibus patri communi*; verba sunt *Napod. in d. Consuet. Si moriatur, nu.* 88. *in fine*, & iterum *num.* 90. addit, *Præterea cùm communiter ciues Neapolitani prouiderunt filiabus de paragio, condendo Consuetudinem, nullus de cętero potest dici præterire filiam, non instituendo ipsam hæredem, cùm habeat prouisionem paragij loco successionis*, Hęc *Napodan.* vbi *addit.* omnes, & præsertim optima additio *Domini mei Capy. post num.* 87. *in addit. incip. Dicit hic Napod.* vbi bellissimè hoc reassumit, & defendit, & cęteri *Addentes* post eundem *Napod.* fundant, paragium subro-
56 gatum loco successionis, sapere eius naturam *carta* 102. *& à terg.* comprobat *Pater Molfes. d. p.* 4. *q.* 18. *n.* 3. *&* 4. vbi ex mente omnium, idem supponit
57 procedere in Regno iure *Constit.* ex quo censentur disponentes se conformare cum dispositione statuti, *vulg. ll.* Vndè cùm paragium taxatum vsque ad legitimam, vel ad virilem, sit loco legitimæ successionis, & habeatur ex voluntate defuncti, meritò collationi locus esse debet, argum. *l. vt liberis*,
58 *C. de collatio.* licet enim ius collationis fuerit introductum propter filios emãcipatos, qui succedentes ab intestato, vel per contratabulas, faciebant iniuriam filijs in potestate, videns Pius Imperator hoc à prætore constitutũ, quodq; filios in potęstate constitutos nõ grauauerat onere collationis, quia nihil tunc habere poterant, pręter castrense, vel quasi peculium, non subiectum collationi, *l. 1. §. nec castrense, ff. de collation.* & quod etiam filia in pote-
60 state, illo iure poterat habere propriũ, sç dotem, *l. Pomponius Philadelfus, ff. familiæ hercisc.* ideò inter fratres, ne emergeret inæqualitas, introduxit collationem dotis ab intestato, contra testamentum, & ex testamento, *l.* 2. 3. *&* 5. *C. de collat.* vt in puncto probat, & explicat *Hyppol. Rimin. in d. l. si emancipati, ex nu.* 237. & sic cùm filiæ in Re-
61 gno, siuè præteritæ, siuè institutæ, paragium habeant ex iudicio testatoris, meritò collationi locus est, vt æqualitas seruetur, iuxtà specialem iuris cõmunis dispositionem.

Nouissimè non piget referre, in eadem causa fuisse liquidatum interesse paragij pro tempore, quo fuit decisum
62 deberi, scilicet à morte fratris, quo tempore desijt habere alimenta, ad rationem quinque pro centum, iuxtà *decis. Dom. de Franch.* in causa Helenæ de Zunica 559. *in* 4. *par.* idq; non obstante, quod vnus ex conuentis, possessor bonorum allodialium, obtulisset interesse ad rationem septem pro centenario, in proc. fol. 316. quod facere non potuerat in præiudicium alterius conuenti, vti possessoris feudalium, & tametsi fuisset oppositum, sal-
63 tim quoad feudalia, liquidationem esse faciendam ad rationem, iuxtà quã fructus percipiuntur ex ipsis feudis, sç trium, vel parùm plus in singula centena; his enim non obstantibus Sac. Consil. adhæsit *dictæ decisioni*, & fortè ex mixtura bonorum feudalium, & allodialium inclinauit ad hanc taxationẽ factã in prædicto decreto, iũctis aulis sub die 2. Maij 1623. de Felice Act.

Quo fuit etiam decisum, quantitates lite pendente, solui mandatas, liberari dictæ Lucretiæ in causam decla-

64 clarandam, potius cedere in extintinctionem interesse, tametsi non liquidati, quàm in causam sortis, etiam liquidatæ tempore solutionis, aduersùs *Annam alleg.* 54. *&* 112. ea ratione, quia certum erat, deberi interesse, & iam pluries erat decisum in simili, illud deberi ad rationem quinque in singula centena, sicuti quoq; prius fuerat decisum generaliter in alia materia in interesse ex alia quauis causa.

65 debito extra materiam doris, in causa D.Camillæ Castriotæ cum Dom.Don Cæsare Pappacoda, & alijs die 21. Maij 1599. *Solutiones factas per DD. de Pappacoda cessisse, & cedere primum in satisfactionem interesse*, penes Anibalem Cæsareum Sac.Cons.Secretar. idq; ea etiam ratione, quia quando certum est, deberi interesse, & pariter ex consuetudine iudicandi redditur certa quantitas solita liquidari, interesse censetur liquidum, nec opus est alia liquidatione, sed potius quadam calculatione, ex doctrina *Bal.in l.Manius, ff.famil.ercisc.* aliàs à me exornata.

SVMMARIVM.

1 *Ciuilitas domicilij, vel originis denotatur ex verbis illis*, de tali terra.

2 *Dictio*, de, *iuncta loco denotat causam naturalem sumptam de loco*.

3 *Dictio*, de, *sicut dictio*, ex, *causam proximam significat*.

4 *Clausula, siuè adiectio in fine posita, quæ non stat de per se, sed per modum conditionis, vel alterius modificationis, restringit tantùm proxima, & coniuncta verba, non alia praecedentia, nu.* 5.

6 *Linea appellatio non tam latè patet, quàm agnationis nomen, sed pauciores continet personas, & gradus*.

7 *Verba potius intelligenda impropriè, et contra eorum naturam, quàm vt nihil operentur*.

8 *Dispositio, licet ad plura possit referri, ad illud tamen est referenda, ad quod disponens maiorem affectionem habuit*.

9 *Affectio testatoris vincit affectum legis*.

10 *Exequutore dato ad eleemosynas distribuendas, ciues, & habitatores præferuntur forensibus*.

11 *Domicilium originis est immutabile, quod intellige, vt nu.* 13.

12 *Ciuis, qui non habitat in loco originis, nec ibi sustinet onera, quia deseruit domicilium, non dicitur verè ciuis, tam in odiosis, quàm fauorabilibus, nec continetur appellatione ciuium*.

14 *Originarius transferens se ad alium locum, perdit omne commodum, & beneficium ciuilitatis*.

15 *Ciuis de Pisa, vel Pisanus, vel de alia Ciuitate, in dubio debet intelligi de eo Ciue, qui habet ibi domicilium, non autem de eo, qui habet patris originem tantùm, & alibi habitationem*.

16 *Originem tantùm habentes paternam etiam in fauorabili dispositione, censendi sunt forenses, si alibi habitent*.

17 *Ius tertij semper potest opponi, cum interest*.

18 *Specialis prouisio, & exceptio declarat, ampliat, & restringit regulam*.

19 *Testatoris declaratio attenditur, nec tunc recurri... r ad legis interpretationem, cùm nulla melior glosatio, quàm testatoris*.

ARGVMENTVM.

Vocatis agnatis, & cognatis certæ familiæ, cuiuscunq. gradus, & omnibus, qui dependent ex linea paterna, & materna, additis verbis, *de tali terra*, vtrum comprehendantur aliæ personæ, quæ tametsi origine descendant ex dictis lineis, tamen alibi nati sunt, & inibi domicilium habitationis, lares constituendo acquisiuerunt.

Pro Casalenis, & Ferrarijs Calabris de Sancto Petro.

CONTROVERSIA XVII.

VIncentius Casalenus de Terra Sancti Petri, pertinentiarum ciuitatis Tabernę, natus ex Dominico Casaleno, & Alasia Ferrara parentibus, habens coniunctos, agnatos, & cognatos ciues origine, & domicilio, habitantes in dicta Terra Sancti Petri eius patria, & alios coniunctos; qui tametsi dependerent ex linea paterna, & materna ipsius Vincentij, erant tamen alibi nati in alijs ciuitatibus Calabrię, vbi quoq; domicilium ab eorum parentibus translatum retinebant, moriens diuisa vniuersa hæreditate in tres partes: duabus diuersis Ecclesijs, & locis pijs concessa, restantem tertiam partem, his verbis in coniunctos distribui iussit, *Et nella terza parte li miei parenti di casa Casalino in qualsiuoglia grado che siano, e tutti quelli di casa Ferraro, che dependeno dalla linea paterna, & materna mei parenti della Terra di San Pietro di Tauerna*. Et statim subiunxit, *Item voglio, & comando, che il predetto Gio. Tomaso Ferraro, & suoi figli, quali sono della Terra di San Pietro, & habitano in Napoli, debbiano soccedere nella predetta terza parte d'heredità come l'altri parenti di casa Ferraro, nel modo si è detto di sopra*. Et cum de coniunctis ex linea paterna, vel materna testatoris, qui simul orti etiam sunt, & domicilium retinēt in Terra S. Petri, ex quibus quindecim comparuerunt municipes dictę terræ, nulla esse possit probabilis dubitatio. Quæstionis solum est de alijs psonis; quas tametsi nō negetur depēdere ex lineis, paterna, & materna testatoris, ortę tamen sunt alibi extra terram S. Petri, ibiq; domicilium habuerunt, & retinent.

Et inter hos sunt quatuor agnati testatoris de familia Casalena, quorum Auus transtulit domicilium ex terra S. Petri in terram Scyllæ, ibiq; lares constituit, & filium, & hos nepotes, qui hodie concurrunt, genuit; ibiq; loco originis derelicto, semper habitauerunt, honores, & onera subeūdo, & sex cognati de domo Ferraria orti, & domicilium habentes in ciuitate Catanzarij, quò eorum pater ad perpetuò habitandum se transtulit.

Et cùm re maturè discussa, & perpensa, per insignem, & doctiss. Consil. Valēzuela fuerit decisū in dispositione testatoris, non comprehendi coniunctos vtriusq. lineæ forenses alibi ortos, & domicilium habentes extra terrā S. Petri, id esse omninò per Sacrum Senatum confirmandum, non obstātibus aduersariorum quærelis, qui rei medullam intrinsecùs non degustarunt, ex subscriptis luce clariùs parebit.

Et in primis supponendum est, illa verba (*della Terra di S. Pietro*) non minus referri, qualificare, & restringere vocationem coniunctorum ex parte patris, quàm ex parte matris, siquidem aliter resultaret absonus, & omninò extraneus sensus, cum ea verba, *che dependeno dalla linea paterna, & materna*, quò ad vocationē lineæ paternæ applicari non possent, & penitus sensu carerent: cùm certum sit, non posse Ferrarios, velut coniunctos ex linea materna dependere, ex linea paterna, & sic sensus erit vt singula singulis referendo, pariformiter vocati censeantur, tàm Casaleni, quàm Ferrarij de terra Sancti Petri.

1 Quæ verba, *de terra Sancti Petri*, clarum est, denotare ciuilitatem domicilij, vel originis, vt notat *Bart. in l. prouinciales, in fine*, post *Oldr. & Alber.* quos refert, & sequitur *Alciat. ibi, ff. de verbor. signif. Bal. in l. 1. §. quod autem, ff. de*

ff.de tutor.& curat.dat. ab his, sicut de Perusino, vel de Perusio, & similibus, tradit post *Anchar.Aret.* & alios, *Dec. cons.550. iuridicam esse arbitror nu. 6. Ripa* latè *in rubr.ff.solut.matr.num.10.*
2 *& 11.* & vt dixit *Bal. in l.ex Arrali 3. C.de actio.empt.* dictio, *de*, iuncta loco denotat causam naturalem sumptam de loco, vt cum dicimus Baldum de Perusio, citans plura iura, refert, & sequitur *Surd. dec. 129. num. 15.* quod
3 etiam generale est, vt dictio, *de*, causã proximam significet, sicut etiam dictio, *ex*, vt per *DD.in rubr.ff.si cer.pet.* cum alijs latè per *Cardin. Mantic.de coniect.vlt.volũt.li.9.tit.12.n.17.*& restringunt, & qualificant dispositionẽ, vt latè per *Menoch.cons.585.nu.31.& 32.lib.6.* Quo iacto, de duobus est agendum. Primò, vtrum ea verba, *della terra di S.Pietro*, coniungi, & referri debeant ad lineam, & sic non solum coniuncti testatori de terra S.Petri, sed omnes de linea paterna, & materna de eadem terra vocati censeantur, quamuis sint exteri domicilio, aut natiuitate, vel potius dicta verba non sint referẽda ad lineam, sed potius ad proxima verba, ibi, *miei parenti della terra di S.Pietro.* & sic duo copulatiuè requirãtur, q sint ex dd.familijs, & sic defuncto coniuncti ex linea paterna, vel materna, & amplius de terra S.Petri domicilio, vel origine. Et secundò, supposito quod duo copulatiuè requirantur, quod sint ex lineis prædictis, & coniuncti testatori de dicta terra, vtrũ in præsẽti casu sufficiat eos esse de dicta terra origine propria, vel etiã paterna, quãmuis pater deseruerit locum originis, & alibi extra dictam terram perpetuum domicilium elegerit, vbi sunt orti filij, qui nunc concurrunt, vt sunt Ferrarij, vel potius cẽseantur hoc casu vocati tantùm orti, & domiciliũ habentes in terra S.Petri, testatoris patria.

Quoad primum, ea verba, *de terra S.Petri*, non esse referenda ad lineam, sed ad proximiora verba ibi, *miei pa-*
4 *renti*, illud primò suadet, quod clausula, vel qualitas, siuè adiectio in fine posita, quæ non stat de per se, sed per modum conditionis, vel alterius modificationis, siuè qualificatiuè, refertur, modificat, & restringit tantũ proxima, & coniuncta verba, nõ alia præcedentia, *Bart.in l.3.S.filius, in summario, & num.7.vers.sed quando in vna, ff.de liber.& posth.in l.talis scriptura, S fin.num.3. vers.quando in dispositione, ff.de legat.1. Alex.cons.229. num.9.*
5 *lib. 6.* vbi enim clausula est specialis, & discretiua, qualis est ista, refertur solùm ad proximiora, *Iason in l.1.lim.9. C.de lib.præter.Simo.de Prat.de interpr. vlt.volun.lib.2.dub.3.num.185. Curt. Iun.cons.7.ex num.11. Afflict.* optimè *decis.248.num.12.in fin. Menoch.de præsumpt.lib.4.cap.181.nu.22.Hyspan. Castill.quotid.controuer. tom.2. cap.4. nu.126. D.Casanate cons.47.num.72.* Præterea si testator voluisset vocare omnes dependentes ex linea paterna, & materna, licet non essent orti, vel domicilium haberent in dicta terra, satis fuisset vocare dependentes ex linea paterna, vel materna ipsius testatoris, & frustrà addidisset ea verba, *miei parenti della terra di S.Pietro*, eo enim ipso, quod vocasset dependentes ex linea sua paterna, & materna absolutum erat non comprehẽdi alios nisi homines suæ propriæ agnationis de Casaleno, & cognationis de Ferraro; nec quidem omnes agnatos, nec etiam cognatos, sed descendentes tã-
6 tùm ex patre, vel matre sua, siquidem lineæ appellatio non tàm latè patet, quàm agnationis nomen, sed pauciores continet personas, & gradus, vt in puncto aduertit *Peregr.de fideicom.artic.22.num.24. & 25.* Igitur nè verba
7 prædicta sint superflua, cùm potius sint intelligẽda impropriè, & cõtra eorum naturam, quã vt nihil operentur, *Surd.decis.272.num.35.& consil.524.num.14.Castill.decis.50.* debẽt omnino operari, vt coniuncti dumtaxat de terra S.Petri, non alij sint voca-

8 ti. Eo magis quia quando dispositio
potest ad plura referri, semper ad illud
relatio fieri debet, atq; est sumenda
interpretatio ei fauēs, ad quem dispo-
nentem maiorem affectionem habuis-
se verisimile est, *l. si seruus pluriū, §. vlt.*
9 *ff. de leg.* 1. affectio enim testatoris plu-
rimū potest, adeo vt vincat affectionē
legis, vt ex *Bald.* & alijs congerit plura
Cassan. cons. 57. *num.* 37. & 41. atqui
maiorem affectionem ad coniunctos
de patria, quàm ad exteros, & ignotos
in quibus regulariter non cadit affe-
ctio, habuisse testatorem, natura ipsa
10 suggerēte, lex statuit, dum voluit exe-
cutorem datum ad eleemosynas di-
stribuendas, præferre debere ciues, &
habitatores forensibus, *l. 2. in fin. ibi*
ciuibus nostris conferri, C. *de annon. ci-*
uil. l. 11. cum concord. per *Boer. dec.* 13
num. 11. *Dec. cons.* 696. *num.* 23. *Peguera*
decis. 4. *nu.* 11.

Quoad secundum articulum,
vtrum sufficiat origo propria, vel pa-
terna ex terra Sancti Petri, vt foren-
ses alibi habitantes in præsenti testa-
toris dispositione includātur, vel om-
ninò exigatur, vt orti sint ex propria
eorum natiuitate. Tametsi prima fa-
cie videri possit, ciuem esse alicuius
loci, nō minus origine propria, quàm
paterna, licet huiusmodi ciuilitas non
porrigatur vltra patrem, etiam si Auus
sit ortus; nā aliàs oporteret nos quæ-
rere, vbi natus fuit Adam, scilicet in
11 agro Damasceno, vndè dicimus do-
micilium originis esse immutabile, vt
in l. assumptio 6. vbi *glo. magna in vers.*
non domicilium, ff. ad municip. & *glo.* 1.
vbi *Andr. de Barulo*, & *Platea in l. filios*
9. *C. de municip. & orig. l.* 10. *Alex. con-*
sil. 16. *num.* 9. *lib.* 5. *Barbos. in l.* 2. *§. le-*
gatis, in princ. ff. de iudic. Qua opinio-
ne attenta comprehendi possent Fer-
rarij de Catanzario, sed excluderen-
tur Casaleni Scyllenses, qui non pa-
trem, sed auum habent oriundum.
Attamen in præsenti casu omnes sunt
excludendi, qui non habent domici-
lium, vel ex propria ipsorum origine
orti sunt ex terra Sancti Petri. Idque
primò ex iuris dispositione. Secundò,
ex verbis, & mente expressa testato-
ris.
12 Ex iuris enim dispositione, quia ci-
uis, qui non habitat in loco originis,
nec ibi substinet onera, vt quia ipse,
vel eius pater deseruit domiciliū ori-
ginis, non dicitur verè ciuis, & tam in
concernentibus odium, quàm etiam
ipsius commodum, & fauorem, non
comprehenditur, nec continetur ap-
pellatione ciuium, vt voluit *glo. magna*
in d. l. assumptio, in fine, vers. tu dic, ff. ad
municip. citans *l. filios, C. de municip.* &
orig. lib. 10. vbi legitur, filios sequi ori-
ginem patris; si modo domicilijs non
13 retineantur, & ob id dixit *Luc. de Pen.*
in l. origine, quæ est l. 4. *C. eod. tit.* quod
licet nemo possit domicilium, quod
sortitus est ex origine propria, vel pa-
terna (vt subdit ibidem *Io. de Platea*)
sola voluntate mutare, hoc debet in-
telligi quantum ad ipsam veritatem,
quæ in se ipsa manet, & non mutatur
ex nostro affirmare, vel negare, *l. illi-*
citas, §. veritas, ff. de offic. Præsid. sed
quantū ad ipsum assumentē mutatur,
& illi renunciare pōt quoad proprium
præiudicium, sed non in præiudicium
ciuitatis, in qua natus est, *Barbosa loco*
mox citando nu. 34. & fortiùs cùm nō
sola volūtate mutatur, sed per actū facti
deserendo locum originis, & transfe-
rendo alibi domicilium, quia tūc quo-
ad omnes iuris effectus perditur ori-
ginis domicilium, vt voluerunt *Bart.*
in tract. represal. in 2. *q.* 7. *principal. quæ-*
stion. & *Bal. in l. si non speciali, num.* 6.
C. de testam. vbi rationem reddit, quia
non tractantur vt ciues in eo, quod
est supremum, & maximum ciuilitatis
argumentum, *Castr. in l. si eadem, in fi.*
ff. de offi. Assess. vbi quod Bononiensis,
qui transtulit domicilium Florentiæ,
desinit esse Bononiensis, & hanc ve-
ram, & communem esse opinionem,
tradunt *Socin. in rubr. ff. sol. matr. n.* 27.
tres afferens rationes *Bulgar. num.* 28.
Bologn. nu. 95. *Boss.* dicens etiam com-
mu-

munem de Principe *nu.* 362. *Cæphal. conf.* 414. *num.* 46. *Feder. Scottus consil.* 32. *lib.* 7. *Menoch. conf.* 738. *num.* 2. *lib.* 8. & contrariam opinionem esse contra communem, & falsissimā, nuncupatim profitetur latissimè *Surd. cōsil.* 313. *nu.* 60. *lib.* 3. & post eum *Barbosa in l. hæres absens*, *§. proinde*, *in art. de foro ratio. orig. num.* 37. *ff. de iudic.* & meliùs *in §. fin. num.* 39. *&* 44. *fol.* 318.

Et iura, & authoritates, quæ afferri possunt in contrarium intelligi debēt in originario, qui non deseruit locum originis, & hoc modo verū est, quod domicilium originis mutari non pōt,
14 aliter enim originarius transferens se ad alium locum, perdit omne commodum, & beneficium ciuilitatis, vt p *Bald. in l.* 2. *C. de infant. exposit.* qui licet loquatur in deserente ciuitatem periclitantem; tamen passim *DD. Bal.* dictum extendunt ex identitate rationis, etiam ad casum vbi ciuitas non sit in discrimine, quamuis maior sit ratio in vno casu, quàm in altero, vt apertè *Bald.* dictum extendit generaliter *Afflict.* noster *dec.* 384. *nu.* 13. vbi per totam *decis.* latè hanc opinionem tuetur, & eodem modo *Bald.* doctrinam accipit *Boer. dec.* 260. *in fine*, *Decian. conf.* 94. *nu.* 15. *lib.* 5. prout aduertit, & latè confirmat *Surd. d. conf.* 313. *n.* 65. *& seq.* quia generaliter impium censetur patriam deserere, *gloss. in l. vnica*, C. *si curialis relicta ciuitate lib.* 10. & cum his conuenit *Vrsill. in d. dec.* 384. qui licet in principio dubitet de opinio *Afflict.* attamen *n.* 3. non audet ab *Afflict.* recedere, & in eius opinionem in effectu reincidit, concludens, originarium esse ciuem, nisi ipse, vel eius parentes deseruissent domicilium paternæ originis, quod ita demum dicit censeri immutabile, nisi deseratur, quam *Afflicti* opinionē *in d. dec.* comprobat, & extollit *Francis. Clapper. in decis. Fiscal. par.* 2. *caus.* 81. *quæst. vnica*, vbi in ciuilitate aduētitia, & cōuētionali per modum incolatus contracta, concedit ad libitū eā esse mutabilē.

15 Quod etiam euidenti ratione cōprobatur, quia in dubio Pisanus, vel de Pisa, intelligi debet de eo, qui habet domicilium, vt ex *Anch. conf.* 437. & alijs probat in terminis latè *Decius conf.* 352. *viso puncto* per totum, vbi probat, quod habens originem propriam, & domicilium simul in ciuitate Panormitana, dicendum est, quod absolutè censendus sit Panormitanus, quia istæ qualitates præponderant ad originem patris, qui fuit Pisanus, ergo attenta potentiori parte, debet potius iudicari Panormitanus, quàm Pisanus, vt per eum *num.* 4. *in fine*, *& n.* 3. *&* 4. vbi testatur de communi, *& n.* 5. *vers. sed iste hic concludit*, quod præualere debet, vt non dicatur Pisanus, cū Pisis non habeat originem propriam, nec domicilium, nec bona, sed solùm originem patris; vnde istæ qualitates præponderare debent, vt dicatur forensis in omnibus. Idemq; vt mentio de Venetis; & Florentinis in dubio referri debeat ad habentes inibi domicilium, dumtaxat non ad solum originarios, *Barbosa* latè *in d. §. proinde*, *de foro rat. orig. num.* 51. ex quo propriè deciditur casus noster, vt isti concurrentes, qui propriam originem deserendo, domicilium, fortunas, & lares constituerunt in ciuitate Catanzarij, nullo modo possint censeri de terra Sancti Petri, ratione solius paternæ originis, sed in omnibus forenses, & de Catanzario, vbi plura præualent sint censendi, argumento *l. cum quæritur*, *ff. de statu homin. & auth.* itaque C. *commun. de success.* & sequitur *Surd. conf.* 174. *in fine*, *lib.* 2. *Riminal. Iun. cōsil.* 299. *nu.* 7. *&* 8. *lib.* 3.

16. Quod procedere tàm in respicientibus odium, quàm beneficiū, & cōmodum huiusmodi personarum, quæ solam paternam habent originem, vt sēper, & indistinctè in qualibet etiam fauorabili dispositione censendi sint forenses, latè probat, & communiter profitetur *Ruyn. conf.* 112. ex *num.* 12. *vers. sed tamen præmissis*, *& num.* 11. *&* 12.

12.*lib.*5.*Roland.*videndus *conſ.*79. *ex num.*29.*ad* 50.*lib.*3. cuius *conſilium* redditum pro Dominis Comitibus Nuuulariæ,latè defendit *Surd.d. conſ.* 313.*lib.*3. à morſibus *Decian.conſ.*44. *lib.*4.vbi *Surd.num.*60.*verſ minus mo-uet,& num.*61. optimè probat hanc exceptionem: Tu es forẽſis,quia onera non ſubſtines in tali loco, à quolibet etiam tertio opponi poſſe, cum intereſt opponentis, ex regula, quod
17 ius tertij ſemper opponi poteſt, cum intereſt,*l.ſi cui*, C.*de non numer. pecun.* cum alijs per *Crauet.in reſp. pro genero,num.* 400. quod potiſſimè procedit in caſu noſtro, vbi iſti Ferrarij de Catanzario non ipſi,ſed eorum parentes inibi tranſtulerunt domicilium,& lares conſtituerunt, & nedum per decennium, ſed per longa tempora originis domicilium deſeruerunt, nouam acquirendo ciuilitatem, vt in terminis conſiderat *Hyppol.Rimin. d.conſ.*299. *num.*7.& 11.*lib.*3. *Roland.*latè *d.conſ.* 79.*num* 51.*& ſeq.*

Quibus non obeſt *deciſio* doctiſſimi, & nunquam ſatis laudati *Dom. Regentis Moles*, qui me adoleſcentem vti filium amauit, dũ *quæſt.*29.*ſub tit. qualiter quis dicatur Ciuis Neapolitan. ad finem gaudendi immunitatibus* , *deciſ.*1.*in iſto arti.*Vtrum ciuilitas originis amitti poſſit ex receſſu à patria alibi incolarum,ſiuè domicilium trãſferendo, velle videatur dicta per *Affl. d deciſ.*384. ſecundùm ſententiam, quam *Affl.*tuetur,vt cenſeatur renunciatum ciuilitati originis, non eſſe receptam in Regia Camara, in qua ex ipſius obſeruantia,& ſtylo dicit abſolutum , vt nunquam ciuilitas originis amittatur,ex traditis per *Socin. conſil.* 35.*nu.*7.*lib.*1.

2 Et proindè dicit tam ex literis Excell. D. Petri à Tolero Proregis de anno 1541. inſertis in libro Capitulorum cõceſſorum Ciuitati, & Regno in reuocatione ipſarum, in verſ.*Places quo ad oriundos*,fol.mihi 143.& à tergo, in fine, quàm ex capit. inſtructionum antiquarum, datis Regni numeratoribus tempore generalis numerationis fumãtium Regni, factę annis 1545.1561& vltimo anno 1595.quæ in meo exẽplari ſunt ſub *nu.*55.*&* 56. expreſsè caueri, vt Neapolitani orti, vel oriundi,qui relicta Ciuitate habitant in varijs Regni Ciuitatibus, non numerentur: cœteri verò ciues, quomodocunq; ſint ciues, ex quo nõ habitant in Ciuitate, numerentur in loco,vbi incolatum faciũt, etiam ſi ſint ciues, vigore *Regiæ Pragmaticæ Regis Ferdinandi*, qui gaudere nequeunt, niſi habitent.

Primò etenim dicimus,quod tametſi *Socin.d.conſil* 35.generaliter probet,domicilium originis,quod deſcẽdit ab origine propria, vel paterna, tanquam naturale, non poſſe ſimplici voluntate tacita, vel expreſſa renunciari, & ea non obſtante retineri tàm quoad temporalia ex *d. l. aſſumptio*, quàm quoad ſpiritualia, *cap.*3. *incip. cum nullus,de tempor.ordin.in* 6. etiam ſi quis ſe tranſtulerit de infimo vili,& abiecto domicilio ad illuſtre,famoſũ, & dignius, niſi interueniente deportatione, vel bonorum confiſcatione. Attamen dictum *Socin.* generaliter loquentis, declarari debet, niſi quis deſeruiſſet de facto domicilium, alibi conſtituendo lares, & tabulas,cum bonorum,& fortunarum traſlatione, ibiq; moram trahendo,ita quod conſtet de animo domicilium conſtituendi verè,vel præſumptiuè, ſcilicet per habitationem decennij, *l.*2.*cum gloſs.* C.*de incol. lib.*10. *Gregor.lib.*32. *tit.*2. *partita* 3.*verſ.dictos annos*, cum innumer. per *Barboſam loco infrà citando*, *in* §.*proindè,num.*45.vt in puncto opinionem *Socin.*eſſe accipiendam, aduertit *Vrſill.ad d.deciſ.*344. *Affl.nu.*4. nè aliàs contradicat veræ,& magis receptæ *DD.*opinioni, quam cum dicta neceſſaria limitatione, & reſtrictione ad mentem iuris eſſe intelligendam, affirmat idẽ *Vrſill.*ſuperiùs *d.loco n.*7.

Præterea *Socin.*loquitur, & conſuluit

luit in casu ciuis Veneti, qui transtulerat se ad ciuitatem Auenionensem, ibiq; morā trahebat occasione mercaturæ, vt diuitias cumularet, in quo aderat interesse Venetæ Reipub. loci originis scil. locupletes habere subiectos, & quod in dicta ciuitate Veneta omnia munera subibat, domos, lares proprias, & maiorum relinquerat; ex quibus signis dicit *Socin.* euidentissimè apparuisse, habere animum reuertendi, quia discessus causa mercaturę, æquiparatur discessui causa studij, vel alterius disciplinæ, qui non faciunt ciuem à Ciuitate originis abesse, argumento *l. Seie Pamphile, ff. de fundo instruct. cum simil.* vt latiùs prosequitur idem *Socin. d. n. 7. in 3. motiuo, in fi. & in 4. motiuo vsq. ad 7. num.* 10. & sic dicta per *Socin.* potius retorquentur.

Secundò, dicta *Dom. Reg. Moles* de stylo Regiæ Cameræ (in quo Tribunali ex grauissimorum, & prudentum Seniorum digesta doctrina, sunt ad praxim redactæ magis veræ, & receptæ iuris opiniones) declarantur procedere, vt possit quis, imò censeatur renunciare domicilio originis, concurrentibus signis, de quibus in præsenti casu, omnibus priuilegijs, gratijs, & commodis in sui fauorem introductis; Secus verò quo ad ea, quæ concernunt commodum, & fauorem Ciuitatis propriæ, vel paternæ originis, vt ex *Bart. Bal. Io. de Plat. Castr. & alijs* docet in terminis *Gregor. Lopez p. rti-ta 4. tit. 24. lib. 5. gloss. on quattro, in fi.* vbi in specie agitur de debito vassalli burgensis ex causa originis erga dominum, probat, & sequitur indistinctè relatis *Bart, Platea, Afflicto, & Borrio, Barbosa in d. l. hæres absens, §. proinde de foro ratione originis, num.* 34. & 37. *ff. de iudic.*

Vnde malè applicari possunt tradita per dictum *Dom. Regentem Moles*, de his, quæ practicantur in Regia Camera, ad finem nè fraudetur Ciuitas originis, subsidio à suis ciuibus debito pro solutione functionum fiscalium ad casum præsentem; vbi de commodo, & præiudicio ipsius ciuis, non Ciuitatis, vel alterius agitur: licet enim de iure communi ciuis si in loco originis non habeat bona, teneatur subire honores, & onera personalia prædicti loci; non autē tenebitur ad onera realia, vel mista, quæ subire tenebitur in foro domicilij, *Bart. in d. l. assūptio, § filius, nu.* 2. *ff. ad municip. Ruyn. cons.* 520. *nu.* 5. *Barbos. in l.* 2. *§. legatis, nu.* 6. *ff. de iudic.* in hoc tamen multa decreta, & prouisiones factæ sunt in Regia Camera, vt facilior, iustior, & cōmodior, reddatur exactio functionum fiscalium ad Fisci commodum, & ad euitandas fraudes: & inter alia est decretum generale, & prouisiones expediri solitæ Perceptoribus Prouinciarum, vt exigant à focularibus absentibus iura per ipsos debita Terris, à quibus recesserunt, ac si non recessissent: siquidem generalis est Regni consuetudo, vt ciues retineri non possint, sed benè cogantur soluere in loco originis, ac si non recessissent vsq. ad nouam generalem numerationem, quæ fieri debet singulis 15. annis, quo tempore semper fuit liberum regnicolis eligere locum, vbi maluerint se describi, & numerari facere, vt latissimè, & lepidè discurrit idem *D. Moles q. 6. decis. 16. sub tit. an, & quatenus sit verum, quod Ciues in Regno non possint discedere à propria patria*, vbi hoc tractat etiam quoad Regem, & Barones ad materiam *Constit. Regni, Quisquis de burgensaticis, & cap. Regni, Item statuimus quod vassalli Ecclesiæ, & cap. Papæ Honorij, incipien. Ad nouas comminantias*, in quibus fit distinctio inter vassallos, qui tenentur ad seruitia ratione personæ, & ad angarias, & perangarias, & eos, qui tenentur dumtaxat ratione bonorum, & rerum, vt primis non liceat, reliquis verò permittatur, vt per eundem *Moles in d. dec.* 56. *in princ. & per totum*, & in specie *in vers. fortiùs etiam*, consideratur.

Tam-

Tametsi exemplum, quod *D. Moses* subijcit de Neapolitanis, qui non numerantur, si reperiantur habitare in Regno, non benè adaptari possit; siquidem illi orti vel oriũdi, taliter declarati per R.Cam. ex peculiari priuilegio vbiq; locorũ Regni incolatũ habeant, siuè domiciliũ constituant, sint ab onere solutionis functionũ fiscaliũ, quę à cœteris regnicolis soluitur, penitus exempti, & immunes; prout ab omnibus tributis, gabellis, vectigalibus impositis, & imponendis, de quibus priuilegijs vndiq; refertus est liber ipse *Capitulorum Neap.* & præcipuè legitur *in Capit. Regis Ferdinandi Primi de anno* 1481. in eodem libro fol. 15. à terg. & his innixę fuerunt prouisiones Regiæ Cameræ in fauorẽ Neapolitanorum expediri solitæ ante, & post ipsas litteras D. Petri à Toleto de anno 1541. vt legitur in reuocatione ipsarum litterarum, facta per eundem Viceregem, citata per D *Moses d. fol.* 143. *à terg. in eod. lib. Capitul.*

Secundò in casu præsenti, id vltra iuris interpretationem, ipsemet testator apertissimè declarauit, dum statim subijcit: *Che Gio. Tomaso Ferraro & figli, quali sono di detta terra, & habitano in Napoli, debbiano soccedere come li altri parenti, nel modo come di sopra*, quæ verba omnem penitus adimunt

18 controuersiam, prouisio enim specialiter facta fauore d. Io. Thomæ, & filiorum, dum eos specialiter includi voluit, quamuis non habitent, declarat manifestè, testatorem in præcedẽti capitulo vocasse ortos, & oriundos, habitantes tamen, & domicilium habentes; nam alioquin opus non fuisset hos specialiter vocare, & excipere, si sub generali vocatione fuissent inclusi, vt in terminis ferè probat *Vlp. in l. 1. in fine*, ibi, *neque enim debuisse caueri, ff. ad municip.* & quia generaliter exceptio declarat, ampliat, & restringit regulam *l. nam quod liquidè, §. fin. ff. de penu lega.* cum alijs per *Euerard. loco ab excep. ad reg. nu.* 10.

19 Cùm autem testator seipsum glossat, & mentem suam declarat, nunquã itur ad interpretationem, & glossã legis, nulla.n. melior glossatio, quàm ipsius disponentis, *Bald. cons.* 407. *lib.* 1. cum alijs per *D. Caſanat. cons.* 15. *nu.* 7. Ex quibus omninò confirmandum decretum prudentissimè latum, speratur, saluo semper Sacri Senatus iudicio.

DECISIO.

Per Dominum Ioannem Baptistam Valenzuela Velazquez, tunc Regium Consiliarium insignem, vti delegatum ab Excellentissimo Prorege, fuit iudicatum pro voto Clientum die 24. Nouembris 1615. his verbis: Visis actis, & partibus auditis, fuit declaratum, oẽs illos de familia Casaleno, & Ferrarios de Ciuitate Catãzarij, & Terræ Scillæ non esse comprehensos in legato facto per quond. Vincentium Casaleno in beneficiũ aliorum de familia Casaleno, & Ferrarijs dependentiũ ex eius linea paterna, & materna de Terra Sancti Petri de Taberna, Prouincię Calabriæ vltrà: & proinde decretum latum per eũdem delegatum, quod M. Cur. Vic. procedat ad interpositionem decreti præambuli in fauorẽ prædict. de Casaleno, & Ferrarijs de Terra S. Petri, debitę exequutioni demãdetur. Et admissa deinde appellatione, vt verbum fieret in Sacro Consilio, per eumdem delegatum, facto verbo die Lune 29. Februarij 1616. fuerunt vota scissa, vulgò, *parità*, existentibus quatuor Consiliarijs in illa aula, nec vlterius processit negotium; sed audio, decretum vti iustissimum exequutũ. Actorum Magister Turinus pro Cantone.



SVMMARIVM.

1 *Seruitium in feudis planis, quæ sub Barone tenentur, non præstatur Regi, sed ipsi Baroni: quod amplia etiam in feudis quaternatis secundum quid, n.2.*

3 *Subfeudatarij, & Subuaßalli magis debent immediato, quàm mediato domino.*

4 *Subuassallus Baroni, & non Regi præstare debet iuramentum fidelitatis de iure communi.*

6 *Vassallus, siuè Baro, iudicis munere fungitur: item iure communi, secus de iure Regni in vtroq;*

7 *Inuestituræ recognitiones, petendæ, & faciendæ sunt immediato domino, illique seruitia præstanda etiam iure communi, & in feudis quaternatis secundum quid, num.9.*

7 *Vassallus vassalli mei, quando sit meus Vassallus.*

8 *Rex est dominus subfeudatarij, & habet super omnibus feudis Regni directum dominium.*

9 *Adobę, siuè seruitii appellatione, omnia seruitia, & adiutoria, quæ præstantur à vassallis domino directo, comprehenduntur.*

11 *Adoba tempore Federici vocabatur adiutum, seu adiutorium, deinde donum.*

12 *Adoba nomen verè, & propriè comprehendit, quod Regi præstatur à Vassallis; adiutorium verò quod imponitur vniuerso populo, & sic etiam burgensibus: sed immò quod verè, & propriè includat etiam adiutorium, & ita decisum, num.14. & 15.*

13 *Adoba vocabulum vnde originem traxit.*

15 *Immunitate concessa ab adiutorio, includitur immunitas ab Adoba, & è contra.*

16 *Donatiuum nil aliud est, nisi seruitium in pecunia.*

17 *Subuentio licet petatur ex gratia, & munificentia Regis sub nomine donatiui; tamen nō remouetur veritas causæ necessariæ, pro qua posset nouas impositiones superaddere, cum non haberet vnde aliter prouideret, & num.23.*

18 *Subfeudatarij, qui tenentur præstare Baroni adoham, eadem ratione tenētur ipsum adiuuare, & contribuere, quando cogitur adiuuare Regem, & num.30. non autem seruire ipsi Regi, num.29.*

19 *Donatiua nedum ordinaria, sed etiam extraordinaria, licet nomine talia dicantur, re tamen, et effectu sunt seruitia, & onera necessaria.*

20 *Donatiuum non debetur eo anno, quo contingit solui releuium, sicut nec adoha, & durante exactione donatiui an adoha debeatur, & num.43.*

21 *Vassallus, qui ex tenore inuestituræ possidet feudum francum à seruitio militari, nec etiam tenetur præstare donatiuum.*

22 *Donum Principi factum semper præsumitur ex causa necessaria, & quare?*

23 *Princeps subsidium petit à subditis, etiā iure communi in pluribus casibus aliquibus concurrentibus.*

24 *Forenses tenentur ad solutionem collectæ impositæ per Vniuersitatem pro donatiuo facto Principi, pro se liberādo à seruitute, vel subiectione alterius.*

25 *Princeps, siue magis ipsius Consiliarij diligenter considerent, ne imponant onera grauia, sed congrua, quæ subditi ferre possint, & ex causa necessaria publicæ vtilitatis.*

27 *Adiutoria in quibus casibus debeantur Baronibus remissiuè.*

28 *Subditi non debent esse curiosi in inuestigādo de veritate necessitatis, de qua Rex attestatur, nec etiam si Rex legitimè possideat.*

29 *Subfeudatarij tenentur seruire Baronibus, quoties ipsi tenentur seruire extra Regnum, non autem tenentur seruire mediato domino,* ex cap. Papæ Honorij.

31 *Fiscus vassallorum idem iuris habet, quod Fiscus Principis, veluti in eius locum subrogatus.*

Vas-

32 *Vassalli subuenire debent Baronibus pro medietate seruitij Regi debiti, ita quod non excedat medietatem collectæ generalis, quod non procedit in burgensibus, à quibus hodie immediatè R. Curia exigit contributionem, & nu. 34. 35. & 41.*

33 *Barones hodie non tenentur soluere pro taxa seruitij, nisi quartam partem annui redditus feudi cum vassallis: pro reliquis verò feudis alia est taxa.*

36 *Subfeudatarius submonitus, qui non contribuit, qua pœna puniatur, & cui cõpetat aduersùs ipsum manus iniectio, Regi, an Baroni, & num. 38.*

37 *Baro non potest donare seruitium subfeudatario, nisi speciali Regis permissu.*

39 *Baro potest exigere à suis subfeudatarijs portionem sibi tangentem, etiam si Rex sibi remiserit, sine vassallorum contemplatione id fecisset.*

40 *Barones de iure, & consuetudine sibi exigunt ratam subuentionis debitæ à suis subfeudatarijs.*

42 *Rex, non obstante seruitio consueto in pecunia, potest cogere Barones ad personaliter seruiendum.*

43 *Possidentes bona ex Principum concessione, non sunt immunes ab oneribus, quæ respiciunt commodum Reipublicæ.*

45 *Barones non sunt immunes ab adobis, licet adoha non exigatur vt prius, sed sub donatiuo.*

ARGVMENTVM.

Baronibus vtrum competat ius cogendi subfeudatarios ad contribuendum cum ipsis Baronibus in donatiuis, & subuentionibus, quas ipsi Barones ex necessitate præstare coguntur.



Pro Domino D. Ioanne Daualo de Aragonia Principe Montisherculis.

CONTROVERSIA XVIII.

CVm hæsitari contigerit; vtrum, sicut Regni Baronibus, siuè feudatarijs, qui feuda, siuè castra quaternata immediatè tenent sub Rege, ius sit exigendi à suis subfeudatarijs, siuè subvassallis, qui ab eis, & sub eis tenent feuda plana, & de tabula, seruitium, quod ius adohæ in Regno vocatur; ita etiam pariter ius compétat cogendi eosdem subvassallos ad contribuendum cum ipsis Baronibus in donatiuis, siuè subuentionibus, quas ipsi Barones, vel ex necessitate, vel de honestate, siuè de congruo præstare coguntur. Omisso verborum ornatu, & decisiuè loquendo, cum res agatur coram insigni, & doctis. Præside Matthia de Casanate, doctrina, iudicio, & rerũ experiẽtia admirabili, & in Tribunali Cameræ, vbi tot sunt feudorum Camerarij, quot Camerales, resoluendum est affirmatiuè. Siqui-
1 dem cum absolutum sit, in feudis planis, quæ sub Barone tenentur, seruitium non præstari Regi, sed ipsi Baroni, *Iser. in cap. 1. §. ille tamen, de controuer. apud pares, Dom. meus Capyc. in l. Imperialem, col. 26. vers. primum est, de probib. feud. alien. per Frid. cum pluribus concord. per Cumiam, in cap. si ali-*
2 *quem Regni Siciliæ, num. 16*, quod procedere etiam in feudis quaternatis secundum quid, quando scilicet cum Baronia concessa sunt feuda quaternata, tenenda immediatè sub Barone, docet *Frecc. lib. 2. in 5. author. num. 2. in fine, & 3.* vbi subijcit exempla de Principibus Salerni, & Bisiniani, & sequitur Cumia *d. num. 16.* & latiùs ipse scripsi *in Controuers. pro Eminentiss. Cardinali Petro Aldobrandino, nu. 21.*

3 22.30.*& 31.* Quod & generaliter accipiendum est, vt in subfeudatarijs, & subvassallis maior sit habenda ratio immediati, quàm mediati domini, *c.1.§.vt autem, de allodijs,* inde iure
4 communi feudorum, subvassallus Baroni immediato, & nō Regi, siuè mediato, præstare debebat iuramentum fidelitatis, & immediatus, non mediatus dominus inter subvassallos iu-
5 dicis munere fungebatur, licet in vtroq. sit in Regno immutatum, vt iuramentum scilicet fidelitatis nō præstetur Baroni sine licentia Regis, vt per *Frecc. in 4. author. num. 2. & 3.* Et iudices à Rege deputati solùm de feudis cognoscunt, vt per eundem *Frecciam* latiùs post *Iser. in 7. author.* licet hoc ius ex priuilegio habuerit senior Princeps Salerni, *vt per eum in*
6 *fine.* Sed inuestituræ, & recognitiones petendæ, & faciendæ sunt immediato, etiam de iure communi, illique seruitia præstanda, vt ex *Riminal. Iun. Menoch. Schrad. Artman Pistor. & alijs* latè probat *Andr. Knichen. in Cōment. de Saxon. non prouoc. iure, cap. 6. ex nu. 38. cum seq. vsque ad fin.* vbi declarat
7 vulgarem regulam, Vassallum vassalli mei, non esse meum vassallum, respectu feudi, quod ab altero subcliens possidet, non autem intuitu feudi, quod subvassallus tenet à domino mediato, ex *Natta, Schrad. Menoch. Pancirol. & alijs*, & in Regno subfeudatarij sunt vassalli Regis, ratione feudi, si-
8 uè rei, & subditi ipsius, cum Rex sit dominus personarum, & quia super omnibus feudis Regni habet directū dominium, *Frecc. d. 4. author. n. 3. & 4.* optimè *Dominus meus de Curte par. 1. de feud. cap. 6. Datur etiam. num. 15.* Quod igitur vtroq. iure, communi scilicet, & Regni, est quidem indubium,
9 vt seruitium, siuè adoha præstetur Baroni immediato subfeudatario, siuè subvassallo, nedum in feudo plano, & de tabula, sed etiam in feudo quaternato secundum quid, *Frecc. lib. 1. §. fuit dubitatum, numer. 25. in 5. author. nu. 2. in fine,* cum alijs à me notatis *in controu. pro Emin. Cardinali Aldobrandino, nu. 31.* Idem sine dubio sibi locum vendicabit in donis, siuè donatiuis, quæ ipsi Regi domino, ratione subuentionis præstantur, vt subfeudatarij in ipsis contribuere teneātur. Idq. verissimū esse patebit, si origo rei ab ipso primordio exquiratur.

11 Pro quo primùm supponitur, sub nomine adohæ, siuè adohamenti cōprehendi omnia seruitia, & adiutoria, quæ præstantur à vassallis, siuè Baronibus domino directo, siuè Regi occasione feudi, decisio est punctualis *Isern. in cap. 1. §. similiter in hostenditijs,* ibi, *In Regno Siciliæ vocant adohamenta, seruitia, quæ præstantur in pecunia, de Capit. Corradi.* & vt dicebat *Luc. in l. id ab vnaquaq; 11. C. de annon. & tribut.*
10 *lib. 10.* tempore Federici cœpit vocari adiutum, siuè adiutorium, vt in *Constit. Quamplurium, sub rubric. de adiut. exigendis;* deinde tempore successorum vocatum est donum, ea occasione, quia non petebatur, nisi pollicitum, vt dicitur in ea lege, ibi, *ad quod se fore idoneos pollicentur;* nunc autem, peccatis exigentibus, vt à fisco auferatur, quod Christo non datur, omnia hæc plaudentia, honestauè nomina sunt deleta, remanentibus in effectu oneribus, rationibus, & causis, quæ latiùs *Lucas* ipse prosequitur, refert *Iacob. de Gello de iure adohæ, n. 37.* & comprobat ante ipsum *Dom. meus Capyc. in sua inuestit. verbo, feudorum*
12 *adiutoria,* qui licet addat, adohamenta, siuè ius adohæ, esse verè, & propriè quod Regi præstatur à vassallis, siuè feudatarijs, adiutum verò, siuè adiutorium, quod imponitur toti populo, & sic etiam vassallis burgensibus: licet largo modo adoha dicatur etiam adiutorium, cuius dicta, authoris nomine suppresso, transcripsit *Liparul.* vt sui moris est *ad Isern. in d. §. similiter in hostenditijs, in addit. incip. adohamēta, sub lit. M. in fine.* Attamen *Reg. de Ponte dec. 3. nu. 17.* latiùs ponderando

P ethy-

ethymologiam, & quidditatem, siuè substantiam, & effectum nominis ad-
13 hoamenti, siuè adhoæ, cuius vocabulum constat, originem traxisse à pluribus insimul coadunatis ad seruitium faciendum, vt per *Isern.* locis congestis ab eodem *Capyc. verbo*, *feuda-*
14 *adobant*, probat *de Ponte* adohamentum, siuè adoham verè, & propriè includere adiutorium, siuè subuentionem, quæ à vassallis præstatur, vt quia de persona, vel in pecunia dominum adiuuant in suis necessitatibus; quinimò eò fortiùs, & magis propriè huiusmodi subuentiones comprehendi sub nomine adohæ, siuè adohamenti, quo magis vniuersaliter, & à maiori personarum cętu coadunato, fiunt, vt latiùs per eum *ex num.* 18. *ad* 21. vbi
15 propterea latissimè fundat, concessa immunitate adiuuamenti, siuè adiutorij, includi immunitatem ab adoha, & è contra, concessa immunitate ab adoha, siuè adhoamēto, cēseri quoq. concessam immunitatem ab ipsis adiutorijs, quæ testatur, alio nomine appellari donatiua, & ita refert decisum per Regiam Cameram de anno 1544 in feudo Gaudiani, concesso libero, & franco, vt censeretur concessum exēptum tam ab adhoa, & sic seruitio ordinario, quàm etiam à donatiuis. Et iterum idem decisum per Regiā Cameram facta relatione in Collaterali, in casu *d.decis.* in fauorem Illustrissimi Principis de Oria in cōcessione Baroniæ Auellarū, in fine decisionis prædictæ, quæ decisio est punctualis ad casum nostrum; si enim adeò sub nomine adhoæ, siuè adhoamenti com-
16 prehenduntur adiutoria, siuè donatiua, quæ nihil aliud esse, nisi seruitium in pecunia, ex eo patet, quia Rex noster, dum ea à Baronibus petit, semper se impulsum testatur ex causa necessaria bellorum, quæ substinet, licet extrà Regnum pro defensione suorū regnorum, ex quorum defensione dependet quies, & pax huius Regni, quę necessariò turbaretur, si alia Regna,

præsertim finitimā, hostium paterentur incursiones, *Isern. in c.* 1. *§. sed nec*
17 *est alia*, post *num.* 40. *vers. quid ergo*, & *num.* 41. *Quæ sit prim. caus. benefic. amiss. Camerar. in S. firmiter, columm. prima, Dominus meus Regens de Curte dict. par.* 1. *cap.* 13. *Cum igitur, num.* 45. vnde licet ex gratia, & munificentia Regis petatur subuētio sub nomine donatiui, non ideò remouetur veritas causæ necessarię, pro qua posset nouas superaddere impositiones, quando non haberet, vnde prouideret, vt ex *Iser. Afflict.* vt communem omnium opinionem, tradit idem *de Ponte in d.decis.* ex *nu.* 11. 12. & 13. citans illam vulgatam *gloss. in l.* 1. *ff. quod iussu*, *Preces Regum esse mādata*, vnde Ouid.

Est orare Ducum, species violenta iubendi,

Et quasi nudato supplicat ense potens.

& Plato, *Preces necessitati admissas asseuerauit, precesq. Principis, saltim reuerentia admissas iussui æquiparari*, ex *Bald. Alexand. Surd. Pacian. Purpur.* & alijs probat *Knichen. de ve'iit. pactio. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 98. & 99. Sequitur proinde: vt sicuti concessa immunitate ab adhoa, siuè adhoamentis, comprehenditur immunitas, etiā ab adiutorijs, siuè donis, & donatiuis,
18 sic è contra, subfeudatarij, qui ex dispositione, tam iuris communis, quàm Regni tenentur præstare seruitium, siuè adhoam ipsi Baroni, tenentur eadem ratione adiuuare Baronem, quādo cogitur adiuuare Regem dominū directum in suis necessitatibus, tum ex regula contrariorum, tum etiam ex vulgata *regula l. qua de tota*, & ex vi subrogationis; siquidem certum est subfeudatarios subrogari in locū Baronum, dum partem aliquam ex ipsa terra infeudata possident.
19 Quod autem donatiua, quæ hodie præstantur, nedum ordinaria, quæ singulis quibusq. binis annis Regi fiunt; sed etiam extraordinaria, quæ Rex per intermediam personam sui Vicarij

rij petit à Baronibus, antepónendo ipsius necessitatem, bellique onera, & pericula in Regno, & extra,occurrentia, illos rogando pro beneuola subuentione,quam deuotissimi subditi exhibere solent, non dicantur verè donatiua,nisi nomine tantùm,sed seruitia,& onera necessaria,& in vniuersum donatiua non consueuisse vnquã fieri in Regno spontè, sed ad rogatũ Regis,latissimè probat *Frecc. lib. 2. in 3.author. ex nu. 26.* & proinde patrocinante ipsius Genitore,fuit decisum pro Principe Bisiniani in Regia Came-
20 ra,vt sicuti eo anno, quo contingit solui releuium,seruitium, & sic adhoa deducitur,& non præstatur Regi, nec debetur vtrumque onus à lege, vel consuetudine,& sic ex necessitate debitum: sic neque debeatur donatiuũ, quod fortè contingerit eodem anno à Baronibus offerri; siquidem, licet prima fronte videatur deberi vnum ex necessitate iuris, alterum verò ex voluntate, vnde vtrumque videbatur debitũ, veluti ex diuersis causis prouenienes; nihilominus Regia Camera iudicauit,attenta veritate,alterutrum tantùm deberi, & sic donatiuum non deberi, veluti comprehensum sub seruitio, siuè adhoa, vt optimè declarat *Dominus meus de Curte par. 1. de feud. cap. 13. num. 53.* Confirmantur præ-
21 dicta ex his, quæ scripsit *Oldrad. cons. 234. Factum est tale, Alber. in diction. ver. feudum, col. 4. vers. miles*, quos sequitur *Petr. de Gregor. de concess. feudi par. 7. q. 8. nu. 35.* vbi latè fundat, vassallum,qui ex tenore inuestituræ possidet feudum francum à seruitio militari, nec etiam teneri præstare donatiuum,quod esset idem,quod adiutorium in pecunia, probat in puncto *Reg. de Ponte dict. decis. nu. 15. & seq.* Et cõcessa immunitate à Serenissimo Rege Alfonso I. de anno 1444. Ciuitatis Castrimaris,ab omnibus functionibus Fiscalibus, etiam extraordinarijs in ampla forma,fuit per Reg.Cam. decisum 20.Febr.1538. quod conseruetur immunis etiã à donatiuis,vt ex Cõsult. 1.Iunij 1545.subscripta à Barthol.Camerario, & iterũ cõfirm.fac. verbo in Collat.26.Maij 1544.& 17. Octobris 1569. prouisum, quod sit immunis etiam à donis,cum pluribus alijs decretis successiuè latis, vt ex actis penes Surrentinum.

22 Et quod donum Principi factum, semper præsumatur ex causa necessaria, quia etiam necessitate non vrgente donare debent subditi, ob magnum amorem subditorum in Principem,qui pater esse debet & defensor; tantò magis,quãdo sumus in casibus,
23 in quibus Princeps subsidium à subditis petere potest,qui sunt multi etiã iure communi, quos *ex Speculat. & alijs* refert *Purpur. cons. 428. nu. 75. & 78.* præsertim, quando Princeps non haberet sufficientes reditus ad conseruationem sui status, dignitatis, & ad alias rationabiles expensas, latè fundat, & decisum asserit *Antoninus Thesaurus dec. 257. nu. 9. & 10.* vbi resolutum testatur in Senatu, etiam fo-
24 renses teneri ad solutionem collectæ impositæ per Vniuersitatem pro donatiuo facto Principi, pro se liberando, & eximendo à subiectione alterius, cui Princeps ipse illam subiecerat; licet ex *Archidiac. in cap. quia cognouimus 10. q. 3.* moneat Principes,
25 siuè magis eorum Consiliarios, debere diligenter considerare,ne imponant onera grauia,& intolerabilia,sed congrua, quæ subditi ferre possint, & ex vrgenti, & necessaria causa ad publicam vtilitatem,aliàs inciderent in minas Ezechielis Prophetæ, vt latè per *Thesaur. in fine d. decis.* In quo minimè prætereundum hoc loco cẽsui sapientissimum *Ferrandi Carthaginensis Diaconi* monitum, quo aduersus malorum Consiliariorum suasiones Rheginum Comitem ita præmunit: *Execrabiles iudica eos, quibus vt potestas detur opprimendi pauperes impossibilia pollicentur, & perditis regionibus Statum pristinæ stabilitatis ad-*

scribunt, adhuc vigere cuncta mentientes, adhuc posse non modo functiones solitas, sed noua quoque si adijciantur tributorum pondera sustinere. Promittunt falsa, vt vera surripiant; Euertere cupiunt non gubernare; Laudant fertilitatem terrarum; O miseri, quorum os loquutum est vanitatem, & dextera eorũ dextera iniquitatis. Doctrinam certè hanc Christiano homine dignissimam sequutus, suoque exemplo ad omnẽ posteritatem memorabili expressisse videtur Henricus Tertius Hispaniarum Rex, vt author est *Stefanus de Garibay in Compendio Historiali Hispaniæ lib.* 15. *cap.* 48. Hic enim cum grauibus præmeretur bellorum incommodis, regiumque Aerarium prorsus esset exhaustum, suadentibus ministris, vt nouo indicto populis tributo subsidium sibi aliquod compararet; respondisse fertur: *Non faciam equidem; non patiar; potius enim pauperum imprecationes ac lacrymas, quam hostiũ arma timeo; plus illæ Regi ac Regno, quam ista proculdubio nocebunt*. Decisio autem supra citata *Thesauri* est digito notanda pro Vniuersitatibus Regni, se redimentibus ab alienationibus, quæ interdum fiunt in Regno Terrarum demanialiũ pro subleuandis Regis nostri necessitatibus, de quo latiùs *in meo responso, siuè tractatu de Potest. Princip. circa reuoc. demaniorum*.

Inde ex prædictis secundò consequitur, vt cũ ista donatiua nihil aliud sint, nisi adhoamenta, siuè seruitia, & quidem propriè comprehendantur
26 appellatione adhoæ; necessariò subfeudatarij, qui in Regno tenentur seruire, & adhoam præstare ipsis Baronibus dominis immediatis, non autem Regi, tenebuntur similiter contribue-
27 re cum ipsis in donatiuis, quę siuè sint adiutoria, debita in quinque casibus annotatis, & descriptis in *Constitut. Quamplurium*, & in alio sexto, addito *in Constit. Comitibus*, quos recenset post *Isern. Affl. & alios, D. meus Capyc. in d. verb. feudorum adiutoria, col. 2. vers. per Barones*, & sex alios casus similes, de iure etiam communi recẽset ex *Specul. Io. And. Roffr. Anan. Alex. & aliis, Rayn. Corsus in addit. ad d. cons. Oldr.* 234. *in vers. & quoniam Barones, & Dom. Capyc.* subijcit etiã casus, in quibus, etiam Prælati tenentes feuda, possunt à suis vassallis exigere adiutoriũ, quod alio nomine nuncupatur charitatiuum subsidium, de quo per *Boer. dec.* 113. 134. 135. *&* 136. *cũ aliis per Remig. & Bellencin. in proprio tract. de charitat. subsidio*; de quibus adiutorijs latiùs. *Dom. meus de Curte* 2. *par. cap.* 3. *ex num.* 182. siuè præstari contingant donatiua in alijs casibus,
28 in quibus Rex attestetur de sua necessitate, in quo subditi non debent esse curiosi in inuestigando de veritate causæ; talis enim perquisitio esset scrupulosa, quæ non debet permitti subditis, sed sufficere debet, Principem esse consiliatiuum, vt post *Isern. in cap.* 1. *num.* 6. *&* 7. *cum seq. Hic finitur lex*, tradit *Iacob. in sua inuest. ver. & promiserũt, vers.* 5. *quæro, cũ infinit. à me allegatis pro Fisco d. tract. de pot. Princ. circ. reu. deman. in* 5. *cõcl. n.* 94. & nouissimè *Ceuaglios lib.* 4. *com. contr. com. c.* 906. *num.* 162. *& seq.* sicut vassallos non debere perquirere, vtrũ Rex legitimè possideat, necnè, etiam si dubitetur, an sit Rex, vel tyrannus, probat *D. Regens*
29 *Rouit. cons.* 2. *num.* 29. in omnibus prædictis casibus Barones, ex speciali obseruantia contenta, & prouisa, etiam in capitulis Papæ Honorii, tenentur adiuuare ipsos Barones, & feudatarios, à quibus immediatè feuda tenẽt, ipsisq; seruire, & cum eis contribuere, non autẽ seruire ipsi Regi, vt de vtroque testis est *Iser. in d. §. sed nec alia iustior, post nu.* 40. *sub vers. sed vbi præstabit seruitium, Quæ fuerit prima causa benef. amitt.* vbi loquendo de feudatariis quoad subfeudatarios, subiicit pulchra verba, *quia si nõ subueniatur ei à vassallo, nõ poterit ipse seruire*, & ibi, *videtur tacitè per hoc dicere, quod tunc*

tunc seruiat, *quando subuenitur ei*, *&* *quando non subuenitur sibi*, *non seruiat ex tacita remissione resultante ex verbis* citans iura, *& inferius post n.41. vers.*
30 *quid si Comes*, expresse affirmat, quod in omnibus casibus, in quibus iusta de causa Comites, & Barones tenentur seruire etiam extra Regnum, tenetur pariter subfeudatarii tenentes feuda ab ipsis, seruire ipsis Baronibus, & Comitibus, & in specie aduertit ex *c.Papa Honorii*, nõ teneri ipsos seruire Regi, & sic mediato, sed Comitibus veluti immediatis, vbi *Lipar.lit.G.ver. per Regem, refert verba PP.Honorii*, & addit *Iser.* hoc esse valdè rationabile, & ob id ligare etiam non subiectos imperio, ex *dic. per ipsum in praeamb.* inde loquens *Iser.* de quãritate, & cõputatione seruitii, siuè adohae *in cap. vnico in fin. Quis dicatur Dux*. subdit, *& ideo tantum subuenietur ei à vassallis feudi*; ad quem locũ de subuẽtionis quãtitate se remittit *Lipar.in d.§.simi liter in hostenditiis, ver.adohamenta in princ* sequitur recensendo dicta *Isern. Afflict.in d.§.sed nec alia, nu.14. & 15.* vbi ita spetialiter prouisum testatur ex *cap.Regis Roberti incip. Habuit sub feudatariorum tuorum, nostrorumq; fide-*
31 *lium.* Confirmantur praedicta, quia Fiscus vassallorũ idem iuris habet, quod Fiscus Principis, velut in eius locum subrogatus, *Natta, Roland.Pereg.citati* per *Gratian.lib.4.discept forens. c.642. num.14.* & scripsi latè in responso pro Serenissimo Duce Parmae, contra Ciuitatem Castrimaris, in causa impositionis, vulgò dicta, *della cinquina per botte.*

Quibus ita fundatis, nihil obstabit,
32 si quis fortè, parùm aduertendo dixerit, quod licet antiquitùs fuerit statutum a Carolo II. vt vassalli subuenirent domino feudi semel tantùm in anno pro medietate seruitij, dum tamen non excedat medietatem collectae generalis antiquitùs imponi solitae. In alijs verò casibus comprehensis *in Constit. Quamplurium*, vassalli dominis suis subueniant, iuxtà negotij qualitatem, & vires subditorum, vt *in Cap.Regni Comites, et Barones*, quod est 161. secundùm ordinẽ *Nigri*, *sub rub.de su uent.vassall.* de quo *cap. vltrà Lucam, Nigrum, & alios*, latè agit *Iacob.de Gello de iure adohae, num. 34. vers.quantum autem, & num.52.*

Hoc tamen hodie est aboletum,
33 & non practicatur; siquidem licet antiquitùs solueretur pro taxa seruitij in pecunia medietas fructuũ, vel parùm plus, idest ad rationem duc. 52. pro centum; hodie tamen Curia non exigit à Baronibus, nisi quartam partem annui redditus feudi cum vassallis, & sic medietatem antiqui seruitij duc.26. ½ pro singulis centum redditus annui, pro reliquis verò feudis cõsistentibus in territorijs, vel annuis redditibus super gabellis, alia est taxa, vt optimè aduertit *Dom.meus de Curte de feud.p.1.c.13. Cũ igitur, n.37.* vbi materiã seruitij declarauit, & propriè *num.48.50.& 52.cum seq.* vbi de duplici etiam taxa annorum 1504.& 1564.& sic antiqua, & noua meminit, et latè *Dom. Reg. Moles q.11. dec.21. sub tit. de adoha, & seruitio, & in tit. seq.de feud.deuol Reg.Cur.* de quo aliqua etiam *Frecc. author.4. nu.8. & 9. & Iacob.de Gello in dicto tract. nu.53. & 58.*
34 Siquidem *d.cap. Comites*, loquitur de contributione, ad quam tenebantur vassalli burgenses ipsi Baroni, quã hodie non soluunt vassalli ipsis Baronibus, sed exigit illam immediatè Regia Curia à vassallis sub donatiuo, secundum partitiones factas per Reg. Cam.consideratis facultatibus regnicolarum, iuxtà consultationẽ Camerę de anno 1568.in registro lit.Cur.41. fol.7. quã refert *Moles d dec.21. vers. illud autem.* vnde licet dispositio *dicti cap.Comites*, aliter hodie practicetur, quã olim, nihil ex hoc inferri potest
35 ad contributionem, ad quam tenentur subvassalli, siuè subfeudatarij eorũ Baronibus dominis immediatis, in

qua nihil reperitur immutatum, sed seruatur *d.cap.Caroli II. incip.Habuit subfeudatariorum*, de quo meminit *Affl.in d. §.sed nec alia iustior*, quod non mirum,si inuenire non potui, cũ dicat *Freccia lib.2.author.4.nu.9.*ipsũ habuisse *d.cap.ad p̃m ium*; vbi optimè testatur de hac obseruantia,& iterum *num.*14.vbi meminit *de cap.Papæ Honorij*, declarantis casus,in quibus Barones tenentur Regi seruire,cum iure exigendi contributionem à suis subfeudatarijs, cuius capituli verba formaliter recenset etiam *Affl.decis.*265. *nu.*55.*Molet d.quæst* 11.*dec.*21.*car.*2. quod iterum confirmat idem *Freccia d.authori.*4.*d.nu.*14.*in fine,in verſ.in*
36 *Regno Siciliæ,& nu.*15.vbi tradit,qua pœna puniatur subfeudatarius submonitus, qui non contribuit in seruitio suo domino immediato, & inferiùs *in verſ.pro seruitio*, subdit, non habere regulariter Regem manus iniectionem contra subfeudatarios pro seruitio, quod Regi debetur à Barone,nisi Baro esset in mora, et *nu.*16. *circa medium*, quod præstatur seruitiũ à subvassallo ad submonitionem Ba-
37 ronis,cuius est terra,*& nu.* 18. non posse Baronem hoc seruitium donare subfeudatario sine speciali Regis permissu,cum deseruiat oneribus Reipublicæ,velut pars integralis seruitij,debiti Regi ab ipsis Baronibus. Ex quo
38 initiũ sumpsisse videtur,Baronẽ posse præcipere suis subfeudatarijs, vt ipsum associent; dum ipse Baro comitatur Regem pro suscipiẽda corona *ex cap. fin. de pace iuram. firm. & ex eod. cap. Habuit subfeudatariorum*, tradit *idem Frecc. auth.*22. latiùs prædictacomprobat *Iacob.de Gello in eodem tract.de*
39 *iure adhoæ.*dum *num.*62.aduertit,Baronem posse exigere à suis subfeudatarijs portionem ad ipsos pertinentẽ, etiam si Rex sibi remiserit seruitium, siuè adhoam,nisi id factum fuerit vassallorum contemplatione, quod in dubio non præsumitur.Et quod nedũ
40 de iure, sed etiam de consuetudine sibi exigant ratam subuentionis debitæ à suis subfeudatarijs, & ita seruari in Regia Camera,testatur idem *Gellus num.*67. & pulchras *decisiones* subijcit *idem Gellus,nu.*85.87.*&* 90.in quibus idem pro indubitato supponitur, velut absolutum,quæ,vt finem faciam omitto. Idemque affirmant ambo Domini mei, videlicet *Capycius, in verb. feudorum adiutoria, verſic. quintus casus*, & magis in puncto meus Auunculus,& magister *de Curte d cap.*13.*par.*1. *de feudis num.* 43. vbi optimè loquens, etiam de hodierna praxi,& obseruantia,quod si Baro habet præstare seruitia domino suo, potest à suis subfeudatarijs tenentibus ab ipso subfeuda, petere in hoc seruitio adiutorium, ex quo tenentur seruire per dies quadraginta, citans idẽ *cap. habuit subfeudatariorum*, citatum per *Afflict.vbi supra*, & vt casum di-
41 stinctum, deinde subnectit alterum de cõtributione debita Baroni à vassallis burgensibus pro medietate antiquæ taxæ, *ex cap.Comites, & Barones,supra citato,vt per eum n.*50.& 51. & in hoc, est hodie consuetudine immutatum, non autem in primo de adiutorio faciendo à subfeudatarijs. In quo non omitto *D Octau.Bambac.* bonum feudistam, olim nostrum in patrocinando collegam,*in repetit.cap. qui clericus,si de feudo defunct.mil.* qui
42 tradit, Regem nostrum,non obstante consueto seruitio in pecunia per Barones præstari solito,posse ad libitum ipsos cogere ad personaliter seruiendum,*num.*39.& plenius infra *nu.* 106. de quo etiam latè per *Dom. meum de Curte d.cap.*13.*nu.*61. subdit *Bambac.* se vidisse significatoriales litteras expeditas tempore Ferdinandi Regis, anno 1468.in quo generale seruitium Baronibus indixit, eisdemque Baronibus subueniri ab eorum subfeudatarijs,& vassallis pro rata, quas litteras adesse testatur in secũdo processu inter Fiscum,& Principem Bisignani in R.Cam. penes Ricciũ actuar.

Ex

Ex quibus omnibus concluditur, Barones,nedum in seruitio ordinario, sed in quibuslibet donatiuis, etiam extraordinarijs, ex quauis causa factis, posse ratam à suis subfeudatarijs exigere, cum omnia sub nomine seruitij,& adhoamenti, siuè adhoæ contineantur,ad quam non minori iure tenentur subfeudatarij Baronibus, quàm Regi Barones; præsertim, cum ferè omnia donatiua, vel includantur in casibus notatis *in Constitut. Quam plurium,& Comitibus*, vel petantur ab inuictissimo nostro Rege ex causa publica,& necessaria, pro qua Barones contribuere tenentur,prout soliti sunt contribuere in cęteris donatiuis. & subuentionibus; ex causa enim iusta, & pro necessitate defensionis Regni, vel pro statu Regis nulla immunitas ipsos excusare potest, nec quidē prodesse potest excusatio, quod ipsi præstent seruitia personalia, vel adhoam, quod proinde non sint duplici onere grauandi,nec quia nobiles sint, cum nō debeat aliquid nobilibus exhiberi,vnde reliqui scrupuloso corde mo-
43 ueantur; & quia possidentes bona ex Principum concessione non sunt immunes ab oneribus, quæ Reipublicæ commodum respiciunt,vt latè fundat *Luc.in l.fin.col.3. vers.4. ex his,per plures colūn. C.de fund.limitrophis lib.11.* quem sequitur *D. Rouit. in consult. pro Curia post conf.num. 19.in fine.* vnde etiam si verum esset,Barones esse hodie immunes ab adhois, adhuc tamē subfeudatarij tenerentur contribuere in donatiuis, vel ex necessitate, vel saltim ab his quæ,salua honestate, Barones denegare non possent.

Verùm non admittimus, Barones esse immunes ab adhois, sed illud tātùm,hodie adhoam non exigi, prout
44 per prius exigebatur,sed exactionem fieri sub donatiuo ordinario, quod singulo biennio fit à toto Regno, & exigitur ad formam taxæ seruitij,licet durante exactione donatiui, conuentum sit, non posse exigi adhoam,scilicet alteram, etiam si illa in casibus à iure permissus esset exigenda,vt optimè aduertit *D. meus de Curte d. c. 13. num. 53.& 54.* Vnde alias dicebam pro Fisco in causa Eminētiss. D. Card. Bandini contra Illustr. DD.de Sabellis, non cessasse cum eff. ctu exactionem adhoæ,sed illam adhuc exigi sub donatiuo, quod exigitur secundum taxam seruitij.Quod peroptimè confirmatur ex relatis per *D. Reg. Moles d.decis.21.car.mihi 4.* vbi in calculatione taxæ donatiui ann. 1566. pro summa duc. 1505.testatur ab ipsis solutam integram adhoam, & amplius grana 15.pro quolibet ducato, licet non soluerint adhoam, sed ratam donatam,iuxtà taxam adhoæ, calculatā ad rationem ipsius adhoæ .s. pro medietate antiquæ taxæ, & sic ad rationem ducat. 26. ÷ pro singulis aureis centum redditus, quod & repetit *d. dec.in vltimis verbis*. Inde cum non mutetur effectus, sed solùm modus, non ideò minus cessabit subfeudatariorum contributio. Quod probatione non eget; cùm in dies videamus exigi ordinatione Regiæ Cameræ à Perceptoribus, & Thesaurariis prouincialibus ius adhoæ,quod vt plurimum reperitur venditum, & assignatum creditoribus Regiæ Curiæ, quos vulgò, Consignatarios, vocamus, & vltra adhoam,quæ exigitur sub donatiuo ordinario, exiguntur donatiua extraordinaria, iuxtà taxam adhoæ. Vt propriè contingit in casu præsenti, in quo Io.Baptista Lagonissa, pro feudo della Torre,quod tenet in territorio, & sub Principatu Montis Herculis Dom.de Aualo, soluit pro iure adhoę duc.decem,& septem annuos, & amplius etiam,contribuit etiam annis elapsis in donatiuis solutis per Dom.Montis Herculis pro rata,iuxtà calculum Rationalium de ordine Cameræ factum,in qua possessione conseruati petit Illustriss. Dom. Ioannes de Aualo, dictæ Ciuitatis dominus, prout fuit conseruatus, Act.in R.Cam. Anellus Galisius.

Et

Et quia è contrario in causa Illust. Ducis Suessæ cum Petro, & Cęsare de Transo super seruitio, siuè adhoa subfeudorum Piscinolæ, & Zampicani erat semper facta vniformis solutio ann. ducat. nouem, & allegabatur titulus immunitatis à contributione in donatiuis ex speciali concessione facta à dicto Duce suis authoribus de Galluccio, licet dubitaretur de efficacia dictæ remissionis, si comprehendebantur successores vniuersales tantum, vel etiã singulares, saltim quoad ius excipiendi, ex traditis *in l. fin. C. de exequ. rei iudicat.* & *per Afflict. dec. 335. nu. 17. cum concord. à Peregr. de fideicomm. art. 32. num. 84.* & per *Barbos. in l. quia tale 14. nu. 21. ff. solut. matrim.* & si potuit Dux remittere vel nè absq; assensu in præiudicium feudi, & successorum dictũ ius ipsius feudi, vel propter feudum, inclusum in iuribus dominicalibus competẽs vassallo de iure Baronum, quod negatiuè resoluit in simili in remissione adiutorij, *Dominus meus de Curte in 2. par. de feud. cap. 3. num. 156. vers. sed secunda*, etiam pro tempore, quo feudum permaneret in posse remittentis, quoad iura tamen futura, non autem præterita, & iam debita, quæ constat donari posse, tanquam fructus maturatos; attamen in dicta causa pluribus decretis quond. Dom. Minadoi, & Dom. Reg. Rouiti, à meo vri successore Commissario confirmatis, fuit prouisum, vt soluta per dic. de Transo subfeudatarium summa certa præstari consueta pro seruitio iamdiù vniformiter præstari solito, tollatur sequestrum super fructibus feudi, citrà tamen præiudicium omnium iurium partium, & in specie pro augmento adhoarum pro donatiuis, cuius respectu fuit concessus terminus, etiã quia assensus non fuit visus necessarius super cõcessione immunitatis factæ per Ducem quoad cõseruandum subvassallum in statu non soluendi maiorem summam, in quo repeciebatur, ad tradita per *Annam alleg. 84. nu. 4.* vbi ita decisum *ex Panor. Dec. Afflict. & alijs* quia interim possessor est conseruandus in possessione acquisita, etiam ex actu nullo, quod latius probat *D. Reg. Rouitus in prag. 1. de priuil. Vniuersit. concess. nu. 17.* ex *Isern.* & *eodem Anna in repet. Constit. Constitutionem, n. 271.* ad beneficium Vniuersitatum, vt sint conseruandæ in possessione iurium concessorum per Barones, etiam sine assensu. Acta dicti Ducis Suessæ sunt in Regia Camera in banca Magn. Rat. Iulij Spirito, penes Franciscum Antonium Carbonum Scribam. Ex quibus patet, cauendum esse à verbis *Frecc. d. lib. 1. de origi. Baro. §. fuit dubitatum, in fine*, dum dicit audio fuisse decisum in Camera, quod subfeudatarij non contribuant in donis, quę fiunt in Parlamentis, & benè dicit, nõ vidisse decretum fortè, quia nullum tale factum fuit quidquid somniet *Vrsillus* se obtinuisse *dec. 243. num. 2.* vbi tamen benè dicit hodie ad cautelam Barones donare cum clausula, quod subfeudatarij contribuant in donis.

SVMMARIVM.

1 *Decretum, siuè assensus Apostolicus in alienatione bonorum Ecclesiæ, 30. annorum spatio præsumitur de communi sententia.*

2 *Assensus Pontificis nõ præsumitur spatio 30. annorum, non probata eius scientia, super qua præsumptio innititur.*

3 *Ecclesia restituitur aduersùs præsumptionem sollemnitatis adhibita in alienatione rei suæ.*

4 *Tempus 30. annorum, quo præsumitur assensus, currit à die mortis Prælati malè alienantis.*

5 *Forma legis, præsertim dispensatiuæ, & exorbitantis à iure communi, cum non seruatur, actus corruit.*

6 *Forma legis, etiam animata, in dubio*

præsumitur substantialis.

7 *Actus nomine proprio magis, quàm alieno gestus præsumitur, quod procedit etiam in procuratore inter ipsum, & contrahentem cum eo, secus inter mandantem, & procuratorem.*

8 *Potestatem habens de iure speciali aliquid faciendi, exprimere debet, id ex illa potestate egisse, aliàs actus nullus est.*

9 *Procurator contrahens, potestatem sibi concessam scire debet.*

10 *Actus, in quo contrahentes ad assensū impetrandum se retulerunt, si postea assensus non fuit adhibitus, neque ex præcedenti substineri potest.*

11 *Assertio commissarij de informatione habita à fide dignis, non sufficit vbi pro forma informatio per testes capta requiritur, vt in casu Paulinæ, secus quando Papa simpliciter committit alicui, vt se informet, & num. 17.*

12 *Assertioni non potentium liberè disponere, non creditur in prohibitis, & num. 18.*

13 *Qualitas adiuncta verbo, intelligi debet secundùm tempus illius.*

14 *Præsumptio ex temporis antiquitate non sufficit, vbi solemnitas est in conditione posita, sed debet clarè, & liquidò apparere.*

15 *Restitutio in integrum competens Ecclesiæ aduersùs rei suæ alienationem rescindit contractum ab initio, vt ex tunc, & in ea læsio vltrà dimidiam non requiritur, & num. seq.*

19 *Consensus Capituli an requiratur, vbi licentia Summi Pontificis quoad solemnitates interuenit.*

20 *Præsumptio solemnitatis informationis, & decreti ex tempore 30. annorū in contractu Ecclesiæ, requirit alienationem præcessisse.*

21 *Fictiones duæ circa idem non concurrunt.*

22 *Clausula in fine posita, ad omnia præcedentia refertur, eaq; restringit.*

23 *Obseruantia subsequuta, dispositiones omnes, & præsertim priuilegia interpretatur.*

24 *Decretum pro alienatione facienda in perpetuum, concedi non potest, quia esset licentia onerosa Ecclesiis, & contrà Bullam Innocentii VIII.*

25 *Pretium bonorum stabilium, non solùm ex fructibus, sed etiam ex venditione locorum vicinorum dignoscitur.*

26 *Pretium verum metimur ex pluribus venditionibus locorum adiacentium, & resultat violenta præsumptio.*

27 *Alienatio bonorum Ecclesiæ, etiam facta, adhibitis requisitis, rescinditur ex defectu causæ finalis; vt quia minus iusto pretio facta sit.*

28 *Alienatio rerum Ecclesiæ, facta etiam cum consensu Papæ, rescinditur, si probetur, non esse vera in supplicatione narrata.*

29 *Vtilitas requisita in alienatione bonorū Ecclesiæ, qualis esse debeat.*

30 *Pretium in alienatione rei minoris, & Ecclesiæ in æstimanda læsione, attenditur, habita ratione de verisimili augmento temporis, quando in dies potest crescere.*

ARGVMENTVM.

Assensus præsumptus ex tempore, spatium triginta annorum requirit: quid in assensu Summi Pontificis? Contrahens ex speciali potestate sibi tributa, nunquid de ipsa ad validitatem actus meminisse oporteat. Læsio in minore, & Ecclesia, etiam citrà dimidiam, prodest ad contractus rescissionem.



PRO

Pro Monasterio SS. Seuerini, & Sosij Congr. Cassinēs. S. Benedicti, contra D. Vespasianū Spinellū Tarsię Principem.

CONTROVERSIA XIX.

1 VT Monasterium Sancti Seuerini obtineat in iudicio petitæ relaxationis territorij contra Marchionem Ipsicrò, illud tantùm ostendere opus est, non suffragari conuento assensum præsumptum ex tempore, nec minus assensum hominis, quibus innititur.

Quoad assensum præsumptum ex tempore, iam ex facto in aula S. C. discusso, liquet à tempore alienationis de anno 1573. vsq. ad tempus litis motæ de anno 1599. non esse effluxum spatium 30. annorum, sed tantū annor. 26.

De iure autem, quicquid *DD.* controuertant in præsumenda solemnitate extrinseca, in alijs actibus tàm iudicialibus, quàm extrà, tamen in
1 præsumendo decreto, siuè, assensu Apostolico, & alijs solemnitatibus necessarijs in alienatione bonorum Ecclesiæ, vera, & communis est sententia, requiri omninò spatium non minus annor. 30. vt ex *tex. claro in cap per uenit, de empt. & vendit.* tradidit in terminis *Paulina, Dec. conf.* 341. *nu.* 13 *Gratus conf.* 142. *n.* 19. & 20. *lib.* 2. *Afflict. decis.* 345 *nu.* 5. & *dec.* 251. *in fine*, vbi residet *cum Alex. in consil. per eum citatis*, expresse hoc dicente, & plus refert *Fontanell. Hysp. de pact. nupt. clauf.* 4. *glos.* 13. *par.* 4. *nu.* 17. *in fin.* in Senatu Cathaloniæ sufficiens esse tempus 70. ann. decisum refert; sed de spatio annor. 30. sæpius fuisse iudicatum in nostro Senatu, refert *Reg. de Ponte, de his qui feud. dar. poss. lect.* 3. *nu.* 47. & 48. & de iure veriùs, & receptiùs, explosa distinct. *Crauet.* probat *noster Vsuius dec.* 534. *num.* 34. *lib.* 4.

Nec dissentiunt, si rectè inspiciantur *DD.* relati à *Menoch. lib.* 3. *c.* 132. *de præsumpt. num.* 55. *iuncto num.* 57. & 58. & *num.* 61. & 62. *Mascard. conclu.* 1322. *num.* 45. 46. & 49.

Nec obstat secundò ex alio assensus præsumptus Papę requisitus, quia
2 huiusmodi assensus non præsumitur etiam spatio triginta annorum, vbi nō non probatur in specie, Papā habuisse notitiam alienationis, quia in scientia ipsius, à cuius potestate dependet solemnitas actus, fundatur præsumptio oriens ex temporis diuturnitate, quæ planè cessat, vbi verisimiliter ignorauit *Alex. conf.* 9. *nu.* 8. *l.* 3. *Felyn.* exclamans *in cap. sicut*, post *num.* 33. *vers. bene fateor, de re iudi. Corn. conf.* 98. *l.* 1. *Dec. conf.* 409. *num.* 13. *Afflict.* ita decisum referens *dec.* 107. *in fin. Dom. Capyc. dec.* 4. *num.* 28. *Tiraq. de præscr.* S. 1. *gloss.* 4. *vers.* 39. *Crauet. de antiq. temp. par.* 3. *cap.* 1. *num.* 18. *vers. secundo limitat, ex num.* 29. sublimitans hoc non procedere vbi concurrit tempus immemorabile, & sequuntur infiniti relati per *Osasch. dec.* 173. *nu.* 5. *Mascard. concl.* 1322. *num.* 29. *Menoch. d. præsup.* 132. *num.* 70. & 71. *Surd. cō. sil.* 28. *nu.* 99. *lib.* 1. *Facchin. lib.* 10. *Cō. trou. cap.* 67.

Et tertiò, ēt vbi ex lapsu temporis legitimè præsumerentur solemnitates adhibitæ in alienatione rei Ecclesiæ, tamē aduersùs hanc præsumptio-
3 nem iuris, Ecclesiam restitui debere, docuit *Ruyn. conf.* 68. *num.* 20. *lib.* 1. *Gabriel conf.* 36. *num.* 35 *lib.* 1. *Viuius dec.* 534. *num.* 39. *lib.* 4. *Fontanell. de pact. nupt. clauf.* 4. *gloss.* 13. *par.* 4. *nu.* 24.
4 In quo illud aduertendum arbitror, tempus hoc triginta annorum non incipere currere, nisi à die mortis prælati, vel monachi malè alie-

Renantis, nam illius vitæ tempus esse deducendum, probant *Menoch.* vbi supra, post *Francum in c. 1. de in integr. restit. in 6. Alex. cons. 9. in fine, vbi addentes in vltima addit.* citant *concord. Fontan.* qui ita pluries refert iudicatū *d. loco nu.* 54.

Minus nocent assensus expressi, quia quoad dispensationem in rescripto Pij V. de anno 1571. vltra responsiones in Aula allegatas, illa fuit quædam facultas concessa & directa Præsidenti generali Congregationis Casinensis, tunc regenti, ac pro tempore existenti, ac cuicunq; alteri, vel alijs, quem, seu quos dictus Modernus, & pro tempore existens Præsidens etiā solus, absq; aliquorum auxilio, interuentu, vel consensu, sed pro eorum cuiuslibet libito voluntatis, & toties, quoties duxerit constituendos, & remouendos, quod clariùs inferiùs bis repetitur; vnde cum hic nihil egerint Præsidens generalis, nec alij ab eo deputati vigore dictæ potestatis, sed duo monachi, qui in contractu alienationis de anno 1573. clarè expresserunt seipsos non nomine Præsidentis, nec tanquā ab eo electos, sed sub nomine officiorum, quibus fungebantur: om-
7 ninò actus corruit, tanquam non seruata forma legis, præsertim dispensatiuè, & exorbitantis à iure communi, ex notat. per *Ias. in l. non dubium, n.* 17.
6 *C. de legibus*, cum forma legis, etiam animatæ, in dubio præsumatur substātialis, & sic ad vnguem seruanda, ex latissimè congestis per *Castill. lib. 1. quotid. contr. de vsufr. c.* 54. *num.* 31. *cum seq.* & minus prodesse potest parti ratificatio, siuè noua alienatio monasterij non electi ad id à Præsidente generali, nec id faciente, tanquam electo ab ipso Præsidente, & sic præ-
7 sumitur, tàm monachos, quàm monasterium id fecisse proprio nomine, siuè officij, quod expresserunt, *l. et magis, ff. de solut.* iuncto *cap. quoniam Abbas, de offic. deleg.* cum *alijs per Mastar. consil.* 1239. vbi *num.* 11. id ampliat ēt in procuratore constituto, & sic in habente potestatem, quod *num.* 23. dicit indubiè, id procedere inter procuratorem, & cum ipso contrahentem, secus verò inter mandantem, & procuratorem cōstitutū. Et sic etiam si Monachi, vel monasterium fuissent deputati a Præsidente (quod nunquam
8 fuit) debuissent tamen, velut habentes potestatē de iure speciali aliquid faciendi, expressè dicere, illud fecisse ex illa potestate, aliàs nulliter egisset, vt post *Bald. in §. item sacramenta, de pace iuram firm.* probat latè *Affl. ibi* post *notab. in vers. in glossa quarta, à n.*
9 36. *ad* 46. Et insuper vt deputatus ab aliquo tanquam procurator, vel aliter ad contrahendū, validè cōtrahat, debet in primis habere plenam scientiā potestatis sibi tributæ, & hoc debet capitulari, & probari, *Bar. in l. si pupilli, §. 1. num. 6. & 7. ff. de negot. gestis, Alexand. in l. licet. C. de procur.* vbi de communi.

Præterea etiam si monachi, & monasterium fuissent ad alienandum electi, & constituti à Præsidente generali, vigore dictæ Bullæ Pij V. idq; cum sciuerint, tamen ipsi deinde noluerint contrahere, vigore assensus impetrati,
10 sed expressè se retulerūt ad assensum impetrandum, qui posteà non fuit adhibitus, actus non potest substineri vllo modo, neque ex assensu præcedenti, quod velut indubitatū, docent *Affl. dec.* 355. *Loffr. cons.* 7. *Camer. in c. Imper. car.* 54. *col.* 2. *Frec. & alij* relati per *Francb. dec.* 106. *nu.* 1. *Anna alleg.* 36. *num.* 5. *& singul.* 40. vbi dicit ita iudicatum. Nec minus suffragari potest aduersario afferta potestas concessa à P. Præsidente duobus monachis de anno 1558. super alienationibus faciendis, inserta in instrumento decreti interpositi, in concessione facta Guglielmo Molin. de anno 1561. ex qua prætendit conuentus, conualidari potuisse alienationem postea factam de anno 1573.

Primò enim dicimus potestatem præ-

præ dictam conceſſam à Præſidente
fuiſſe, iuxtà formam *Extrau. Pauli II. Ambitiosè* anni 1469. fol. 193. à terg.
quinimò in litteris datur pro forma,
*Si per informationem repereris alie-
nationem ceſſiſſe, & cedere in euiden-
tem, &c. fol. 196. à terg.* vnde cum nõ
conſtet, fuiſſe cum effectu captam in-
formationem per teſtes, vt pernecef-
sè requiritur, iuxtà formam Paulinæ
11 non ſufficit aſſertio Commiſſario-
rum dicentium, habuiſſe informatio-
nem à perſonis fide dignis, vt plu-
ries fuit deciſum per *Rotam* in ſpecie
in alienationibus bonorum religionis
Diui Benedicti *in dec. 716. p. 1. & 160.*
12 *par. 2. in nouis*, quia in prohibitis non
creditur aſſertioni illorum, qui non
poſſunt liberè diſponere, iux. *l. ſi fortè, ff. de caſtr. pecul.* nec obſtat ſi dicatur,
quod huiuſmodi informatio præſu-
mitur ex lapſu 30. ann. ab anno 1558.
vel 1561.

Primò enim dicimus, tempus 30.
annorum requiſitum, eſſe computan-
dum à tempore alienationis, quæ eſt
ſubiectum ſolemnitatum accidentiũ,
dum enim DD. agunt de præſumen-
dis ſolemnitatibus ſuper alienatione,
neceſſariò ſupponunt, alienationem
interceſſiſſe; non enim poſſunt conſi-
derari accidentia ſine ſubiecto, &
13 qualitas adiuncta verbo, debet intel-
ligi ſecundum tempus verbi, vulgata
l. in delictis, §. ſi extraneus, ff. de noxal.
& ſic computando tempus ab anno
1573. quo fuit facta alienatio vſque
ad litem motam, non effluxit tempus
neceſſarium 30. annorum, vt ſupra. Et
eſto, quod eſſet tempus computan-
dum à die aſſerti decreti, cum tamen
in dictis litteris Præſidentis generalis
dicatur, *ſi per informationem repereris dictam alienationem ceſſiſſe, &c.* quo
caſu cum ſolemnitas ſit poſita in cõ-
14 ditione, non ſufficit præſumptio ex
antiquitate temporis, ſed debet iſta
ſolemnitas clarè, & liquidò apparere,
& non præſumptiuè, ita *Ruyn. conſ. 68. num. 18. vol. 1. & alii* relati per *Gabr. de præſumpt. concl. 2. num. 71. limit. 16. Maſcard. d. concl. 1322. n. 37.*

Secundò dicimus ex alio, dictas lit-
teras non obſtare, quia in illis in calce
adijcitur expreſſa conditio, *præſenti-
bus per quinquennium tantum duratu-
ris*, vnde cum ſint conceſſæ de anno
1558. vt ex data fol. 197. à terg. expi-
rauit poteſtas in anno 1563. Nec no-
cet partis replicatio, quod hæc tem-
poris præfinitio reſpiciat tantùm ſo-
lemnitatis, & decreti interpoſitionẽ,
non autem futuram alienationem, ità
vt ſatis fuerit, ſolemnitatem adhiberi,
& decretum interponi infra quin-
quennium, tametſi in anno 73. poſt
annos 15. ſequuta fuerit alienatio:
repugnãt enim huic partis intelligen-
tiæ verba ſcripturæ, & mens diſponẽ-
tis; tum quia cum Præſidens genera-
lis principaliter conceſſerit poteſtatẽ
alienandi iuxtà petitionem monaſte-
rij, & iuxtà formam Paulinæ, præcedẽ-
te tamen informatione, & decreto,
clauſula illa, ſiue reſtrictio cum taxa-
tiua tantùm, in fine poſita, ad omnia
referri debet, vt ſcilicet alienatio, quę
principaliter erat petita cum ipſa ſo-
lemnitate, quę eſt acceſſoria, explicari
deberent infra quinquennium tantũ,
tũ etiam quia ſubiecta materia aliud
pati non poterat; cum enim pretium
territorij ex tempore eſſet variabile,
& experientia docuit, in his locis fuiſ-
ſe in dies ſatis ex tempore pretium
auctum, abſurdum & inſanum fuiſſet
capi informationem de euidenti vti-
litate alienationis faciẽdæ poſt quin-
decim annos; qđ enim vno tpe vale-
bat decem, alio poſtea valebat trigin-
ta, & ſuppoſito partis motiuo, potuiſ-
ſet etiam hodie fieri alienatio, vigore
decreti facti in anno 1561. quo tem-
pore, hodierno inſpecto, nemo eſt, qui
ignoret, pretium vltra duplum auctũ
eſſe.

Circa læſionem verò, dicimus iam
eſſe clariſſimè fundatum, ex facto
prę-

ex præcedentibus, & subsequentibus alienationibus eiusdem territorij, ex qua apparet etiam læsio vltra dimidiam; de iure autem in minore, & Ecclesia sufficit læsio etiam infra dimidiam iusti pretij; remedium enim *L. 2. C. de rescind. vendit.* non excludit remedium restitutionis in integrum competens Ecclesiæ, & pro minori læsione tanquam pinguius prouidẽs,
15 cum rescindat contractum ab initio, prout ex tunc, vt communiter resoluunt *Panor. & DD. in cap. cum dilecti, de empt. & vend.* & latè per *Pinel. in repet. l. 2. par. 3. cap. 1. num. 16. iuncto num. 19. C. de rescind. vend.* & licet in
16 quãtitate aliqui dixerint, sufficere læsionem in tertia, alij in sexta, alij verò id esse iudicis arbitrariũ; omnes tamẽ concordant, non esse necessariam læsionem vltra dimidiam, vt per *Couar. var. resol. cap. 3. num. 11. Rodoan. de reb. Eccl. q. 78. c. 4. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 1. casu 74.* & ita decisum in S. C. habetur per *Dom. de Franch. dec. 248.* & nouissimè tradit *de Ponte de potest. Proreg. de regal. imposit. §. 5. n. 17.* quod remedium fuisse deductum clarissimè patet ex serie libelli, & amplissimis clausulis appositis, vt in similibus apponi consuetis.

Pro resolutione autem eorum, quæ nouiter audio ex aduerso allegari non obstat.

Primò dum dicitur, quod concessa potestate per Papam alicui Commissario, quod se informet de contentis in supplicatione, & si reperierit ve-
17 ra, det licẽtiam alienandi, quod si sequatur licentia, & si non appareat de informatione, valet contractus, citatur *consil. Panor. 41. lib. 1. Capy. dec. 16. n. 4.* Siquidẽ miror, quomodo aduocatus partis, alioqn eruditissimus, vtatur opinione cõmuni calculo reprobara, vt confundat iustitiam monasterij; opinio enim *Panor.* quem citat *Capyc.* intelligitur vt procedat, quando Papa simpliciter committit alicui, vt se informet, & tunc statur assertioni Commissarij; secus verò in terminis Paulinæ, quæ expresè exigit informationem per receptionem testium, & probationum super veritate narratorum, quia hæc solemnitas essentialis, & pro forma tradita necesse est, vt appareat aliter, quam per assertionem
18 Commissarij, vt ex regula *l. si fortè, ff. de Castr. pecul.* in indiuiduo in terminis Bullæ Innocentij VIII. concessæ Cõgregationi Casinensi, quæ in omnibus exigit formam Paulinæ ex communi *DD.* opinione fuisse decisũm in causis monasterij Casinensis, & ita fuisse intellectum *consil. Panor.* refert *Rota Romana in nouis. dec. 716.* per totam, præsertim *num. 4. in fin. par. 1. & dec. 160.* plenissimè, pręsertim *n. 7. p. 2.*
19 Nõ obstat pariter *decis. Dom. de Frãch. 163. num. 13.* vbi incidenter dicit, quod quãdo interuenit licentia Summi Pontificis quoad solemnitatem, consensus capituli, non requiritur, citans *Abb. in d. cons. 41. lib. 1. & alios*; siquidem hic omninò negatur adesse licentiam, siuè assensum Papæ validũ; hoc etenim casu quando adesset, dubitari posset, an solus sufficeret, vel etiam aliæ solemnitates exigerentur, & sic non facit ad casum nostrum.

Vltimò non obstat, quod solemnitas informationis per testes, & alias probationes præsumitur ex tempore triginta annorum; quia, vt dixi supra, hoc tempus est computandum à die contractus gesti, quia licet assensus, siuè licentia Papæ possint præcedere, & subsequi, quando expresè conceduntur, tamen cum agitur de præsumenda sollemnitate decreti, & informationis super alienatione, necesse supponunt DD. alienationem præcessisse, non enim aliter possent considerari accidentia sine subiecto, & ità
20 clarissimè supponunt, velut indubitatum, DD. relati per *Dec. cons. 328. aliàs 329. num. 5. vers. vltimò non obstat, & cons. 341. num. 13.* vbi *ex Anchar. cons. 135. & aliis*, concedit ex cursu triginta annorum tolli omne vitiũ, & om-

Q nem

nem defectum, qui allegati posset in
contractu Ecclesiæ,& sic necesse est,
vt decurrant anni 30. post contra-
ctum,vnde cum in casu nostro ab an-
no 1575. quo fuit facta alienatio vsq;
ad annum 99.motæ litis non fiat de-
cursi anni 30. non potest præsumi sol-
lemnitas informationis, quæ deficit;
est enim impossibile, quod solemni-
tas informationis necessariò requisi-
ta per Paulinam in alienatione inci-
piat præsumi antequam fiat alienatio,
quod est subiectum solemnitatum ac-
21 cidentium;esset enim admittere præ-
sumptionē super nō enti,& sic duplex
fictio contra *reg.l.1.C.de dot.promiss.*

Secundo estò, quod cursus 30.an-
norum ad præsumendam informatio-
nem requisitus, posset incipete de-
currere ante contractum, quod est
falsissimum. Siquidem decretum, &
informatio, omnes sunt solemnitates
alienationis, & ab ea dependent, ad-
huc delegatio concessa à Præsidenti
generali, & decretum interpositum
super alienationibus faciendis de an-
no 61.non potest conualidare aliena-
tionem subsequutam post 12. annos
in anno 1573 siquidem clausula illa,
*præsentibus per quinquennium duratu-
ris*, necessariò, vt dixi, est non minus
referenda ad subiectum principale
alienationis faciendæ infra quinquē-
nium, quam ad accidentia decreti, &
informationis.

Primò, quia admissa partis intelli-
gentia, frustrà Præsidens generalis li-
mitasset tempus, infra quod esset in-
terponendus assensus, si vigore assen-
sus interpositi infra quinquennium,
potuisset quandocumq; ēt in perpe-
tuum sequi alienatio, imò prædicta
restrictio temporis fuisset perniciosis-
sima Ecclesijs, quod vigore assensus
interpositi infra quinquennium, po-
tuisset in perpetuum alienatio subse-
qui, quamuis valor bonorum fuisset
ex tempore auctus, prout cōmuniter
in Regno consueuit, & propriè con-
tingit in hoc territorio, vt cōuentus-
met fatetur,dum dicit,non esse atten-
dēdas sub concessiones factas à Vin-
centio Spinello eius authore, ad ra-
tionem carolenorū trium, & quinque
pro quolibet palmo,in anno 81.& 91.
quia erat pretium auctum ex tempo-
re,& sic si in anno 81.post octo annos
ab anno concessionis,pretiū est auctū
à granis quinque ad carolenos tres,
maius augmentum considerari debet
infra tempus 12. annorum scil. ab an-
no 61.quo dictum assertum decretum
interponitur,ad annum 1573.conces-
sionis factæ.

Qui quidem partis sensus ad dictā
scripturam, esset etiam prorsus contra
verba,& mentē d. Bullæ Innoc. VIII.
cuius vigore Præsidens generalis as-
serit, se dictam commissionem facere
duobus Abbatibus, in qua expressè
mandatur, vt iusta formam Paulinæ
diligens fiat perquisitio,& informatio
per testes, & alia probationum gene-
ra super euidenti vtilitare: quomodo
igitur potest legitimè capi informatio
de anno 1561. vel 62. de euidenti
vtilitate, nec decernere alienationem
cessisse, & cedere in euidentem, quæ
dependet ex cognitione veri pretij,
supèr alienatione facienda post 12.
annos, vel etiam triginta, aut. 50. an-
nos, cum pretia rerum ex tempore
maximè in his locis sæpè varientur,
vulg. l. pretia rerum, ff. ad l.falcid.
l. si seruum meum 33. ff. ad l. aquil.
certè nullo modo? posset enim adhuc
hodie, & hinc ad centum annos mo-
nasterium alienare vigore dictæ Bul-
læ, quod quam sit adsurdissimum, &
alienum, quisque etiam cecutiens vi-
deret. Vt autem dignoscatur, quod
clausula, *præsentibus per quinquennium
duraturis*, præcipuè referebatur ad
alienationes faciendas infra quin-
quennium, vt est de natura clausulæ
22 in fine positæ, quæ ad omnia præce-
dentia referri debet, ita vt omnia re-
stringat, *l.talis scriptura, §.fin.ff.de lega.
1.l.1.*

1. l. 1. C. de liber. præter. Dom. Cayc. dec. 108. nu. 12. latissimè doctus Dom. Ludou. Casanate cons. 53. ex num. 24.
23 & declarat etiam obseruantia subsequuta, optima interpres omnium dispositionum, & præsertim priuilegiorũ, Cyn. inter cons. Baldi, cons. 400. col. 1. l. 4. Ioseph Ludou. cap. 38. tract. commun. concl. idem Casanate consil. 10. nu. 208. fecit enim monasterium infra quinquennium plures concessiones, scil. D. Ioan. Andreæ Coppula de anno 1562. palmorum 948. & D. Marino Freccia palmorum 1263. & sic in istis concessionibus effectum habuit decretum d. anni 1561.

Nec si aliter voluissent Præsidens, & delegati concedere decretum pro alienatione facienda in perpetuum
24 potuissent, quia fuisset licentia generalis onerosa Ecclesijs, & expressè contra d. Bullã Innocentij VIII. cuius vigore actum se gerere expressè dixit Præsidens generalis, ita in puncto ex Lapo, Laur. de Rodulfo, & alijs, benè probat Rodoan. d. tract. de reb. Eccl. non alien. q. 20. nu. 114. & seq.

Circa verò secundum articulum læsionis, non potest controuerti, quia
25 cum verum rei pretium de iure dignoscatur, non solum ex fructibus, sed etiam ex pretio, quo fuerunt venditæ conuicinæ possessiones, prædia & loca proxima in illo loco, & in illa contrata, vt docuit Bart. in sæpè citata l. 2. num. 19. C. de rescind. vend. Bald. Imol. Cæphal. Menoch. & alij, quos in id citat Eminentiss. Card. Mantica de tacit. conuent. lib. 4. tit. 20. & Cagnol. in d. l. 2.
26 nu. 233. admittit plures venditiones locorum adiacentium facere violentam præsumptionem probationis pretij; euidenter ex hoc consequitur probatio læsionis, cum in facto sint productæ quamplures venditiones factæ, etiam per decennium, & vltrà ante venditionem, de cuius nullitate, vel rescissione agitur, de annis scilicet 1560. & 1569. illis de Maranta, Tesone, Salzano, Domin. de Coppula, & Ruggerio ad longè maiorem rationẽ. Et idem. D. Spinellus conuentus ex palmis 133. ripæ sibi donatæ concessit partem ad censum caroleni vnius pro quolibet palmo. Vnde cum dicto Dom. Spinello fuerint concessi palmi 786. pro censu gran. quinque in singulos palmos, vltrà palmos 133. ripæ donatæ, quos illicò subconcessit pro granis decem in singulos palmos, cũ constet, monasterium non potuisse, nec voluisse donare, in effectu coaceruato pretio, concessio facta à monasterio, censetur facta minus duobus granis pro quolibet palmo, iuxtà tex. in l. ita vt omnes, ff. mandati, Frecc. de subfeud. author. 3. num. 32. cum ante, & post d. tempus fuerint factæ plures, & diuersæ concessiones pro granis sex, & decem in singulos pal-
27 mos. Vnde alienatio rescindi debet ex defectu causæ finalis, quia vbicũq; minus iusto pretio fit alienatio, cessat ordinaria forma rescripti, si in euidentem vtilitatem, & causa finali deficiẽte, alienatio rescinditur, etiam si decretum, & omnia alia solemnia intercesserint, vt latè per Rodoan. q. 20. nu. 151. & 155. vbi num. 159. post Iason. Dec. & alios, concludit, alienationes
28 factas cum consensu Papæ, si deinde probetur, non fuisse vera omnia, & singula in supplicatione narrata, esse rescindendas, & num. 167. & 169. de-
29 clarat, euidentem vtilitatem requisitam, debere esse manifestam, & clarã, & quod non sufficiat qualis qualis vtilitas, exemplificans, vt per eum. Et cum ex tempore experientia docuerit, in dies pretium in hoc loco fuisse auctum, quamuis in æstimanda læsione sit attendendum pretium tẽ-
30 pore alienationis, tamen potest, & debet haberi ratio in alienatione rei Ecclesiæ, vel minoris, de verisimili augmento temporis, quando in dies potest crescere, Affl. dec. 87. n. 3. Menoch. cons. 114. nu. 6. & 21. lib. 2. & sic non parua est habenda ratio de alienationibus factis per conuentum ad longè

maius pretium, vt in facto clariſsimè conſtat. Ex quibus omninò in omninò in fauorem monaſterij à doctiſs. Senatoribus iudicandum fore ſperatur.

DECISIO.

Erat quidem totius Sacri Conſilij voluntas ad cauſam Monaſterio actori adiudicandam optimè propēſa: verum, cum Doctor Cæſar Cataccioulus meus Collega annueret, patres vltrò ſibi cenſū augeri contentos eſſe, Sacro Conſilio, cum maiorem læſionis, quam nullitatis haberet rationem, viſum eſt decreto ſancire, vt eidem annuo emphyteutico Canoni ducatorum trigintanouem, fieret acceſſio aliorum annuorum ducatorum quadraginta trium, vt ex decreto dicti Sacri Conſilij menſe Martij anni 1615. penes Actorum Magiſtrū Bortellum.

SVMMARIVM.

1 *Villæ, & Caſalia ſub Ciuitate comprehenſa, & numerata efficiunt vnum, & idem corpus.*

2 *Conceſſio facta* Ciuitati, *& hominibus, cenſetur facta etiam villis, & ciuibus in villis, ſeu vicis ortis.*

3 *Ciuis Florentinus dicitur, qui natus eſt in villa Butrij, cum illa ſub ipſa Ciuitate ſit.*

4 *Ciuitatis appellatione continētur villæ, ſeu caſalia in omni materia; & appellatione ciuium omnes Comitatenſes, & qui in villis de territorio, & diſtrictu Ciuitatis commorātur, in ſpecie in teſtamentis, & legatis,* nu. 5. *in contractibus, & priuilegijs,* n. 11. & 15. *ſtatutis, & legibus,* num. 19. *tributis, collectarum ſolutione, & oneribus ſubſtinendis,* nu. 23. *& fortius in beneficijs Principis,* nu. 24.

5 *Legatum ſicut Ciuitatibus fieri poteſt, ita ipſius parti, & vicis: & quod eius parti legatur,* Ciuitati *relictum cenſetur,* & nu. ſeq.

6 *Vici, & villæ ſunt Ciuitatis partes, non minus, quam quarteria intra murorum ambitum.*

7 *Legatum de maritandis puellis Fanēſibus comprehendit natas, non ſolum in Ciuitate Fani, ſed etiam in illius territorio, & villis adiacentibus.*

8 *Caſtrum, & villa dicūtur membrum, & pars Ciuitatis.*

9 *Natus in continentibus Vrbis, Romæ natus intelligitur.*

10 *Præſens dicitur non abſens, quouſq; in continentiis commoratur.*

11 *Ciuitatis proprium nomen ſimpliciter ſumptum, continet adiacentia tam in vltimis voluntatibus, quam in contractibus, legibus, & alijs actibus.*

12 *Appellatione ciuium continentur comitatenſes, maximè vbi Ciuitas ponitur pro perſonis, ſed appellatione comitatenſium non continentur ciues, &* num. 13.

14 *Ciuitas muris finitur, quando pro loco ponitur, ſed ſi pro populo, comitatenſes continentur.*

15 *Priuilegium etiam contra ius commune conceſſum, nedum ciuibus, ſed ipſi* Ciuitati, *comprehendit villas, & comitatenſes, contra Alex. quia caſtrum eſt membrum* Ciuitatis, *num.* 16.

17 *Priuilegia conceſſa ciuibus, non differunt a conceſſis loco, ſcilicet Ciuitati, quia tacitè ad locum referuntur, imò maioris ſunt potentiæ.*

18 Ciuitas *eſt ciuium vnitas, &* Ciuitatem *non lapides, ſed homines faciunt, ideò Præfectus Ciuitati intelligitur Præfectus ciuibus.*

19 *Statutum, & leges Ciuitatis comprehēdūt villas, & iiſdem reguntur, & moderantur: reſtringitur in materia odioſa, & pænali,* & num. 20. *quod declaratur* num. 21.

22 *Conſuetudo* Ciuitatis *obſeruanda etiā in villis, licet ſtrictè interpretanda.*

23 *Collectarum, & tributorum ſolutio, ſiue onus, comprehendit tam Ciuitates, quam ipſius villas.*

24 *Beneficia Principis, ſeu conceſſiones, & priuilegia non cōtra, ſed præter ius cōmu-*

mune, Villas quoq; Ciuitatis comprehendunt, & nu. 30. *ampliatur etiam in beneficijs, & priuilegiis contra ius commune, quando Ciuitas ponitur, nō pro loco, sed pro personis*, & num. 31. & 32.

25 *Priuilegium admissionis ad Collegiū ad commodum, & vtilitatem subditorum tendit.*

26 *Legitimandus per oblationem Curiæ, qui non ex vrbe, sed ex vico est oriūdus, eius Ciuitatis adscribitur ordini, sub qua vicus censetur.*

27 *Legata exigere, & exequi debet, illius Ciuitatis Episcopus, sub qua vicus, in quo testator decessit, comprehenditur.*

28 *Iurisdictionis concessione, villæ, & adiacentia Ciuitati intra centesimum milliarium comprehenduntur.*

29 *Officia, & honores debiti Ciuibus, debentur etiam comitatensibus.*

33 *Disposita in Ciuitate censentur disposita in Castro, & Villis, ampliatur nō solū in villis, & casalibus vnitis quoad omnia cum Ciuitate, sed etiam in aliquo, putà quoad iurisdictionem diuisis*, & num. 34.

35 *Priuilegia concessa Ciuitati comprehēdunt Villas, non solùm vnitas origine, & creatione ipsi Ciuitati, sed etiam de nouo additas, & annexas*, & n. 38. *Et priuilegia non solùm de nouo concessa post annexionem, sed etiam antiqua, ad eas extenduntur.*

36 *Prouincia addita Regno, iuribus Regni, regi, & priuilegiis frui debet, nam priuilegium datum principali, porrigitur ad eius augmētum, & ad vnita*, & nu. 37.

39 *Interpretatio priuilegii ex vsu, possessione, & obseruātia deducitur, tā quoad actus inter viuos, quā quoad vltimas voluntates, eaq; primam omnium tenere sedem*, nu. 40.

41 *Immemoriale tempus, vbi requiritur, sufficit obseruantia etiam breuis, putà decem, vel viginti annorum.*

42 *Priuilegium ampliatur ex obseruantia decennii, & iuxtà possessa concessum censetur, sed in eius extensione contra ius requiruntur anni quadraginta*, & nu. 43.

44 *Possessio longa prodest ad interpretationem, & extensionem priuilegij, verumq; intellectum, tam in conuentionalibus, quàm concessionibus, præsertim feudalibus, demonstratur*, nu. 46.

45 *Merum imperium, quamuis regulariter requiratur specialis expressio, vt concessum intelligatur, ex longa tamen possessione concessum præsumitur.*

47 *Tempus non requiritur in obseruantia interpretatiua priuilegij, sed tantùm aliquo tempore ita obseruatum fuisse, nec aliter obtentum in contradictorio iudicio, etiam si verba vsui contradicant.*

48 *Possessio probatur perceptione fructuū melius, quàm si quis se seminasse probauerit.*

49 *Possessio nemoris per incisionem lignorum, probatur.*

50 *Emolumenta dicuntur iurisdictionis fructus, sicut, & condemnationes*, & nu. 51.

52 *Fructus sequuntur dominium, idq; probatur in totum, vel pro parte, pro rata fructuum perceptorum*, & nu. 53.

54 *Fructus rei habere plus importat, quàm rem ipsam.*

55 *Dominium etiam indiciis, & coniecturis, imò antiquissimum dominium loci, & iurisdictionis, per famam probatur*, & nu. 56.

57 *Dominium, ex locatione, concurrentibus adminiculis, plenè probatur, etiam contra tertium, concurrente maximè temporis diuturnitate.*

58 *Hæres vbi tenetur probare dominium defuncti, sufficit si alleges titulum, & probes diutinam possessionem decem annorum, vel etiam minorem, arbitrio Iudicis.*

59 *Dominium faciliùs probatur ex titulo habito à Principe, qui potentius ius habet illud transferendi, etiam sine traditione.*

60 *Dominium de præsenti ex sola confes-*

ſione aduerſarii probatur fortiùs, quã poſſeſſione; probato prius dominio de pręterito.

61 *Confeſſio adminiſtratoris non nocet Vniuerſitati; ſecus ſi contractus ſit congregato conſilio, præſente Collegio, maximè repetita, & geminata*, nu. 62.

63 *Confeſſio geminata excludit errorem, & vt deliberata, non reuocatur.*

64 *Poſſeſſio, vel quaſi, præſumitur, vigore tituli præcedentis.*

65 *Conceſſio gratioſa non præſumitur in exercitio alicuius iuris, ſed vtentem iure proprio vti.*

66 *Diuiſio cum commodè fieri nequit de emolumentis iuriſdictionis; quibus remediis diſcordantes in vſu, & illius exercitio ad concordiam reducãtur.*

67 *Vniuerſitas reſtituitur aduerſus præſcriptionem 40. annorum, & vltra eodem modo, ſicut pupillus.*

ARGVMENTVM.

Villas, Caſalia, ſiuè vicos Ciuitatis velut ipſius partem, & membra annexa, & coherentia, debere gaudere, & frui iuriſdictionibus, & præeminentijs, & participare de prouentibus ipſi corpori conceſſis, tam ex vi conceſſionis, quàm ex iuris interpretatione; cum & Ciuitatis, & ciuium appellatione in omni materia, etiam onerosa contineri conſtet Villas, & comitatenſes, etiam nouiter additos. Obſeruantia, & vſus declarant priuilegia in omni diſpoſitione. Poſſeſſionis, & dominij probatio, ex quibus reſultet etiam in iuriſdictionalibus, & de confeſſione adminiſtratoris, quando prę iudicet, & alia.



Pro Vniuerſitatibus Caſalium Terræ Atripaldæ.

CONTROVERSIA XX.

CAſalia, & Villę Atripaldæ, iuſtiſſimè petere reintegrari ad antiquam communionem, & participationem iuriſdictionum Actorũ Magiſtri, prouentuum ciuilium, & criminalium, & emolumentorum officij magiſtri Nũdinarum, olim conceſſarum per Sereniſſimos Reges Aragoneos corpori ipſius Vniuerſitatis, cuius conſtat, ipſas Villas eſſe membra: fundatur ex legitima, Regiæ conceſſionis, ſiuè Principis beneficij iuridica interpretatione, & ex eiuſdẽ obſeruãtia, vſu recepta, & poſſeſſione ſubſequuta, præuia notoria agnitione, & profeſſione vtentium, quæ vti Regina primam ſedem tenet, nedum in humanorum actuum, & quarumcumque dubiarum diſpoſitionum declaratione, verùm extenſione, & augmento.

Eaque obſeruantia adeò referta, & cumulata apparet; vt ex fructuum ab ipſa Ciuitate cum Villis concordi & communi perceptione, ipſarumq; iuriſdictionum venditione cum pacto redimendi, locatione, pignoratione, ſeu annuorum redituum ſuppoſitione, ſiuè ſubmiſſione, & luitione, aſſignatione ad communia onera perſoluenda, & redimenda cenſualia; et litium ſuper dictis iuriſdictionibus motarum, de communi impenſa, ac erri ma defenſione, ac plenaria, & omnimoda diſpoſitione per Ciuitatem cũ Villis, frequentiſſimè, & ſucceſſiuè facta per omnes illos actus ſimul vnitos, ex quibus ſingulis dominij, & poſſeſſionis legitima probatio admitti ſolet. Et tandem ſæpius geminata Vniuerſitatis aduerſariæ, integriq; ordinis confeſſio in publicis parla-

men-

mentis, etiam congregato Consilio, simul cum Villis actricibus habito, vbi nedum fuit ab omnibus recognita Villarum notoria iustitia, sed accceptata, & incontinenti executa communio, etiam per viam fauorabilis tituli transactionis, et iudicialis etiam confessio in positionibus, in præsenti iudicio, ex aduerso factis. Reddunt hæc omnia simul iuncta, quorum singula sufficerent, causam pro Villis, quas tuemur, prorsus indubitatam, & quæ ob id, litis nomen habere non meretur.

Cum igitur satis compertum sit, 1 actrices esse Villas, seu Casalia Atripaldæ, & sub ipsa ciuitate descriptas, & numeratas per Regiam Cameram, ex quo apparet, & notorium quidem est, esse de territorio, & pertinentijs ciuitatis: & proinde efficere vnum, & idem corpus, vt ex iuribus infra citandis probat *Reg. de Ponte conf. 51. nu. 5.* etiã ex vnica taxa in cedulario, quoad solutionem adohæ, ex quo vnio etiã deducitur, vt aduertit *idem de Ponte conf. 57. num. 11. Dom. Georgius alleg. 8. num. 6.* & maximè cum subsint eidem domino, & regantur ab eodem iudice & ab eodem capite pendeant, *Surd. dec 340. num. 1. in fin.* & post *num. 5. in decis. additis post consilia, Costa de portion. rata q. 5. num. 11.* eruditissimè simul, & latissimè, insignis *Dom. Regens Valenzuela conf. 79. ex num. 33.* & in specie *nu. 76. cum seq.* & comprehendit omnes agros, pagos, & villas, quæ illius existunt iurisdictionis, *l. forma 4. §. si verò quis agrum ff. de censib. Ioann. Philip. conf. 1. num. 15. cum sequent.* qui districtuales, & suburbani dicuntur, & sunt de Ciuitate, *Natta conf. 50. num. 13. in fin. & 14. Knichen de territ. originatlon. cap. 1. nu. 243.*

2 Vnde concessio facta Ciuitati, & hominibus ipsius, absque dubio censetur facta etiam villis, & ciuibus, qui in vicis, seu villis orti sunt, ea enim est illorum patria, cui Reipublicæ vicus ille respondet, *l. qui ex vico, 30. ff. ad municip.* vbi *Franc. Accursii filius*, exinde notat, quod natus in Villa Butrij 3 dicitur ciuis Florentinus, cum villa Butrij sub ea Ciuitate sit: *& Accurs. pater in 1. gloss.* meminit de Virgilio, qui ciuis dicitur Mantuanus, licet ex Villa Plectolæ ortus fuerit, *& in gloss. seq.* dicit id procedere quo ad omnia, quod verum est; cum in omni materia, appellatione Ciuitatis, continenantur villæ, siuè casalia, & appella-4 tione ciuium, omnes comitatenses, *l. Lucius, §. Ciuibus, ff. de leg. 2. cum concord. per Surd. conf. 313. n. 3. lib. 3.* & qui in villis, quæ sunt de territorio, & districtu Ciuitatis, commorãtur, vt probat *gloss. in l. est verum. 3.* vbi reprobat opinionem eorum, qui dicebant, quod non sint incolæ, nisi, qui stant in Ciuitate, *C. de incol. lib. 10.* præsumuntur enim esse, & iudicantur de iurisdictione, & territorio Ciuitatis propinquioris, & adiacentis, tanquam illius pars, & vnum, & idem corpus, *D. de Ponte d. conf. 51. n. 2. & 5. Dom. Valenz. d. conf. 79. ex nu. 33. 42. 52. 55. & seq.* & iterum *ex num. 72.*

Et primo in testamentis, & legatis sicut ciuitatibus legari potest, quoad 5 honorem, ornatumq; ciuitatis pertinet, quod I.C. prosequitur *in l. si quid relictum 120. & l. Ciuitatibus 125.* vbi *gloss. ff. de leg. 1.* ita etiam parti ipsius Ciuitatis, & vicis, siuè villis ipsius, vt quia Ciuitati relictum censetur, quod eius parti legatur, vt probat *tex.* insignis, iuncta *glos. in l. si quis à filio 32. §. si parti Ciuitatis*, qui est *§. vlt. ff. de leg. 1.* vbi *gloss. in ver. debebitur*, expressè intelligit partem Ciuitatis pro vicis; dum confundit legatum factum parti Ciuitatis, & ipsius vicis, vt clarè 6 ostenderet, vicos, & villas, non minus esse Ciuitatis partes, quàm ipsa quarteria intra murorum ambitum reclusa, citans *l. si hæres 76. §. vicis, ff. de leg. 1.* qui de legato facto vicis Ciuitatis loquitur, *& tex. in l. cum pater 79. §. vlt. ff. de lega. 2.* qui de legato facto Ciuitati

tati, de vicis meminit pulcher *tex. in l.prædiis 89.§.Balneas,ff.de leg.3.Dom. Reg.Valenz.d.consf.79.nu.60.*& iterum *consf.18.nu.82.* idque verum, quamuis in legatis stricta fiat interpretatio, *l. nummis. ff.de legat.3. Dec.in l.in testa-*
7 *mentis, ff.de regul. iur.* Et quod in legato de maritandis puellis Fanensibus comprehendantur hac ratione, non solum puellæ natæ in Ciuitate Fani, sed etiam in illius territorio, & villis adiacentibus: ea ratione, quia quid quid conceditur quouis modo; ciuibus, censetur concessum comita-
8 tensibus, ex quo villa, & castrum dicitur membrum, & pars Ciuitatis, *ex l. vxorem 39.§.legauerat,ff.de legat.3.* & ædificia, Romæ etiam ea fieri videntur, quæ in continentibus Romæ ædificijs fiunt; *nam Romam non muro tenus existimari ex consuetudine quotidiana posse intelligi, l. ædificia 139.*
9 *& l.vt Alfenus 87.* & qui in continentibus Vrbis nati sunt, Romæ nati intelliguntur, *l.qui in continentibus 147.*
10 sicut præsens dicitur in Ciuitate non absens, qui vsque ad continentia cōmoratur, *l. collegiarū 173.§.qui extra ff.de verb.signific.* et demum ex pluribus in vltima voluntate probat *ex Cumeo, Archid. Bartol. Bald. Panorm. Imol. G min. Aret. Alex. Felyn. Soc. Afflict. Franc. Marc. & aliis, Stef. Grat. decis. Rota Marchia 96.* incip. *legatum factum*, licet prædicta iura non expendat.

Idem in contractibus, tum ex rationis identitate, quo casu non minus procedit argumentum à contractibus ad vltimas voluntates, quàm è contra, vt per *Euerard. in sua topica, loco à contrac.nu.2.* sed quia in terminis nostris, idem in contractibus, quod in vltimis voluntatibus cēnsuit *Bart.* in specie *in l.2. post num. 2. vers. vt ergo ista, ff. de verbor. signific.* vbi conclu-
11 dit sub nomine proprio, & Ciuitatis, simpliciter sumpto, vt si nominetur, Bononia, Perusium, & similia, contineri adiacentia, tam in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus, & in legibus, & alijs actibus, vbi *nu.4.vers. sed quæro*, supponit longè fortiùs hoc procedere, vbi Ciuitas ponitur pro personis, vt cum legatur, vel etiam conceditur priuilegium Ciuitati, vel ciuibus; quia appellatione ciuium
12 continentur comitatenses, scil. qui in vicis, siuè villis, & casalibus orti sunt, licet appellatione comitaten-
13 sium non contineantur ciues, citans *d.l.qui ex vico, ff.ad municip. iuncta l.fi.C.de munic.& origin.lib.10.* & ad-
14 dit, quod quando Ciuitas ponitur pro loco, tunc muris finitur, sed quādo ponitur pro populo, tunc comprehenduntur comitatenses *l.1.ff.ad munic.* quod latiùs comprobat *Bart.in l. si finita.15.§.ex hoc edicto, num.5.* vbi *Castr.* sequitur *num.3.ff.de damn.infec.* qui dicit de hoc esse *gloss.* ordinariā, quam *Bart.* omisit, *in l. restituenda 6. vers pro voto, C.de aduoc. diuers. indic.* & sic resoluuntur omnia contraria, cum cōstet in casu nostro adeò Atripaldam poni pro populo, & personis, non pro loco, vt concessio facta sit hominibus terræ Atripaldæ supplicātibus.

Ex qua *Bart.* theorica confunditur distinctio *Alex.* dum *in rubr. ff. solut. matrim.* post *nu.13. vers. tu verò*, licet dicat, perfectam esse distinct. *Bart.* & in hoc pleniùs alijs loquutum, tamen restrinxit *Bart.* doctrinam, vt procedat in priuilegio concesso Ciuitati, secus verò in priuilegio concesso ciuibus; quasi plus sit concedere priuilegium Ciuitati; quo casu de loco intelligi potest, quàm concedere hominibus, siuè populo; vbi ex pluribus iuribus probat *Bart.* comprehendi villas, & comitatenses. Et licet *Alexand.* restringat suām limitationem, vt procedat solùm in priuilegijs contra ius cōmune; & fortè illius intentio fuit loqui in priuilegijs odiosis, cuiusmodi sunt represaliæ, de quibus mox loqui-
15 tur *num. 14.* tamen etiam in priuilegijs contra ius commune, nedum cō-

cessis ciuibus, sed ipsi Ciuitati, comprehendi villas, & comitatenses, voluit *Gugliel. Cun.* quem expresse sequitur *Bald. in l. vt inter diuinum* 19. *num.* 4. *C. de sacros. Eccl.* dicens, quod hæc est veritas, & reddit rationem,
16 quia castrũ, vel villa intelligitur pars Ciuitatis; & quia castrum, & Ciuitas non differunt, nisi sicut parua Ciuitas à magna, & quia Castrũ est membrũ Ciuitatis, *l. qui ex vico, & l. si hæres, §. vicis, ff. de leg.* 1. quæ ratio æque militat in priuilegio concesso Ciuitati, sicut & ciuibus, & ita *Alex.* verbalem distinctionem improbat *Additio ad ipsummet in addit.* incip. *veriorem puto*, allegans contra ipsum *Aret. conf.* 77. *incip. & ratio scribendi, num.* 1. & quod nulla probabilis differẽtia con-
17 stitui possit inter priuilegium concessum loco, scilicet Ciuitati, Collegio, & Vniuersitati, vel ciuibus, vel personis, tanquam Vniuersitati, vel populo, quia tacitè etiam ad locum referri videtur, *l. 2. vbi Socin. ff. de reb. dubiis Niconit. in rub. ff. solut. matrimon. nu.* 132. *Dominus Valenz. vbi supra num.* 73. *&* 77. *cum seq.* & ideò pari modo censetur reale, & perpetuum, optimè in puncto probat *Barbosa in l. quia tale* 14. *nu.* 39. *in fine, vers. nam quamuis, & vers. per constitutionem, ff. solut. matrim. vbi nu.* 40. *vers. est tamen, & vers. pro cõcordia*, amplius probat, maioris esse potentię, si priuilegiũ referatur principaliter ad ciues, tanquam ad Vniuersitatem, quàm si principaliter loco, & in consequentiam personis; & ob id *Alex.* expressè reprobat *Alcia. in d. l.* 2. *nu.* 3. *ff. de verb. signif.* cum latiorem plerumq; habeat significationem, quod de ciuibus dicitur, quàm de Ciuitate; & proinde nihil interesse, siuè de Ciuitate, siuè de ciuibus agatur, & hanc esse veram, & communem sententiam contra *Alex.* quam etiam historijs Romanorum comprobat *Alcia.* & verum esse
18 ex eo etiam patet, quod Ciuitas nihil aliud sit, nisi ciuium vnitas, & à ciuibus dicitur, & est societas quædam, & multitudo hominum secundùm naturam; aut ciuium multitudo, siuè communio, gratia vitæ, & concilia, cætusq; hominum iure societatis, Ciuitates appellantur; Ciuitatem enim non lapides, sed homines faciunt, vt ex *Aristot. Cic. Nonio Marcel. Diuo Thoma, & alijs* probat *Petr. de Greg. de republ. lib.* 1. *cap.* 3. *in princ.* ita vt nullo modo discrimen aliquod constitui ritè possit inter dispositionem loquentem de Ciuitate, & ciuibus, *& ex Vgone, & aliis*, doctiss. de more probat *Napod. noster in proœm. consuet. §. audiuimus, ex nu.* 171. cum enim significatio Ciuitatis non desumatur de per se, sed ex contento in ipsa, qui sunt ciues ipsius, ex hoc sequitur, vt sub nomine ipsius Ciuitatis continentis, necessariò contentum, idest ipsi ciues contineantur, vnde Præfectus Ciuitati, intelligitur Præfectus ciuibus ipsius, vt pulchrè explicat *Pacian. de probation. par.* 1. *c.* 26. *num.* 13.

In legibus etiam, & statutis, villas comprehendi appellatione Ciuitatis,
19 & regi, ac moderari statutis, legibusq; Ciuitatis, cui subsunt, velut illius mẽbra, *est gloss. in l. ex ea, ff. de postul. Felyn. Ias. Socin. & Dec.* relati *à Menoch. de arbitr. lib.* 1. *casu* 99. *num.* 23. *&* 24. *Io. Andr. Gemin. Alexand. & alii* relati *per Dom. meum Capyc. in inuest. ver. villis, car.* 101. *Afflict. Iacob. nouel. Benedel. Nicol. Loreus, & alii* relati *per Prosper. Rendel. in commẽt. consl. de iure prothom. super verbo, Ciuitate, D. Valenz. d. consil.* 79. *nu.* 71.

Et licet dubium esse possit, solum in statutis pœnalibus, & maximè pœnam mortis irrogantibus, vbi altera mitior de iure communi est imposita, vt in pœna mortis imposita *per Cap. Regni, deosculanti Virgines in Ciuitate Neap.* loquitur *Gram. consl.* 48. *in crimin. num.* 3. vbi non solum nostram conclusionem restringit, vt non pro-
20 cedat in materia odiosa, & pœnali, vt si Ciuitas subijciatur aratro, vel si re-

pre-

presaliæ concedantur contra Ciuita-
tem, vel ciues; quod tunc solum non
comprehendantur casalia, vel villæ,
non aliàs: & ita expresse restringit
Grammat. opin. Alexandri, quã sequi-
tur *Ludou. Bologn.* vt substineri possit
solum in dispositione pœnali, prout
etiam affirmat *Menoch.* post *Niconit.*
quem citat *d. cap. 99. num.* 27. qui ta-
men aduertit, decisionem relatam à
Grammat. in pœna osculi, imposita per
Capit. Neap. non procedere ea de-
causa, quod simus in pœnalibus, sed
quia capitulum loquitur, quod oscu-
lans mulierem in Ciuitate, vel vrbe,
plectatur pœna mortis, quo casu ac-
cipitur pro loco, qui muris cingitur, &
finitur, vt benè ponderat *Menoch. dict.
cap. 99. nu. 27. vers. rursus,* iunctis, quæ
dixit *initio capit. nu. 3. vers. primus est.*
vt non immeritò *idem Menoch. lib. 2.
centur. 4. cap.* 390. licet subdubius, etiã
in statutis pœnalibus, ex identitate
rationis, appellatione Ciuitatis, vel
ciuium comprehendi casalia, & villas
voluerit, licet leuiùs interdum puniri,
ex tex. claro *in l. capitalium*, §. *qui ob
inimicitias, ff. de pœnis*; siquidem, nec
in pœnis segregandæ sunt villæ à Ci-
uitate, cum villæ sint paruæ, & humi-
les domus ipsius Ciuitatis, extra vrbẽ
ædificatæ, quod ex *Virgil. Cicer. Plin.
Colummella, & Connano* etiam, opti-
mè probat *ibi Menoch.* inferens ad di-
22 uersa statuta pœnalia; & similiter in
consuetudine, licet aliàs strictè inter-
pretanda, tamen obseruandam esse
etiam in villis, *D. Valenz.* latè *d. consil.
79. num. 62.*

23 In oneribus etiã, collectarum solu-
tione, & oneribus substinendis, villas
quoque comprehendi, & cum Ciuita-
te vnum efficere corpus, *l. forma cen-
suali, quæ est l. 4.* ibi, *in Ciuitate, & pago,
ff. de censibus,* vbi *gloss.* intelligit de vil-
la, §. *si quis igitur ex qualibet*, ibi, *sub
qua Ciuitate, villa, vel vico tributa per-
soluit, Authent. quib. mod. natur. effi-
ciat. sui, collat.* 7. vbi *gloss. verb.
persoluit*, notat, villas, & castra
sub Ciuitate facere collectam: vnde si
Rex imponat collectam Ciuitati, cen-
setur imponere etiam villis ipsius; nõ
alia ratione, nisi quia villæ sub Ciuita-
te continentur, per iura *gloss.* & plures
Doctores, quos sigillatim recenset *Af-
flict. de iure prothom. §. in princip. com-
menti Constit. Sancimus, nu.* 2.

Quæ omnia, si procedunt etiam in
odiosis, cuiusmodi est collectarũ im-
positio, iure, nemo ex *DD.* quos cu-
riosè perlegi, dissentijt in beneficijs
Principum, in quo casu nos versari
constat, ex quo solius cõcedentis ius,
& damnum respicit, non alterius, vt
recenset *Menoch. cons. 331. n. 37. lib.* 4.
& infra citando *cons.* 1007. *num.* 11.
lib. 11. In his enim omnes vnanimi
consensu, nemine omninò dissentien-
24 te, admittunt in concessione, siuè
Principis beneficio, quod latam ad-
mittere interpretationem constat,
idemque in priuilegijs, quæ non sunt
contra, sed præter ius commune, dixit
*Niconit. in repet. rub. ff. solut. matrim.
num.* 119. 123. *&* 125. vel vbi tendunt
ad commodum, & vtilitatem subdito-
rum, non in damnum eorum, *Natta
cons. 464. num. 17. Raud. de analog. c. 15.
num.* 59. cuiusmodi est priuilegium
25 admissionis ad collegiũ, de quo me-
minit *Io. Bolognet. in d. rub. nu. 97. in fi.*
& de statuto Patauino, quod Sapien-
tes eligãtur de collegio Doct. Pataui,
cõcedũt oẽs obseruãdũ in locis eidẽ
Ciuitati subiectis, *ex Comens. Soc. iun.
Rayn. Roland. Paris. Alciat. & Bald.* tra-
dit *Menoch. d. casu 99 num. 25. & 26.
Domin. Valenz. d. cons. 79. num 69. &
70.*

Sic etiam in legitimatione per obla-
26 tionem Curiæ, ij, qui non ex vrbe, sed
ex vico sunt oriundi, eius Ciuitatis
adscribẽdi sunt ordini, sub qua vicus
ille censetur, *l. 3.* vbi concord. *in gloss.
C. de natur. lib. §. si quis igitur*, vbi *gloss.
d. verb. persoluit, Auth. quib. mod. nat. ef-
fic. sui.*

27 Et in priuilegio concesso Episcopo
illius Ciuitatis, in qua testator oritur,
vel

vel moritur, vt sit executor à iure deputatus, quoad pias defunctorum voluntates, si in vico testator decedat, illius Ciuitatis Episcopus exigere legata, & exequi debebit, sub qua vicus, vel territoriū esse dignoscitur, *l.nulli licere* 28.*verf.fin autem,& verf. cum autem*, iuncto *verf.quod si in vico, C.de Episc.& cler.*

Et tandem idem in iurisdictionalibus, siuè iurisdictionis concessione, *l.1.S.cum vrbem nostram fidei tua commiserimus*, nedum quod intra vrbem, *sed & si quid intra centesimum milliarium admissum sit*, *ad Praefectum vrbis*
28 *pertinere,ff.de offic.Praefect.vrbi*, vt sic continentia ædificia villæ,& adiacentia intra cētesimum milliarium comprehendantur, vt ibi declarant *Bar.*
29 *Bald.& cateri*:& in officijs,& alijs honoribus, quæ debentur ciuibus, deberi etiam comitatensibus, *D.Valenz. d.conf.*79.*nu.*70. huius autem sententiæ antesignanus fuit *Iacob. Beluis. in sua celebri disput.* quam refert habuisse Bononiæ, illamque inseruit *in S.illud tamen a nobis, Auth.quib. mod.nat. efficiāt.sui,in verf.Rex concessit priuileg.* vbi post longam disputationem distinguit, & concludit in fine *in verfic.*
30 *sed in beneficijs*, intelligi debere Ciuitates cum omnibus suis adiacētibus, citans multa iura; & loquitur tam in beneficiis, quàm in priuilegijs, quæ non derogant iuri communi, & tam si concedantur Ciuitatibus,quàm si cōcedantur ciuibus Regni, & cum *Beluis.*sentiunt *Nicol.de Neap. Ioa.Andr. Imol.& alij*, quos refert *Alex.* rum *in d.rub.ff.solut. matr.* quàm *in l.si finita* 15.*S.ex hoc edicto,ff.de de damno infec.* idem *Isern.Bart & Alex.in plurib.consil.* relatis *à P. Molfesio ad Consuetud. Neap.tom.*1.*par.*2.*de personis,quaest.*9. *num.*8.

Sed largiùs hoc procedere, ne-
31 dum in beneficijs, & priuilegijs præter ius commune;sed etiam in priuilegijs contra ius commune,quando Ciuitas non ponitur simpliciter pro loco,sed pro personis,vel pro populo, vt propriè fit in casu præsenti, vbi cōcessio est facta hominibus terræ Atripaldæ, firmant *Alber.Bar. Castr.Socin. Sen.Balbus,& alij*, quos recenset, & sequitur *Menoch.conf.*1007.*num.*88. *lib.*11. vbi *Menoch. num.* 89. testatur ita pluries determinasse, & declarasse Duces Burgundiæ, & Comites Flandriæ, quoad villas, & castra subdita Ciuitati Insulæ, Flandrensis Comitatus,vltra congestos latissimè *per Frāc. Marc.dec.*365.*p.*1.

Sed omnium optimè *noster Napod. in d.proœm. consuet. S. audiuimus, ex num.*182.vbi postquam,solida doctrina præposita,docuit,legem distingue-
32 re,quid Ciuitatis appellatione contineatur,secūdùm naturam rei, de qua agitur,subdit,largiùs esse accipiendā, cum tractamus de muneribus subeūdis,& iurisdictione exercenda; nam tunc continentur etiam casalia,vici,& omnia adiacentia;& largissimè,quando concedens talia iura habebat in Ciuitate ipsa concessa, quia tunc etiā continentur casalia, vici, territorium, districtus, honores, iura patronatus, castra,seu casalia sibi subdita, ac loca, & saxa, & habitatores eorum, & sic omnia,quæ sunt in districtu, & pertinentijs, *ex Innoc.in cap. cum ad sedem, de restit.spoliat.cum concord.per eum*, vnde cum Regina Ioanna cōcedens, habuerit officia Actorum Magistri, & iura prouentuum non minùs in casalibus,quàm in Ciuitate penes se tēpore concessionis, omnia fuerunt concessa terræ pariter, & casalibus actiuè, & passiuè, non dissentit ab hoc *Isern. in cap.* 1. *quid sit inuestit.* & *Doctor.* ita communiter determinare, vt di-
33 sposita in Ciuitate, censeantur disposita in castro, & villis, velut membris ipsius,tradit *Balb. de praescript. in* 3.*p.* 5.*par. princ.q.*2.*D.Valenz. d.conf.*79. *nu.*55.

Et hoc procedit, nedum in Villis, & casalibus vniris, & incorporatis quoad omnia cum ciuitate, sed etiam

si

si fuerint in aliquo, puta,quo ad iurisdictionem diuisa,nam non obstante diuisione facta quoad iurisdictionē, in cœteris omnibus remanent ciues Ciuitatis, *l. 1. C. de metropol. Berit. l. 11. ut ex Bald. Angel. Neuiz. Couarr. & aliis* verum esse, & decisum restatur *Dom. Præses de Franch. decisio.* 316. *num.* 4. qui hoc affirmat, procedere etiam in priuilegio concesso Neapolitanis, vt non possint torqueri ex processu informatiuo, quo derogatur præeminentiæ Magnæ Curiæ inductæ per Ritum, & Capitula Regni, quod extendi affirmat, etiam ad homines casalium diuisorum, quoad iurisdictionem.

Et amplius, non solum in villis, & casalibus, quorum nec vnionis, nec separationis superest memoria, vt potè, quæ semper vnita, & ab ipsa origine, & creatione annexa fuerunt Ciuitati, faciendo vnum corpus, vt sunt villæ quas defendimus, quæ nunquam sui
35 iuris fuerunt, sed etiam in villis de nouo additis, & vnitis Ciuitati, vel terræ; in istis enim non solum priuilegia de nouo concessa post annexionem, sed etiam antiqua priuilegia, libertates, & exemptiones concessæ Ciuitati, extenduntur etiam ad villas de nouo additas; exemplo eius, quod latenter accrescit per alluuionem, vt late decisū refert in ciuitatibus adiūctis Delfinarui, *Guido Pap. decis.* 265. & iterum *dec.* 489. vbi dicit, ita seruari, tam respectu priuilegiorum, & immunitatū, quā quoad onera, & vtrobique addentes reddunt rationem, quia ciues dicuntur in castris, & villis Ciuitati subiectis, & etiam adiunctis, & vnitis, nati, & habitantes, & idem esse in parte Regni, vel Prouincia addita Regno, vt iuribus Regni regi, &
36 priuilegijs frui debeat; quia omne priuilegium datum principali, porrigitur ad eius augmentum, *ex Bartol. Rom. Tiraquell. glos. Paris. Couarr. & Coppino*, tradit *Boer. decis.* 50. *num.* 19. *ex Ias.* vtroque *Decio, & aliis*, nec dissentit *Lanar. cons.* 41. *in fine*, in parte Regni addita accessoriè, ita vt sit vnicum Regnum, vel vna Ciuitas cū ipsis villis, *D. Valenz. d. consil.* 79. *n.* 36. *& seq.*

3 statorem voluisse, hæredẽ particularẽ esse ab oneribus exemptũ, ex eo quod generaliter hæres particularis, alio vniuersaliter hærede instituto, ad onera non tenetur, ex quo habetur loco legatarij, iuxtà vulg. *l. quoties C. de hæred. instit.* quod in terminis dicebatur voluisse *D. Capyc. in inuest. verbo feudorum exequutiones, vers. successit in 2. limitat. Thom. de Marin. tit. 6. de feudo hæred. antiquo vers. secundo limitatur, Affl. ibi. in c. 1. an agnatus, & in const. si quis post litem, Pernus Siculus in 4. not. feud. Curt. iun. de feudis p. 1. q. 8. nu. 20. Anna Sen. alleg. 50. nu. 20. alleg. 50. nu. 20. & alleg. 69. Marescot. variar. resol. l. 1. c. 96 nu. 6.* quinimò dicebatur *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 6. §. 3.* expressè sentire, quod vbicunque successor est hæres
4 institutus in certis feudis, & non in omnibus feudis, quod non teneatur ad alia onera, præter imposita, eiusdemq; sententiæ fuisse *D. Præs. de Franch. in fi. decis. prima,* quamuis ijdem cum alijs
5 admiserint, successorẽ in omnibus feudis, vel à defuncto vniuersaliter institutum, vel vniuersaliter succedentem, etiam ab intestato, quinimò, & contra voluntatem testatoris, ex ipso tenore inuestituræ, quippè qui alium fecerat hæredem, teneri ad onera sine assensu, & legata; de quo insignis est, & notissima cõtrouersia inter *D. de Frãch. in d. decis. 1. de Ponte cons. 13. & 52. Lanar. cons. 80.* ex vna affirmantes, *& D. meum de Curte in 1. p. de feudis c. 14. nu. 60. & Cons. de Georgio allegat. 20.* post *Annam sen. alleg. 126.* vbi *Cons. filius in addit. & cons. 4. n. 44.* & alios negantes, in quo articulo aliàs fortasse nostram proferemus sententiam pro negatiua opin. *D. mei de Curte,* quam tuebimur à motiuis *Cons. Gizzarell. decis. 28.*

Et addidisset D. Simon, tametsi testatorem dixisse, se instituere D. Simonem

nem nepotem vniuersalem hæredem in certis feudis, qnod ex tali restrictione non poterat extendi institutio ad vniuersalitatem hæreditatis; quia
6 aliàs feudum de per se est vniuersitas, *vt ex Isern.* probat *Camer. in l. Imperialē cart.* 38. *col.* 2. & sic expressio eius, quod tacitè inerat, nihil debebat ope-
7 rari; subiungendo exemplum de dote, quam constat esse quid vniuersale, vt per *Repet. in rubr. ff. solut. matrim.* vbi *Barbos. in* 3. *part. ex num.* 3. &
8 tamen filia instituta in dote non tenetur ad onera *l. fin* §. *filia, ff. de legat.* 1. cum concordantibus per *Fusar. de fi-*
9 *deicom. quæst.* 297. sic & in legitima, quàm aliqui dicunt esse partem bonorum, alij quotam hæreditatis; vt per *Valasc. consult.* 160. *num.* 10. *lib.* 2. *Dom. de Franch. decis.* 123. & tamen, quoad actiones passiuas prçualet opi-
10 nio, vt censeatur quota bonorum, & filius institutus non tenetur ad onera, vt per *Menoch. de adipiscend. possess. remed.* 4. *num.* 158 ex quibus inferebatur, quod hęres taliter in certis feudis institutus; licet censeretur hæres vniuersalis, vt omnia, quæ ex vniuersitate feudi peruenirēt, cōsequi potuisset; non tamen cēseretur vniuersalis, quoad incommoda, vt teneretur scilicet creditoribus hæreditarijs, pro rata bonorum.

Et secūdò pro limitatione generalis propositionis, vt non teneretur ad onera ex coniecturata mente defuncti, proponebat D. Comes iunior, institutionem prædictam de certis feudis, fuisse factam inter alia legata, vel particulares institutiones; quo casu, tanquam
11 institutio rei particularis, loco legati existimari debebat, ex *Menoch. de præsumpt. cap.* 20. *num.* 2. *lib.* 4. & *consil.* 483. *num.* 5. qui licet loquatur in institutione rei particularis, descripta inter alia legata, idem iudicari debet de particulari institutione, posita inter alias particulares institutiones: quippe, si
12 de institutione particulari, dato hærede vniuersali idem iudicatur, quod de legato; saltim, vt ad onera non teneatur, vt post alios tradit *Guliel. de Bened. in repetit. cap. Raynutius, verbo eodem testamento, il primo ex num.* 257. nullum dicebatur esse discrimen faciendum inter institutionem, & legatum in præsenti casu, instituta Ducissa hærede vniuersali.

Tertiò, dicebatur fuisse magnum onus impositum Comiti iuniori, soluendi ducat. 175000. occasione feudorū; er-
13 go videbatur cessare contributio, vt in plus successorē in feudis teneri noluerit, *argum. l.* 2. *C. de iure immunit.* cum alijs per *Neuiz. consil.* 66. *num.* 24. & 52. *Crauett. consil.* 111. *num.* 10. qui
14 *ex d. l.* inferunt ad plures casus similes, *Surd. consil.* 234. *vol.* 2. *num.* 18. qui *num.* 28. dicit, hoc fortiùs procedere,
15 quoad feuda; cū vassalli obligati ad seruiendum Domino, non debeant duplici onere grauari, *l. Nauis* 6. *ff. ad l. Rhodiam de iact. l. ex facto* 43. §. *Iulianus ff. de vulg. & pupill.* præsertim, quia id ex qualitate portionis, & ex grauamine correspectiuè iniuncto, & magnitudine oneris, suaderi debebat:
16 onera enim non sunt multiplicanda ad tradita per *Bart. in l. interdum* §. *quoties, ff. de public.* cum alijs *per Riminald. consil.* 241. *in fin. consil.* 602. *num.* 112.

Ad quæ & alia motiua, cum fuisset pro parte D. Florentiæ Ducissæ, responsum: & quo ad primū debere sufficere Comitem iuniorem fuisse institutum hæredem vniuersalem in feudis, vt sit locus regulæ de contributione onerum inter hæredes; cum non sit rece-
17 dendum à proprietate sermonis ex præsumpta, vel coniecturata mente; sed solùm ex manifesta ex *Socin. in l. in ambiguo, num.* 9. *ff. de reb. dub.* & quia
18 institutus in rebus certis, dato cohęrede vniuersali, eo tantùm casu habetur loco legatarij, si res, in quibus ille fuit institutus, sunt omninò res particulares, vt fundus, domus; secus verò

S si

patrimonij,feudalis,scilicet & burgen-
satici; illud enim esset attendendum, quando tempore contracti æris alieni patrimonia fuissent diuisa,secus quando is, qui debitum cōtraxit,possidebat vnitè vniuersa bona diuersi generis, quo casu cessabat decisio *tex.in l.si cer*-
34 *tarum* 18.*§.Iulianus ff. de milit. testam. & l hinc quæritur §.potest ff. de peculio,* & addit vltrà sententiam Regis Ferdi-
35 nandi, ita etiam decisum in causa Baronis Mulignani,item in causa Baronis Torellæ, & etiam in causa fratrum de Monaco, in qua propriè fecit *decis. D. Capyc.* Et rectè quidem hoc resoluit *Ant.de Alex.*licet enim *tex.in d.l.si certarum §.Iulianus* loquatur vbi ille,qui
36 debitum cōtraxit,possidebat vtrumq; patrimonium castrense, & paganicum tamen,quia non rectè potest fieri adæquatio inter militem habentem paganica,& castrensia, qui viuens habebat duo patrimonia distincta cum feudatario, & licet habeat feudum, in quo viuitur iure Francorum; est tamen cū qualitate hæreditaria, & habet etiam bona allodialia, quippe qui semper à principio viuens dicitur habuisse vnicum patrimonium, licet diuersa bona, *l.Iurisperitos, §.cum oriundus, ff. de excus.tutorum,* & proinde cessat *decisio d. §.Iulianus* in pagano,licet sit etiam miles habens feudum hæreditarium, vt rectè explicat *Freccia d. 3.lib. in differ. inter feuda ex pacto,& hæredit.c.13.ante fin.* & sequuntur aliæ decisiones relatæ
37 per *D.de Franch.decis.prima,num.24.& decis.159 Petra, & alij add. ad dict. decis Capyc.198 Freccia,Camer.Minad & alij* relati per *D.de Ponte cons.13.nu.25. & 26.* vbi addit alias duas decisiones, *& cons.52.num.1.lib.1.Reg.Lanar cons. 180.ex num.45 Anna senior allegat.96. part.2.*vbi *Consil.de Anna filius in addit.* ex mente Cons. Fœlicis de Rubeis
39 videtur limitare,vbi petitio,& sententia pro solutione debiti fuisset lata cōtra feudatarium defunctum, quippe q solū de executione ageretur cōtra hæredes,nō aū. fuissent cōuenti hæredes ab ipso initio. Item & secundò limita-
40 tur, vt non teneatur contribuere succedens in feudo ex pacto,in quo fit separatio bonorum quoad qualitatem onerum, scilicet vt successor in dicto feudo non contribuat, nisi in oneribus legalibus cōtractis ex causa ipsius feudi,non autem in cæteris,non ex causa feudi, sed debitis à defuncto *Freccia d.cap.13. in fin.* vt non immeritò dixerit *Dom.meus de Curte in 1. part. de feud. cap.9. num.17.* hodie in contributione
41 onerum inter successores pro rata bonorum,regulariter esse indubitatum ex successiuis,& repetitis decisionibus,sic semper obseruatis à tempore Domini Capycij.

His inquam suppositis,proculdubiò est habenda ratio de hoc iure hæreditario, vt facta iusta ipsius æstimatione detracto tempore uitæ donantis, computetur illius valor cum cæteris alijs bonis ad augendam hæreditatē; siqui-
42 dem huiusmodi donationem contemplatione matrimonij ex nunc pro tunc nō esse conditionalem,sed puram,etiā
43 si sit dies mortis incertus expectandus, cum in contractibus dies mortis non reddat dispositionem conditionalem, vt ex *Gloss.in l.dies incertus, ff. de condit. & demonstr.* amplissimè probat *Fontan.d.gloss.3.num.12.& 15.* vndè si pura est donatio,nihil obstat, quin augeat hæreditatem, vt pro rata sentiat onus, prout ita iudicandum speratur sub censura 8. Octobris 1615.

SVMMARIVM.

1 *Ducis Aluæ Excell. laudes.*

2 *Testator expressè, vel tacitè disponere potest, vt vniuersa onera hæreditatis pertineant ad vnum ex hæredibus.*

3 *Hæres particularis, instituto alio hærede vniuersali,vtrum censeatur exemptus à solutione æris alieni,cum sit loco legatarij,* & nu.18.

4 *Successor institutus in certis feudis, dato alio hærede vniuersali, an contribuat in oneribus.*

5 Suc-

5 *Successor vniuersalis in feudis, tenetur ad onera.*

6 *Feudum sui natura est quid vniuersale & qua Vniuersitas iuris, vel facti, & num 19.*

7 *Dos est quid vniuersum.*

8 *Filia instituta in dote non tenetur ad onera.*

9 *Legitima an sit quota bonorū, vel quota hæreditatis.*

10 *Filius institutus in legitima non tenetur ad onera.*

11 *Institutio rei particularis loco legati æstimari debet, ita ut non teneatur ad onera, nu. 12. 20. & 21.*

13 *Hæres, cui magnum onus est impositum, an subleuetur ab onere contributionis, num. 22.*

14 *Onus in[illegible]ctum, vtrum generaliter subleuet grauatum ab alijs oneribus, remissiuè.*

15 *Vasalli non debēt multiplici onere grauari.*

16 *Onera non sunt multiplicanda.*

17 *Proprietas sermonis est attendenda, nec ab ea recedendum, nisi ex manifesta mente.*

22 *Legata ab institulo relicta, vtrum censeantur repetita à substituto.*

23 *Grauatus in vno, quando censeatur ab alijs oneribus exemptus.*

23 *Feuda hæreditaria, bonorum appellatione comprehenduntur, & nu. 25.*

26 *Quod dicitur feuda, non venire bonorū appellatione, declaratur non procedere, vbi [illegible] bonorum in materia, quæ feudis congruat.*

7 *Poss[illegible] [illegible] ilias bonorum diuersi generis, constituit vnicum patrimonium.*

28 *Hæres præsumitur grauatus à testatore, minus quàm sit possibile, declaratur propositio.*

29 *Hæres in feudo, vtrum possit grauari vsque ad concurrentem valorem, quippè vt integri fructus absorbeantur, & an sit discrimen inter descendentes, & transuersales num. 30.*

31 *Feudum totum, an sit legitima primogeniti, remissiuè.*

32 *Contributio inter hæredes non fit pro rata introituum, sed valoris feudorum.*

33 *Fructus, augumentum, & diminutionē sentiunt ex tempore, & ob id necessaria est liquidatio.*

34 *Testator, vtrum possit ex fructibus feudorum constituere perpetuum maioratum, vel fideicommissum.*

35 *Decisio moderna Consessus Dominorum Delegatorum in causa Dom. de Vaaz, de anno 1626. in materia contributionis.*

36 *Succedens in feudo, vtrum teneatur soluere integrum debitum contractum super feudo cum assensu ex venditione ann. introituum, vel cum eo teneatur contribuere hæres in allodio, et nu. 42.*

37 *Dominus cum pacto redimendi, interim verè dominus.*

38 *Emptor annuorum introituum, vtrum acquirat dominium, vel censeatur potius quædam pignoratio, attento effectu, distinguitur nu. 39. Et alia traditur distinctio num. 40.*

41 *Contribuere an debeant omnes filij, vel solus primogenitus in debito contracto à communi parente, occasione pretij seu di empti.*

43 *Annui introitus existimantur cohærere illi loco, vbi est promissa solutio.*

44 *Nomina debitorum, vtrum loco circumscribantur, & an sit differentia in hoc inter ipsa, & annuos introitus.*

45 *Feudum hodie consistere potest in annuis introitibus, & in pecunia mutuata domino, licet feudum in re mobili, & sic in pecunia non cōsistat, & n. 46. & 47.*

ARGVMENTVM

Decis. nouiss. Neap. Vt successor in feudo teneatur contribuere in oneribus pro rata bonorum cum hærede in allodio, vbicunque non constet legitimè de expressa mente testatoris, velle ipsum eximere ab onere contributionis: & plures coniecturæ discutiuntur.

In

nem nepotem vniuersalem hæredem in certis feudis, qnod ex tali restrictione non poterat extendi institutio ad vniuersalitatem hæreditaris; quia
6 aliàs feudum de per se est vniuersitas, *vt ex Isern.* probat *Camer. in l. Imperialē cart. 38. col. 2.* & sic expressio eius, quod tacitè inerat, nihil debebat ope-
7 rari; subiungendo exemplum de dote, quam constat esse quid vniuersale, vt per *Repet. in rubr. ff. solut. matrim.* vbi *Barbos. in 3. part. ex num. 3.* &
8 tamen filia instituta in dote non tenetur ad onera *l. fin §. filia, ff. de legat. 1.* cum concordantibus per *Fusar. de fi-*
9 *deicom. quæst. 297.* sic & in legitima, quam aliqui dicunt esse partem bonorum, alij quotam hæreditatis; vt per *Valasc. consult. 160. num. 10. lib. 2. Dom. de Franch. decis. 123.* & tamen, quoad actiones passiuas præualet opi-
10 nio, vt censeatur quota bonorum, & filius institutus non tenetur ad onera, vt pet *Menoch. de adipiscend. possess. remed. 4. num. 158* ex quibus inferebatur, quod hęres taliter in certis feudis institutus; licet censeretur hæres vniuersalis, vt omnia, quæ ex vniuersitate feudi peruenirēt, cōsequi potuisset; non tamen cēseretur vniuersalis, quoad incommoda, vt teneretur scilicet creditoribus hæreditarijs, pro rata bonorum.

Et secūdò pro limitatione generalis propositionis, vt non teneretur ad oneta ex coniecturata mente defuncti, proponebat D. Comes iunior, institutionem prædictam de certis feudis, fuisse factam inter alia legata, vel particulares institutiones; quo casu, tanquam
11 institutio rei particularis, loco legati existimari debebat, ex *Menoch. de præsumpt. cap. 20. num. 2. lib. 4. & cons. 483. num. 5.* qui licet loquatur in institutione rei particularis, descripta inter alia legata, idem iudicari debet de particulari institutione, posita inter alias particulares institutiones: quippe, si
12 de institutione particulari, dato hærede vniuersali idem iudicatur, quod de legato; saltim, vt ad onera non teneatur, vt post alios tradit *Guliel. de Bened. in repetit. cap. Raynutius, verbo eodem testamento, il primo ex num. 257.* nullum dicebatur esse discrimen faciendum inter institutionem, & legatum in præsenti casu, instituta Ducissa hærede vniuersali.

Tertiò, dicebatur fuisse magnum onus impositum Comiti iuniori, soluendi ducat. 175000. occasione feudorū; er-
13 go videbatur cessare contributio, vt in plus successorē in feudis teneri noluerit, *argum. l. 2. C. de iure immunit.* cum alijs per *Neuiz. consil. 66. num. 24. & 52. Crauett. consil. 111. num. 10.* qui
14 *ex d. l.* inferunt ad plures casus similes, *Surd. consil. 234. vol. 2. num. 18.* qui *num. 28.* dicit, hoc fortiùs procedere,
15 quoad feuda; cū vassalli obligati ad seruiendum Domino, non debeant duplici onere grauari, *l. Nauis 6. ff. ad l. Rhodiam de iact. l. ex facto 43. §. Iulianus ff. de vulg. & pupill.* præsertim, quia id ex qualitate portionis, & ex grauamine correspectiuè iniuncto, & magnitudine oneris, suaderi debebat:
16 onera enim non sunt multiplicanda ad tradita per *Bart. in l. interdum §. quoties, ff. de public.* cum alijs *per Riminald. consil. 241. in fin. consil. 602. num. 112.*

Ad quæ, & alia motiua, cum fuisset pro parte D. Florentiæ Ducissæ, responsum: & quo ad primū debere sufficere Comitem iuniorem fuisse institutum hæredem vniuersalem in feudis, vt sit locus regulæ de contributione onerum inter hæredes; cum non sit rece-
17 dendum à proprietate sermonis ex præsumpta, vel coniecturata mente; sed solùm ex manifesta ex *Socin. in l. in ambiguo, num. 9. ff. de reb. dub.* & quia
18 institutus in rebus certis, dato cohęrede vniuersali, eo tantùm casu habetur loco legatarij, si res, in quibus ille fuit institutus, sunt omninò res particulares, vt fundus, domus; secus verò

S si

si sint res, quæ non contineant solùm
vniuersitatem facti, sed iuris; cuiusmo-
19 di controuertitur, esse feuda, alijs di-
centibus esse vniuersitatem iuris; alijs
verò vniuersitatem facti; de quo latè
*Isern. in cap. 1. post num. 4. versic. tradi-
tionibus, in versic. Item si esset verum*;
vbi *Liparul.* plenè, *tit. quid sit Inue-
stitura*: & vtrumque fieri posse in ab-
stracto, vel in concreto, probat *Camer.
in l. Imperial. cart.* 38. & latè *Knich. de
vestitur. paction. part. 3. cap. 5. num.* 44.
20 & etiam si res particulares sint eius-
dem generis; secus verò, si sint diuersi
generis, vt sūt feudalia distincta à bur-
gensaticis, quia eo casu non habetur
loco legatarij. & ad *Menoch. de præ-
sumpt. cap. 20. num. 2. lib. 4. & cons.* 483.
21 *num.* 5. dicebatur loqui in eo, qui erat
honoratus inter legatarios absq; no-
mine hæredis: secus verò in eo, qui
erat hæres institutus, & in re, quæ sui
natura importabat aliquam vniuersa-
litatem;

Et ad coniecturam, quæ colligebatur ex
qualitate grauaminis, specialiter in-
iuncti hęredi in feudalibus; vt ex hoc
22 colligeretur, à cæteris voluisse testa-
torem ipsum eximere, ne censeretur
duplici onere grauatus: dicebatur pri-
mò, colligi responsionem ex *Ias. in l.
licet Imperator, ff. de legat.* 1. vbi in ea
quæstione, vtrum legata ab instituto
relicta, censerentur repetita à substi-
tuto, à quo alia legata specialiter reli-
cta erant, resoluunt *DD.* censeri repe-
tita, quoties erant disposita in benefi-
cium aliarum personarum, nō earum,
quibus specialiter à substituto relictū
est: vnde arguebatur, non sufficere
ad eximēdum ab alijs oneribus, quòd
in certo onere fuerit successor in feu-
do specialiter grauatus; quippe, quia
grauamen illud esset in beneficium al-
23 terius, & sic resolui dicta per *Dom. de
Franch. decis.* 87. *num.* 5. non deberi,
quem duplici onere grauari, vt pro-
cederent respectu vnius, eiusdemque
personæ, non diuersarum; & dum te-
stator iusserat, deficientibus effectibus
hæreditarijs, persolui legata ex effecti-
bus Montis; sequebatur quod dum
superterant bona hæreditaria, inclusis
nempe feudalibus, quæ hæreditaria
24 bona esse constat, vt infra, nō erat re-
currendum ad Montem; vnde sequi-
tur onus ducat. 175000. nō esse intel-
ligendum taxatiuè; vt ad illud onus
dumtaxat teneretur hæres in feudali-
bus, & non vltrà: quia si hoc verum
esset, non dixisset testator, non esse
recurrendum ad Montem; nisi in sub-
sidium, deficientibus omnibus bonis
25 hæreditarijs, sub quibus feuda hære-
ditaria comprehendi, negari non po-
test *ad Gloss. in l. item videndum §. nunc
videamus in Gloss. siue iura, cum l. seq. ff.
de petit. hæredit.* & post *Isern. in cap. 1.
versic. traditionibus*, ibi *& quia feuda
veniunt in petit. hæreditatis, Quid sit
inuestit. & in cap. 1. An agnatus col. 1.
num. 1. in fin.* vbi *Lipar. in verbo, non
tantum lit. X. citat. concord. Dom. Con-
sil. Georg. alleg.* 18. vbi *num.* 25. fate-
tur, feudum esse commistum cum hæ-
reditate, quando est institutus voca-
tus à lege inuestituræ, latè *Schra-
der. de feudis, tom. 1. part. 7. cap. 2.
num.* 64. & quod feuda, bonorum ap-
pellatione non veniant, restringitur
non procedere, vbi fit mentio de bo-
nis cum adiectione, siuè qualitate, vel
26 in materia, quæ feudis congruat, vt
colligitur *ex Afflict. decis.* 26. cum alijs
latissimè per *Schrader. de feudis tom. 1,
part. 7. cap. 2. num.* 59. 65. *vsque ad fin.*
vt dicitur hic, *effecti hæreditarij*, &
quod intellexerit testator etiam de
feudalibus, dicebatur declarari ex
verbis codicilli, ibi, *consiste mi renta*,
vbi vtrumque patrimonium castren-
se, & paganicum simul misceri, & vel
27 vnico, & ex vno, eodemque, reditus
simul iunctim computauit; & in testa-
mento *cart. 6. versic. di piu dechiaro, ad
text. in l. quod in rerum 24. §. si quis post
ff. de legat. 1. l. Caius 88. §. Titius ff. de
legat. 2.* & in terminis *Isern. in cap. 1.
num. 2. De Capit. qui cur. vendidit, &
in cap. 1. versic. traditionibus col. 2.* ibi
maxi-

maximè quia fundi, *Quid sit inuestit.* & latè per *Alex. consil. 169. lib. 5.* cum ali s, quæ notaui *in Controuersia* pro Principe Rossani super Dohana, & in decis. in causa Excellentiss. Comitis Montis Regij, in concessione redditi-tuum Actuariæ Dohanæ Foggiæ. Et
28 ad id, quod censeri debeat hæres in minus grauatus, dicebatur procedere in re propria hæredis, non testatoris; sic intelligentes *text. in l. vnum ex familia 69. §. si rem, ff. de legat. 1.* vel procedere respectu legatarij; non autem in præiudicium alterius hæredis; præsertim plus, aut saltim æquè dilecti; vt exinde magis censeretur grauatus, quàm ex iuris dispositione alioquin grauaretur: & de dilectione Dominæ Florentiæ neptis, ex multis id colligi suadebatur; sicuti etiam negabatur in facto, taliter magnum esse grauamen feudis iniunctum, quod ab-
29 sorberentur integri fructus, iuxta tradita per *Loffred. consil. 46. Dom. de Franch. decis. 1.* & allata *per doctiss. & verè insignem D. Consiliar. Theodorum allegat. 79. num. 6.* & quatenus magnum esset grauamen; non esse id attendendum in institutione feudi, in personam transuersalis, sed tantùm
30 in descendentibus, quibus debetur legitima, scilicet, vt totum feudum sit
31 legitima primogeniti, vel ad instar legitimæ, aut vt computetur feudum in arbitranda legitima, ad disputata per *Camerar. in §. præterea Ducatus l. Imperialē cart. 99. col. 3. & cart. 102. col. 2. & Consiliar. de Anna consil. 6. num. 12.* nec negat *Dom. de Franchis dicta decis. 1. num. 39. & decis. 368.* ad tradita etiam *per D. Rouitum in pragmat. 4. de feudis num. 63.*

Et tametsi pro D. Comite iuniori, alia, & verè maximæ considerationis, coniecturā ad excludendam contributionem, fuisset allata, nempe Comitem seniorem erexisse maioratum anntiorum ducat. decem mille, inclusis, ducat. duobus mille ex remanentibus fructibus feudorum ipsi Comiti iuniori relictorum, quod si Comes consequuturus erat ducat. bismille ex fructibus feudorum, deductis oneribus, quos impossibile fuisset consequi, admissa contributione, & non valente eos exigere, erant supplendi ex fructibus Montis, disponente testatore, vt quod deficeret, ex fructibus Mōtis suppleretur; inde sequebatur, non teneri successorem in feudo ad aliam contributionem, ex regula, quod quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, ex regula *l. vendicantem, ff. de euict.*

Cui motiuo, cū conarentur multifariàm respondere aduocati Ducissæ; & præsertim pro declaratione verborum. *E perche la mia intentione è*, dispositionem principalem fuisse, quod successor in maioratu haberet annuos ducatos decem mille reditus; & in hoc versari intentionem testatoris, verbis dispositiuis expressam, incluso in hoc reditu, quod superesset ex fructibus feudorum, quod, cum incertum futurum esset, si verè superfuissent, glossari propterea debebat dispositio, *si quid forte supererit*; reliqua autem ratiocinatio, pertinebat ad modū, quomodo hæc dispositio effectum sortiri potuisset: quippe, quia contributio
32 inter hæredes non fit pro rata introituum; sed pretij, & valoris feudorum, vt dicunt post *D. Capye.* omnes DD. qui de hoc agunt, & licet ex aduerso diceretur, testatorē disposuisse de fructibus, taxando quantitatem, ita vt deficiente valore, deficerēt etiam fructus: attamen replicabatur, testatorem computasse fructus, vt potiùs indicaret modum, quomodo posset successor in maioratu consequi annuos ducatos decem mille, quàm, vt verba importarent dispositionem necessariam, vt successor omninò haberet annuos ducat. bismille ex fructibus feudi: dispositio etenim principalis fuit, vt annui ducati decem mille supplerentur ex iuribus, & effectibus recuperandis ab Excellentiss. Comite

Lemensium, deducta parte, quam ex fructibus feudorum percipere potuisset; scilicet si quam ex eis percipere licuisset; non enim potuisset prudens testator certam summam designare, quam omninò, ex fructibus feudi, successor in maioratu esset percepturus, dum feudorum introitus benè nouisset augeri, & diminui ex temporum
33 varietate, & proinde generaliter liquidatio est necessaria in fructibus, de qua *per Bald. in l. si fundum, C. de rei vendic. & in l. 1. C. de fruct. & litium expens. num.* 24. & propterea, quod principaliter dispofuit, dicebatur attendendum, vt annui nempe ducat. decem mille, supplerentur ex effectibus Lemensibus: in reliquo verò respexit modum practicandi, quatenus scilicet, & fortè id ex posteriori euentu effectum sortiri potuisset: tantò magis, cum nec potuisset testator ex fructibus feudi constituere fideicommis-
34 sum, & perpetuum maioratum; licet ad tempus etiam post mortem id licuisse non negaretur; non tamen constituendo ius in re distinctum, & separatum in præiudicium successorum, prout hic distinctum cõstitutum fuisset: *ad Camer. in l. imperialem cart.* 20. *col.* 1. & alios congestos *per Consiliar. de Anna consil.* 39. *num.* 12. *& consil.* 46. *num.* 11. *&* 18. *& D. Rouitum in casu laudi delli Grimaldi in Pragmat.* 4. *de feudis num.* 49. 72. 107. *&* 108. & optimè *num.* 126. & hac via non potuisset euitari contributio; non quia inficiari posset, testatorem potuisse circa contributionem onerum ad libitum, etiam ex tacita dispositione iure probata, disponere; sed quia nõ potuisset perpetuum maioratum erigere ex fructibus feudorum; quippè quæ velut dispositio nulla, & contra leges nullum exinde potuisset effectum producere.

Vnde post longam controuersiam, visum fuit Iudicibus specialiter deputatis, qui fuerunt Dominus tunc Consiliar. nunc Regẽs Rouitus, D. Gregorius de Angulo, qui fato Siciliæ concessit, dum ibi Consultorem Proregis ageret, vltimo Augusti anni 1634. & Consiliar. tum Præses Regiæ Cameræ Dydacus Bernardus Zufia doctrina, integritate, & moribus vndequaq; insignis, nunc iam meritissimus Regiæ Cancellariæ Regens, & ego Galeota,
35 decernere his verbis: die Iouis 30. Iulij 1626. Declaratum est, Spectabilem Simeonem Vaaz hodiernum Comitem Molæ, vti hæredẽ vniuersalem in feudalibus quondam Comitis Michaelis ex dispositione facta in eius testamẽto, ac Illust. D. Florentiam Vaaz, Ducissam Belrisguardi, vti hæredem vniuersalem in burgensaticis, & particularem in feudis Belrisguardi, & Portulanię Ciuitatis Auersæ, teneri ad cõtribuendum in solutione omnium onerum hæreditariorum, ac etiam legatorum dicti quondam Comitis Michaelis; pro rata tamen bonorum hæreditariorum, præter particularia onera, & legata vnicuiq; ipsorum per eundem testatorem iniuncta, & per vnumquemq; eorum soluenda. Actorũ magister Borrellus, nunc Franciscus de Martino.

Sed illud remanet in hac materia contributionis adnotare, quid si sit facta vẽditio annuorum introituum super feudo cum assensu; & in defectum super alijs bonis, cum promissione solutionis facta per venditorem, cum pacto de retrouendendo: vtrum onus redimendi, & soluendi tertias, vsque ad redemptionem sortis, cedat in totum in
36 damnum primogeniti succedentis in feudo, vel sit etiam hoc casu facienda contributio per hæredem in allodio pro rata bonorum, vt supra. Decisio pendet ab illo articulo; si emptor istorum introituum efficiatur verè Dominus, nec ne; in quo quamuis *Dom. de Franch. decis.* 76. *num.* 4. generaliter cõ-
37 cludat, dominum cum pacto de retrouendendo, & sic reuocabiliter, esse verè dominum, eiq; competere omnes prærogatiuas, veris dominis cõpetentes,

tes? tamen *in decisione* 159. refert decisum in anno 1576. in causa Herculis Mormilis, quod adhuc in dicto casu sit facienda contributio; quia
38 verè per has venditiones non transfertur dominiũ; sed potius sint habendæ, vt pignorationes : & quod licet emptor efficiatur dominus, id procedit
39 quoad venditorem; non autem inter plures hęredes venditoris inter se; & hoc authoritate *Doctor. Galli*, Verùm contrarium esse verius, fundat *Dominus meus Præses de Curte in prima parte tractat. feud. cap.* 9. *num.* 18. cum quo videtur perfunctoriè conuenire *Consiliar. de Anna consil.* 75. *num.* 79. Verùm pro opinione *Domini de Frãch.* fortiter vrgent tradita *per D. Regentem Montaltũ inter decisiones Francisci Milanensis, Siculi, decis.* 7. *num.* 42. *&* 46.
40 *lib.* 2. vbi licèt distinguat inter venditionem annuorum introituum, iam per prius in esse deductorũ, vtputa, si vendo annuos introitus, quos prius emeram à Titio, & erant iam formati, vt tunc dicatur vera venditio annuorum introituum; ita vt transferatur dominium; secus verò in venditione annuorum introituum super bonis proprijs, quæ non dicitur vera alienatio, sed potius quædam suppositio, quam Siculi vocant ad formam Bullæ, census subiugatorij; verùm opinionem *D. de Franch. in dicta decis.* 159. videtur indistinctè firmare *Guttierez. pract. qq. ciuilium lib.* 2. *cap.* 146. *num.* 4. & videnda est decisio Rotæ Marchiæ, *Gratiani* 20. & reperi additionem *Domini mei Soceri Camilli de Medicis ad Dominum Capycium decis.* 198. his verbis,
41 *Adde quid si pater emit feudum, habita fide de pretio, an omnes filij præter primogenitum teneantur contribuere*, allegat quendam *Gallum tit.* 1. §. 11. *num.* 11.
42 *& num.* 12. *quod si specialiter certus reditus sit constitutus in feudo in perpetuũ, quod similiter omnes filij pro portione hereditaria teneantur contribuere: quia attenditur personalis obligatio defuncti:* hac ille, vbi etiam citat *L. si fred. in* §. 1.

Imperator Lotharius.

Et pro confirmatione opinionis *D. de Franch.* ponderari potest, quod isti
43 annui introitus existimãtur cohęrere illi loco, vbi ipsorum debitor conueniri potest, scilicet vbi est promissa solutio, *Minad. in specie consil.* 12. *post num.* 14 *D. de Frãch. decis.* 93. & sic non attenditur locus rei, vel census, super quo est facta venditio, sed obligatio personalis; quorum opinionem, licet impugnet *Consiliar. de Anna consil.* 45. *num.* 79. vbi conatur respondere *ad*
44 *decis. D. de Franch.* quod procedat in nominibus debitorum; non autem in annuis introitibus; verè tñ nulla congrua ratio differentiæ assignari potest inter nomina, & annuos introitus, & indistinctè loquitur additio *D. Anton. de Alexãdro in Consuet. si aliquis moriens in addit. incip. Nota quod potest accidere, fol.* 163. & aliqua remissiuè, *Salernus in addit. ad proœmium Consuetudinum fol.* 43. *littera D. Franch. in addit. ad Consuetud. Si moriatur fol.* 102. *littera A.* vt non immeritò sicut hodie feu-
45 dum cõsistere potest in annuis introitibus, quippè qui pro immobilibus iudicantur; redemptione non intercedente *Marsil. ad Petr. de Gregor. de concess. feudi part.* 2. *num.* 6. *litera A.* ita etiam in pecunia domino mutuo da-
46 ta, vt donec eam reddat, feudali nexu sit implicata; quamuis feudum in re
47 mobili, & sic in pecunia, quæ res mobilis est, consistere nequeat, quia pecunia mutuò data, interdum perdit nomen rei mobilis, *Ferrar. in Consuet. Burdeg. l.* 2. *tit.* 5. §. 3. *in principio* latè *Andr. Knichen de vestit. paction. part.* 3. *cap.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Rex solus in Regno infeudat, & feuda erigit, & tanquam paterfamilias, eius destinatione omnia fiunt in feudis, & potest illorum naturam vertere nu.* 2. *nouam formare inuestituram de consensu inuestiti, & alterare formam in assensu, num.* 3.

4 *Assensus habet vim inuestituræ.*

5 *Feudi natura est potens, & efficax, siue ex lege, & consuetudine regionis, aut insita ex pacto, & conuentione adiecta in generatione ipsius, & vtroque modo ex lege loci, & pacto, siue tenore inuestituræ consideratur, & plures effectus producit.*

6 *Forma dicitur lex feudi, & tenor inuestituræ, siue pactum feudi, & norma feudi.*

7 *Prima inuestitura est basis, radix, & fundamentum reliquorum, ad quam semper est recurrendum.*

8 *Ab antiqua, & primordiali inuestitura feudi non est recedendum, nisi posterioribus sit expressè, & specificè derogatum.*

9 *Inuestitura prima attenditur, quia radix, & fundamentum, nec curatur, quo tramite feudum descendat: sed quod sit principium.*

10 *Alteratio, uel mutatio formæ inuestituræ non præsumitur, nec inducitur, nisi ab allegante manifestè probetur.*

11 *Fœminæ ex Regni constitutione in defectum masculorum fuerunt habilitatæ ad succedendum in feudis.*

12 *Feudi in mutanda natura, & forma, duo copulatiuè requiruntur .s. voluntas legitima feudatarij, & Regis assentientis, qui id apertè, expressè, & ex certa scientia faciat.*

13 *Substitutio directa non inducitur coniecturis, & præsumptionibus: sed expressis verbis facienda est, & non nisi nominatim inducitur.*

14 *Asserens factam esse substitutionem, debet illam præcisè probare, cum sufficiat dicere, eam non inueniri in testamento, quod ampliatur num. 15. etiam si ratio agnationis conseruandæ fuerit à testatore considerata, quę non debet attendi, nisi in casibus expressis.*

16 *Agnationis fauore non sunt addendæ, neq; multiplicandæ substitutiones, vltra dispositionem testatoris, et ampliatur num. 17.*

18 *Fideicommissaria substitutio, licet ex legitimis, & iure probatis coniecturis, & præsumptionibus inducatur; nullo modo tamen censetur inducta ex defectu potestatis contrahentium; cum directa tantùm substitutio fieri possit in contractibus, non etiam fideicommissaria ex communi opinione.*

19 Peregr. opinio *recensetur sibimet ipsi contrarij, & contra communem, saluatur tamen num. 20.*

21 *In contractibus merum factum attenditur, & omissum pro omisso habetur, & ideo fideicommissum in eis non inducitur ex coniecturis, & præsumptionibus.*

22 *In testamentis pleniùs defunctorum voluntatem lex interpretatur.*

23 Decian. doctrina *interpretatur, &* Casanatæ *declaratur.*

24 Osaschi decis. 85. *loquitur de directa substitutione, non de fideicommissaria, quòd possit fieri in contractu.*

25 *Verba* pro se, hæredibus, & successoribus *important in contractibus, & inre ex sui natura transitoria ad heredes, ex lege Regni, & ex forma inuestituræ, continere omnes heredes, nedum primos, sed vlteriores in infinitum.*

26 *Contrahentes videntur adhærere, & se conformare cum dispositione constitutionis, quæ est ius commune in Regno, & cum lege inuestituræ, quæ operantur vt successor in feudo sit hæres sanguinis, hæres feudi, & hæres hæreditatis.*

27 *Relatiuum,* quod, *sui natura restringit orationem.*

28 *Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus, et ad omnia contenta in relato est facienda relatio; declaratur tamen num. 29.*

30 *Relatio est facienda ad ea, quæ principaliter, & dispositiuè sunt acta, non autē accessoriè, & incidenter, & adducitur ratio, num. 31.*

32 *Referens, quando stare potest sine relato, tunc non dicitur propriè relatio, sed dispositio, siue confessio, & attenditur dispositio referens, non relata.*

33 *Consensus si est necessarius propter duo, ad vnum quem consensisse non sufficit.*

34 *Confessio non valet, nisi in expresso, tamen*

metsi fuerit generaliter, vel simpliciter petitum, et dominus specialiter concessit, siuè consensit, quia taxauit, & limitauit, quod concessit.

35 *In dubijs loquutionibus facienda est interpretatio contra loquentes.*

36 *Assensus satis est, quòd confirmet contractum, & alienationem, quæ erat sine eo inualida, et deperdebatur feudum, nisi alienans reuocasset.*

37 *Confirmans dare videtur.*

38 Confirmans *intellexisse videtur, prout ius intelligit.i.ciuili modo.*

39 *Rex omnino assentiri censetur iuxta regulas feudales, & Regni Constitutiones.*

40 *Regulæ prohibitiuæ quando duæ obstant, super vtraque necesse est Regem assentire, & procedet regula, concessis in uno, in alio debet requiri.*

41 *Dispensatum non censetur in eo, quod nõ est sequela præcedentis obligationis, quæ ex voluntate fit per aliummodum, qui contractui non inest, & redditur ratio, num. 42.*

43 *Rex dispensans aliquid contra naturam feudorum, non dicitur dispensare in alio, nisi nominatim petatur, et expressè pariter concedatur.*

44 *Sublato vno ex contrarijs, non tollitur aliud, nisi specialiter tollatur.*

45 *In feudis remanet semper propria natura in non expressè alteratis.*

46 *Interpretatio non est facienda, ex qua duo inducantur improprietates in derogationem naturæ feudorum.*

47 *Regis assentientis clara redditur dispositio, quòd voluerit in vno tantùm feudorum naturam immutare, & remanere, vt prius hæreditaria, dum statuit vt succederent masculi, eorumq; hæredes, & successores, subijcienda iuxta naturam priuilegiorum, & scripturarum concessionarij, ex regula simplicis relationis.*

48 *Clausula posita in Regio assensu*, natura feudi in aliquo non mutata; *operatur, quod Rex noluerit, nisi in expresso tantùm, mutare naturam feudi.*

49 *Ablatiui absoluti uis, & natura est, quæ ex eo oriatur conditio.*

50 *Conditio, quæ oritur ex ablatiuo absoluto, non suspendit assensum, quia non in futurum, sed in præsens confertur, & sic illa adiectio non facit assensum cõditionalem, sed nullũ, et perinde est, ac si præstitus non esset.*

51 *Modus, & conditio in egressu æquiparantur.*

52 *Verba illa contenta in clausula*, natura feudi in aliquo non mutata, *scilicet*, in aliquo, *operantur, ac si dictũ fuerit*, non aliter, nec alio modo.

53 *Clausula*, feudi natura in aliquo non mutata, *intelligi debet præterquam in expressis, & quomodo id procedat, num.* 54. 55. & 56.

57 *Clausula*, & omnibus, & singulis in prædicto instrumento specificatis, declaratis, & intellectis, & subintellectis, & alia, & hic sufficiẽter ꝓ inserto habere volumus, *non operãtur confirmationem per assensum eorum, quæ tacitè, & per subauditum intellectum ex instrumento resultant, vt est fideicommissum in feudis.*

58 *Assensus tacitus in Regno non sufficit, obstante regula Constitutionis in illis verbis*, nisi de speciali nostra licentia confirmentur.

59 *Clausula* non obstante &c. *non sanat plures defectus si extant; sed necesse est, quod vnicuique derogetur.*

60 *Regis voluntas deficit, dum dicit se assentire, etiam in subintellectis, quia dicta verba, tanquam generalia, nullum effectum operari possunt in specialiter prouisis, & expressè in contrarium dispositis, quod declaratur num.* 61.

62 *Clausula generalis apposita, & adiecta post enumerationem specierum, non porrigitur ad maiora, & diuersa.*

63 *Clausula* iuribus Curiæ nostræ, & alterius successione filiorum exclusa semper saluis, & omninò reseruatis, *quid operatur.*

64 *Exceptio firmat regulam in contrarium in casibus non exceptis.*

65 Si q

65 *Statutum prabens exequutionem iuxtà tenorem instrumenti, non habet locum in his, qua tacitè, & virtualiter resultant ex instrumento.*

66 *Clausula*, & omnibus, & singulis, *etiam si de per se staret, & nō esset restricta, & limitata, nihil operatur, nisi quando in præfatione supplicationis adest expressa, & specifica petitio paris, qui id nominatim à Principe petat.*

67 *Assensus est gratia, & ideo debent in eo exprimi qualitates, quæ inducere possunt, uel retrahere Principem à concedendo, uel ad eam faciendam difficiliorem.*

68 *Qualitas omissa in rescripto, si est talis, quæ de iure exprimi debet, tunc etiam si Princeps concessisset, eius taciturnitas vitiat rescriptum.*

69 *Rex de stylo Cancellaria non solet concedere ea, quæ feudi naturam mutant, vel alterant.*

ARGVMENTVM.

De feudo hæreditario, & quæ sit eius natura, & an Rex concedendo nouum assensum absque speciali expressione, videatur propriam feudi naturam, eiusque formam immutare, vel alterare, & quid ad id inducendum concurrere debeat, & de fideicommissaria substitutione facta in contractibus, an, & quando valeat, & de relatione facta ad priuilegium, vel scripturam, quando sit in referente, & ad quæ sit facienda relatio, quando referens potest stare de per se sine relato, & de materia concessionis assensus, ad quæ extendatur, & quomodo Rex præstare dicatur in sui præiudicium, de qua clausula posita in assensu, *natura feudi in aliquo non mutata*, quomodo sit interpretanda, & de alijs clausulis similibus, latissimè differitur, & abundè discutitur.

Pro Dño Principe Collis contra Dñm Ducem Vallis Regiæ.

CONTROVERSIA XXIII.

1 QVamuis Rex noster, qui solus in Regno infeudat, & feuda erigit, *Isern. in c. 1. § ille tamen, col. 2. num.* 10. *vers in terra baronis, de cōtrou. feud. apud pares termin & in c. 1. §. preterea, num. 7. vers. sed an. in Regno, de cap. Corrad. Ann. in rubr. de vassal. decrep. ætat. num.* 247. *D. de Curt. in 1. p. tract. feud. c. 6. §.*
2 *datur etiā, num.* 19. & velut paterfamilias in feudis, cuius destinatione omnia fiunt, possit illorum naturam vertere, prout vult *Isern. in c. 1. §. hoc quoque de success. feud.* arg. *l. quod in rerum. §. 1. & l. plane, in fi. e ff. de leg.* 1. nedum formando nouam inuestituram de consensu inuestiti in feudo hæreditario vt per *Bald. Prapos. Aluar. Alber. Brun. & alios apud Lanar. cons.* 15. *num.* 4. *Loffred. cons.* 3. *num.* 4. sed etiam alterando formam in assensu, quem, & ipsū habere vim inuestituræ, probat *Afflict. in l. impir. § preterea il 1. num. 11. de prohib. feud. alien. & decis.* 248. *Lanar. cons.* 8. *nu.* 15. *& cons.* 15. *nu.* 3.

Attamen adeò potens est, & efficax
3 natura feudi, quæ, vel ex lege, & consuetudine regionis, aut insita est ex pacto, & conuentione adiecta in principio generationis ipsius, quā, scilicet vtroq; modo ex lege loci, & pacto, siuè tenore inuestituræ considerari, & consistere naturam feudi, de prima tradit *Isern. in cap. 1. §. huius autem generis, quib. mod. feud. amitt. Afft. dec.* 226 de secunda verò tradit idem *Isern. in cap. 1. §. profectò, de lege Corradi*; quæ idem est, quod forma, lex feudi, & tenor, siuè lex inuestituræ, vt explicat *Cannet. in extrauag. volentes, §. at non erit inutile, nu.* 97. siuè pactum feudi,

lex

lex feudi, & norma feudi; vt de vtraq; feudi, natura innata, & insita differit *Dominus de Curte in dicta prima parte cap. 12. §. tenor ergo, nu n.57. & 64.*
7 vt prima inuestitura sit basis, radix, & fundamentum reliquorum, *Bald. in l. 1. num. 31. C. quando non petent. part.* ad quam semper sit recurrendu n., eique inhærendum *cap. 1. de duob. fratrib. à capit. inuestit. & in cap. 1. de eo qui sibi, & hæred. suis*, vbi docet, ab
8 antiqua, & primordiali inuestitura non esse recedendum; nisi posterioribus sit expresse, & specificè derogatū; adeò quòd de communi consensu aliter sit
9 facta inuestitura; quia prima radix, & fundamenrum attenditur, nec curatur, quo tramite feudum descendat, sed quid sit principium. *Ias. Dec. Curt. iun. Socin. iun. & alij apud Roland. consil. 67. num. 6. & 7. in princip., Camer. in l. Imperialem, cart. 66. litt. C. Frecc. de subfeud. quæst. 12. num. 15. Alexand. Dec. Curt. Tiraquell. Aldobrand. Cravett. Surd. Menoch. Thesaur. Petr. de Gregor. & alij congesti per Reg. de Ponte tract. de potest. Proregis, tit. de diuers. prouis. fieri solitis, §. de reform. inuestit. incip. sæpè sæpius, num. 6.* vbi in fine ex Prec. testatur sæpè Dom. Regentes de Collaterali prouidere, quod inuestituræ, & assensus reducanrur ad tenorem, & formam primæ inuestituræ *num. 8. cart. mihi 517.*
10 Et ob id, mutatio, & alteratio formæ inuestituræ non præsumitur, nec inducitur; nisi ab allegante manifestè probetur *Schrader. part. 5. de feud. cap. 2. num. 31. 34. 35. & seq. cum infin. per Rosenthal. tom. 1. cap. 6. conclus. 69. num 7. 8. & seq.* Vnde, cum in præsenti casu constet, naturam peculiarem horum feudorum, tàm ex lege, & consuetudine Regni, quàm ex speciali pacto, & forma ipsis concessa, ab initio in ipsa inuestitura fuisse, non autem ex pacto, & etiam talia fuisse huiusmodi feu-
11 da erecta, vt ad illorum successionem fuerint fœminæ habilitatæ in defectu masculorum, iuxtà Regni constitutionem: videndum est modò, vtrum ex aduerso plenè, & sufficiēter probetur, vt sicut constat, fuisse in vno priorem naturam alteratam ex conuentione inita inter feudorū possessores cum assensu Regis Catholici, vt scilicet, ad masculos tātùm, illorum successio deferatur, exclusis fœminis, ita quoque in alrero, quod cōstat, esse æquè principale, immo sine dubio maius, & principalius, cuiusmodi est mutatio naturæ, de feudo hæreditario, in feudum ex pacto, censeatur tacitè facta tam magna alreratio, & muratio per subauditos, & taciros intellectus.
12 Et quidem, cum duo copulatiuè requirantur in mutatione formæ, & naturæ feudi, scilicet voluntas legitima feudatarij, & Regis assentientis, qui id apertè, expresse, & ex certa scientia faciat *Bald. in cap. 1. §. si vero ante num. 1. 2. & 4. de feudo guardia*, latè *Rosenthal. lib. 1. cap. 2. quæst. 73. & dicto cap. 6. num. 16. 20. & 37, vbi in additione* infinitos congerit.
Omissa disputatione, an partes id egerint, vel voluerint in contractu celebrato inter Comirem Michaelem, & Thomam filium, in quo certū est, nullam substitutionem directam legi, quæ
13 constat non induci cōiecturis, & præsumptionibus, sed expressis verbis esse faciendam, & non nisi nominarim induci, *Castr in l. penult. num. 3. C. de impuber. Socin. in l. is qui ducenta, §. item si pater, in princip. ff. de reb. dub.* latè *Honded. de cōmun. consil. 51. num. 65. 66. & 87. lib. 2.* adeo vt qui conten-
14 dit esse factam substitutionem, debeat illam præcisè probare, cum sufficiat dicere, non iaueniri in testamēto scriptam, *Menoch. consil. 522. num. 2 in fine;*
15 quod procedit, etiam si ratio agnationis cōseruandæ, fuerit à testatore considerata, quæ non debet attendi, nisi
16 in casibus expressis, quasi illius fauore non sint addendæ, neque multiplicandæ substitutiones, vltra dispositionem testatoris, *Cardin. Mantic. de coniectur. lib. 6. tit. 15. num. 6. Simon de Petr.*

Petr.consil.90.num.16.Socin.consil.155. num.10.vers.nec quicquam l.2.Hondcd. consil.78.num.49.lib.1.& latissimè Stephan. Gratian. tom.2. disceptat.forens. cap.275.num.8.9.11.vbi num.18. post
17 Menoch. ampliat, non sufficere coniecturas ad inducendam directam substitutionem; quamuis alioquin testamentum corrueret.

18 Fideicõmissaria autem substitutio, quam non negamus ex legitimis,& iure probatis coniecturis,& præsumptionibus induci, l.Titius,§.Lutius,ff.de liber.& posthum. cum concord.per Molin. de primogen. lib.1. cap.4. num.4. nullo modo potest censeri inducta, tum ex defectu potestatis cõtrahentium,cum, vt in prioribus scriptis latè fundauimus, directa tãtùm substitutio fieri potest in contractibus l.vt hæredibus ff.de legat.2. non etiam fideicommissaria, vt latè probat Menoch. consil.325.& num.7 in 4. & latissimè,re plena manu discussa,defendit idem Menoch. consil.769. per totum lib.8. cuius opinionem,ex nostris probat Consiliarius de Anna consil. 39. num.64. & nunc addo hanc opinionem,vt verissimam ex iuris principijs, cõmunem, immo indubitatam profiteri Hippol. Rimin. consil. 566. num.4. & seq. lib.5. & Peregrin. de fideicom. artic. 1. num. 12. & 15. & post Cuman. Castrens. Alexand. Socin.Iason. Raymund. Dec. Paris. Alciat. & alios eandem opinionem probant.

19 Et licet idem Peregr.art.51.num.2. vers.& licet, vt dixi, videatur sibimet, & communi aduersari, dum ait, quod licet in cõtractibus, propriè fideicommissum constitui non possit, quia materia est indifferens, & separata l. verba contraxerunt, ff.de verb.signif. attamen ad similitudinem fideicõmissorũ in contractibus subordinari posse gradus, & successiones de vno in alterum, quẽ sequitur Casanat.consil.52.num.8.
20 nihilominus, ptout idem Peregr. supponit,etiã si hoc admitteremus,quod apertè est contra cõmunem opinionẽ à Menoch. & Anz. tum. defensam, procedere potest,cum apertè, & expressis verbis subordinantur gradus de vno, in alterum,ad similitudinem fideicommissariæ; non autem, vt fideicommis-
21 sum in contractibus,in quibus merum factum attenditur, & omissum habetur pro omisso, inducatur ex coniecturis,& præsumptionibus,prout in
22 testamentis,in quibus pleniùs defunctorum voluntatem lex interpretatur, & ita clarissimè supponunt Sfort. Odd. consil. 39. num. 13. Decian. consil. 31. num. 61. 62. cum seq. lib.1. quos idem Peregr. affert dicto artic.51.num.2.in princip. qui tamen Decian. fundat se potissimũ in Consuet. Regnor. Hispaniæ,vbi id frequenter admittitur in maioratibus; cui etiam innititur Casanat. dicto consil. 52. num. 8. & Osasch.
24 per eum citatus decis. 85. num.6. loquitur de directa substitutione,nõ autem de fideicommissaria, quòd possit fieri in contractu,iuxtà dicta l. vt hæredibus, de quo latè apud Stephan. Gratian. disceptat. tom.2. cap.332. tum etiam ex defectu voluntatis eorumdem contrahentium,qui cum potuissent eorum intentionem declarare, quod succederent filij masculi, vt filij, nõ vt hæredes; & quod nedum intendebant alterare, & mutare feudum de fœmineo in masculinum;sed de hæreditario in feudum ex pacto;non solùm id facere omiserunt, & sic noluerunt, sed expressè stipulati fuerunt contrahentes,& prouiderunt sibi,& eorum hęredibus, & successoribus in principio,& in fine contractus; vbi Thomas quoque recipiens,declarat se interuenire pro se, & eius hæredibus, & suc-
25 cessoribus; quæ verba clarissimè important maximè in contractibus, & in re ex sui natura ad hæredes transitoria ex lege Regni,& forma inuestiturę, contineri omnes hæredes, nedum primos,sed vlteriores in infinitum, l.si tibi §.pactus ff.de pact.l.si pactum, ff. de probat.l.veteres,C. de contrahend. stipul.
26 ex hoc enim manifestè apparet,contrahentes voluisse in hoc adhærere, & se conformare cum dispositione con-

stitutionis,

stitutionis, quæ est ius cõmune in Regno, & cũ lege, ex tenore inuestituræ, quæ operatur, vt successor in feudo, sit hæres sanguinis, hæres feudi, & hæres hæreditatis, vt latissimè probat *Frecc. lib. 3. §. 16.* per totum, præsertim *col. 3. in princ. vers. lex prouidet*, Sed, etsi voluissent contrahentes, tacitè tamen, & per côiecturas, fideicommissum inducere, & potuissent, nedum aduersatius, cuius est onus, probare vnquam poterit, Regem voluisse huic mutationi assentiri; sed in promptu probatur, Regẽ expressè noluisse.

Fũdat enim nimis curiosè, omnibus *DD.* relatis, quod non obstante dicta clausula, fideicõmissum non censeatur ampliatum, & familiæ cõseruationem, & contẽplationem non respicere omnẽ casum, sed tantummodò illum casum, quando omnes filij instituti decessissent sine filijs, vt per eum *num.4. & 5.* vbi addit, quod si testator voluit conseruare familiã, eueniente casu expresso, non est facienda extẽsio de casu expresso ad non expressum, *& num.6.* distinguit, an substitutio sit simpliciter facta causa conseruãdæ agnationis, an verò, facta substitutione certis personis, aut certis casibus, postea adiecerit rationem conseruandæ agnationis, vt quicquid sit in primo casu, in secundo certum esse conseruationem agnationis restringi ad casus expressos, & ad personas nominatas, vt vltrà, seu extrà illas non egrediatur, *iuxtà Molinam supra citatum, Auendan. & Raudens. & num.7.* etiam si testator diuertisset ad plures gradus substitutionum, & in fine generaliter addiderit, tàm per viã rationis, quàm per viam continuationis, vel illationis, seu alicuius futuri

euentus, & in num. 8. addit non mirum esse si testator bona, quę voluit peruenire libera ad filios, & descendentes suæ lineæ voluisse subijcere fideicommisso, & oneri penès substitutos transuersales, cum maior sit affectio ad propriam lineam, quam ad alios de familia, & num. 11. optimè respondet ad dictionem *in perpetuum*, vt intelligatur in casu suo, quando bona peruenissent ad proximiorem agnatũ, quia tunc debuissent perpetuari in agnatis proximioribus, allegat multos, & præcipuè *Sfortiam Oddum latissimè consil. 66. & 67.* ex quibus latè per per *D. Rouitum* allegatis apparet, dictiones *in perpetuum, semper*, & similes, nullo modo ampliare fideicommissum, quicquid perperam non benè perpendendo, nec cumulando *DD.* li-
46 mitauerit *Gabriel, de fideicommissis cõclus. 11. num. 12. & 13.* vt tanto facilius hæc procedant, vbi nullo modo est cõtemplata familia, vt supra diximus. vnde in casu præsenti ex prædictis tam solidè fundatis, non sit opus recurrere ad illud, in dubio fideicõmissũ non extare, pronunciandum esse *Socin. Iunior. Roland. Alciat. & alij per Farinac. decis. 491. in fin.*

Quæ omnia potissimè procedunt in casu præsenti, vbi, vt pluries est dictum, nulla est considerata ratio, neque expressè, nec tacitè conseruandi bona in familia, vel agnatione, & amplius (quod rogo aduertatur) testator in ipsa substitutione expresse protestatus est, nolle substitutionem extendi extra limites, cancellos, & casus per ipsum specialiter prouisos, vt in S. *lascio, e voglio*, in fine, & propriè in illis verbis, *quale postumo, e Signor Pier Francesco, e Signor Carlo in detti casi respectiuè sustituisco, e chiamo vulgariter, &c.*

47 Idem enim importat dicta clausula, ac si dixisset, *singula singulis congruè referenda*, quę clausula importat relationem, & restrictionem, ad conditiones, & qualitates supra expressas, & modo quo supra substitutionem fecit, quasi iterum expresserit, quod deficiente cõditione, sub qua vocauerat Petrum Frãciscum, nollet substitutioni locum esse, vt in puncto ex *Crauett. Cephal. & alijs* probat *Borgn. dicta decis. 5. aliàs*
48 *81. num. 30. lib. 3.* hæc enim clausula idem importat, ac si omnes conditiones, & qualitates superiùs dispositæ, iterum nominatim specificatæ sint, *c. vt circa, vbi Gloss. de elect. in 6.* & est relatiua congrua congruis referendo, & partes distinguit, & separat, & vnicuique ius suum tribuit, *Doctor Marta de clausulis, cap. 360. Alexand. Barbosa in eod. tractatu, clausula 94.*

Vnde resoluto primo obiecto, superest, vt vno solo verbo resoluamus alterum, quod Carolus nepos fuerit purè vocatus, & consequenter non possunt applicari termini, vt ex defectu conditionis non purificatæ, sequentes substitutiones subordinatæ expirent. Siquidem licèt testator substituerit Petrum Franciscum, & Carolum, admisso tamen citra veri præiudicium (Carolum fuisse substitutum purè, non autem sub eadem conditione, sub qua fuit vocatus Petrus Franciscus) cuius contrariũ apertissimè ex contextu testamenti detegitur, tamen dum Carolus prædecessit ante Petrum Franciscum, perinde est, ac si Carolus nunquam fuisset substitutus, & sic in personam solius Petri Francisci per ipsius mortẽ sine filijs defecit cõditio respectu totius hæreditatis, & proinde oĩa superius considerata rectè procedunt quoad extinctionem fideicommissi, prout ab eminentissimis Senatoribus decernendum fore speratur.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio, non nato posthumo, habetur pro non scripta.*

2 *Substitutio, quæ fit in fauorem eius, qui tempore substitutionis nõ est in rerum natura, caducatur.*

3 *Textus* in l. si mater, §. si filius, ff. de vulg. & pupill. *ex nonnullorum DD.*

ſententia, declaratur.

4 Peregrini *opinio affertur, qui mutauit ſententiam in meliùs, re maiori deliberatione perpenſa, inſpectis regulis iuris cõmunis, & frequentibus ſcriptorum traditionibus.*

5 Paciani *doctrina recenſetur, qui tot etiã cumulat* DD. *qui communem faciunt cum* Oldrado, & Ancharano.

6 *Opinio eorum qui contra* Oldradum, & Ancharanum *tenuerũt ſaluari poteſt & quo modo, num.* 7. & 8.

9 *Heredes, cæterique ad fructuum hereditariorum distributionem vocati, re vera dici non poſſunt ſubſtituti, ſed potiùs certa quantitatis legatarij, cum non adeſt verbum,* ſubſtituo, *vel æquipollens.*

10 *Subſtitutiones plures factas fuiſſe, in dubio non præſumitur.*

11 *Voluntas teſtatoris voluiſſe legare, non autem ſubſtituere, ex teſtamenti exordio dignoſcitur.*

12 *Legata filijs inſtitutis, & extraneis ſubſtitutis, à ſubſtitutis, non autem à filijs debentur, & tanquam grauamen, à ſubſtituto perſoluendum, non cenſetur repetitum ab inſtituto; & num.* 13. & 14. *vbi affertur ratio.*

15 *Grauamen impoſitum ſubſtituto, non debetur ab inſtituto, quoties ſubſtituto locus non datur.*

16 *Legatum habet vim relicti vniuerſalis, quandoque, & importare poteſt ſubſtitutionem, quoties adeſt hæres in re particulari inſtitutus, ſecus verò quãdo relictum eſt factum per verba obliqua, tunc enim nunquam trahuntur ad ſubſtitutionem, vel inſtitutionem, quod pluribus declaratur.*

17 *Verbum* diſtribuo *eſt verbũ obliquum ſicut eſt verbum* dare, *& verbum* volo, *num.* 18. & 19.

20 *Verbum,* relinquo, *adiectum certæ quantitati, legatum quoque ſignificat, & nunquam trahitur ad inſtitutionem, vel ſubſtitutionem.*

21 *Caducato primo gradu, viuente inſtituto, ſecundus ſubſtitutus in alia re non ſubintrat in ipſius defectũ, & num.* 22.

23 *Primus vel ſecundus gradus, ſi ſit pro non ſcripto, ruit quoque vltimus gradus.*

24 *Subſtitutio differt à fideicommiſſo.*

25 *Subſtitutus non eget alterius miniſterio, quando ſubſtitutio ſit per verbum commune, ſecus verò quando ſit per modum oneris, & ideò quando ſit per modum oneris, non poteſt locum obtinere ſecundus gradus, ſi præcedẽs non adimpletur.*

26 *Dictio,* cum hoc, *efficit ſubſtitutionem conditionalem.*

27 *Fideicommiſſum, deficiente conditione, cenſetur extinctum.*

28 *Conditio ſicut eſt expreſſè appoſita in perſonam magis dilecti, ita pariter in perſonam minus dilecti repetita cenſetur, quod ex coniecturata, & veriſimili mente teſtatoris declaratur, num.* 29. & 30.

31 *Dictio* pariter *importat vniformem diſpoſitionem in omnibus.*

32 *Aduerſatiua,* tamen, *licèt inducat diuerſitatem inter vocationem vnius, & alterius, quandoque tamen non ſeparat, ſed magis exprimit.*

33 *Conditio adiecta, ita attendi debet, quod ſi in minimo deficiat, ceſſat ſubſtitutiò ſub eà conditione facta.*

34 *Paria ſunt, ſubſtitutionem non eſſe factam, vel ſub conditione, quæ non ſit formaliter verificata.*

35 *Conditione defecta, habetur ſubſtitutio pro non facta, & pro non ſcripta.*

36 *Subſtitutio ſubſequens, intelligitur quatenus priores conditiones purificẽtur, & data exiſtentia præcedentium conditionum, à quibus eũ illatiuè dependeat, neceſſariò expirat, quãdo prima deficit.*

37 *Conditionis defectu, deficit totius vinculi ſtructura, & ita corruunt, & pereunt quæcunque ſubſtitutiones ſub verbis relatiuis, vel illatiuis, vel ſub alia qualibet digreſſione ad plures gradus extenſa, quod ampliatur num.* 39.

38 *Dictio,* item, *eſt dictio illatiua, & dictio* vt ſupra, *eſt repetitiua.*

40 Oldradi

40 Oldradi *opinio eſt indubitata, & vera generaliter, & DD. illam ſequentes cumulatiſſimè refert* Pacianus conſil.23.num.45.47.& 53. cum ſeqq.

41 *Caducitas medij gradus, & conditionis defectus, facit deficere fideicōmiſſum quod ampliatur num.42. etiam ſi ex ἐbiectis appareat, ſubſtitutiones fuiſſe factas ob rationem agnationis conſeruande.*

43 *Subſtitutione facta,* ſi ſine filijs legitimis, & naturalibus quis deceſſerit, *etiam fœmina nata ex tali grauato faciunt deficere fideicommiſſum.*

44 *Conditionis affirmatiua, vel negatiue, eadem eſt vis, virtus, ratio, & ſubſtātia, ideoque ſicut in conditione negatiua,* ſi ſine filijs deceſſerit, *iuxtà* conſilium Oldradi 21. *relictis filijs ex defectu conditionis in perſona ſubſtituti, cetera omnes ſubſtitutiones expirant, ita pariter in conditione affirtiua, ſcilicet,* ſi liberos habuerit, *defecta conditione negatiua, liberis non relictis, pariter ſubſtitutiones expirant.*

45 *Prohibitio alienandi, ſiuè conſequutiua ad ſubſtitutionem præcedentem, ſiuè præcedat ipſam ſubſtitutionem, ſiuè interiecta ſit intrà ſubſtitutionum gradus, ſequens, & præcedens, omni caſu ſubſtitutionem, nec ampliat, nec extendit vltrà limites, caſus, & perſonas in ipſa ſubſtituendi, vel fideicommittendi formula, conſideratas.*

46 *Prohibitio de non alienando, regulatur reſtringitur, & coarctatur ab ipſa ſubſtitutione, nō autem è contra, etiam ſi addatur ratio, quia teſtator velit conſeruare bona in familia.*

47 *Prohibitio de non alienando, quantumcunque realis, & directa, ad bona, & non ad perſonas, ab ipſa ſubſtitutione regulatur, reſtringitur, & coarctatur, etiam exiſtentibus dictionibus,* ſemper, in perpetuum, & in infinitum.

48 *Opinio hæc non habet contradictorem, vbi prohibitio eſt concepta per dictionem aliquam relatiuam ad fideicommiſſum præcedens, vt ſi dictum ſit,* vt ſupra.

49 *Dictiones,* vt ſupra, *vel,* modo quo ſupra, *vel* in caſu quo ſupra, *ſunt relatiua.*

50 *Clauſula, cum ratione generali, quando ſtat conſequtiuè ad fideicommiſſum ab eo regulatur.*

51 *Secunda ſubſtitutio eſt per præcedentem declaranda. Item prima ſubſtitutio declarat, quæ fuerit mens teſtatoris in poſteriori, & vltima ſubſtitutione, & num.52.*

53 *Deciſiones afferuntur,* tàm Rotæ Romanæ, *quàm* S.C. Neapol. *pro confirmatione opinionis, & num.* 54. 55. *&* 57.

56 *Teſtator quod non dixit, noluiſſe videtur.*

58 Oldradi conſilium 21. *eiuſque deciſio, non alia ratione fundatur, niſi ex defectu conditionis non purificatæ.*

59 Regentis Rouit. Conſilium *cum deciſione commendatur.*

60 *Relatiuū* quis, *vel* qui *de ſui natura limitat, & reſtringit, & num.*61.*&*62.

Pro eodem, in eadem cauſa.

CONTROVERSIA XXVI.



Nvs iniunctum in teſtamento quondam Domini Ioannis Ambroſij Rauaſcherii extinctum fuiſſe ex ſubſcriptis, luce clariùs demonſtrabitur.

Primò, non nato poſthumo, quo caſu
1 ſubſtitutio, iuxtà veros terminos habetur pro non ſcripta, vt propriè con-
2 tigit quando ſubſtitutio fit in fauorē perſonæ, quæ tempore ſubſtitutionis non eſt in rerum natura, vt ſi ſubſtituitur poſthumus, qui deinde non naſcatur, *l. vnica, §. & in primo, C. de caduc. tollend. l. ſi duobus, §. vltimo, ff. de legat.* 1. *l.* 1. *§. ſi quis proximior, ff. vnde cognati,* optimus text. *in l. ſi mater, §. ſi filius, ff. de vulg. & pupill.*

V 3 Hanc

Hanc opinionem, quæ videtur expreſsè
3 deciſa in *d. S. ſi filius*, in puncto affirmant *Oldrad. allegato conſil.* 177. *Io. Andr. Anchar. Fulgoſ. Angel. Caſtrēſ. Roman. Alex. Corneus, Signorol. Socin. ſen. Ruyn. Pariſ. Crot. Socin. iun. Crauet. Riminald. iunior.* quos allegat, & ſequitur *Hondedeus*, quem rogo videri, *conſil.* 49. *num.* 49. *vol.* 2. *Menoch. cōſil.* 326. *num.* 13. *lib.* 4. & *conſ.* 532. *lib.* 6. *num.* 16. vbi de communi teſtatur, *Riminald. iun. conſil.* 110. *Oddus, conſil.* 56. *nu.* 19. *Eugen. Decian. Mazzolus, Natta, Silueſter Aldobrand. Zanch.* alijque plures, quos congerit, & ſequitur *Carolus Bardellonus conſil.* 95. *num.* 32. *volum.* 1. *Vincentius Fuſarius de ſubſtitution. quæſt.* 469. *num.* 56. *Dom. Ludouicus de Caſanata*, qui alios adducit *conſil.* 2. *num.* 23. & *conſil.* 3. *num.* 3. vbi ſic deciſum in Regno Aragoniæ refert.

4 Et licèt *Peregr. de fideicom. art.* 16. *poſt num.* 16. videatur poſt multos DD. contrariam opinionem probare, pro qua retulit quamplures *conſil.* 55. *num.* 18. *lib.* 2. à prædicta tamē opinione receſſit idem *Peregrin.* dum mutando ſententiam in meliùs, re maiori deliberatione perpenſa, reſoluit *dicto conſil.* 55. *in fin.* inſpectis regulis iuris cōmunis, & magis frequētibus ſcriptorum traditionibus, cōſultationibus, & reſponſis, *Oldradi* ſententiam contra ſubſtitutum veram, & receptā eſſe.

5 *Fuluius Pacianus conſil.* 23. *à num.* 44. probat, poſthumo non nato, non cenſeri ſubſtitutum priuatum iure ſubſtitutionis, ſed haberi pro nō ſubſtituto, & reddit pulchram rationem *num.* 46. ſed rogo videatur *num.* 52. vbi curioſè teſtatur, ſe omnibus Doctorum locis in lecturis, tractatibus, & conſilijs obſeruatis, nō inueniſſe, qui iam relatæ opinioni *Oldradi, & Anchbarani* aduerſentur, exceptis quatuor tantùm, & infinitos refert, qui cōmunem, & magis communem faciunt cum *Anchbarano*.

6 Opinio autem tenentium contra *Oldrad. & Anchbaran.* ſaluari poteſt,
7 vbi poſthumus eſt ſubſtitutus directò, & ſic vbi hæreditas ob defectum inſtituti non nati non eſt adita; vnde ſubſtitutus conſequitur hæreditatem directò ab ipſo teſtatore, ſecùs verò vbi ſubſtitutio, de qua agitur, non eſt directa, ſed obliqua, in qua nō agitur de cōſeruatione teſtamenti fauorabili, ſed fauorem continet ſubſtitutorū tantùm, quia teſtamentum iam firmatum eſt aditione inſtituti exiſtentis in rerum natura, *Honded. dicto conſil.* 49. *num.* 50. *dicto lib.* 2. & ſic admiſſa etiā opinione contra *Oldrad.* caſus noſter eſt indubius.

Vel & ſecundo, opinio contra *Oldrad.* procedere poteſt in ſubſtitutione expreſsè facta per verbum, ſubſtituo, vel aliud ſimile, ſecus quando non eſt facta in forma veræ ſubſtitutionis, ſed per modum oneris, ad notata per *Hieron. Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita part.* 2. *num.* 27. *ff. ad Trebell.* vt propriè contigit in caſu noſtro, vbi deſcēdentes Hieronymi, alijque poſteriores de familia Rauaſcheria non ſunt vocati ad diſtributionem fructuum hæreditatis vigore alicuius ſubſtitutionis formiter factæ, ſed apertiſſimè per modū oneris, ibi, *Item voglio, che non eſſendoci maſchi*.

9 Secundò, quia hæredes Hieronymi, cæterique ad fructuum hæreditariorū diſtributionem vocati, re vera dici nō poſſunt ſubſtituti, ſed potiùs, certæ, ſiuè cuiuſdam quātitatis legatarij, cum in d. S. *Item voglio*, nullū adſit verbum, ſubſtituo, vel æquipollens, & clarum
10 eſt in dubio, non præſumi plures factas ſubſtitutiones *l. Sēpronius Proculo, ff. de legat.* 2. *Mantic. de coniectur. lib.* 7. *tit.* 5. *num.* 11. *Anna filius, conſil.* 28. *num.* 7. & *conſil.* 53, *num.* 71.

11 Imò apertis verbis, apparet teſtatorē in eorum beneficium velle legare, non autem ſubſtituere, tàm in exordio teſtamenti, ibi, *præter infraſcripta legata*, quæ in fine, in verſic. *Item voglio*, ibi, *in detto legato, ſeu diſtributione*, confunden-

ſundendo diſtributionem, cum legato, ità vt ſit ſenſus, quod poſt Petrum Franciſcum, & Carolum, nullus adſit ſubſtitutus.

Et ſic illud onus ſoluendi ducatos tres mille filijs Hieronymi, alijſque vocatis, tanquã debitum, à ſubſtituto adimplendum, vt denotant illa verba, *non eſſendoci figli di Carlo, e Pier Franceſco*,
12 & ius quoq; dictat, filiis inſtitutis, extraneiſq; ſubſtitutis, legata à ſubſtitutis, nõ à filijs deberi, firmãt *Bart. Aret. Socin. Ruyn.* quos refert, & ſequitur *Peregrin. de fideicom. art. 12. num. 14. & artic. 4 num. 21. verſic. ſic etiam cum*
13 *teſtator*. Ità vt tanquam grauamen à ſubſtituto perſoluendum, non cenſeatur repetitum ab inſtituto, *l. quoties, la ſeconda, vbi omnes, C. de fideicom. Ruſtic. in l. cum auus lib. 1. cap. 22. num. 8. ff. de condit. & demonſtrat. Fuſarius, de ſubſtitut. quaſt. 469. num. 17. Gratianus diſceptat. forenſ. lib. 4. cap. 603.* per totum, & deciſum refert *Vrſill. ad Affüct. deciſ. 248. in fin.*

14 Cum inſtitutus magis ſit dilectus teſtatori, ſubſtituto, ideoq; quoties ſub-
15 ſtituto locus non datur, grauamen impoſitum ſubſtituto non debetur ab inſtituto, licèt aliud in caſu conuerſo, vbi cenſetur repetitum fortiori ratione, *l. licèt Imperator ff. de legat. 1. Iaſon in d. l. quoties num. 2. C. de fideicom. Gulielm. de Bened in repet. c. Raynutius 2. part. in verb. ſi abſq; liberis lib. 2. num. 12. verſic. nam ſi hæres, de teſtam. Mantic. de coniect. lib. 5 tit. 1 num. 12. & 13.*

Nec dicatur, quod in caſu mortis domini Principis hinc ad mille annos, abſque filijs, illam diſtributionem,
16 ſeu potius legatum habere vim relicti vniuerſalis, & importare poſſe ſubſtitutionem, ex adductis *per Bolognet. in rubrica ff. de legatis num. 104. Turrett. de clauſ. codicill. quaſt. 128. num. 6. cum concordant.* quia hæc procedũt quoties adeſt hæres in re particulari inſtitutus, ſecùs verò quando relictum eſt factum per verba obliqua, vt ſunt omnia, quæ in præſenti caſu concurrunt, tunc enim nunquam trahi poſſunt ad ſubſtitutionem, vel inſtitutionem, *l. cogi, §. & generaliter, ff. ad Trebell. cum adductis à Gomez variar. reſolut. tom. 1. cap. 10. tit. de iure accreſcendi, num. 12. Mantic. de coniectur. lib. 7. tit. 6. num. 12. verſic. in caſu, Craſ. in §. inſtitutio quaſt. 22. num. 9. Molin. Ieſuit. de iuſtit. & iure tract. 2. diſput. 2. fol. mihi 541.*

Verba quæ in præſenti caſu concurrunt, ſi conſiderentur, omnia eſſe obliqua
17 patet, nam *Diſtribuo* eſt obliquum *Oddus conſil. 9. num. 19. & in tract. de compend. ſubſt. part. 4. pag. mihi 33. à terg in verb. diſtribuatur, Trentacinq. de ſubſt. part. 4. cap. 4. num. 13. Intrigliol. cẽtur. 3. quaſt. 33. num. 7. eod. tract.*

Eiuſdem conditionis eſt verbum *dare* poſt *Bart. in l. Centurio num. 41. de vulgar. & pupill. vbi Ripa num. 185. Trentacinq. loco allegato, num. 12. Intrigliol. num. 2.*

19 Et ſimiliter verbum *volo, l. 2. in princ. C. commun. de legat.* fusè *Vincentius Fuſarius de ſubſtit. quaſt. 244. num. 7. & 8.*
20 Verbum *relinquo* cum certæ quantitati ſit adiectum, legatum quoque ſignificat, *Auth. vt cum de appellatione cognoſcitur, §. aliud quoque capitulũ*, & nũquam trahitur ad inſtitutionem, vel ſubſtitutionem *l. cogi §. generaliter, ff. ad Trebellian. Bart. in l. illa inſtitutio num. 3. ff. de hered. inſtit.* & in puncto *Dynus, & Angel.* quos refert *Fuſar. de ſubſtitut. quaſt. 241. num. 25.*

Tertiò, cum illi ſubſtituti, ſi liceat ſubſtitutos vocare, qui poſt Petrum Franciſcum, & Carolum vocantur, per aliam ſubſtitutionem ſatis diuerſam à prima, ſunt enim vocati, Poſthumus, Petrus Franciſcus, & Carolus ad totam hæreditatem, deſcendentes verò Hieronymi ad certam fructuum hæreditariorum portionem; ideò cum in alia reuocentur, vt in fructibus tantùm, ca-
21 ducato primo gradu, viuente inſtituto, ſecundus ſubſtitutus nõ poteſt ſubintrare in illius defectum, in puncto in

materia

materia fructuum, *Alciatus in l.cohaeredi,num.12.ff.de vulgar.& pupill.& consil.* 44. *num.* 52. *versic. tertia limitatio lib.9. Simon de Prat. de interpret. vlt. volunt.lib.3.interpret.3.dubio 4.solut.2. versic. inspicienda autem Iunt, fol.*331. *Zanch. in l.heredes mei, §.cũ ita,part.2. num.36. ad Trebell. Fusarius de substit. quaest.*469. *num.*8.

Quartò, nam nullo modo filij Hieronymi, alijque deinceps vocati, defecto, 22 vel caducato praecedenti gradu, subintrare possunt in locum defectum, cũ per verbum commune, substitutionem denotans non sint vocati, ibi, *Item voglio, che non essendoci*, sed merè per modum oneris, vt ex verbis praedictis colligitur, ità vt secundus, & tertius gradus substitutionis videantur rogati de restituendo tertio gradui, & isto 23 casu, si secundus, vel primus gradus est pro non scripto, ruit quoque vltimus gradus, *l.ab eo,C.de fideicõm.Corn. consil.*298.*in fine*, quos refert, & sequitur *Alexand. Trentacinq. de substitut. cap.* 14. *part.*4. *num.*33.

Diuersitatis ratio est, quia substitutio 24 differt à fideicommisso, in fideicommisso etenim disponit testator, vt alius faciat, *l.pater filium, §.fin.* ibi, *peto vt velis,l.Lutius ff.de legat.*3. Et propterea 25 substitutus alterius ministerio non eget, quod secùs est, quando per modum oneris fit, quia locum obtinere non potest secundus gradus, si praecedens non impleatur, *l.ille à quo, §. si de testamento, in fin. ff. ad Trebell.*, & sic caducato priori gradu, quando non est substitutio formalis, per verbum commune *substituo*, vt in casu nostro, defecto priori gradu, necessariò ruit secundus, tanquam ab eo dependens.

Quartò, substitutionem factam in personam Petri Francisci, & Caroli, clarissimè apparet factam fuisse sub expressa cõditione, si liberos masculos eo tempore habuerint, ad instar conditionis 26 expresse per dictionem *cum hoc*, ex qua fieri conditionalem substitutionẽ. probat *Cephal. consil.* 259. *num.* 68. *lib.*2. vbi subijcit, testatorem idcircò prohibuisse omnes alienare, quia ignorabat, quis nouissimè decede-27 ret, & propterea fideicommissum deficiente conditione, censeri extinctum, *Casanate infrà citandus consil.*2. *num.*41. *&* 42.

Et licèt dubitari possit, vtrum praedicta 28 conditio, sicut est expressè apposita in personam Petri Francisci, itaetiam sit repetita in personam Caroli, tamen credo hoc esse clarissimum.

29 Primò à coniecturata, & verisimili mente testatoris; non enim est verisimile, quod illa cõditio adiecta in personã Petri Francisci fratris magis coniuncti, & ex eo plus dilecti, non sit repetita in personam Caroli, *l. Publius, §.* 1. *ff. de condit. & demonstrat. Alba consil.* 36. *num.* 3. *lib.* 1. *Eugen. consil.* 12. *num.* 38. *Menoch. consil.* 197. *num.*52.*lib.*2. *Achilles Pedroca. consil.*5. *num.*21. *& consil.*2.*num.*120. vbi multos cumulat, *Castillus Hyspan. lib.*2. *quotid. controuers. cap.* 4. & nouissimè *Blasius Robles Salsed. in tract. de represent.lib.*1. *cap.*13. *num.*26.*fol.*64. & ex nostris *Fab.de Anna consil.*53.*num.*124. *latè Molin. de primogen. lib.*3. *cap.*5. *num.*51.

30 Secundò adsunt verba expressa testamenti in *§.Item similmente*, ibi, *e parimente voglio, che quando il Signor Car-* 31 *lo*, ponderando dictionem *pariter*, quę importat vniformem dispositionem in omnibus, *l.si pariter, ff. de liberali causa, Gloss.in cap. bonae, il* 1. *in verbo, & nos de electione*.

Item clarissimè *in §.Item voglio*, vbi nuncupatim adijcitur onus, de cuius extinctione nunc agimus: ibi etenim omninò parificat Petrum Franciscum, & Carolum quoad vocationem, non existentibus liberis vtriusque.

Nec vim faciunt illa verba substitutionis *in §. Lascio, e voglio, che morendo*, ibi propriè, *hauendo però il detto Signor* 32 *Pietro Francesco*, quasi illa aduersatiua, *tamen*, inducat diuersitatem inter vocationem vnius, & alterius; si enim

rectè

rectè ponderentur verba illa; aduerſatiua non eſt adiecta, vt ſeparet Petrum Franciſcum à Carolo, reſpectu conditionis, ſub qua vterque pariter vocatur, *ſi liberos habuerit*, ſed vt exprimat teſtatorē nolle vocare Petrum Franciſcum, licèt primò nominatum, & vti proximiorem magis dilectum inſimul cum Carolo, ſi is ſcilicet Petrus Franciſcus liberos non habeat, prout de illo velut ſeniori, & corporis habitu parùm habili, magis dubitauit, ſed Carolum ſolū, ſcilicet liberos habentem, prout ex ætate illum, filios facilius ſuſcepturum credidit.

Eſto tamen, citrà veri præiudicium, Carolum fuiſſe non ſub prædicta conditione, ſed purè vocatum, illius perſona ad rem noſtram nullius debet eſſe conſiderationis; cum enim Carolus deceſſerit ante Petrum Franciſcum, interſtitio octo annorum, remāſit ſubſtitutio ſub expreſſa conditione verificanda in perſonam ſolius Petri Franciſci, vndè perinde eſt; ac ſi ſolus Petrus Franciſcus fuerit ſub conditione ſubſtitutus.

Deficiente autem conditione, ſub qua Petrus Franciſcus fuit ſubſtitutus, ſcilicet, *ſi liberos eo tempore habuerit*, abſolutū eſt adeo præcisè ad ipſius exi-
33 ſtentiam attendi conditionem adiectam, quod ſi in minimo deficiat, ſub-
34 ſtitutio ceſſet; ſi quidē paria ſunt, ſubſtitutionem non eſſe factam, vel ſub conditione, quæ non ſit formaliter verificata, *Honded.* latè cōſil. 78. *num.* 25.
35 *&* 26. *lib.* 1. & conditione defecta haberi ſubſtitutionē pro non facta, & pro non ſcripta, latè probat *Caſanate, conſil.* 55. *num.* 4. *&* 10.
36 Et quòd ſubſtitutio ſubſequens intelligatur, quatenus priores conditiones purificentur, & data exiſtentia præcedentium conditionum; cū etenim ab illis præcedētibus illatiuè dependeat, neceſſariò expirat quando
37 prima deficit, cum ex defectu conditionis, deficiente integra totius vinculi ſtructura euaneſcit, & ita corruūt, & pereunt quæcunq; ſubſtitutiones ſub verbis relatiuis, vel illatiuis, vel ſub alia qualibet digreſſione ad plures gradus extenſæ, *l. ſi mater, §. fin. vbi Iaſon, ff. de vulgar. & pupill.* cum infinitis per *Honded. d. conſ.* 78. *num.* 42. *cum*
38 *ſeq.* vt hic patet ex dictione, *Item*, illatiua, & dictionibus repetitiuis, *come di ſopra*, & ſimilibus pluties geminatis, *Caſanate* optimè *dicto conſil.* 55. *ex num.* 4. *cum ſeq. vbi num.* 8. *&* 9. am-
39 pliat & etiā ſi adijciatur dictio *ſemper*, *& in infinitum*, vel aliæ perpetuitatem denotantes, & etiam ſi ex vrgentiſſimis coniecturis appareat, ſubſtitutiones fuiſſe conſcriptas ob rationem agnationis, & familiæ cōſeruandæ. Et quia ſubſtitutiones omnes connexæ, concatenatæ, ſubordinatæ, & à prima dependentes, prima diſſoluta, cæteræ ſecuriùs diſſipātur, vt per eum *num.* 7. *&* 9. vbi pulchrè.
40 Et hæc opinio eſt indubitata, & vera generaliter, etiam ſi in caſu poſthumi cōcederemus veriorem eſſe opinionē cōtra *Oldrad.* quod expreſsè negamus, vt latiſſimè probat *Pacianus, dicto conſil.* 23. *num.* 45. 47. *&* 53. *cum ſeq.* & infinitos cumulat, & ſequitur *d. Caſana-*
41 *te conſil.* 2. vbi in puncto tàm caducitatis medij gradus, vtpotè, quia liberi non ſint nati, quàm ex defectu conditionis, ſub qua ſubſtituti vocati fuerunt, latiſſimè probat, fideicōmiſſum, & onus extinctum eſſe, *vt per eum num.* 3. *& per tot.* vſque in finem, quæ conſultò prætereo, & præſertim
42 *num.* 40. ampliat, etiam ſi ex coniecturis appareat, ſubſtitutiones fuiſſe conſcriptas ob rationem agnationis conſeruandæ, cuius contrarium eſt in caſu noſtro, vbi tantùm abeſt, vt ratio conſeruandorum bonorum in familia non fuerit contemplata, ſed certæ perſonæ dumtaxat vocatæ, quamuis ſub conditione, *ſi liberos maſculos habuerint*, vt contrarium expreſsè appareat,
43 cū ſubſtitutio facta, tàm Hectori nunc Principi Satriani, quàm poſthumo, fuerit ſimpliciter facta, *ſi ſine filijs legitimis*,

gitimis, & naturalibus decederent, vnde
etiam fœminæ ex his natæ, deficere
fecissent fideicommissum, *l. si ita scrip-
tū ff. de legat. 2. l. si quis ita, ff. de testam.
tutel. Muta decis. Sicil. 65. num. 29.
Hieron. de Ceuall. commun. contra com.
quæst. 694. Paul. Emilius Gallus de
success. part. 2. tit. 4 except. 24. num. 72.
Dom. Rouitus consil. 34. num. 9. & 10.*
Nec omitto dictum *Casanate aduertisse
num. 41. & 42. dicto consil. 2.* quod nos
longè priùs, ipso non viso, dicebamus,
44 quod sicuti in conditione negatiua,
si sine filijs decesserit, iuxta *cōsil. Oldrad.
21.* relictis filijs ex defectu conditio-
nis in persona substituti cæteræ om-
nes substitutiones expirant, ita pariter
in conditione affirmatiua, scilicet, *si li-
beros habuerit* defecta conditione ne-
gatiua liberis non relictis, pariter sub-
stitutiones expirant, quia conditionis
affirmatiuæ, vel negatiuæ eadē est vis,
virtus, ratio, & substantia, *Casanate di-
cto consil. 2. num. 31. & ante ipsum An-
ton. Faber in eius codice, lib. 6. tit. 8. dif-
fin. 14. Stephan. Gratian. lib. 4. disceptat.
forens. cap. 747. num. 24.*
Nec obstat modo, quod ex prohibitione
alienationis *in versic. Item dopò fatte*,
ex verbis illis vniuersalibus, videatur
ampliata substitutio omni casu, &
omni tempore, ponderando institu-
tum, & substitutos fuisse prohibitos
alienare cum clausula in fine adiecta,
Itache detta heredità sia inalienabile.
Siquidem verissima, & ferè indubitata
est cōclusio ab omnibus planè in lon-
gè fortioribus casibus recepta, & ad-
45 missa, vt prohibitio alienādi, siuè con-
secutiua ad substitutionem præceden-
tem, siuè præcedat ipsam substitutio-
nem, siuè & tertio, prohibitio ipsa in-
teriecta sit intra substitutionū gradus,
sequēs, & præcedēs, omni casu substi-
tutionē ex hoc nullo modo ampliari;
nec extendi vltrà limites, casus, & per-
sonas in ipsa substituendi, siuè fideicō-
mittendi formula consideratas, & sic
46 prohibitionem ipsam de non alienan-
do regulari, restringi, & coarctari ab
ipsa substitutione, non è contrà; etiā
si addita sit ratio, quia testator velit
conseruare bona in familia, & etiam in
47 prohibitione quantumcunque reali,
quia sit directa ad bona, non ad per-
sonas, & non obstantibus dictioni-
bus *semper in perpetuum, & in infini-
tum*, *DD.* omnes ab antiquissimis ad
nouissimos, concordi ore testantur
iudicatum in omnibus Rotis, Con-
cilijs, Senatibus, & Parlamentis.
Vnde cum in casu præsenti nulla sit ex-
pressa ratio, conseruandorum bonorū
in familia, quinimò expressim admis-
sæ fœminæ, vt supra est dictum, & etiā
vocatæ ad distributionem fructuum,
nedum masculi, sed fęminæ Hierony-
mi vocati in locum Hectoris instituti
(quod pro nunc admittimus, licèt nō
concedamus) sed vbi locus esset sub-
stitutioni alterius lineæ Collateraliū,
& amplius prohibitio sit principaliter
in personas, vt patet ex dinumeratio-
ne indiuidua personarum *in dicto §.
Item doppo fatte*, & propriè *nè il detto
postumo*, nec adsunt tot geminata ver-
ba *in perpetuū, & in infinitum*, vt *DD.*
infra citandi supponunt adfuisse in ca-
sibus per eos ad extinctionem fidei-
commissi decisis, casus noster ob id
remanet omninò indubitabilis, & in
dictis decisionibus à fortiori compre-
hensus.
48 Et præsertim, hæc opinio non habet
contradictorem, vbi prohibitio est cō-
cepta per dictionem aliquam relatiuā
ad fideicommissum præcedens veluti
49 si sit dictum, *vt supra*, vel *modo quo su-
pra*, vel *in casu quo supra*, latissimè *Sfor-
tia Oddus in suo insigni tract. de fidei-
com. per alien. prohibit. in d. quæst. 14.
artic. 7. num. 131. & 133.* vbi inter in-
numeros Doctores refert ita iudicasse
Rotam Romanam coram *Domino Al-
dobrandino* postea *Clemente VIII. de-
cis. 568. de qua intellexit Cephal. con-
sil. 614. Gabriel consil. 133. in tertio du-
bio*, vbi sequuntur celebre *consil. De-
cij 635. aliàs 636. ex num. 15. & 16.
cum seq. Honded. consil. 78. num. 35. 36.*
alijque

alijque plures, quos ſequitur, & cumulat *Vincentius Fuſarius de ſubſtitut. quæſt.* 683. *num.* 20. *Gratian. diſcep-tat. forenſ. lib.4.cap.*774. *num.*5.& addit *Oddus num.* 137. 138. *&* 144. re verà iſtam eſſe magis communem,
50 *& num.* 154. *in tertio caſu* quando clauſula, cum ratione generali, ſtat cõſecutiuè ad ipſum fideicommiſſum, & idem ſi per dictionem illatiuam, vt eſt dictio *Item*, vt latè *dicta deciſ. Rotæ num.*4.5.8.*& per tot.* ex cuius *Rotæ* dictis reſoluitur, non obſtare vltima verba, *Ita che detta mia heredità*, cum ſint illatiua, & continuatiua connectentia, & vnientia prohibitionem cum fideicommiſſo, confert etiam quod tradit *Honded. dicto conſil.* 78.*num.*38.*&* 39.
51 vbi quod ſecunda ſubſtitutio eſt per præcedentem declarãda, & quod prima ſubſtitutio declarat quę fuerit mens teſtatoris in poſteriori, & vltima ſubſti-
52 tutione, vndè à præcedenti ſubſtitutione conditionali, declaratur quid voluerit in poſtremò onere diſtributionis fructuum, maximè concurrentibus tot dictionibus illatiuis, relatiuis, & repetitiuis, quę in ſuo caſu ponderat *Honded. num.*29. *in fine verſic. nec verba illa, & num.*41. *&* 50. non obſtantibus verbis *in perpetuum, & in infinitum, vt per eum poſt num.* 48. pluribus autẽ rationibus potuiſſe moueri teſtatorem ad iniungendum grauamen, & onus in caſu, quo eſſet locus ſubſtitutioni ad beneficiũ Petri Franciſci, vel Caroli tranſuerſalium, quod onus iniungere noluit Hectori filio, & deſcendentibus, quæ videri poſſunt apud *Hõded.* qui optimè illas in ſimili cõſiderat *d.conſil.*78.*nu.*29.*verſ. & ad ita diſponendum Dom. Rouit. conſil.* 34. *num.*8. Confirmat prædicta omnia
53 inſignis deciſio *Cardin. Seraphini* 883. in præcedenti citata, vbi loquitur etiam in prohibitione reali, & ſiuè fideicommiſſum præcedat, ſiuè ſequatur, quia non eſt vis in ordine, ſed in coniunctione harum diſpoſitionum, ex qua colligitur mentem teſtatoris fuiſſe vnum propter aliud introducere, & maximè procedere vbi teſtator vſus eſt dictionibus illatiuis.

54 Et cum his conuenit deciſio nouiſſima *Ludouiſij deciſ.*433. *à num.*10. *vſque ad fin.* ſupra ponderata, quæ rogo legatur, quia pulcherrima, vbi addentes *ſub num.*22. addunt plures Rotæ deciſiones vſque ad nouiſſima tempora, vltrà *Farinac. deciſ.*508.*nu.*9. *verſic. vltimo, non obſtat, &* 473. *verſic. neque aliquod part.*4.

55 Et ante *Ludouiſium* copioſa eſt deciſio *Caualcani* 5. *aliàs* 81. *par.*3. vbi latiſſimè *ex num.*39.*verſic. ſecundo non obſtat, & num.*41. *verſic. tertio non obſtat vſque ad num.*52. vbi in ſpecie *num.*44. conſiderat facilè fuiſſe teſtatori dicere hoc modo, *ſi filius, & hæres meus ſine filijs, aut filij eius ſine filijs, aut tales ſubſtituti, &c.* & filios ſimul cũ ſubſtitutis tranſuerſalibus conglutinare eadẽ oratione ſub grauamine reſtitutionis, ſicut dicit *Borguinus* loqui omnes *DD.*, qui poſſent citari
56 in contrarium; non dixit teſtator ergò noluit extrà ſolum illum caſum facere ſubſtitutionem ad onus inſtituti citat *Thobiam Nonium, & alios*, faciunt dicta *per Molin. lib.*1.*de primogen. cap.*5. *num.* 37. *lib.* 3. *cap. quinto num.* 20. quæ omnia fulciuntur ex præcitato *conſil. Oldrad.*21.& cum eo *Io. Andr. in addit. ad Specul. tit. de teſtamentis, §.*1. *in vltima quæſt.*, quos ſequitur *Decius* in pluribus conſilijs communiter approbatis, vt teſtatur *Regens de Ponte conſil.*61. vbi in fine teſtatur ita
57 deciſum cum impoſitione perpetui ſilentij, quod & repetit *deciſ.*39. *num.*3.*&*4.*cum ſeq.* cõſtat enim *Oldradi* deciſionem ex toto innixam ſuper
58 defectu conditionis non purificatæ, vt formaliter pro vera ratione deciſionis tradit *Decius dicto conſil.* 365. *num.*16. *cum ſeqq.*

Et cum tot, & tantis deciſionibus con-
59 cordat reſponſum *Dom. Rouiti, conſil.*34. vbi quicquid dici poteſt in materia, & in fine ita deciſum in cauſa

fidei-

fideicommissi de Priolis cum Patribus Theatinis.

Accedat randem clausula adiecta in fine capituli, vbi per testatorem fit substitutio in sæpiùs citato *S.lascio, e voglio, che morendo detto Ettorre*, nõ enim cõtentus testator de expressa conditione sub qua vocauit Petrum Franciscum, & Carolum pariformiter, vt supra, subijcit in fine, *quale Posthumo Pier Francesco, e Carlo in detti casi respettiuè sustituisco; e chiamo*.

Ponderetur rogo clausula ista. Et pri-
60 mò relatiuum *quale*, quod de sui natura restringit, & limitat, idemque
61 importat dicta clausula, ac si dixisset, singula singulis congruè referendo, quæ importat relationẽ, & restrictionem ad conditiones, & qualitates supra expressas eo modo quo supra substitutionem fecit, quasi iterum consultò expresserit, & conditionem repetierit, quod deficiente scilicet conditione, sub qua vocauerat Petrum Frãciscum, & Carolum, nollet substitutioni locum esse, vt in puncto *ex Cranetta, C[?]halo, & alijs obseruat Borgn. dicta decis. 5. aliàs 81. num. 30. lib. 3.*
62 Hæc enim propria est natura huius clausulæ, *cap. vt circa* vbi *Gloss. de elect. in 6.* est enim relatiua, congrua congruis referendo, partes distinguit, & separat, & vnicuiq; effectum suum limitate tribuit *Doctor Martha de clausulis cap. 360. Alexand. Barbosa eod. tract. cap. 94.*

DECISIO.

Die 19. Februarij 1625. per S.C. referẽte quondã Cõsil. D. Francisco Salgado Hyspano I.C. doctiss. interueniente Dom. Io. Baptista Valenzuola, Magistratu, numeris omnibus absoluto, qui tunc præsidebat, fuit decisum, iuxta allegata; his verbis. Bona hæreditaria quod. Io. Ambrosij Rauascherij patris Ill. Hectoris Rauascherij Principis Satriani supplicantis remansisse, & remanere libera in personam eiusdẽ Illust. Principis, absq; aliquo onere, & grauamine. Magister Actorum de Felice.

SVMMARIVM.

1 *Assensus post mortem disponentis superueniens nihil omninò operatur, nisi nouus consensus hæredis expressus intercedat, etiam in feudo hæreditario, & ratio num. 28. & 29.*
2 *Assensus vtriusque domini requiritur in alienatione feudi quaternati secũdum quid, ex recepta sententia, & ratio ex Isernia num. 5. 8. 13. & 31.*
3 *Assensus solius Baronis si intercedat in alienatione feudi quaternati secundũ quid in vita, & deinde assensus Regis superueniat sine nouo consensu hæredis, vtrum sustineatur alienatio resoluitur negatiuè.*
4 *Assensus vbi in petratur post mortem, ante vel post expressam hæredis reuocationem, casus sunt diuersi habentes magnam diuersitatis rationem.*
6 *Domini vtriusque mediati, & immediati aquale est interesse in alienatione feudi quaternati.*
7 *Citandi sunt qui læduntur, & qui habent aquale interesse non secundarium.*
9 *Causa propinqua, & immediata potiùs quàm remota, siuè mediata attendenda est, declaratur tamen, & restringitur in casibus, & exẽplis ibidẽ notatis.*
10 *Causa remota, vel mediata non multum attendenda, nisi sit proximè cõiuncta, vel nisi transfundat de eius virtute, & essentia effectiua in secundam num. 23.*
11 *Domini proximi, & immediati assensum, in alienatione feudi quaternati requiri, quidam minus rectè senserũt.*
12 *Vassallus vassalli mei, non est meus vassallus, num. 16.*
14 *Domino quod permittitur erga colonum, permitti debet cum colono coloni quãdo subest eadem ratio.*
15 *Copulatiua requirit vtranque partem esse veram tempore habili.*
17 *Feudatarius an possit absente domino directo alienare feudum in quo vtriusq; assen-*

aſſēſus exigatur, & redditur ratio, numero 18. *ampliatur etiā ſi dominus ſit bannitus, vel excōmunicatus, num.* 20.

19 *Conſenſiens dare videtur, etiam in alienatione feudi quaternati ſecundùm quid, num.* 22.

21 *Paria ſunt, non habere aſſenſum vllum, vel habere vnum ex duobus, præcisè neceſſarÿs, ſicut idē eſt, nō eſſe, quod, inutiliter eſſe, & num.* 33.

24 *Aſſenſus Regis, qui vnus eſt ex duobus neceſſarÿs in alienatione feudi quaternati ſecundùm quid, eſt potentioris efficacia, quàm aſſenſus Baronis, tametſi immediati.*

25 *Aſſenſum Feudatarÿ domini immediati quidam dixerunt nō eſſe neceſſarium.*

26 *Cauſarum appellatione, intelligendum eſt de proximis, non de remotis, declara multifariàm, & reſtringe.*

27 *Conſuetudo inducitur ex actibus nullis, qui alioquin non ſint de per ſe validi.*

29 *Dominium feudi per mortem feudatarÿ ſtatim in ſucceſſorem transfertur.*

30 *Aſſenſus ſolius Baronis, licèt præſtitus tempore habili, non poteſt impedire translationem dominÿ in hæredem alienantis, abſque aſſenſu domini mediati.*

31 L. vltima, ff. commun. præd. & l. per fundum, 11. ff. de ſeruit. ruſtic. pręd. *explicantur, & num.* 34.

32 *Voluntas licèt non reuocetur morte, ceſſat tamen, & extinguitur, & num.* 50.

35 *Actus, qui nōn valet ad acquirēdum ius reale ſeruitutis, valet interdum ad acquirēdam obligationem perſonalem, vt hæres non valeat contrauenire, ſed nihil prodeſt ad acquirendum ius reale, num.* 38.

36 *Feuda, quæ liberè transferri non poſſunt, differunt ab allodialibus, vt aſſenſus inualidus in feudalibus non ſuſtineatur, neque quoad perſonalem obligationem.*

37 *Conſtitutio* cōſtitutionē diuæ memoriç *concedit reuocationem alienationis feudi ſine aſſenſu, iure proprio.*

39 *Contractus ſuper feudo, etiam quaternato ſimplici, ſine aſſenſu, non eſt omninò nullus, ſed eſt in pendenti, donec ſequatur aſſenſus.*

40 *Conſtitutio* diuæ memoriæ, *ſecundùm communem intellectum comprehendit etiam alienationem feudi quaternati ſecundùm quid.*

41 *Feudum quaternatum ſecundùm quid non poteſt refutari Baroni ſine Regis aſſenſu.*

42 *Aſſertioni partium non ſtatur in probibitis.*

43 *Notario dicenti, ſe vidiſſe expeditum aſſenſum Regis, vel Baronis, nōn creditur, & num.* 45.

44 *Alienari probibitus, probibetur etiam conſiteri.*

46 *Scriptura ſi non ſit de ſubſtantia actus, & interuenit, ſi teſtes non viderunt geſta, ſed tantum tenorē, oportet quod ſint litterati.*

47 *Clauſula*, dummodò expediatur in forma infra annum, aliàs habeatur pro non præſtito, *ſolita apponi in aſſenſibus.*

48 *Opinio* Parid. & Afflict. *ſufficere ſuperuenire Regis aſſenſum poſt mortem, non procedit, vbi adeſt reuocatio per hęredem facta ante aſſenſum etiam ſi in aſſenſu adÿciatur clauſula*, nō obſtante reuocatione, *nu.* 49.

51 *Aſſenſus in dote, quamuis poſt mortem impetrari poſſit, non tamen id licebit ſi præcedat reuocatio facta per hæredem.*

ARGVMENTVM.

In alienatione feudi quaternati ſecundùm quid, in qua conſtat veriùs eſſe, vtriuſque aſſenſum requiri, ſcilicet Baronis immediati, & Regis, ſiuè directi domini mediati, non ſufficere aſſenſum Regis ſuperuenire poſt mortem alienantis, niſi accedat nouus conſenſus hæredis per actum poſitiuum, reprobata opinione Paridis, & Afflicti, cum vtriuſque Domini æquale ſit intereſſe, & inde de neceſſitate concurſus vtriuſque cauſæ: & quando cauſa mediata ſit æqualis potentiæ.

Vassallus vassalli mei quando dicatur mihi subesse, Explicatur *l. vltima, ff. commun. præd. & l. per fundum*, 11. *ff. de seruit. rustic. præd.* quando per actum, qui non tenet ad acquirendum ius reale, acquiri possit obligatio personalis, & alia plura de alienatione feudi, & assensu, non inconcinnè explicantur.

Pro Dño Aduocato Iulio Cæsare de Rubeis.

CONTROVERSIA XXVII.



Audio, possessores conuentos à Doct. Iulio Cęsare de Rubeis magnam vim facere super doctr. *Paridis de Puteo, de reintegrat. §. an si quãdo feudum, fol. mibi* 147. *in antiquis*, cuius verba transcripsit, tacito auctore, bonus senex *Afflict. in repet. cap. Imperialem, notab.* 24. *num.* 50. *in* 36. *quæst.* quorum opinionem nouissimè tuetur *Regens de Ponte de potest. Proregis tit. de assens. Regis, §. 2. ex num.* 25. *fol.* 303.

1 Isti enim sunt in ea opinione, vt quãuis regula sit, vt assensus pręstitus post mortẽ disponentis, nihil omninò operetur, nisi nouus consensus expressus hæredis intercedat, & quamuis etiam in alienatione feudi quaternati secundùm quid, recepta sit opinio, vt vtriusque assensus, tàm Regis directi, quàm
2 Baronis, vtilis domini, assensus requiratur; tamen, si in alienatione huius
3 feudi sit adhibitus cõsensus solius Baronis tempore habili, scilicet in vita, & deinde assensus Regis post mortem sine nouo consensu hæredis, expresso quod valeat alienatio.

Sed aduertant domini, quod tametsi in casu nostro nõ sit legitimè probatum, assensum Baronis fuisse expeditum in vita alienantis in forma valida, & quatenus de eo constaret, cũ tamen pręd. DD. non loquantur, vbi Regis assensus
4 impetratur post expressam hęredis reuocationẽ, vt cõtingit in casu nostro, sed in eo casu, vbi hæres tacuit, inter quos casus maxima est diuersitatis ratio, in specie considerata per *Annam allegat.* 69. *num.* 62. *ante fin. Ruin. consil.* 115. *num.* 1. 5. *&* 7. *lib.* 1. *Mascardus de probat. conclus.* 188. *num.* 9. Et maximè cum allegaretur assensus, qui adhuc non est exhibitus, etiam post processum instructum, nedum lite cõtestata, & post ius tertio quæsitum.
3 Tñ horũ opinionẽ ostẽdam, rectè improbari, & reijci *à Camer. in l. Imper. car.* 90. *in* 2. *conclus. col.* 1. ob cuius auctoritatẽ, in hac præsertim feudali materia, non dubito S. C. eius opinioni adhæsurum, pręsertim cum pro eo stẽt mens *Isern.* & viuę rationes.

Et primùm probo ex clarissima mente,
4 & verbis *Isern.* qui dum *in dicto cap. Imperialem, num.* 9. firmat opinionem, in alienatione feudi quaternati secundùm quid, vtriusque assensum requiri,
5 reddit eam rationem, *quia ad vtrumq; pertinet hoc feudum, Baro enim si consentit, videtur dare, vt supra proximè dicitur, dare non posset sine consensu Regis, à quo tenet, &c. interest enim, & tangit vtrumque, ne si solus Princeps, vel solus Baro consentiat, perueniat fortè ad potentiorem, quàm sit Baro, à quo tenetur, vel odiosus Regi, & quod aliquem tangit, debet scire, cum lædatur, vel lædi possit in eo, C. de auctor. præst. l. fin. ff. de adopt. l. nam ita, &c.*

Ex quibus clarissimè patet, *Isern.* firmare, non esse minoris existimationis in-
6 teresse Regis, quàm Baronis, sed ęqualiter ad vtrumq; pertinere, & sic quãuis Rex sit mediatus Dominus, Baro verò immediatus, causa tamen quare vtriusque interesse requiratur, in vtroque est ęqualis, & proxima, quod propriè probat *text. in dicta l. fin.* quem citat *Isern.* vbi dum dicitur, *vt quod omnes*

omnes ſimiliter tangit ab omnibus comprobetur ſubijcit *Gloſs.* exponendo dicit *dict. ſimiliter*, ideſt *æqualiter*, & ſic etiã *in l. nam ita Diuus 39. ff. de adopt.*
7 agitur de æquali intereſſe, vt citandi ſint illi qui læderentur confirmatione adoptionis, vbi *Gloſs.* citat, concord. conſtat enim, ẽt in hac materia nõ attendi niſi illos, qui habent æquale, & principale intereſſe non mediatum, & ſecundarium, qui non ſunt citãdi, iux tà *l. de vnoquoque iuncta Gloſs. 2. ff. de re iudicat.* Si igitur requiritùr vtriuſq; aſſenſus, quia vtriuſque ęqualiter intereſt, & habet formatum intereſſe, ergo vnius aſſenſus abſq; alio nihil proderit, nec eſt verum quod intereſſe, & cauſa Regis ſit mediata non immediata, in quo reſidet totum fundamentũ *Paridis, & Afflicti.*
Accedat ſecundò, quia ea ratione dicit *Iſern.* requiri Regis conſenſum, quia *dare non poſſet ſine conſenſu Regis à quo tenet* ſi igitur *Iſern.* firmat alienationẽ
8 feudi quaternati mixti fieri non poſſe ſine Regis aſſenſu, per verba quæ omnem potentiam denegant, apertè innuit, vt hæc cauſa potiùs attendatur, quàm aſſenſus Baronis, ſiquidem re-
9 gula illa, vt potiùs attendatur cauſa propinqua, & immediata, quã remota, ſiue mediata iuribus citatis per *Tiraquell. de cauſ. ceſs. limit. 20.* limitatur communiter non procedere, quando cauſa mediata talis eſſet, vt effectus ſine ea ſequi non poſſet, tunc enim magis eſt attendenda ſecunda illa cauſa, quàm proxima, & immediata, ex doctrina *Bart. in l. 1. poſt num. 2.* verſic. *iſta ſolutio* exemplificantis in poſſeſſione reſpectu dominij in vſucapione, *ff. de Conſtit. Princip.* idem *Bald.* optimè *in cap. cum omnes col. 6.* verſic. *item quia quando, de conſtit.* alios affert, & explicat *Tiraquell. dicta limit. 20. num. 14.* verſic. 3. *& num. 18.* qui ampliùs probat *in quinta declaratione num. 16.* quod
10 tunc non eſt curandum de cauſa mediata, cum eſt multum remota, ſecus ſi nõ ſit adeo remota, ſed proximè coniuncta, tunc enim æquè attenditur, ac cauſa proxima immediata *ex l. in l. cenſoria de verborum ſignificat.* cum alijs latiſsimè per eum adductis, & optimè hoc explicat *Surdus conſil. 116. num. 66. lib. 1.*
Tertiò idem cõfirmatur ex *Camerar.* qui dum diſſerit de veritate dictæ concluſ. *cart. 67. col. 1.* explicando doctrinam *Iſern. in dicto loco*, quamuis primò recitet opinionem eorum qui tenẽt ſo-
11 lius proximi, & immediati aſſenſum requirendũ, & quod Bato ſolùm conſentiat, non autem ipſe Rex, tùm quia gradatim eſt recurrendum ad Regem, tùm quia, cum omnes iſti concurrunt, prima cauſa debet eſſe immediari, po
12 ſtea mediati, & quia vaſſallus vaſſalli mei non eſt meus vaſſallus, & ex alijs vt per eum *literis C. D. & E.* attamen his non obſtãtibus firmat opin. *Iſern.*
13 eſſe veriſſimam, vt vtriuſque aſſenſus requiratur, nõ ex alio, niſi quia eadem omninò, & pariformis eſt ratio in aſsẽſu Regis, quæ in aſſenſu Baronis, & proindè cum eadem, & æqualis ratio militet in aſſenſu Regis, quæ in aſſenſu Baronis, non mirum cur vtriuſque requiratur, exemplo eius, quod docuit *Cyn.* commun. approbatus, vt permiſ-
14 ſum domino cum colono, habeat locũ cum colono coloni quando ſubeſt eadem ratio, vnde ſi vterque aſſenſus exigitur pari ratione, falſa redditur ratio *Parid. & Afflict.* vt hæc ſit cauſa immediata illa verò Regis mediata, & quod cõſenſus Regis veniat accumulando, ſed potiùs ad veritatem copu-
15 latiuè requiri debet, vtramq; partem eſſe veram tempore habili, iuxtà *Gloſs. in l. mancipia*, verbo *aduocandum C. de ſeru. fugit.* cum concord. per *Euerard. loco, à natura copulæ num. 12.* Idq; eſſe verum patet *ex commun. diſtinct. in eo*
16 *articulo Brocardico*, an vaſſallus vaſſalli mei ſit meus vaſſallus, in quo concludunt, quod licèr non ſit meus vaſſallus in alia re diuerſa non ſpectanti ad feudum, de quo fuit à me infeudatus, tamen in eadem re ſubinfeudata dicitur

verè,& propriè meus vassallus,quia
fuit inuestitus de re mea, vt *de commun. infin.* relatis probant *Intrigliol.2.part. artic.5.num.564. D. Praes. de Curte in prima parte,cap.6.num.15.& 16.* vnde si est verè vassallus, assensus Regis in feudo quaternato mixto non erit minoris,sed æqualis potentiæ,nec veniet accumulatiuè,sed principaliter.

Quartò,idē cōfirmatur auctorit.eiusdem *Isern. in d. l. Imperialem post num.10. versic.dicitur in summ.* qui in ea quæ-
17 stione,an absente domino directo,seu
datarius possit alienare feudū,in quo
vtriusque assensus requiritur, conclu-
dit negatiuè,etiam si esset lōga absen-
18 tia, & reddit rationem,quam tradit
Imperat. in l.fin.C.de pact quod in rebus alienis contra domini voluntatem aliquid fieri,vel pacisci secla temporum nostrorum non patitur, sed hic tracta-
mus de rebus alienis domini absentis
alienādis,ergo fieri nō potest,& pro-
19 bat minorem *Isern.* quia qui consen-
tit dat,*l. lege obuenire, ff. de verbor. signific.* quod latiùs explicat *Camerar. cart.74.col.1.2.& 3.* in versic. *secundo quoniam*; & sequuntur omnes relati
per *Liparul.*ibi,*lit.*K. *versic. hoc non*
20 *putamus*, amplians procedere etiam
si dominus fuerit bānitus,vel excom-
municatus. Si igitur Baro alienans si-
ne consensu domini nihil agit,& sic a-
21 ctus est nullus,ergo paria sunt nō ha-
bere vllum assensum, & habere assen-
sum soliùs Baronis, nam idem est non
esse,vel esse,& inhabiliter esse *Isern.* in
terminis *in d.l.Imperialē post num.16. in addit. versic. paria sunt &c.*, & sic
falsa est ratio, quæ pro opinione *Paris.* ponderatur per modernos, quod
alienatio non dicitur nulla facta cum
solo assensu Baronis; quinimò cum
Isern. in specie dixerit etiam in hoc
22 casu in alienatione subfeudi quater-
nati Regem assentiendo dare, ex hoc
necessariò sequitur, vt non minùs at-
tendatur concursus assensus Regij,
quam Baronis, si quidem cum causa,
23 & si mediata, & remota de eius virtu-
te,& substantia, & essentia effectiua
aliquid transmittit in secundā imme-
diatam,tunc effectus pariter ab vtraq;
causa depēdet,ità vt causā immedia-
ta nihil operetur absq; concursu causę
mediatæ,ac si non esset, ita *Bald. in l. tutores* per eum text. *ff.de testam.tutor. & in l.non ideò minùs col 2.C. de accusat.* refert,& probat *Tiraquell. dicta limitat.20.num.19.& 20.* ex quo pe-
nitùs cōfunditur ratio *Parid.& Afflict.*
vnde assensus Baronis sine assensu Re-
gis qui dat, erit omninò inutilis, & ef-
fectu vacuus. Et quod in hoc casu alie-
24 nationis subfeudi sit potentioris ef-
ficaciæ assensus Regis qui ex ipsius
consensu videtur alienare ex eo,quod
iura prohibentia alienationem sine
permissu domini debent intelligi de
maioribus,ad quos directè res feuda-
lis pertinere dignoscitur,& alia probat
benè idem *Bald. in l. Imperialem, §. illud num.4. de probibit. feud. alien.*
quod adeò nōnullis placuit,vt quam-
plurimi DD.maximi nominis dixerint
25 non esse aliter exigendum assensum
domini immediati,& sic Baronis, sed
soliùs directi domini, quā opinionem
plerique magis commun. etiam dixe-
rūt,vt per *Iacob.à Sancto Georgio Mozzium, & alios* relatos per *Intrigliol. part.2.artic.5.num.615.*

Ex quibus apparet multifariàm respon-
sum ad doctrinam *Bald.*(cui potissimè
nituntur *Paris.& Afflict.*) *in l. de quibus num.17.ff.de legibus,* dum vtuntur illa
26 regula generali,quod cum loquimur
de causis,intelligere debemus de pro-
ximis vltrà quod *Bald.* dū dicit, quod
habita causa immediata valida, nō at-
tenditur causa remota inualida, loqui-
tur in eo casu vbi non exigitur actus
validitas in causa remota, quinimò
necesse erat actum esse inualidum,ad
27 effectum consequendum, vt in con-
suetudine,quæ necesse est,vt induca-
tur ex actibus nullis,quia si essent per
se validi non induceretur ex eis con-
suetudo,vt ibi expressè *Bald.* se de-
clarat at nos loquimur,vbi vtraque
causa

cauſa requiritur valida,& ſolemnis.
Quintò,his præhabitis ſequitur, vt cum
abſolutum ſit,aſſenſum poſt mortem
28 alienantis,etiam in feudo hereditario
nihil operari,ea ratione,quia dominiũ
29 ſtatim translatum eſt in hæredem;
& ſic inutiliter confirmatur,quod non
eſt alienantis eo tempore,quo fit con-
firmatio *Iſern.in l.Imperialem num.* 15.
in fin. vbi *Liparul.in addit.litera D.an-
te fin.verſic. & quod iſta*, quæ ratio cũ
30 omninò militet etiam ſi precedat aſ-
ſenſus ſolius Baronis,quem certum eſt
non poſſe impedire trãslationem do-
minij in hæredem alienantis,cum non
potuerit per priùs transferri in empto-
rem non interueniente aſſenſu Regis,
qui verè dat vt ſupra; omninò ſequi-
tur,vt pari modo inutiliter poſt mor-
tem concedatur aſſenſus Regis in iſto
caſu, ac ſi nullus aſſenſus præceſſerit.
Et de hoc eſt propriè caſus qui tergiuer-
ſari non poteſt *in l.vltima, ff.commun.
prædior.* ex quo infert *Camerar.* quod
31 Baro ſolus conſentiendo nihil agit,ſi-
cut nec dominus ſolus,& licèt conſen-
ſus vnius trahatur ad tempus alterius,
cùm primus conſenſus non ſit de per
ſe validus,niſi iungatur cum alio,con-
iugi autem non poſſit re non integra,
32 per mortem, quę tametſi voluntatem
non reuocauit, ipſam tamen termina-
uit,conſenſus ſolius Baronis in vita,
præſtitus nihil operatur voluntate ip-
ſa per mortem extincta,*l.4.ff.locati*,tã-
quam deficiente inſtrumento animi,&
corporis cui nitebatur, vt explicant
Angel.& Caſtrenſ. in l. qui vniuerſas, §.
quod per Colonũ,ff.de acquir.poſſeſſ. Et
ſequitur doctiſsimè ſimul, & ampliſſi-
mè extollẽs verba hęc *Camer.* vti au-
rea,*Surd.cõſil.*382.*num.*92.*in fin.* om-
ninò videndus, vſque ad *num.* 100. *&*
33 *num.*95. probat ex *Iſern.* paria eſſe
non eſſe datum aſſenſum,vel eſſe datũ,
ſed inhabiliter, & inualidè.
Nec obſtat, quod dicit *Dom.de Ponte in*
34 *loco ſupracitato*,quod in *d.l.fin.*quam-
uis non valeat actus quoad acquiren-
dum ius reale ipſius ſeruitutis, valere
35 tamen actum,quoad obligationem
perſonalem,vt non poſſit hæres cõtra-
uenire quamuis actus ſit nullus, vt fir-
mat *Gloſſ.*3. ibi *in verſ. nihil agetur,*
quam probat, ibi *Bart. num.*5. & eſt
text. clarus *in l. per fundum* 11.*ff. de
ſeruit.ruſtic.præd*,vbi,quamuis ſubtili
ratione non aliter acquiratur ius rea-
le,quàm ſi omnes cedant,& nouiſſima
demũ ceſſione ſuperiores omnes con-
firmari,ſi fiat tempore habili,vt *in d.l.
fin.* qui text. eſt *Gloſſa* declarans *d.l.
per fundum*, vt dicit ibi *Bart. in prin-
cip.*, tamen benigniùs ..icetur, vt an-
tequã nouiſſimus ceſſerit,eos, qui an-
te ceſſerũt, vetare vti ceſſo iure non
poſſe; Dicimus enim in dictis iuribus,
ideò ſaltim ſuſtineri ceſsionem, ſiuè
conſenſum,quoad perſonalem obliga-
36 tionẽ,quia loquuntur in allodialibus,
& ſic de re,ſiuè iure quod liberè po-
teſt tradi à domino, & ſuper quo con-
trahi poteſt,nos autem ſumus in feu-
do,quod ẽt ſi hodie tradatur ſine Re-
gio aſſenſu, amittitur, & proinde neq;
obligatio perſonalis ſubſiſtit, cum cõ-
37 ſtit. Regni concedat reuocationem
iure proprio,ideſt Regis,vt in terminis
noſtris aſſenſus poſt mortem,reſpon-
det *Anna,ad l.ſi ego,* §. 1. *ff. de iure do-
tium allegat.*66. *num.*6. quæ fuit con-
ſideratio *Iſern.* licèt ad aliud *in* §.*do-
nare poſt num.* 6. *ante fin.* ibi *in teſta-
mento conſtituebat, &c. qualiter olim
feud. alien. poter.*
Præterea quod actus ſuſtineatur in dictis
iuribus, quoad obligationem perſo-
38 nalem, facit vt hæres non poſſit con-
tradicere, ſed vt præſtari poſsit aſſen-
ſus poſt mortem,requiritur nouus cõ-
ſenſus hæredis expreſſus per actum
poſitiuum,& ſic non ſufficit,quod he-
res non diſſentiat *Iſern. poſt num.*16.
in addit. verſ. *in contrarium videtur, &
verius*; vnde talis obligatio nõ poteſt
efficere,vt conſtituatur ius in re de
quo nos agimus. Nec obeſt etiam,
quod diuerſus ſit caſus cum feudum
alienatur abſque vllo aſſenſu, de quo
propriè loquitur *conſtitutio conſtitu-*

tionem, quia tunc cum simus in actu funditus nullo, non mirum si assensus non possit impetrari post mortem, secus verò cum adest assensus Baronis, quo casu videtur esse in pendenti, siquidem hæc distinctio apertè confunditur ex traditis à *Camer. cart.* 87.
39 *col.* 3. *litera N*, vbi probat, omnē contractum de quolibet feudo etiam quaternaro simplici, non esse penitùs nullum, sed stare in pendenti donec dominus consentiat, & interim alienationem stare, vt quid gestum præter legē sequitur latissimè *Surd. d. consil.* 382. *num.* 23. nihil igitur interest, an sit facta alienatio cum solo consensu Baronis, vel cum nullo, dum non est obtentus assensus Regius necessarius ante mortē, quo tempore spes reconualidationis funditus euanescit *Surd.*
40 *ibid num.* 93. nec est verum quod dū Baronis interuenit assensus, sit casus à constitutione omissus, ac proindè reuocationē minimè competere, siquidem ratio à *Regente de Ponte* adducta non solùm non militat, sed retorquetur, dum dicit constitutione prohiberi absque assensu alienationem, quasi quod cōstitutioni sit satisfactum, cum
41 ipsius Baronis licentia, licèt inualida absque Regis assensu interuenerit, qui sit secūdum eum casus à cōstitutione omissus, ipsa etenim constitutione, non simpliciter alienandi potestas inhibetur, sed expressim, & nominatim loquitur de assensu ipsius Regis directi domini, ibi *absque nostra celsitudinis licentia*, vnde cessante assensus Regis, semper & vbiq; reuocationi locus erit etiam in feudo quaternato secundum quid, in quo secundum communem intellectum, ipsius cōstitutionis dispositio locum habet, idq; ex interpretatione passiua, *argum. l.* 1. *§. lex Falcidia, ff. ad l. falcid.* præsertim cum militet eadem ratio, cum non minor in feudo quaternato secundum quid, quam in quaternato simplici Regis interesse cōsideretur, cum nec ipsi Baroni sine Regis assensu refutari possit, vt notat *Liparul. ad Isern. in d. l. Imperialem num.* 10. *vers. Refutare*, vnde cum eadē constitutione pariformis fiat determinatio ex interpretatione Sapiētum regni nemine contradicente, ita etiā sine expresso Regis assensu, de quo, & non alio, illa loquitur, nulla in vtroque ex identitate rationis redditur alienatio; Imò in casu nostro, neq; adest assensus Baronis in vita alienantis, prout loquuntur *Paris. & Afflict.* & si dicatur quod fuit probatus dictus assensus ex eo quod Felix de Admirato in instrumento confecto cum Scipione in anno 1578. fuerit confessus coram testibus recepisse memoriale assensus præstiti per Baronem cum talis assensus possit per testes probari, Respondemus, quod aut pars fundat suā intentionē, super assertione, siuè cōfessione facta à partibus, & nō prodest,
42 cum in prohibitis disponere non stetur partium confessioni, vt per *Bart. in l. si fortè, ff. de Castrens. pecul.* & per *DD. in l. si donatione, C. de collat.*, quod
43 ampliatur etiam si Notarius testetur vidisse dictum memoriale assensus, vt notatur *in Auth. si quis in aliquo C. de eden o, Alber. Iacobinus, & alij*, & in proprijs terminis *Afflict. in cap.* 1. *col.* 5. *versic. sed iuxtà hoc quero de alienat. feud.* & ratio est quia, ex dicta confessione per indirectum sequeretur alienatio feudi absque assensu, & qui non
44 potest alienare, neque potest confiteri aliquid, per quod alienatio sequatur, vt per *Gemin. in cap.* 2. *§. contractus de rebus Eccles. non alien.* & hanc opinionem *Afflict.* sequitur *Freccia lib.* 2. *de subfeud. quæst.* 25 qui & si loquatur in assensus Regij confessione, tamen
45 rationes per eum adductæ in Baronis quoque militant assensu; quinimò etiā si esset insertus tenor dicti assensus, neque fuisset per hoc probatus, vt latè per *Ozzasch. decis.* 166. *num.* 1, & faciunt tradita per eundem *decis.* 172. per totam, & sic ex dicta partium confessione non est probatus dictus assensus. Aut verò conuentus vult

dicere,

dicere, quod dictus assensus est probatus per testes, qui intersuerunt in dicto cōtractu, & nihil agit, cum com-
46 mun. sit DD. doctrina, & precipuè *Panormit.* commun. recepti *in c. p. cum olim. apud Perus. de Priuil.* quod quando scriptura nō est de substātia actus, & interuenit, tunc si testes non viderunt gesta in dicta scriptura, sed tantum tenorem, & tūc oportet, vt testes sint literati, vtputa Aduocati, Notarij, & similes, qui sciant cognoscere defectus scripturarum, deponantq; de eius tenore, & de ammissione ipsius, aliàs si essent imperiti non facerent fidē, *Abb.* vbi supra *in glos. fin.* pulchrè *Decius consil.* 82. *num.* 3. & latè *Afflict. decis.* 302. qui alios casus huius distinctionis ponunt. Cum ergo hic sit casus noster, in quo non erat de substantia scriptura, & testes non sunt periti, neq; deponunt de ammissione, & alijs requisitis vt supra; igitur penitus probatus dici potest dictus assensus.

Præterea eò fortius tenor dicti memorialis, & assensus in casu nostro esset probandus, quia esto quod esset expeditus, censeretur tamen concessus,
47 cum clausula *dummodò expediatur in forma infra annum, aliàs habetur pro non præstito*, quod patet ex sequenti promissione facta per dictum Felicem emptorem, qui promisit expedire in forma dictum assensum infra annum à dicto die in antea fol. 13. à terg. vnde patet, quod non erat dictum memoriale sufficiens, quia si fuisset sufficiens fuisset etiam liberatus Scipio venditor à præcedenti promissione, in qua promiserat expedire assensum suis expensis dicto emptori.

Et quando produceretur dictus assensus
48 Baronis, neque obstaret opinio *Parid. & Afflict.* quia in casu nostro adest reuocatio per hæredem facta, & est lis instituta, & compilatus processus, quo casu non loquuntur *Pari. & Afflict.* & nullo modo potest subsequi Regius assensus, etiam si expressè dicatur in
49 assensu, *non obstante reuocatione*, vt per *Frecciam Parid.* & alios in allegationibus adductis, quibus addo *Anan. in alleg.* 69. *num.* 62. *Mascard. conclus.* 188. *num.* 9. *de probat.*

Neq; dicatur quod idem operatur mors
50 quod reuocatio, quia in contrarium est veritas, ad text *in l. mandatum, C. mandati*: requiritur enim actus positiuus contrarius, *Ruyn. consil.* 115. *num.* 7. *lib.* 1. *Mascard. vbi supra* benè tamen verum est, quod voluntate ipsa per mortem extincta, censebitur per mortem terminatus consensus, *l.* 4. *ff. locati*, tanquam deficiente animi, & corporis instrumento, cui adhærebāt, vt explicant *Angel. & Castrens. in d. l. qui vniuersas. §. qui per colonum, ff. de acquir. possess.*

Et clarè hoc patet in dote, in qua licèt
51 post mortem impetrari possit assensus, non tamen id licebit facta reuocatione per hæredem, *Afflict. in l. Imperialē quæst.* 29. *num.* 30. *Capyc. col.* 185. *Camer. fol.* 91. *col.* 1. ibid. quos refert *Lanarius cōs.* 73. *num.* 7. & licèt *Afflict. in decis.* 111. videatur tenere contrarium, tamen in casu suo, ideò valuit assensus impetratus post reuocationem; quia reuocatio fuit generalis, & non potuit extēdi ad obligationem factam fauore dotis, in qua requirebatur specialis reuocatio.

Causa ista per mortem Dom. Iulij Cæsaris de Rubeis actoris, Iurisconsulti, & Aduocati docti, genere, & virtute nobilissimi, nepotis illius insignis Felicis de Rubeis Regij Consiliarij Troiani, non fuit aliter expedita, cessantibus per mortem voluntate, & viribus litigandi, suis hæredibus.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum morte mandantis finitur.*
2 *Mandati defectus, quandocunque opponi potest.*
3 *Defectus mandati maximus, quia includit*

dit defectum consensus, & ob id insanabilis, qui nec à Iudice suppletur, nec à Principe, & num.5.

4 *Mandatum, vbi deficit, desse quoq; censetur citatio.*

6 *Mandatum, re non integra morte mandantis, non expirat. Declara procedere moriente domino, secus verò si moriatur tutor* num.7.

8 *Sententia ferri potest cum procuratore in damnum haeredum* ad l.nulla dubitatio ff.de procur. *intelligi debet lite contestata cum procuratore, constituto à domino.*

9 *Procurator constitutus à domino differt à constituto à tutore, qui loco domini habetur,* & num.14.

10 *Tutor, vel curator ex eorum propria propria persona non possunt procuratorem constituere ante litem contestatam.*

11 *Tutor, & curator non sunt domini, licèt loco domini habeantur.*

12 *Negotia pupilli, vel minoris pertinent ad tutorem, & curatorem, cura solùm, & sollicitudine.*

13 *Actio est propria ipsius pupilli.*

15 *Procurator constitutus à Prelato, vel administratore per mortẽ constituẽtis reuocatur, etiam quòad negotia incepta, & causas, in quibus lis est cõtestata.*

16 Clement.IV. de procurat. *ampliatur procedere, etiam in procuratore constituto ab administratore prophano, & ratio* num. 18. *etiam re non integra* ex Innoc. Bart. & alijs num.22. *& procedit in quocunque administratore* num.23.*& ratio* num.24.26.28.32.

17 *Mandatum non finiri, re non integra morte mandantis, procedit in procuratore constituto à domino, secus ab administratore, etiam seculari.*

18 *Administratores Ecclesiastici, vt Episcopi, Abbates, Rectores, & similes longè potentius ius habent, quàm administratores prophani.*

19 *Administratores Ecclesiastici aequiparantur vsufructuarijs.*

20 *Episcopi, Abbates, Rectores, & similes constituunt procuratorem ante litem contestatam in causis Ecclesiarum, quod non licèt administratoribus prophanis.*

21 *Administratorum Ecclesiasticorum potestas, etiam circa locationes, & alienationes ante* Paulinam.

25 *Mandatum iurisdictionis differt à mãdato procuratoris, quia primum difficiliùs expirat.*

27 *Tacita reuocatio, quandoque plus operatur quam expressa.*

29 *Mandatum procuratoris constituti ab eo, qui per litis contestationem acquiris potestatem, omninò extinguitur morte mandantis* ex Oldrad. *& ibi ratio discriminis.*

30 *Mandatum morte mandantis finitur, etiam iure ciuili, & re non integra, vbi quis sine haerede decedit; etiam si in mandato dicatur, quod mandatum duret post mortem, siuè haereditas adeatur, siuè non* num.31.*& redditur vera ratio* num.33.

34 Clement. IV. de procurat. *procedit non solum in beneficialibus, sed in prophanis, vbi concurrit eadem ratio.*

35 *Decisio Sacr. Consil. affertur in pu ctio.*

36 *Mandatum fuisse reuocatum in litibus, & negotijs non cęptis, non infert, quin in negotijs cępsis non fuisset reuocatũ, ad declarationem* decis. Dom. de Franch.466.

37 *Mandatum vniuersale ad negotia differt à mandato ad iudicia, & de ratione.*

38 *Mandatum datum à pupillo, tutore auctore, differt à mandato dato à solo tutore.*

39 *Procurator constitutus à Praelatis, vtrũ differat à constituto ab administratoribus Ciuitatũ: Et quid importet procuratorem constitui ab administratoribus facientibus collegium, necne* num.40.

41 *Mandatum factum à maiori, per ipsius mortem succedente pupillo, etiam re non integra, expirat.*

42 *Mutatione status mandatum expirat.*

43 Imolae doctrina in d. Clement.4. de procurat. *declaratur.*

44 L. ſi per epiſtolam, ff. de acquir. hæred. *ſenſus verus ex* Bart.

ARGVMENTVM.

Mandatum, morte mandatis extingui, etiam re non integra, in mandato facto à turore, vel alio quolibet adminiſtratore, licèt aliud ſit in procuratore conſtituto ab ipſo domino. Ad verum intellectum *Clem.* 4. *de procurat.* quod procedat, nedum in mandato dato à Prælatis, & Rectoribus Eccleſiaſticis, quorum poteſtas eſt firmior cũ & vſufructuarijs æquiparentur, ſed etiam in admiſtratoribus prophanis, & ità deciſum aliàs per Sacr. Conſil. & generaliter, in quibus caſibus morte expiret mãdatũ, tàm ad lites, quàm ad negoria, & ob ſtatus mutationem.

Pro Excell.^mo D. Frãciſco Maria Carafa Duce Nucerię, Comite Suriani, &c.

CONTROVERSIA XXVIII.

Vt euidenter pateat, omnia acta geſta ad inſtantiam D. Marię Ramirez, cũ Doct. Mario Melaria à die 27. Ianuarij 1605. quo die deceſsit D. Frãciſcus Carrafa bàlius, ſiuè tutor, à quo fuerat ipſe Marius conſtirutus procurator, ſint nulla, & ita omninò declaranda per Sacrum Conſilium.

Fundatur in vulgari, ſed veriſsima regula
1 generali, mandatum, morte mandantis finiri, *l. inter cauſas* 26. *ff. mãdati, l. mandatum* 15. *C. mandat. §. rectè quoque inſtit. eod. P normit. & alij in cap. relatum, de offic. delegat. cum ſimil. concord. per Maſcard de probat. concluſ.* 1016.
2 *num.* 6. qui quidem mandati defectus, quandocunque poterit opponi ad inualidandum proceſſum, & acta facta, *l. licèt C. de precar. cap. in noſtra eod. tit. c. licèt de appell. in* 6. etiam poſt mille annos, vt ex *Bald.* & alijs ꝓbat *Boer. deciſ.* 281. *incip. præſuppono primo per tot.*

Et tàm ex parte actoris, quàm rei, dicitur
3 maximus defectus, cum includat defectum voluntatis, & conſenſus principalium, & ſic dicitur continere nullitatem prouenientem à iure naturæ, & ſic inſanabilem, quæ nec per ipſum ſupremum Principem, & ipſius conſiſtorium ſuppleri poteſt, *Bald. in l. falſi num.* 11. *C. de furtis, Clement. paſtoralis, §. cæterum, de re iudic.* mandati ſiquidẽ
4 defectus, includit etiam defectum citationis, cum proceſſus ſit factus cum eo, qui iam non erat ampliùs procurator pupilli, & ſic eſt factus, principali, eoque pupillo, non citato; vnde non potuit huic nullitati mederi cũ decre-
5 to lato, quod infra menſem Dux dèducar omnia incumbẽtia, qui morbus eſt inſanabilis, vt dicunt *Staphileus, & Sarmient. relati per Vantium de nullitat. tit. de defect. inhabil. perſonæ, ſeu mandat. num.* 61. & proindè mori debent acta.

Nec obſtat limitatio iſtius regulæ generalis, ſiuè inſerta in eadem regula mo-
6 dificatio, quod mandatum, re non integra, morte mandantis non expirat, quã *ex d. l. mandatum* à contrario ſenſu excerpſit *Gloſ. in d. l. mandatum* verſic. *item non re integra*, aliàs enim ſecus: & hanc pro ſecunda regula negatiua, ſumpta à contrario ſenſu *d. l. mandatum* tradit *Gabriel de procurat. concluſ.* 3. vbi affert concord. quia quamuis in caſu præſenti, mors D. Franciſci tutoris euenerit re non integra, cuius contrarium eſſe verum, ſaltim in cauſa reclamationis, vbi rem eſſe omninò integram in nota facti deduximus; tamen, etiam ſi res non fuiſſet integra, non oberit limitatio ex pluribus.

Et primo ex eodẽ texr. *in d. l. mandatum num.* 15. ille enim text. expreſsè loqui-
7 tur de morte domini; vnde dum *Gloſ.* rela-

relata ad text.elicit à contrario sensu, vt re non integra, mandatum non expiret, intelligi debet, cum agitur de morte domini, at in casu nostro loquimur in tutore, quem constat habere debilius ius; ergo isthęc limitatio, sumpta ex eo text. & doctrinæ DD. qui illum citant, non possunt applicari ad casum nostrum. Sic etiam text. *in l. nulla dubitatio* 23. *C. de procurat.* dum
8 determinat, posse ferri sententiam cũ procuratore in damnum hæredum re integra, lite scilicet contestata cum procuratore in vita domini, expressè pręsupponit procuratorem, fuisse constitutum à domino, siquidem de procuratore meminit, qui ab eo constitui debet, qui habet plenum ius in re, vel in actu, vt notat *Bald. in d.l. neq; tutores, num.4. quæst.2. in fin.* & ita loquuntur DD. citati *per Surd. decis.89. nu.6.*
9 Et quod longa sit differentia, inter procuratorẽ cõstitutũ à vero domino litis, & à tutore, qui licèt domini loco habeatur, *l. qui fundũ* 7. §. *si tutor, ff. pro emptore*; tamẽ nõ est verè dominus, colligitur ex dictis *à Bart.* per illũ textum *in l. neque tutores* 11. *C. de procurat.*
10 vbi disponitur, tutorem, vel curatorẽ ex sua persona, non posse procuratorem constituere ante litis contestationem, eiusq; rei reddit rationem *Bart. num.*1. quia procurator debet constitui à domino *d.l.*1. *ff. eod.* sed tutores,
11 & curatores non sunt domini; ergo non possunt procuratorem constituere, & iterum *num.6.* in resolutione contrarij *de l. ita autem §. gessisse, ff de administrat. tutor.* vbi tutor potest agere negotia per alium, tradit aliam pul-
12 chrã rationem differentiæ, quia negotium dicitur pertinere ad tutorem, cura, & sollicitudine, *l. si pupilli, §. item quaeritur, ff. de negot. gestis*, secus verò actio, quia non est tutoris, sed propria
13 pupilli, meritò nõ potest ad actionem procuratorem constituere, & vt scripsit *Castrens. consil. 16. num. 2. lib.* 1.
14 procurator constitutus à tutore, vel curatore, non dicitur procurator pupilli, sed ipsius tutoris, vbi alia verba verè aurea subdit in proposito.

Et quamuis sufficere deberet, ostendisse, iura, quæ in cõtrarium afferri possunt, non comprehendere casum nostrum, & insuper fundasse rationem differentiæ inter procuratorem constitutum à domino, vel tutore, siuè administratore; tamen ex abundãti suscipiam onus probandi assumptum, iuribus, authoritatibus, & rationibus, ex quibus falsa apparebit cõtradicentium, si qui sunt, opinio.

Iura sunt aperta *in Clement.4. & fin. de*
15 *procurat.* vbi procurator constitutus à Pręlato, Rectore, vel alio quolibet administratore, per mortem constituentis reuocatur, & subijcitur ampliatio per hęc verba, *etiam quoad negotia, iam incepta, & causas in quibus per ipsum lis fuerit ante mortem huiusmodi contestata.*
16 Nec oberit si dicatur, quod illa *Clemẽt.* loquitur in Rectore, siuè administratore Ecclesiastico, vt ibi videtur innuere *Gloss.* 2. quia illa *Gloss.* id non firmat, siquidem refert *Innoc. in cap. dilecti, de foro competẽti*, cuius opinio fuit reprobata per illam *Clement.* qui loquebatur etiam de Rectore prophano, & *Gloss. sequens, in verbo, pro Ecclesia*, tradit veram distinctionem, vt id tantum attendatur, si quis constituit procuratorem in causa propria, & tunc mãda-
17 tum non finiatur morte mandantis, re non integra, & ita procedant leges iuris ciuilis, *l. si defunctus* 15. *ff. de procurat. & d. §. rectè versic. item si adhuc initio mandati, d.l. inter causas, & l. mandatũ, ff. & C. eod. cũ ibi not.* quæ omnia citat *Gloss.* prædicta, quæ aliud expressè sentit, cum quis, vt administrator in causa alterius procuratorem cõstituit.

Quinimò, tantum abest, vt nihil sit speciale in *d. Clement.* in administratore ecclesiastico, vt valdè fortiori ratione illud idem censeatur statutum in tu-
18 tore, & procuratore, & similibus Rectoribus prophanis, siquidem fortius ius habent Episcopus, Abbates, Rectores, & alij in beneficijs suis, quam

tutor,

ratator,& procurator, quia beneficiati
percipiunt fructus ad vtilitatem pro-
19 priam,& ęquiparantur vſufructuarijs,
iuxtà communem,de qua per *Hoſtieſ.*
Cardin. Imol. Barbat. & alios in cap. fin.
de peculio clericorum, cum infin. per Gut-
tierez. in quaeſtion. Canon. cap. 33. Bar-
boſ. in l. diuortio 8. par. 2. num. 56. ff. ſo-
lut. matrim. & alios per Caſtill. Hi-
ſpan. quotid. controu. de vſufruct. cap. 79.
tom. 1. ſecùs verò in tutore, & procu-
ratore, qui non faciunt fructus ſuos,&
proinde adminiſtratores Eccleſiaſtici
20 poſſunt facere procuratorem ante li-
tē conteſtatam, quod non licet tuto-
ri,& procuratori, vti habētibus ius de-
bilius,& ita arguit, hęc omnia tradens
Bart. in d. l. neque tutores 1 1. *num. 3. &*
in 2. lect. num. 20. ſi igitur id, de quo
magis deberet ineſſe, & non ineſt, ex
d. Clement. ergo neque, & id, de quo
minus *Auth. multò magis, C. de ſacro-*
ſanct. Eccleſ. & de poteſtate Eccleſia-
21 ſticorum, etiam in materia alienatio-
nis ante Paulinam *Socin. cōſil. 33. in 6.*
quem latè defendit *Vrſill. ad Afflict.*
deciſ. 101. ex num. 2. Gratian. deciſ. Rot.
Marcb. 99. num. 15. & latiſsimè *Tiber.*
Decian. reſponſo 14. *lib. 1.* vbi latè de
firmiori poteſtate adminiſtratorum,&
Rectorum Eccleſię.

Et ne deficiat deciſio punctualis,& indi-
uidua, hoc in terminis voluit idem
22 *Bart. in d. l. neque tutores*, qui poſtquā
loquutus fuerat de adminiſtratoribus
Eccleſiaſticis, & prophanis, *& num. 4.*
in fin. dixiſſet, non eſſe curandum de
iſtis nominibus, vtrum vocetur procu-
rator, actor, vel ſindicus, in ea quæſtio-
ne, quam ſubijcit *num. 13.* dicit hæc
verba, *ſed quando ipſe adminiſtrator*
alium procuratorem conſtituit, tunc non
eſt dubium, quod poteſt reuocare, quinimò
eius morte reuocatur mandatum.

Et quod *Bart.* doctrina intelligatur indi-
ſtinctè, tàm re integra, quàm non inte-
gra, patet ex doctrina *Innoc.* quā citat,
& ſuper qua fundat dictū ſuū *d. nu. 13.*
is enim in cap bona, ſuper Gloſ. in verbo
temerè, de poſtul. prælato. dum citat *S.*
rectè loquitur etiā re non integra, poſt
num. 8. ibi, *& re non integra, non obſtan-*
te contradictione ſociorum, & idem ex
Innoc. repetit *Bart. in 2. lect. d. l. num. 19.*
verſic. quæro extra Gloſ. & clarius hoc
firmauit *Ancharan. in d. Clem. num. 2.*
verſic. ego vltrà dico, vbi expreſſis ver-
bis, docuit diſpoſitionem *d. Clement.*
23 procedere in quocunque adminiſtra-
tore; puta tutore, curatore, coadiutore
24 & ſimilibus, reddens rationem, quia
non poteſt vltrà protēdi adminiſtratio
acceſſorij, ſcilicet procuratoris conſti-
tuti a tutore, quàm protēdatur admi-
niſtratio ipſius tutoris principalis, à
quo procurator ſumit vires, & inferiùs
in verſic. *ſed quomodo reſpondebis*, re-
25 ſoluit obiectum, cur mandatum iuriſ-
dictionis, re non integra, non expiret,
ſecus in mandato procuratoris, & ſic
clariſsimè loquitur, vt ceſſet manda-
tum, etiam re non integra, iuxtà termi-
nos illius *Clement.*

Idemq; comprobare uidetur *Card. Za-*
barell. in dicta Clement. in 4. oppoſit.
dum reddens rationem, quare manda-
tum adminiſtratoris, etiam re non in-
tegra expiret, dicit hoc procedere ma-
26 ximè in rebus Eccleſiaſticis,& ſic nō
excludit prophana, & declarat illud
dominium, quod acquirit procurator
per litis conteſtationem, eſſe nimis de-
bile, vt facilè diluatur, & addit *in verſ.*
Et per hoc contingere in hoc vnum
27 mirabile, quod plus operetur tacita
reuocatio per mortem conſtituentis,
quàm expreſſa,& iterum *num. 5. in fin.*
in 3. quæſtione, in 4. ratione, quam tra-
dit pro *deciſ. illius Clement.* illam ratio-
28 nem aſſignat, quæ omninò compre-
hendit procuratores conſtitutos, tàm
in eccleſiaſticis, quā prophanis, quia
per mortem Prælati extinguitur om-
ninò ius prælationis, quia ſublato prin-
cipali, tollitur officium procuratoris,
quod non eſt in procuratore conſti-
tuto à domino, qui tranſmittit ius ſuū
ad hæredem.

Et omnibus meliùs hanc opinionem la-
tiſsimè tuetur *Oldrad. conſil. 130. incip.*
omnia

omnia prolixitate facti, num. 3. versic.
alia ratione, vsque ad num. 6. & infe-
riùs *num. 7.* vbi reassumit conclusio-
29 nes, concludendo, quod mandatum
procuratoris constituti ab eo, qui per
litis contestationem acquirit potesta-
tem constituendi procuratorem, vt in
procuratore tradit *Gloss. vltim. in d. l.*
nulla dubitatio 23. & in tutore est *tex.*
in d. l. neque tutores omninò extingui-
tur morte constituentis, siuè substi-
tuentis, quia hoc casu litis cōtestatio,
quæ operatur, rem non esse ampliùs
integram, satis operatur, vt possit aliū
procuratorem substituere, non autem
vt hic procurator substitutus per mor-
tem constituentis, etiam re non inte-
gra, non expiret, vt per eum *num. 3.*
versic. non obstat, quod R. erat litem
contestatus, & num. 4. versic. solus ergo
cum seq.

Verùm vltrà subtiles rationes allatas *ab*
Oldrado, illa præcipuè horum patrum
fulcitur sententia, quod etiam iure ci-
uili inspecto, quocunque modo quis
sine hærede decedit, vel quia non ha-
beat, vel fortiùs, vbi hæredem habere
non potest, quia ius suum nō fit trans-
missibile ad aliquem hæredem, ibi
30 mandatum finitur, etiam re non inte-
gra, *l. 1.* vbi oēs, *C. de action. & obliga-*
tion. l. si per epistolā, 50. ff. de acquir. hæ-
red. quæ iura ad hoc in specie ponde-
rat *Roman. consil. 374. num. 5. versic.*
quinta ratio, vbi *Mandos. in addit.* id
trahit ad rationem *d. Clement. fin. post*
Rotam, Gomez. & alios, quos citat, &
hanc vti communem opinionem, plu-
ribus relatis, refert, & sequitur *Gabriel*
de procur. cōclus. 2. num. 14. vbi *num. 15.*
31 ampliat etiam si in mandato dicatur
quod procurator duret post mortem,
siuè hæreditas adeatur, siuè non, &
iterum meliùs *conclus. 3. de procurat. in*
finalibus verbis num. 17. & meliùs om-
nibus *Iason videndus consil. 138. col. 1.*
& 2. lib. 4. sed procurator, tutor,
& huiusmodi administratores non
transmittunt eorum ius ad hæredem
aliquem, qui illorum personam re-

presentet in officio, quia nulla rema-
net imago defuncti, ergo manda-
tum ipsorum extinguitur, etiam re
non integra.

32 Et hanc esse veram rationem *dictæ*
Clement. fin. tradit in terminis *Grauat.*
in addit. ad praxim Vestrij cap. 4. in fin.
num. 37. ibi, *ea nempè ratione*, & in
vltimis verbis in *versic. nam si absque*
hærede, & alios infinitos citat *Sebast.*
Medices tract. Mors omnia soluit, part. 2.
conclus. 63. num. 203. & additio ad *Cap.*
pell. Tholos. decis. 265. num. 3. eandemq;
esse rationem *d. Clement.* quia non po-
33 test, nec in personā morientis, qui non
est ampliùs, nec in personam successo-
ris, mandatum, & ex consequenti iudi-
cium sustinet, iuxtà doctrinā *Imol. in*
d. Clement. in 4. notab., & quod illius
34 decisio procedat non solùm in bene-
ficialibus, sed etiam in prophanis, vbi
est eadem ratio, scilicet, quia ex per-
sona hæredis non potest vires suscipe-
re mandatū, benè fundat, & decisum
35 testatur per S. C. *Dom. Minadois de-*
cis. 35. versic. præterea, & in fin. quem
refert, & sequitur *Anna senior sin-*
gul. 329.

Qua decisione S. C. stante in indiui-
duo, nō meretur allegari in contrariū
decis. D. de Franch. 466. non enim fuit
hic punctus discussus, nec reuocatus
in dubium, & proinde dicit, Sacrum
Consilium, iuxtà limites casus, de quo
36 fuit actum, decreuisse, mādatum fuis-
se reuocatum in litibus, & negotijs
non cęptis, de quibus ibi solùm fuit
dubitatum; nihil autem fuit tractatum
de cęptis, & sic non potest sumi argu-
mentum à sensu contrario decisionis
cum sententia sit stricti iuris. Et ex his
remanent resoluta motiua *Alexand. in*
conf. 128. lib. 6. dum *num. 1. in fin. & 4.*
contrarium quamuis quodammodo
perfunctoriè, respondit.

Primò enim *Alexand.* loquitur in man-
37 dato vniuersali ad negotia, iuxtà text.
in l. si quis mācipijs 17. §. si impubes ff. de
instit. action. quem citat, nos verò in
mandato ad iudicia, interquos casus
est

eſt maxima differentia, ex *Bart. in d. l. neque tutores, num. 6.* & declarat *Ruyn. conſil.* 115. *num.* 5. *lib.* 1. & eſt etiam alia ratio particularis in mandato dato inſtitori propter vtilitatem promiſcui vſus, ideſt negotiationis, & ſic non eſſet idem in alio procuratore etiam generali non conſtituto ad negotiandum, vt declarat ibi *Caſtrenſ. num. 2. verſic. in text ibi.*

Secundo dũ *Alex.* loquitur in mãdato dato inſtitori, iuxtà terminos *d. §. ſi impubes*, debet intelligi de mandato
38 facto per pupillum cum auctoritate
tutoris, prout illum textum intelligunt *Bart. & Bald. in 6. notabili* & reliqui DD. nos autem loquimur in mandato dato à ſolo tutore, & ita in ſpecie declarat *d. §. ſi impubes Frãciſcus Marc. deciſ.* 55. *part.* 1. & diſtinguit ex mente *DD. Guttierez de tutel. & curis, part. 2. cap. 19. num.* 5. & declarat procedere *text. in l. vnic. C. vt cauſ. poſt puber. adſit tut.* & ſi aliter voluiſſet *Alex.* loqueretur contra iura ſupra citata, & commun. reſoluta.

Tertiò non obſtat doctrina *Bald. in l. mãdatum, n.* 11. *verſic. nunc venio*, in qua ſe fundat *Alex.* quia *Bald.* ibi non loquitur in procuratore conſtituto à tutore, & licèt faciat differentiam in-
39 ter procuratorem conſtitutum à Prælatis Eccleſiarum, & in conſtituto ab adminiſtratoribus Ciuitatum, in quibus dicit non expirare mandatum re nõ integra, quamuis expiret officium, citans *Innoc. in cap. dilecti, de foro competenti*, qui hoc non dicit, vt aduertit in ſpecie *Apoſtill. ad ipſum Bald. littera B.* & ſi diceret, illius opinio eſt reprobata, vt dicit *Gloſſ.* 1. *in d. Clem.* 1. & contrarium voluit idem *Bald. in d. l. neque tutores*, dum *num.* 3. dixit quod ſecundùm omnes DD. Prælati habent potentius ius in conſtitutione procuratoris, etiam ante litem conteſtatam, quàm tutores, quos dicit eſſe nudos miniſtros, & ſequitur ibi *Paul. num.* 8.

Tamen *Bald. in d. l. mandatum n.* 12.
40 ſublimitat, hoc procedere in procuratore, vel ſyndico cõſtituto ab adminiſtratoribus facientibus collegiũ, quia tunc dicitur conſtitutus potius ab officio, quod ſemper durat, quam à perſonis, ſecus verò vbi conſtituẽtes non faciunt collegium, tunc quia corũ officiũ funditùs expirat, nec eſt ampliùs in rerum natura, ob id concludit, mandatum omninò expirare, etiam re non integra, iuxtà terminos quæſtionis propoſitæ per eum ſupra *num.* 11. & ſic in tutore, cuius officium funditùs expirat *Bald.* omninò concludit contra *Alexand.* pro noſtra opinione.

Vltimò, tandem quatenus omnia prædicta ceſſarent, ex alio mandatum fuit
41 extinctum, quia vbicunq; mandatum eſt factum à maiori, & is, qui ſupereſt eſt pupillus, ibi mandatum, etiam re nõ integra, ceſſat ob mutationem ſtatus, quod cõtingit à perſona illius, quæ fecit mandatum, in perſonam ſuperſtitis, doctrina eſt ſingul. *Socin.* quem refert, & ſequitur *Benuen. Stracca de mercat. tit. mandati num.* 49. *in fin.* ſicut
42 enim ex mutatione ſtatus mandantis, mãdatum extinguitur, ita & ipſius, qui ſuccedit, ſi ſucceſſio cõſiderari poteſt in caſu noſtro, refert, & ſequitur *Anchar. gun. quæſt. famil. part.* 1. *cap.* 23. *in fin.* necnõ, & *Anna ſenior ſingul.* 330. ex quibus vndique apparet, acta eſſe declarãda nulla.
43 Prout neque obſtat *Imol.* dictum *in Clement. fin. de procurat.* vbi allegatur per *Alexand.* nam toto perlecto ipſius *Imolæ* commento, reperij ſolùm ſub *num.* 13. ipſum ibi adducere ſecundã rationem, per quam *Petr.* dicebat fuiſſe *in d. Clement.* ſtatutum, vt morte Prælati mandatum expiret, etiam re non integra; quia dicebat ipſe, quicunque ſit adminiſtrator, ſi moritur, deſinit illud procuratorium in vita conſti-
44 tutum per *text. in l. ſi per epiſtolam*, & ibi *Bart. ff. de acquir. hæredit.* & ex hoc infert habere *d. Clement.* locum in tutore, vel quolibet alio adminiſtratore: quia eadem eſt ratio: ſubſequũtur poſtea hæc verba, *dicebat tamen* (ſcilicèt

ipse Petrus) *quod licèt crederet verum esse, quod dixi post eum* (nempè quod *Clement.* ista locum habeat in omni procuratore cõstituto ab administratore, alioque Prælato) *tamen cogitandum erat*: & meritò; quia si per epistolam hoc non probat, hic enim loquitur quando res est integra; si ergo *Alexand.* ex istis *Imol.* subsequentibus verbis, illum pro sua opinione adducere vult, non multùm stringunt; tum quia, tàm ipse *Imol.* quàm ille *Petrus* eius fuerunt opinionis, *vt d. Clem. fin.* in omni procuratore à quocunque administratore constituto, locum habeat; & licet cogitandum relinquat, non per hoc ab eius videtur recessisse opinione, quam veram esse supra latè nos probauimus, cum etiam non sit verum, *text. in d. l. si per epistolam*, loqui re integra; nam ibi *text.* summatur *per Bart.* quod morte tutoris finiatur mandatum, & sub *num.* 4. ad corroborationem ipsius summarij, atque notabilis ex text. in dc sumpti, dicit ad hec facere id, quod habetur *in d. Clement. fin.* vbi ponitur casus, quod extinguitur mandatum cum morte Prælati; & sic *Bart.* eius est opinionis: vt sicut *in d. Clem.* morte Prælati extinguitur mandatum, re integra, vel nè; ita *text. in d. l. si per epistolam*, prout etiam ex ipsomet *Bart. in d. l. neque tutores* supra firmauimus in versic. *& ne deficiat decisio*, *dictam Clement.* loqui nedum in procuratore à Prælato constituto; sed à quocunque alio administratore; pro vt est tutor; de quo in casu nostro; & in quo eandem ipsius *Clement.* militare rationem, dicebat *Petr.* & *Imola*, vt supra.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum licet generalissimum, & cum libera, non extenditur ad donandum, vel fideiubendum.*

2 *Mandatum specialissimum requiritur ad remittendum, nec sufficiunt verba generalia.*

3 *Procurator cum libera, speciali aequipollens, non potest tamen, nisi ea, quæ vir bonus faceret.*

4 *Mandato generali, insolita non comprehenduntur.*

5 *Fideiubere non solùm est donare, sed abuti propria substantia.*

6 *Testes deponentes, habere notam manû, vel notitiam manus, nunquam plenè probant, & ratio redditur. Et eorum depositio nihil aliud est, nisi comparatio, num.* 21.

7 *Comparatio scripturæ plenè non probat nisi alia concurrunt, idque in omni scriptura, num.* 10. *&* 11. *& de magis com. num.* 17.

8 *Comparatio non probat in apoca, sed aliud in literis missiuis ex aliquorum sententia. Sed graues authores contra, vt etiam in litteris sit idem ius, ex identitate rationis, falsitatis arcenda, n.* 9. *&* 13. *fallit in litteris cambij, vel in litteris missiuis inter mercatores, n.* 25.

12 *Falsitatis suspicio maior in litteris missiuis, quàm in apocis.*

14 *Sigilli fides, & authoritas procedit in sigillo publico, non autem priuato, & in publico amplius requiritur attestatio notarij, vel testium, num.* 15.

16 *Subscriptio vbi est necessaria, sigillum non probat, nec si sit destructum.*

18 *Comparatio, siue relatio peritorum, circa veritatem scripturæ, etiam iuncta cum testibus de notitia manus, non probat, de com. nu.* 23.

19 *Probationes duæ semiplenæ, quæ in ciuilibus iunguntur, oportet vt sint diuersæ speciei, secus si eiusdem, & ibi exempla, num.* 20. *& ratio redditur, nu.* 22.

24 *Comparatio, inter mercatores in litteris cambij faciliùs admittitur.*

26 *Comparationis requisita, vt fidem faciat.*

27 *Littera missiua, vel epistola reperta post mortem mittentis, non probant, etiam vbi aliàs probarent, quia requiritur simultaneus consensus, num.* 28.

29 *Epistola an ex eo probet, quod sit reperta in arca illius, ad quem dirigebatur.*

30 *In-*

30 *Iudicis arbitrio aliquid tribuitur in materia probationis circa comparationem; Et coniecturæ ponderantur, ex quibus excludenda est fides probationis in materia, & num. 32.*

31 *Litteræ missiuæ, vel epistola, quarū iuxtà aliquorum sententiam probentur ex comparatione peritorum, vel testium.*

33 *Procurator habens duplicem potestatē ad explicandum actum, si vtatur vna ex eis, quæ sit inualida, actus corruit, & quare, num. 34.*

35 *Iurisdictionis prorogatio, si non valet, vt delegata, nec tenet, vt ordinaria.*

36 *Mandatum non esse, vel illegitimum paria sunt.*

37 *Nuntius quis dicatur, & in quo à procuratore distet.*

38 *Procurator qui explicat actum, vt nuntius, vel è contra, nihil agit.*

39 *Nūtius omnis dicitur largo modo procurator, non è contra.*

40 *Maritus agens vt procurator, qui non non sit, nulliter agit, tametsi valeret agere, vt coniuncta persona.*

41 Bart. doctrina in l. habebat, ff. de instit. *declaratur.*

42 *Mandati defectus maior est in procuratore; vel institore recipiente mutuum vigore mandati inualidi, quàm in opinione creditoris mutuantis.*

43 *Dispositio noua efficitur, nec potest dici declaratio, cum quid de nouo expeditur.*

44 *Dominus faciens actum ex causa non existente, licet adfuisset causa existens nihil agit.*

45 *Feudum concessum ob mortem Titij, qui tamen viuebat, non tenet concessio, etiam si feudum, alia tamen de causa vacet.*

46 *Error consensui contrarius.*

47 *Actus factus ob causam non veram, si subsit causa vera, an substineatur.*

48 L. 1. §. 1. *qui incipit*, conuenire ff. de iudic. *explicatur. & num.* 55.

49 *Sententia ex falsa causa lata, vtrum substineatur ex causa vera, ad declarationem* text. in l. qui testamento 40. ff. de excus. tutor. *& num.* 50.

51 *Sententia pro ipsa præsumitur quoad rectitudinem iustitiæ, non quoad ordinē idest rectitudinem.*

52 *Contractus ex defectu mandati difficilius substinetur, quàm sententia, cui fauet authoritas iudiciaria, & 54.*

54 *Iudex non potest à se imperium abdicare, secus in procuratore.*

56 L. habebat ff. de instit. *verus sensus traditur.*

57 *Procurator, qui sciuit habere mandatū validum, & non expressit, est in culpa, & tenetur de dolo.*

58 *Procurator falsus tenetur ad totale interesse.*

59 *Procurator ita demum obligat dominū si habeat scientiam mandati tempore actus gesti, idque creditor probare debet, vt obtineat, & hæc est verior, & magis com. opinio.*

60 *Iudex antequam sciat habere iurisdictionem, nihil agit.*

61 *Mandatum factum per epistolam perficitur per receptionem ipsius, & ad illud tempus reducitur.*

62 *Mandatum debet inseri in contractū, & registrari in actis de iure, & de stylo.*

63 *Falsitatis suspicio oritur ex gestis contra stylum.*

64 *Suspicio in ciuilibus pro falsitate habetur.*

65 *Contrahentes cum procuratore, cauti esse debent, & custodire mandatum, & alia facere.*

66 *Mandati forma, & fines diligentissimè custodiendi, adeo vt quilibet excessus vitiet contractum factum vigore mādati.*

67 *Fideiubere & se insolidum obligare satis differunt.*

68 *Contractus redditur nullus, si in aliquo etiam paruo desit consensus, ex indiuiduo voluntatis*

ARGVMENTVM

Mandatum licet generalissimum, vel cum libera, non extenditur ad donandum, nec

nec fideiubendum, & de forma, et finibus mandati diligentiss. custodiendis. De Procuratore, Nuntio, & Iudice habentibus duplicem potestatē, si vtantur, vel exprimāt, seipsos agere vigore potestatis inualidæ: vtrū actus, vel sententia sustineātur ex potestate legitima, vel causa vera, quę suberat, ex quo infertur ad concessionem feudi factā ob mortem vasalli qui viuebat, an sufficiat aliter feudum vacasse, & ad plura. De contractu facto ex falsa causa, & falso procuratore. De fide cōparationis, et testiū deponētium habere notitiam manus, tàm in apocis, quàm in litteris missiuis, epistolis, & litteris cābij inter mercatores, quando plenè, vel semiplenè probent, & de cōiungēdis semiplenis probationibus diuersi generis, distinctè, & plenè ad verā praxim explicatur.

Pro eodem Excellentiss. Dño Duce Nuceriæ in eadem causa.

CONTROVESIA XXIX.

Sententiam Sac. Cons. qua Dominus Dux Nuceriæ à prętensione Mariæ Ramirez iustissimè fuit absolutus, esse haud dubiè confirmandam, nō obstātibus ijs, quæ in reclamationis instātia ead. Maria produxit; ex subscriptis veris iuris conclusionibus, omnino speratur.

Primò, quia nullū Ducis FerdināDi in personam Thomæ Longi validum mandatum adfuit ad fideiubendum pro Francisco Carrafa in ipsius Mariæ beneficium.

Secundò, quia litteras per aduersarium nouiter productas, per quas mādatum primum validari, atque efficacem, pro Duce obligando, oriri actionem, prætendit Maria, aut nō esse probatas demōstrabo: & sic actore non probante reus absoluendus; aut verò cū illarū vigore Thomas, & Maria nō contraxerint; sed virtute mādati omninò insufficientis, aut ex alijs modis, vt infra, illas proinde sibi opitulari minimè, posse patebit.

Et quoad primum de mandato per publicum instrumentum, Mariæ iura euanescunt, nam & si illud generalissimum, cum libera, & cū clausula, quod omnia possit, quæ posset ipse constituens verus Dominus; nō tamē est sufficiens ad remittendum, donandum, vel fideiubendum; cum omnia ex fide agēda esse, mandatum fuisse intelligatur, *l. creditor 60. §. Lutius ff. mandati, l. contra iuris §. si filius ff. de pactis, l. filiusfamilias §. 1. ff. de donat.* & quod nō sufficiant quæcunque mandati verba

2 generalia; sed specialissimum requiratur mandatum ad donandum, vel fideiubendum, ex *Aret. Alex. Bero. Natta, Rol.* & alijs, probat latissimè *Surd. cons. 431. n. 37. & seq. l. 3. latè Tiraq. ad ll. cōnubiales gl. 7. vers. expres. n. 109. &*

3 *110.* & quod procurator cum libera quāuis speciali, ęquipolleat, iuxtà notata *in l. procurator cui ff. de procurat. & l. si procurator C. eod.* nō possit tamē nisi ea, quæ vir bonus faceret in sui vtilitatem; plura *Dec. cons. 493. Vrsill. ad Afflic. decis. 305. in princ. Mascard. conclus. 1314. n. 10.* nō enim comprehen-

4 duntur in generali mandato; nisi solita fieri in similibus, *Decian. cons. 60. num. 5. lib. 2.* nō autē insolita, idem *Decian.*

5 *cons. 73. num. 40. lib.* . fideiubere autem, ne dum est donare, sed malè vti propria substantia, *Angel. & Ias. in l. in persona §. 1. ff. de pactis, Alex. num. 13. in fin. Ripa n. 38. in l. si constante ff. sol. matr.* & nil magis damnosum, quàm fideiubere, *Bertaz. tract. de claus. instru. claus. 39. in fin.* si ergo vltra & præter mandatū, sequitur, quod in nihilo Dominum obligare potuit, & ideo cautus esse contrahens debet, vt mandatum procuratoriū respiciat, *Innoc. But. Panorm. Imol.* & alij in specie *in cap. pen.*

de fideiuſ. Maſcard. concl. 1165. *n.* 14. *&* 15. *fol.* 110.

Quoad ſecundum verò de litteris, vbi magis figere pedes pars videtur, non eſt in probatis; cùm eius probationem, non niſi ex quibuſdam teſtibus dicentibus habere notam manum, ſiuè manus, vel characterum notitiam, contēdat; teſtes enim hoc modo teſtantes, regulariter minimè probant, cum ex hoc comparatio ſolùm reſultet, quæ nunquam plenè probat; cùm circa eam de facili erretur, *Bart. in auth. at ſi contractus, C. de fide inſtrument. Aret. conſ.* 64. cum alijs per *Afflic.*

7 *deciſ.* 181. *num.* 7. *&* 8. vbi comparationem ſcripturæ nunquam probare aduertit, niſi aliquis teſtis de viſu, qui illam ſcribere viderit, cum ipſa comparatione adiungatur, ſequūtur multi relati per *Annam allegat.* 85. *num.* 5.

Et ſi pars aduerſa procedere hoc

8 dicat in apoca, non autem in litteris miſſiuis, in quibus iuxtà aliquorum ſententiam eſſe admittendos dicitur teſtes dicētes habere notam manum, etiam vt plene probēt, ex traditis per *Sſtrac. de mercat. tit. quomodo in cauſis mercatorum procedendum ſit, num.* 13. de quo fuit memor *Vrſill. ad Afflict. d. deciſ.* 181. *num.* 5.

Attamen hęc opinio tuta minimè

9 eſt, cum grauiſſimi authores oppoſitum expreſsè tenuiſſent, vt nulla ſcilicet inter apocas, & litteras miſſiuas differentia exiſtat; cum eadem in vtriſque militer falſitatis vitandæ ratio, quæ vera, & præcipua ratio fuit, cur huiuſmodi teſtibus fides non adhibeatur, & lex, quę comparationi fidem denegar, generaliter de omni

10 ſcriptura loquitur, vt ex *text. in Auth. ſi quis vult, C. qui potior. in pignor. hab.* & in corpore, vnde ſumitur, probarunt *Panorm. in c.* 2. *num.* 8. *de fide inſtr. Alex. cōſ.* 76. *n.* 8. *lib.* 3. *Curt. in l admonēdi, n.* 132. *ff. de iureiur.* qui *Bald. Iacob. Beluiſ. Salycet. & Angel.* pro hac ſentētia commemorat, ibidem *Iaſ. in repet. n.* 139. *& Curt. Iun. num.* 41. idemq; in effectu, licet ſubdubius *Purpuratus, Dec. conſil.* 115 *num.* 3. generaliter lo-

11 quens in priuata ſcriptuta, & *Couarr. practic. qq. cap.* 22 *nu.* 7.

12 Quinimò maiorem falſitatis ſuſpicionē in litteris miſſiuis, quàm in apocis, cenſuit *Frider. Schenc. in viridario concluſ. iuris, concluſ.* 62. vbi probat *Iuſtin.* non fundare ſe ſuper negligentia partis, quia non adhibuerit teſtes, vt ſupponunt DD. contrariæ opinionis; ſed ſuper timore falſitatis, qua homines cotrupti, aliorum manus, & ſcripturas, peruerſo ſtudio effingunt, &

13 proinde hanc vltimam opinionem negatiuam defendunt enixè *Menoch. de arbitr. l.* 2. *cent.* 2. *cap.* 114. poſt *n.* 24. *verſic. verum horum patrum*, & nouiſſimè poſt *Marſil. in rubr. C. de probat. num.* 299 *Couarr. Ferret. Dec. conſ.* 615. *num.* 3. *in fin.* motum authoritate noſtri Sacri Conſilij, & in *dec. Afflict.* 181 *& aliorū*, quos citat, nouiſſimè tuetur vt veriorem *Theſſaur. iun. qq. forenſ. lib.* 1. *cap.* 24 *poſt. num.* 20.

Nec eſt facienda vis in ſigillo: quia quod de ſigilli authoritate tradunt DD. inter quos latiſſimè idem *Theſſ.*

14 *Iun. lib.* 2. *qq. forenſ. cap. vlt.* procedunt in ſigillo publico, quod publica authoritate à magiſtratu cuſtoditur: ſecus in ſigillo priuato, quod nihil omninò probat *Bart. in l. ſi procuratorem, ff. de procurat. Maſcard.* dicens omninò communem *concl. ſ.* 1308. *num.* 45. quod de facili ſolet per diuerſas manus ambulare, nec cuſtoditur; vt in cauſa Aſcanij Columna latè probat ex *Alber. & alijs, Anna alleg.* 125. *n.* 3. *&* 4. *& ſingular.* 480. incipiente, *ſigillum.*

15 Et in ſigillo etiam in publicis negotijs requiri, quod Notarius teſtetur ſigillum poſitum ad roboris firmitatem, vel per teſtes, qui dicant eū vidiſſe ſigillare in ſpecie, *Aufrer. ad deciſ. Cappel. Tholoſan.* 24. & in caſibus

16 vbi eſt neceſſaria ſubſcriptio, ſigillum non probare, *Ant. Faber. defin.* 20. *ſuper C. de probat.* nec ſi ſit deſtructū, *Mayn. deciſ.* 22 *l.* 3. vltra plura apud *Menoch.*

a de præsumption. l. 2. cap. 57.

17 Secundò comparatio de per se nullo casu probat, secundùm magis communem opinionem DD. de qua per *Annã alleg. 125. in princ.* & testatur idẽ *Thess. iun. d. cap. 24 n. 10.* & iterum in *vers. ego quidem existimo*, his verbis. *Non tamen vt vnquam dicamus solam comparationem sufficere, quia hoc esset contra verba Iustin. in d. nouel. 73.* nec etiam vllo vnquam modo plenam probationem efficere poterit

18 comparatio peritorum, etiam iuncta cum testibus dicentibus habere notam manum, quos neq. probationem facere ex communi omnium opinione, quæ nullos habet contradictores viuis rationibus, quæ satis ad rem nostram conferunt, probat *Ludou.* optimè *decis. Perus. decis. 7. ex num. 18.*

19 Tametsi enim duę semiplenæ probationes in ciuilibus iungantur, vt efficiatur plena probatio, iuxtà *gloss.* vbi *Nicol. de Neap. in l. 2. ff. de excusat. tutor.* & latissimè per *Gabriel. de probat. conclus. 1.* tamen DD. hoc concedunt

20 in duabus semiplenis, diuersæ penitus formę, & speciei, quę inclinare faciunt iudicem, vt ex diuersis actibus distincti generis & formæ, animi sui motum inferat ad eruendam veritatem, non aliter, iuxtà doctrinam *Bald.* ad quam omnes confugiunt in *l. spadonem, §. qui iura, ante fin. ff. de excusat. tutor.* & clariùs per *Anchar. consil. 276. post num. 4. versic. & ideo, Alex. consil. 21. n. 2. & 3. lib. 4.* tradens exempla in vno teste dę veritate, iuncto cũ vna alia probatione semiplena alterius formæ, & speciei, qui facit coniecturam sufficientem ad probationem.

Vndè cum in casu nostro ambæ semiplenæ sint eiusdem generis, & spe-

21 ciei; cum satis, superq; notum sit, testes dicentes, se habere notam manũ; non aliud, nisi litterarum comparationem efficere, vt eam consultò, comparationem esse, & nihil probare, de comm. testatur *Menoch. d. lib. 2. cent. 2. c. 114. num. 22. in 8. casu*; proindè nec iuncta cum comparatione peritorum aliquid probare poterit, nisi semiplenè.

Huiusq; decisionis illa est vera ra-

22 tio, quia istæ duæ semiplenę eiusdem generis in effectu sunt duę semiplenę, quæ nullo modo coniungi possunt ad faciendam plenam, vt benè probat *Caccialup. in repet. l. admonendi, n. 160. ff. de iureiur.* quem sequitur *Gabriel. d. conclus. 1. de probat. num. 46. in 7. limit.* & faciunt dicta per eundem *Gabriel. sup. eod. loc. num. 22. versic. contrarium.*

23 Et in indiuiduo, quod sola comparatio peritorum etiam per iudicem facta; licet concurrat cum depositione testium dicentium, se habere notam manum, quod non plenè probet, sed necessariò exigatur saltim vnus testis de visu, in indiuiduo respondit ex *Bald. & Ang. Corn. in vna Aquilana Regni nostri, cons. 169. col. 3. lit. V. vers. solum, & in vers. ex quib. lib. 1.* & latè, si rectè perpendatur, ante ipsum probat *Alexand. cons. 239. num. 6. & 7. lib. 6.*

Et clarissimè *Nasta cons. 632. n. 3. & 4.* vbi concurrente comparatione iudicis, & comparatione per testes habentes notam manum, dicit haberi plusquam semiplenam probationem, non autem plenam, & deferri posse iuramentum in defectum probationis: in casibus tamen vbi concurrunt requisita, quæ hic non cõcurrere, nec esse petitum, palàm est.

Et in casu tantùm inter mercatores

24 in litteris cambij admitti comparationem de mandato iudicis vnà cum comparatione, quæ fit ex testibus, testatur, iudicasse *Senatum, Thess. iun. d. cap. 24. num. 22. in fin.* ea ratione, ne commercium impediatur, vt per *eum num. 16.* & ita intelligendos esse DD.

25 qui hoc priuilegium tribuerunt litteris missiuis, vt intelligi debeant de negotiis mercantilibus inter mercatores tantùm, ratione, quam tradit *idem Thess. num. 16.* & sic exceptio constituit regulam in contrariũ, & ex nostris

re;

regnicolis, idem in puncto firmat, & practicari teſtatur *Reg. de Ponte* vidē. dus *dec.28.num.31.& 32.* poſt *Annam dict. allegat. 125 num. 1.& 2.*

26 His accedat, quod hęc comparatio non eſt facta in præſentia iudicis, nec cum iuramento peritorum, nec ex multis ſcripturis authenticis diuerſi generis, nec referunt periti, adeſſe omnimodam ſimilitudinem, quibus deficientibus, nulla reſultat ex comparatione probatio, vt plenè aduertit *Theſſ. iun. dict. cap. 24. ex num. 9.*

Nouiſſimè ex alio de his litteris nulla eſt habenda ratio, ex eo quod 27 exhibitæ ſunt in anno 604. longe poſt mortem Ducis, qui prætenditur ipſas ſcripſiſſe; quo caſu nullo modo probant, etiam vbi aliàs probarent, doctrina eſt punctualis in indiuiduo *Oſaſch. conſ. 6. num. 24.* vbi hoc tradit in ſpecie, & ſuperiora etiam cōfirmat, & ratio colligitur ex cōm. concl. quā poſt *Rom. & Iaſ.* tradit *Ripa* quem citat *Oſaſ. b. in l. admonendi, num. 136.* non enim poteſt epiſtola quicquam probare, nec obligare, reperta poſt 28 mortem mittentis; quia ſimultaneus cōſenſus requiſitus, iuxtà *l. ſi filius fam. ff. ad Maced. & gloſſ. in l. conſenſu, ff de action. & obligat.* non poteſt interuenire, & tantò fortiùs hic, vbi tēpore, quo ſunt exhibitæ litteræ, nedū erat mortuus ſcribens, ſed etiam Thomas Longus, cui dirigebantur.

Nec dicatur quod litteræ fuerunt repertæ in arca Thomæ Longi, tum quia hoc non eſt probatum in facto, niſi ex quadam fide affectatiſſima ſine iuramento viri actricis, & alterius Hieronymi de Simone procuratoris partis in hac cauſa, & maximè cum nihil facilius ſit, quàm ponere 29 litteras in capſa, & ex eis aliquid prętendere, vt in ſpecie ſcribit *Theſſ. iun. d. q. 24. num. 25. in fin.* tum etiam quia ſi hoc eſſet plenè probatum, non probaret hoc eſſe, maximè concurrentibus tot falſi ſuſpicionibus, de quibus in nota facti.

Et cum plerique etiam ſint, qui multùm in hoc cenſeant tribuendum eſſe 30 iudicis arbitrio, vt firmat *Soc. ſen. conſ. 41. col. 3. verſ. ſecunda ratio, l. 3. Couarr. dict. cap. 22.* etiam ex his, qui ſtant pro limitatione, vt eſt *Dec. conſ. 219 in fin.* in caſu noſtro non dubito quin ad fauorem Ducis conuenti ſit regulandum arbitrium, ſi quod verſari poterit tum ex prædicta ingenti falſi ſuſpicione, quæ ex modo, quo inuentæ fuerunt hæ litteræ, proficiſcitur; tum ēt quia eſt ſatis inuerſimile, vt Thomas Longus iuriſperitus, & ſagaciſſimus, q. habebat rccēs, ſpeciale, & validū mādatū Ducis, ex litteris ſub die 7. Iunij 1582. nulla ipſius oīnò facta mentione, voluiſſet illinc ad paucos dies, nempè ſub die 4. Iulij; ex quo breuiſſimo temporis ſpatio nulla obliuio intercedere poterat, actum facere, vigore alterius mandati penitus inualidi, in negotio præſertim, qđ de facili vergere potuiſſet ad propriū damnum ob intereſſe partis, ad quod obligatus fuiſſet, ſi de mandato ſufficienti non conſtitiſſet: contrahens enim, vt mandatarius, vel procurator Titij, de mandato valido docere debet, aliàs ipſe obligabitur, *l. 1. vbi DD. C. cred. euic. pign. non deber. Bocr.* latè *deciſ. 281 n. 7. Natt. conſ. 262. num. 8, Ludou. concluſ. 2. de mandato, in princ. fol. 515. tom. 3. comm. opin.* Præterea etiam attenta opinione, quam ſequi-31 tur *Vrſillus*, ratio, qua mouentur illi DD. qui concedunt, in litteris ſufficere teſtes deponentes, habere notam manum ſiuè comparationem, eſt illa, quod ratio, quæ eſt in apoca, non militat in epiſtola: in apoca enim eſt ratio, quia imputatur ei, qui ſcribi fecit, quod non curauerit eam à teſtibus ſubſcribi: quæ ratio ceſſat in epiſtola, in qua non ſolent adhiberi teſtes; ſed cum hic eſt quid imputetur tàm procuratori, quàm Mariæ creditrici, qui non curauerunt, de hoc mā-32 dato confici publicum inſtrumētum, pro vt in ſimilibus grauibus negotijs ſem-

ſemper fieri eſt cōſuetum, ille vt cau-
tè pro ſe negotium ageret, ne tene-
retur de proprio; iſta autem vt eſſet
certa de ſufficienti mandaro procura-
toris, maximè dum contendit, ſe Du-
cis præcipuè fidem ſequutam; non
autem Franciſci Carrafæ: ſequitur vt
ceſſet omninò ratio limitationis; lo-
quuti ſunt enim DD. in negotijs cur-
rentibus, quę epiſtolis ſcribi conſue-
uerunt, non in materia mandati de fi-
deiubendo, quod conſueuit inſtru-
mentis conſcribi, & amplius in cor-
pore inſtrumenti fideiuſſionis inſeri
poteſtas, cuius vigore actus celebra-
tur, vt notiſſimum eſt, quinimò con-
ſuetum eſt, vt promittatur ratihabitio,
quæ communiter ſolet ſubſequi.

Sed quatenus citra veri præiudi-
cium annuere voluerimus, poſſe ipſa-
rum litterarum productionē aliqua-
lem Iudicibus fidem facere; cùm ta-
33 men iſte procuratot habuerit duas
poteſtates faciendi vnum actum, &
voluit facere virtute poteſtatis inua-
lidæ, actus non tenet ex regula, *quod
potui, nolui*, ita *Bald. Salyc. & alij in l. 1.
C. de procur. ex l. quæro, ff. de eo qui pro
tut. l. 3. §. ſed si quidem tutor, ff. iud. ſolu.
Bald. in cap. ex parte decani, col. 5. in cap.
nonnulli de reſcript. Lud. Rom. conſ. 496.*
loquens in ſpecie de procuratore di-
cente, ſe habere vnum mandatum vi-
gore ſubſtitutionis; de quo non con-
ſtabat, vel aliter erat inſufficiens, vt
non ſubſtineatur actus vigore manda-
ti ſufficientis, quod verè habebat,
num. 4. verſ. hic tamen, iuncto *num. 7.
verſ. ita igitur*, & iterum in *conſ. 446.*
reſoluit contraria omnia, quam opi-
nionem *Bald. Salyc. & Rom.* vti veram,
& communem defēdit optimè *Felin.
in d. c. nonnulli, §. ſunt & alij, num. 54.*
& iterum *in verſ. nihilominus ſequenda
eſt, &c.* vbi benè declarat nullitatem
34 actus inſurgere ex defectu volunta-
tis agentis, qui noluit obligare domi-
num, niſi virtute illius actus inualidi,
quem exprimit, & ſic offenderetur
mens agentium, ſi actus valeret eo

modo, quo poteſt, voluntate, & pote-
ſtate ſibi mutuò aduersātibus, *cap. cum
ſuper, de offi. deleg.* quo caſu propriè ſi-
bi locum vindicat *reg. l. multum inte-
reſt, C. ſi quis alteri, vel ſibi*, vt ex his,
& alijs concludit *Ripa* in terminis *in
l. 1. §. ſi quis ita, num. 30. & 31.* & ibi
Crotus num. 42. ff. de verbor. oblig. exē-
35 plo iuriſdictionis delegatæ proroga-
tę, quam iudex non habebat, vt nec
valeat, ac ſi cenſeretur prorogata iu-
riſdictio ordinaria, cum mens proro-
gantis non eſſet, ordinariam, ſed dele-
gatam prorogare, *ex gloſſ. in cap. P. &
G.* vbi *Panorm. de offic. ordin. Felin. in
in cap. cum officij, num. 25. de præſcript.*
idem *Iaſ. in l. exigendi, poſt num. 9. verſ.
& conſuluit Lud.* & in *l. maritus, num. 7.
verſ. quid autem, C. de procur.* vbi pacifi-
36 cat, non apparere de mandato, vel
non eſſe legitimum, *Io. de Amicis con-
ſil. 115. viſo proceſſu, num. 9. Marant.
part. 4. diſt. 16. num. 14. Dec. in l à dona-
tione, poſt num. 32. C. de collat.* & pluri-
bus relatis cum opinione *Rom.* reſi-
det *Tiraquell. in 1. retract. §. 10. gloſſ.
vnic num. 7. Anna* optimè, qui ſuppo-
nit hanc concluſionem indubitatam
allegat. 27. in princip. & ſequitur *Conſi-
liarius de Anna filius, in nouiſſ. addit.* ci-
tans *Tiraq.* vbi ſupra, *Caphal. conſ. 745.
n. 8 & 9. vol. 5. Borgn. dec. 24. n. 1. & 3.*
vbi dicit veriorem opinionem *Rom.*

Et hoc tantò magis indubiè proce-
dit in caſu noſtro, in quo vigore litte-
rarum Thomas Longus erat deſtina-
37 tus nuncius, qui propriè dicitur, cùm
ad certum actum ſpecialiter explicā-
dum in perſonam domini deputatur,
non in perſonam ipſius deſtinari, in
quo differt à procuratore, & proindè
nuncius dicitur quodam organum,
quo mediante vadit vox vnius ad aliū
ſicut per epiſtolam, & ſicut aliquis lo-
queretur per piuam, ſeu buccinum, &
hoc modo vocem ſuam ad alterum
transferret, vt declarat *gloſſ. & DD. in
l. & licet libera, ff. de conſtit. pecun.* vt in-
dicant verba epiſtolæ ibi *farete in no-
me mio detta pleggiaria.*

Ex

Ex quo & illud ſequitur, quod ſi
38 ille, qui eſt procurator, explicat actū vt nuncius, vel ècontra nihil valet, quod agitur, doctrina eſt ſingularis *Bart.* id firmantis ex regula *d.l.multum intereſt, & ex l.eum qui, §. Iulianus, ff. de conſtit. pecun. in l. qui autem, §. conſtituere, num. 5. ff. eod.* eò præſertim,
39 quia licet omnis nuncius ſit procurator largè, & impropriè, tamen non conuertitur, quia procurator non eſt nuncius, *l. 1. §. 1. ff. de procur. gloſſ. in dict. l. multum intereſt, in ver. poteſt,* &
40 ob id maritus agens vt procurator, nulliter agit, ſi talis non ſit; tametſi vt coniuncta perſona agere poſſet, non alia ratione, niſi quia coniunctus non eſt propriè procurator, *l. 3. §. 1.* vbi *Bart. ff. iudic. ſolui, Iaſ.* in terminis *in dict. l. exigendi, num. 9. in fin.*

Vndè elicitur vltra ſolutiones *Rom.* & aliorum, prima reſponſio ad doctri-
41 nam *Bart. in l. habebat, ff. de inſtit. act.* *Bart.* enim ibi loquitur in eo, qui habebat duplex mandatum, vtrumque generale iuxtà terminos illius *text.* qui ſupponit, habuiſſe quem, ſeruum merci olearex, & pecunijs recipiendis præpoſitum; vt non ſit mirum, ſi creditor putans ad merces eum accepiſſe, ipſum obligauerit, ſi quaſi pecunijs quoq; accipiendis verè acceperit, cum vtroq; modo tanquam inſtitori, & ſic vniuerſali negotio præpoſito crediderit; ſecus verò ſi dum eſſet nuncius, & ſic habuiſſet ſpeciale mandatum, contraxiſſet vt procurator generalis ad negotia, vt eſt caſus noſter.

Secunda autem ſolutio, & melior eſt illa, quod *Bart.* & reliqui ibi loquūtur iuxtà caſum illius *l.* in terminis ſci-
42 licet valdè diuerſis, quando defectus eſt dumtaxat in opinione creditoris mutuātis, falsò credentis præpoſitum non habere, niſi vnum mandatum, cum & aliud quoq; haberet; at ſecus ſi præpoſitus, ſiuè procurator ſpecialiter expreſſerit ſe recipere mutuò vigore mandati inualidi, in quo propriè conſiſtit diſſenſus, ſiuè defectus voluntatis habentis ortum ex falſa ipſius agentis aſſertione: ex quo non cenſetur, dominum voluiſſe obligare etiam vigore alterius poteſtatis, quam verè habebat, & hoc in effectu voluit *Rom.* quamuis per alia verba *in d. conſ. 446. in princip.* & ſic etiam reſolui poſſunt dicta *Bart. in 5. q. incip. Adunantia generalis,* vltra ea, quæ conſiderant prædicti DD. qui latè omnia reſoluunt.

Quibus addatur, & in hoc rogo aduertendum, iſtud ſecundum aſſertum mandatum in prætenſis litteris, ſeù verius cartulis; ex quibus ipſamet pars fatetur, primum mandatum fuiſſe inſufficiens, adeo vt alio ſpecialiſſimo opus fuerit, nullā habere relationem ad præcedens generale mandatum; ita quod dici poſſit ad maiorem declarationem datum fuiſſe, vt aduerſaria prætendit; ſed de nouo hoc ſpecialiter fingitur mandatum tanquam
43 præcisè neceſſarium; cum enim aliquid de nouo expeditur, non poteſt cenſeri declaratio, ſed noua efficitur diſpoſitio, *Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 73. num. 25. Cancer.* latè *tom. 3. var. cap. 3. de priuileg. num. 67.* & vltra ſuperius adducta ex regula *dict. l. multum intereſt, C. ſi quis alteri, vel ſibi,* licet ſatis probaſſe puto, non operari potuiſſe illud ex litteris miſſiuis mandatum, quatenus fuiſſet probatum, quod iterum, atq; iterum negamus, dum eo procurator vſus non fuerit, nec de ipſo meminerit, placuit illud idem confirmare ex *Iſern.* qui *in cap. moribus, numer. 2. ſi de feudo defunct. milit.* firmat in fortioribus terminis, nedum in procuratore, cuius poteſtas dependet à finibus mandati, ſed etiam in
44 domino, quod ſi facit actum ex cauſa quæ non ſubeſſet; licet potuerit fieri ex cauſa, quæ ſuberat, nō valet actus,
45 inferens ad conceſſionem feudi factam à Rege ob mortem Tirij, qui viuebat, quod etiam ſi tunc vacaret feudum, non per mortem, ſed alio modo conceſſio non teneret, ex quo ex vna cau-

cauſa donauit, quæ non eſt vera, &
46 mouetur ratione, quia error eſt con-
trarius conſenſui, citans iura formalia
in *cap. ſuſceptum de reſcript. in 6. & l. ſi à
colono, ff. de verbor. obligat.* cum multis
concordantibus, & ſequitur *Aluar.* ibi
num. 7. idemq; tenet *Innoc. in cap. bonę,
in gloſſ. requiſitus, de poſtul. Prælat. Pa-
norm. in cap. ſignificante de reſcript.* ſe-
quitur *Loffred. conſ. 45. nu. 21.* qui mo-
uetur ex regula *dict. l. multum intereſt,
Frecc.* qui multos citat *de ſubfeud. lib. 2
q. 11. num. 6. Camer. in dict. l. imperia-
lem, cart. 56. col. 3. verſ. vndecima con-
cluſio, litt. O.* & melius *cart. 90. col. 2. ver
ſic. nam videmus,* cum alijs infinitis cō-
geſtis per *Lipar ad Iſern. in dict. §. mo-
ribus, litt. M. N. & ſeq.* & plura tradit
*Gomeſ. ad Regulā Cancell. de impetr. be-
nefic. vāc. per obitum, q. 4.* & facit quod
ex regula *dict. l. multum intereſt*, deci-
dit idem *Iſern. in d. l. imperialem,* poſt
num. 16. ibi *quod ſuum erat, non dona-
uit,* vbi *Lipar. in verſ. multum, litt. B. &
in tit. qualiter olim feud. alien. pot.* quod
ſi habet locum in beneficijs Princi-
pum, cuiuſmodi conſtat eſſe feudi cō-
ceſſionem, fortiùs locum ſibi vindi-
cabit in fideiuſſione, quæ vt contra-
ctus ſtricti iuris, eſt ſtrictiſſimè inter-
pretanda.

Quibus non obſtant, quæ in oppo-
ſitum affert *Loffred.* ſibi in ſpecie cō-
trarius *conſil. 41. num. 2.* dum nititur
47 probare ſufficere in actu ſubeſſe cau-
ſam veram, licet ob non veram fiat
actus, ſiquidem *text. in l. 1. §. 1. qui in-*
48 *cipit conuenire, ff. de iudic.* citatur in
ſpecie ad hoc per *Rom.* tam in *con-
ſil. 446.* poſt *num. 5. verſ. tertia eadem,*
quàm *in d. conſ. 446. num. 3. verſ. 3. ex
text.* & eo non obſtante, ipſe contra-
rium decidit, & ad eum *text.* reſpon-
dit in *d. conſ. 446.* dum reſoluit ſecun-
dum argumentum de doctrina *Innoc.
in cap. cum ex officij, de præſcript.* poſt
*num. 4. verſ. ſed poſito, quod verum di-
cat Innoc.* ex quo doctrina *Innoc.* rein-
cidebat in idem *cum d. l. 2. §. 1.*

Et vltra *Rom.* facilis eſt reſponſio,
quod ideò vbi error iudicis non no-
cet, quia lex Iulia iudiciorum ſolum
conſenſum priuatorum requirit, qui
ſcientes ſe non eſſe ſubiectos iuriſdi-
ctioni prætoris, in eum conſentiant
I. C. igitur inhærendo verbis *l.* dicit
*ſufficit ergo priuatorum conſenſus, &
proinde ſi priuati conſentiant, prætor au-
tem ignoret conſentire, & putet ſuam
iuriſdictionem eſſe, legi ſatisfactum eſt,*
vndè error iudicis non nocet parti-
bus, quæ ſcienter conſenſerunt, at hic
adeſt defectus in perſonā partium, &
præcipuè ex parte agentis, in quo
fundatur contractus, & ſic caſus eſt
diuerſus.

Non obſtat ſecundò *text. in l. qui
teſtamento, 40. ff. de excuſ. tut.* ille enim
text. potius probat noſtram opinio-
49 nem, ibi enim ſententia, expreſſa cau-
ſa falſa, ſcilicet *habenti patruum ſe-
uitiosè tutorem datum*, in teſtamento
non ſubſtinetur, licet ſubeſſet cauſa
vera, quia petens excuſationem ha-
bebat tres liberos in vrbe, ibi ſcili-
cet, *reſpondi quamuis iuſtas excu-
ſationis cauſas haberet, non tamen
excuſatum eſſe, propter vitium prounn-
ciationis,* vbi *gloſſ.* optimè declarat, &
licet poſteà I. C. dicat, quod non te-
neatur tutelæ actione, ſi non geſſerit
ſi modò errore, non autem malitia
crediderit ſe excuſatum, nihil hoc at-
tinet ad validitatem ſententiæ, ſed ex
æquitate ex iuſto errore excuſatur,
vndè ſufficit in eo text. ſententiam nō
ſubſtineri, neq; ex cauſa vera.

Et pro hac opinione illum *text.* ci-
tauit *Innoc. in cap. in præſentia, in verb.
præter iſta, de renunciat.* vt idem *Loffr.*
fatetur *dict. conſ. 41. num. 2.* cuius do-
ctrina non obſtat ex alio, quia *Innocen.*
50 loquitur in ſententia, quæ etſi nō eſt
contra ius ſcriptum, ſed contra ius li-
tigatoris, vt ipſe diſtinguit, cum eo
caſu non ſit nulla ipſo iure, non mi-
rum ſi ſubſtineri poſſit ex cauſa vera,
idq; operatur authoritas iudiciaria,
51 pro qua præſumitur quoad rectitu-
dinem, non quoad ordinem, *d. c. in*

præ-

præsent'a, si tamen pars non appellauit, vt declarat in specie hoc dictum Innoc. Ambar. in cons. 208. post num. 8. quæ ratio cessat in contractu, qui ex
52 errore redditur nullus ipso iure, nec potest ex alio extrinseco substineri, præterea Alexand. in cons 88. eximè post num. 5. vers. etsi alienatio, lib. 2. quem in contrarium malè citat Loffr. intelligit, doctrinam Innoc. procedere, cum actus sit ob duplicem causam, vt tunc satis sit, si vna sit de præmissis; nos verò loquimur, cũ actus est factus expressa solum vna causa falsa, & suppressa vera, vndè casus est diuersus.

Non obest etiam doctrina Innoc. in cap. cum ex offic. nu. 3. de præscript. quia vltra quod loquitur etiam in iudice, eiq. applicari potest solutio data ad l. 2 §. 1. ff. de iudic. & mouetur etiam ea
53 ratione, quia nemo potest à se imperium abdicare, l. legatis, ff. de offic. præs. quæ ratio cessat in procuratore, qui potest mandatum non acceptare; præterea Innoc. potius tenet contrarium, quia recitat secundo loco nostram opinionem vt nullo modo valeat sententia, pro vt in specie aduertit Mandos. in addit. ad Rom. dict. cons. 446. in addit. in cap. validum.

Nec Rom. cons. 235. post n. 3. vers. &
54 tunc, loquens etiam in sententia iudicis, aliquid obstat, cum idem Rom. soluat argumentum de iudice, dicens dissimilem in dict. cons. 446. num. 4. vers. sed posito, & tam ibi, quàm in dict. cons. 496. ex professo in terminis de procuratore latè firmet oppositum, cui opinioni veluti magis in terminis posteriori, & deliberatè firmatæ debemus adhærere.

Vltimò, & tandem idem Loffr. videtur se restringere, vt tunc demum
55 valeat actus quando quis se fundat ex capite inhabili, relicto habili, non ex culpa ipsius agẽtis. & licet loquatur per dictionẽ, maximè, tamen absq. illa dictione simpliciter distinxit Rom. in dict. cons. 446. in 1. solut. ad l. habebat, ff. de institor. qui & veriùs dixit, qđ in
56 l. habebat, error habuit ortum in personam creditoris tantùm, vt patet ex text. ibi putans creditor ad merces eum accepisse egit, vnde inquit Roman. talis error ipsius, qui mutuauit pecunias sibi in damno vitando, nocere nõ debet, legibus per eum citatis, secus vero inquit Rom. vbi error habuit ortum in persona conuenti, idest eius, qui cõuenitur tanquam debitor ex falsa agẽtis assertione, dicentis se mandato suffultum, cum ipso careret; falsi enim crimen committit, qui propriè est casus noster, cum ipse Thomas contraxerit vigore mandati inualidi; vnde non potuit dominum obligare; nec enim hic defuit maxima culpa ipsius
57 agentis, idest procuratoris; si enim sciuit mandatum habere validum, & non expressit, tacendo, quod scit, vel scire debebat, improbato more versatus fuit, l. 1. §. 1. ff. de actionib. empti, & dum sciens aliquid non esse, & asseruit esse, tenetur de dolo, l. 1. 6. fin. eod. tit. l. si quis affirmauerit, ff. de dolo, & qui potuit specificare, & non fecit, præsumitur insidiosè agere, plura Lanar. cons. 48. num. 2. & 4. & sic existente culpa ex parte agentis, contractus non substinetur, etiam ex causa vera, sed
58 ipse procurator teneri debet ad totale interesse, tanquam falsus procurator secundùm Bald. in cap. nonnulli, col. 1. de rescript. & in l. si procurator, col. fin. ff. de cond. indeb.

Et quatenus omnia hucusq; dicta non nullitarent, nouè considero, esto quod actus substineretur ex causa vera, id tamen procederet, vbi constaret
59 hunc procuratorem habuisse scientiã mandati contenti in litteris tempore gesti actus; procurator enim non potest obligare dominum, nisi constet habuisse notitiam mandati, & hoc debet articulare, & probare creditor, aliàs obtinere non potest, ita Bart. cõtra Dynum. in l. si pupilli, §. 1. n. 6. & 7. ff de neg. gest. à die enim receptionis mandati verè in ipsum procuratorem potestas transfertur, ita vt antea gesta

in

inefficacia fint, veluti à falso procuratore facta, *gloff notab. in Clement.* idest *in verf. receptis de procur. & in c. is qui, verfic fufceptum, eod. tit. in 6.* vbi *Ioan. Andr. Aret.* & omnes, & hanc effe magis communem opinionem, teftatur in fpecie *Alex. in l. licet, num. 1. cap. de procur.* & effe veriorem, & hodie quoque magis communem, & teneri in Curia Romana, teftatur *Grauat. ad praxim Vefiry lib. 4. cap. 5. num. 16* vbi ad id citat etiam *Milti Caffiad. decif. 3. & Balb. decif. 348. num. 7.* teftantes etiam de communi latiff. mè *Caball. de exeq. rei iud. conclus. 3. num. 28. & 29.* vbi fupra per *Rom. sing.* 675. limitari, fi in inftrumento dominus ex tunc geftum per procuratorem ratificaret, & plures etiam citat *Iofeph. Lud. de procurat. conclus. 3. ampl. 12 fol. 517.* fic &
60 in iudice, qui antequam fciat, non dicitur habere iurifdictionem, & pari ratione nô definit effe talis, *Rebuff. tract. nominat q. 13. num. 117.*
61 Et in terminis in mãdato facto per epiftolam, quod perficiatur per receptionem ipfius, & ad illud tempus, quo recipitur, reducitur, probat in fpecie latè *Tiber. Decian. conf. 108. num. 17. lib. 2.* vndè cum non fit probatum, quod tempore contractus Thomas recepiffet epiftolam, quam potuit etiam longo poft tempore recipere, maximè ob modicum temporis fpatium intercedens inter datam epiftolæ, & contractum, non eft ex hoc probata validitas contractus
62 cum non probet hoc effe. Et fi Thomas eo tempore recepiffet litteras, inferi feciffet illas in contractu, pro vt de iure fieri debere, & originale creditori relaxare, tradit *Alex. in l. arifto, ff de acquir. hared.* & regiftrari in actis, *Aret. conf. 110. col. 3. Curt. fen. conf. 77. col. 1.* & conftat paffim de ftylo fieri, quod cum non fuerit factum, nedum probatur ignorantia, fed iuncta caufa alijs, de quibus in nota facti, maxima
63 oritur falfitatis fufpicio, & infurgens ex geftis contra ftylum *Felyn. in c. 2. num. 16.* vbi *Decian. num. 6. de refcript.*
64 quæ in ciuilibus pro falfitate haberi debet iuxtà doctrinam *Arcbid. in cap. in memor. 19. dift.* latè exornatã à *Decian. d. conf. 108. n. 75. lib. 2.* & maximè cum non fit verifimile, aduerfariam, quæ habebat virum fororis aduocatum fagacisfimum Scipionem de Bononia, & poterat Neapoli confulere peritiores, non fuerit vfa confilio DD. dicentium, quod caueant cõ-
65 trahentes cum procuratore, vt mandatum validum, & authenticum apud fe habeant, & benè ipfum cuftodiant, ne contractus irritetur, cum de eo cõftare non poffet, vel faltim faciant dominum ratum habere, plura *Bertaz. de claus. claus. 5. gloff. 4. col vlt.*

Vltimò, etfi effet verum, & validum mandatum, cum tamen fuerit da um ad fideiubendum, & procurator excedendo fines, fecerit dominum principalem venditorem annuorum introituum, fine dubio ruit cõtractus,
66 fiquidem præcisè, & ad vnguem forma mandati eft feruanda, aliàs actus corruit, *Alex. conf. 21. num. 4. lib. 6.* idq; fit è contra formam mandati, fiuè præter, fiuè citra, vel vltra fiat, latè *Burfat.* qui infert ad multa, *conf. 395. num. 13. & feq. lib. 4.* nifi dominus fciuerit, & ratum habuerit, latè *Surd. decif. 209. num. 6.* vnde cum aliud fit fi-
67 deiubere, aliud verò obligare infolidum: adeo vt fi quis fideiubere promiferit, non teneatur fe principaliter obligare, *Bald. in l. fancimus, num. 5.* vbi *Iaf. in fin. S. de verbor. oblig.* omni-
68 nò contractus eft nullus in totum ex indiuiduo voluntatis contrahentium, *l. Pedius, S. 1. ff. de arbitr.* de quo eft cafus apertus *in l. Gracè, S. illud,* vbi *Bart. & cateri fcribêt. ff. de fideiufs.* vnde omninò fperatur ab Eminentifs. Senatoribus confirmandam effe fententiam Sacri Confilij ad fauorem Domini Ducis.

DE-

DECISIO.

Die Veneris 12. Decembris 1614. Iunctis Aulis, referente Domino Consiliario Io. Baptista Valenzuela Velazquez (nunc cum hæc reuideo iam Præside Cancellariæ Granatensis meritissimo) fuit decisum, benè reclamatum, & proinde condemnetur Illustrissimus Dux ad sortem cum tertiis decursis, verùm nō exequatur, nisi facta discussione contra Franciscum, & Pyrrhū Carrafa, audito dicto Domino Duce: interuenientibus sex Cōsiliarijs, & Præside Marco Antonio de Ponte, & vt audiui, cum maxima votorum controuersia, & vt retulit mihi vnus ex Dominis, causa potissima fuit, notitia habita de Thoma Longo procuratore confidentissimo Ducis, & de ipso maximè benemerito, qui verisimiliter non explicasset actum fideiussionis, nisi recepto prius mandato, & sic habita fuit pro vera scientia mandati ex qualitate personarum, & coniecturis, ob latum arbitrium, quo persepè vtitur Sac. Cons. in iudicando. Iacobus Antonius de Izzo pro Ascanio Longo Actorum Magistro.

SVMMARIVM.

1 *Dotem à patre profectam, ad eundem reuerti ob filię obitum*, à Pomponio I.C. in l. iure succursum 7. ff. de iure dot. *diffinitum fuisse, est omnibus notum.*

2 Legi iure succursum, *concordat* Cōstit. Imper. Alex. in l. dos à patre 4. C. solut. matrim.

3 L. dos à patre 4. C. solut. matr. *secūdùm opinionem* Bulg. *antiqui glossatoris, procedit etiam existente propria sobole in illius exclusionem.*

4 *Filius, vel filiafamilias in peculio profectitio nec proprios filios possunt habere hæredes, & de ratione.*

5 *Filiusfamilias etiam miles de Digestorum iure, neq; filiam hæredem habebat ab intestato; secus si fuerit testatus.*

6 *Pater etiam in dote aduentitia excludit filios ipsius filiæ in potestate, secundùm notabilem* Barbosæ *traditionem.*

7 *Filijfamilias de nouissimo* Authenticorum iure *possunt habere hæredes in aduentitijs, in quibus, & in specie in dote, ipsorum filij, qui sunt nepotes, præferuntur eorum Auo.*

8 *Bona profectitia adhuc remanent sub veteri iuris censura, secundùm* gloss. *communiter receptam.*

9 *Decisio* d. l. dos à patre, *etiam hodie in dote profectitia indistinctè seruanda est, secundùm eun- em* Barbos.

10 *Discrimen nō paruum est inter hæc duo, vtpotè* occupare iure peculij, *vel* iure reuersionis *ad patrimonium patris redita.*

11 *Dos profectitia, defuncta filia, ad patrem reuertitur, etiam si ratione tacitæ donationis in vniuersum eidem filiæ fuerit quæsita.*

12 *Filiafamilias & si de dote inter viuos disponere possit, tempore tamen mortis hoc est sibi vetitum, & cum ratione, & n. 75.*

Pater solùm iure reuersionis obtinet dotes, cæteris exclusis, decedente filia in matrimonio absq; liberis.

13 *Consuetudine vniuersali, qua opinio Martini contraria fuit approbata, introductum est, vt liberis susceptis, dos non ad patrem reuertatur, sed ad ipsos pertineat.*

14 *Consuetudo, quando est iuris communis correctoria, prout est præsens, nullam admittit extensionem.*

15 *Consuetudo pariter ampliationem respuit, etiam ex maioritate rationis.*

16 *Filiafamilias de iure est interdicta testandi facultas.*

17 *Filiafamilias per matrimonium nō liberatur à patria potestate.*

18 Legis vulg. conficiuntur 8. ff. de iure codicill. *illa tacita voluntas considerari nequit in filiafamilias.*

19 *Matrimoniū ſecundum ius Hiſpaniæ quomodo liberet à patria poteſtate* .

20 *Filiusfamilias teſtari prohibetur, etiam cum patris conſenſu, & num.75. Pari ratione eſt prohibita filiafamilias de dote teſtari, etiā accedente patris beneplacito, & numer. 26. idque ampliatur, & num.24.*

21 *Pater non poteſt emancipare filium ad vnicum actum, vtpotè ad teſtandum, & num.72. & 76.*

22 *Filia, cui donata eſt actio de dote, nec hoc caſu poteſt hæredem habere, niſi ab inteſtato.*

23 *Filia de dote non poterit teſtari, ſtante statuto,* quod ſtantibus maſcu is, filiæ non ſuccedant, ſed debeant dotari.

24 *Filiusfamilias nec de aduentitijs, quorum vſusfructus patri non quæritur, teſtamentum condere poteſt.*

25 *Teſtari prohibitus, intelligitur quoque codicillari prohibitus.*

26 *Pater ſi ſuperuiuat filio, hic in patria poteſtate obijſſe præſumitur, etiamſi extitiſſet in poſſeſſione ſui iuris.*

27 *Donatio cauſa mortis, vt validè confici poſſit à filiofamilias, duo requirit hic relata.*

28 *Donatio in eſſe producitur, vel pacto, vel ſtipulatione & num.ſeq. & 34.*

30 *Donatio expoſtulat patris conſenſum, qui expreſſè, & ſpecialiter eſt præſtãdus ad hunc actum, & generalis conſenſus non ſufficit, & num.31 & 33.*

32 *Teſtandi licentia à iure prohibita, non includit licentiam donandi cauſa mortis.*

33 *In terminis huius ſpecialis licentiæ, aſſertur in puncto deciſio Sacri Conſilij,* Dom. de Franch. deciſ.4. num.18. *de qua etiam infra num.38.*

34 *Donatio cauſa mortis in abſente collata, pro quo recipiens aliquis non interuenit, omni prorſus firmitate eſt deſtituta.*

35 *Clauſula codicillaris in caſu hic relato, nullius eſt effectus.*

36 *Donatarij an præſumptus ſufficiat conſenſus, vel expreſſus requiratur, non eſt concordis DD. ſententia.*

37 *Donatio cauſa mortis in teſtamento facta à filiofamilias, maiorem exigit ſolemnitatem, quàm celebrata ab homine ſui iuris, & de ratione, & n.38.*

38 *Donatarij præſentia quando ſit omninò neceſſaria.*

39 Donatio *an poſſit à donatario acceptari poſt donatoris obitum.*

40 *Conſuetudo correctoria iuris communis probanda eſt vigere ſpecialiter in loco, vbi res agitur, etiam ſi notoria ſit.*

41 *Iudex non tenetur ſe informare de conſuetudine reſpiciente deciſoria, ſed ſolum de ea, quæ reſpicit litis ordinationem.*

42 *Conſuetudo loci originis non procedit à pari cum conſuetudine loci domicilij, vt in exemplo hic adducto.*

43 *Vxor ſequitur forum mariti, & per matrimonium conſequitur ius nouæ originis: hinc ad plura notabilia infertur.*

Mulier exiſtens in viduitate, eodem potitur iure, & priuilegio.

44 Dom. de Franch. *qui accuratè eundem examinauit articulum, condignis effertur laudibus.*

45 *Filiafamilias forenſis nupta Neapolitano, non ſubiacet conſuetudini eiuſdem Ciuitatis in materia vltimarum voluntatum, vt poſſit teſtari in patriæ præiudicium, etiam de bonis extrà territorium, cum multis corollarijs.*

46 *In materia ſtatutaria eſt magniſacienda diſtinctio illa, an ſtatutum perſonam reſpiciat, vel bona, ſeu an loquatur in rem, vel in perſonam.*

47 *Dos profectitia illius eſt naturæ, vt in ea non detur ſucceſſio, ſed conſolidatio ſecundùm* Bald.

48 *Vxor non ſequitur forum viri, quando agitur de tertij, & præſertim de patris præiudicio, cum ius tertij in quolibet intelligatur ſemper exceptum.*

49 *Poſſe non dicimur, quod præiudicata, ſeu læſa honeſtate, vel naturali pietate, poſſumus.*

50 *Statutum deferens lucrum viro ob obitum*

tum vxoris abſq; legitima ſobole, etiã in prǫiudicium filiorum primi matrimonij, non tangit filios forenſes eiuſdem primi matrimonij, & cum ratione.

51 *Priuilegium viri etiam perſonale, quando communicetur vxori, ex* Surdi *ſententia.*

52 *Filiafamilias per ſtatutum habilitata ad teſtandum, adhuc non poterit teſtari de dote perfectitia in patris prǫiudicium, & cum ratione.*

53 *Statutum, teſtamentorum ſolemnitatem non facilè ſubuertit.*

54 *Dos quando dicatur proprium filiǫ patrimonium.*

55 *Statutum permittens vxori forenſi teſtari de dote profectitia, in patris prǫiudicium, num validum ſit.*

56 *Statutum viribus ſubſiſtit, ſi nouiter inducat, filiamfamilias nuptam effici iuris ſui, & habilem fieri ad teſtandum.*

57 *Magnatum mos, cui contrahentes ſe ſubmiſerunt in capitulis matrimonialibus, eſt tenaciter obſeruandus, ſpreta quauis alia conſuetudine.*

58 *Pacta nuptialia ſunt inuiolabiliter cuſtodienda, & intelliguntur pars eiuſdem matrimonij.*

59 *Pacto non ſubditus, vt eſt alienigena, poteſt ſe ſubijcere ſtatuto, vel conſuetudini alterius Ciuitatis.*

60 *Princeps, vel quiuis alius Superior, qui legi non ſit adſtrictus, poteſt tamen ſponte ſe illi ſubmittere.*

61 *Actum faciens, videtur nedum tacitè, ſed expreſsè ſe ſubijcere legibus de illo actu loquentibus.*

62 *Acceptans ciuilitatem in loco, videtur ſe obligare omnibus oneribus ciuium etiam ignoratis.*

63 *Mos Magnatum, & Procerum Regni in nihilo differt à iure communi; differt tamen ab alia conſuetudine, quǫ dicitur* Capuanǫ, & Nidi, *num.65.*

64 *Doctori atteſtanti de conſuetudine propria patria, eſt credendum.*

65 *Filiafamilias nupta moriens abſq; filijs patre ſuperſtite, attento Magnatum more, nullatenus poteſt diſponere, ac ſecus eſt de iure cõſuetudinario Neapolitano in ſcriptis redacto.*

66 Dom. Capyc. & Dom. de Franch. *altercatio, circa intellectum verborum* Napodan. §. ſed & mulier, *expenditur, & ponderatur.*

67 Text. *littera interdum interpretationẽ recipit à ſua rubrica.*

68 *Dictio* ſed, *in qua differat ab eadem dictione coniuncta cum copula* et.

69 *Diſcrimen non modicum exiſtit inter hominis, & legis emancipationem, & num.72.*

70 *Legis, vel ſtatuti à Principe confirmati maior eſt poteſtas, quàm hominis.*

71 *Argumentum de maiori ad minus, quo pacto rectè ducatur.*

73 *Statuto, vel conſuetudine induci poteſt, quem decedere pro parte teſtatum, & pro parte inteſtatum.*

74 *Licentia diſponendi tanquam de legitima, per quam clauſulam videatur conceſſa.*

77 *Filiafamilias nupta quando poſſit de dote diſponere ſecundùm* Vrſill. *ſententiam, quǫ tamen impugnatur.*

78 *Reſeruationis natura quǫ?*

79 *Reſeruatio erronea, etiam iuramenti religione vallata, non iuuat.*

80 *Relationis natura quanam ſit?*

Relato, & referente contrarijs apparentibus, relatum, & non referens, erit attendendum.

ARGVMENTVM.

Diſpoſitionem in teſtamento mulieris filiǫfamilias, etiam cum patris conſenſu de dote vndecunq; peruenta, nec etiam per viam fideicommiſſi, vel legati, in codicillis, nec per donationem cauſa mortis ſubſtineri, quin ſit omninò nulla, & inualida; quippè dotem à patre profectam ad patrem redire debere, filijs non extantibus, ex opinione Bulgari, latè probatur, ad ornatum vulgatǫ *l. dos à patre*, 4. *C. ſol. matrim.* etiam ſi eſſemus in terminis ſtatuti

fœminas propter masculos excludentis, ac quamuis in patria viri, vbi filiafamilias vxor decessit, in contrarium extaret consuetudo, vel statutum, quo forensem vxorem testatricem ad id nō ligari, cautum esset, sed originis locū pro patris dotantis beneficio attēdendū; articulus alias cōtrouersus, nunc plena manu, ac nonè dilucidatur. Et insimul de pacto disponendi iuxtà morem Magnatum Regni, quod rectè descriptum inter consuetudines Neapolitanas defenditur, & plura de intellectu consuetudinis incipientis *filiusfamilias, & filiafamilias, sub titulo de filijsfamilias volentibus testari*, & de quibus bonis & alia in materia, tum iure communi, tum etiam iure municipali Ciuitatis, & Regni ex sapientum placitis, & digesta praxi explicantur.

Pro Excell. Dño D. Ferdinādo Gonsaga Principe Melfitti, ac Magno Reg. Iustitiario, Contra Excell. Dñm Ducem Terrænouæ.

CONTROVERSIA XXX.

1 IVre succursum esse patri, vt filia amissa, solatij loco cederet, si redderetur ei dos ab ipso profecta, ne & filiæ amissæ, & pecuniæ damnum sentiret, *Pompon.* scripsit *l. iure succursum, 7. ff. de iure dotium, & Imper. in l. 2. C. de bonis quæ liberis*, prospiciendo parentibus censuit, datum à parentibus, vel dotis, vel ante nuptias donationis causa, pro filia, vel filio, nulla ratione impediendum esse, quin ad eosdem parentes, si casus fuerit, reuertatur, & generaliter statuit

2 *Imp. Alex. vt dos à patre profecta, si in matrimonio decesserit mulier filiafamilias, ad patrem redire debeat, l. dos à patre, 4. C. solut. matrim.*

Vndè optimo, & nitido iure fundari actionem Excellentiss. Domini Ferdinandi Gonsagæ Melfitti Principis, reperēris dotem ab Excell. Duce Terrenouę genero ob mortē D. Zenobiæ filiæ, quæ intra mēses à die spōsaliorū facto Siciliæ concessit, nullis relictis liberis, dum apertissimæ decisioni tot legum innititur, omnibus erit perspicuum.

Nec exceptio conditi testamenti in scriptis, in quo asseritur virum instituisse, obstare poterit: tum ex defectu inhabilitatis personæ testantis, quæ vti filiafamilias testandi ius nunquam habuit, nec acquisiuit locali patriç vi, asserta Sicula cōsuetudine, nec pactione aliqua nuptiali, quæ potius parenti prospexit, dum contrahentes, iuris communis dispositionem, & retinere, & subijcere se, illi voluerunt, vt infra patebit; tum etiam ex defectu formæ, & solemnitatis substantialis in huiusmodi testamento requisitæ, & non adhibitæ: ex quibus intestabilis, & intestata decessit omninò, & sic remanet præsens casus sub regula *d. l. dos à patre.*

Iure igitur communi attento, adeò tenaciter, & inconcussè ex iuris ipsius principijs obseruāda est in omni casu

3 sui generalitate, decisio *d. l. dos à patre*, vt etiam defuncta filia dotata, liberis superstitibus, exclusa propria sobole, debeat dos ad patrem dotantem redire, iuxtà opinionem, quam probauit verbo, & operę *Bulgar. antiquus glossator*, in contingentia sui facti proprij, qui, boni viri agnoscens officium, quamuis liberos ex sua vxore suscepisset, integram tamen dotem socero restituit, quod tamen practicare noluit *Albertus Galeoti Bulgar.* verbo tātùm, non exemplo in casu facti proprij sequutus, vt firmarunt quoq; cum Bul-

Bulgar. de iure *Ioan. Azo*, *& Accurſ.* qui allegat decem iura concordantia, & viginti fundamentis munijt, *Soc. conſ. 9. lib.* 1. quam opinionem eſſe veram ſicut euangelium, & proculdubio magis communem, vltra *Dom. Capyc. dec.* 176. *in princ.* latiſſimè *in fin.* relatis, tenet *Theſſ. dec.* 190. *ex n.* 3. & melius *ex num.* 13. &, vt veriorem, & magis receptam, reſoluens contraria, defendit *Barboſ. in l. poſt dotem*, 41. *ex num.* 45. *verſ. ſuccedit quinta*, *ff. ſol. matrim. Facchin. lib.* 3. *controuer. c.* 71. qui dicit *Theſſ.* adeò curioſè omnium DD. catalogum congeſſiſſe, vt poſteros hoc labore leuauerit, addens ſolum *Ant. Fabr. lib.* 1. *coniect. iuris*, *cap.* 16.

Et reddit rationem in *verſic. ratio mea eſt*, *lit. D.* quæ non nihil infra dicenda corroborat; quia in bonis pro-
4 fectitijs, ſicut eſt dos à patre profecta, filius, vel filia non emancipata non habet hæredem, nec quidem filium, quoniam illa pleno iure patri acquiruntur, cum nihil à *Iuſtin.* ſit immutatum in profectitijs, §. 1. *in auth. de hæred. ab inteſt.* ibi, *noſtras de his omnibus leges parentibus cuſtodimus.* & indè ſubijcit *Facchin.* ex quo ſi filiæ nuptæ in dote profectitia lex non permittit, vt habeat hæredes proprios filios, multò fortius denegat, vt non habeat hæredē maritū, quia pater bona profecta occupat iure profectitij peculij; quod *iure digeſtorum* locum habebat, etiā
5 in aduentitijs, quinimò filiusfamilias etiam miles in peculio caſtrenſi, non poterat habere hæredem, etiam filiū ab inteſtato, ſed ſolum facto teſtamēto, quia pater occupabat ipſius bona iure peculij, *l.* 1. *&* 2. *ff. de caſtr. pecul. l. ſi pater, in fine, ff. de ſuis, & legit. l. fin. ff. ad Tertull.* & ſic tanquam bona propria patris, *l. certum*, *C. famil. Er-*
6 *ciſcunda.* Sed in dote filiæfamilias aduentitia, diuerſum erat, ſiquidem cum in illa ceſſaret ratio priuilegij militaris, omninò denegabatur, filiæ poſſe habere heredem, etiā proprios filios, vt benè fundat *Barboſ. in d. l. poſt dotē* 41. poſt *num.* 39. *verſ. & ideò verius*,
7 *& num.* 40. Licet autem in aduentitijs *iure authenticorum* ſit immutatū, vt filij, filiæq. familias habere poſſint hæredes, & hæreditates, & quod eorum filij præferantur parentibus in ſpecie in dote aduentitia, *d.* §. 1. *de hæredib. ab inteſt. venient.* in profectitijs
8 tamen remanent iura antiqua incorrecta, & nihil prorſus eſt immutatum, vt firmat *gloſſ.* recepta tàm *in d.* §. 1. *ver. parentibus*, quàm *in l. pater qui ca-*
9 *ſtrenſe, ff. de caſtr. pecul.* vndè etiam hodie in dote profectitia indiſtinctè obſeruanda eſt deciſio *dict. l. dos à patre*, vt pater eam occupet iure peculij, vt ex *gloſſ. in l. nupta*, 31. §. *fin. verſ. deceſſerit Azone*, *Bart. Caſtr. Pico*, *Fabian. Curtio iun. Acoſta, & alijs*, his formalibus verbis probat *Barboſ. in dict. l. poſt dotem*, *num.* 44. vbi hanc profitetur ſine dubio communem, & veram ſententiam, *& num.* 51. *in fin. verſ. praterea.* & ampliat, vt non ſolum dotem profectitiam occupet pater etiam liberis filiæ ſuperſtitibus iure peculij, & ſic iure proprio tanquam rem ſuam quod fortius eſſe, quam ſuccedere iure hæreditario declarat *Gomeſ. in*
10 *l.* 6. *Tauri*, *num.* 3. ſed iure reuerſionis ad patrem redire, quod fortius eſt, quàm iure peculij, vt declarat *Goffred. in l. ſi dotali*, *num.* 1. *ff. ſolut. matrim.*
11 Et ſecundò, etiam ſi dos profectitia ratione tacitæ donationis inſolidum acquiratur filiæ, puta quia pater in vnum caſum tantum pepigit dotem ſibi reddi, vel aliter conſenſiſſet integram actionem eſſe filię; quo caſu dos inſolidum efficitur filiæ, ita vt pater in ea nullam habeat communionem, iuxtà terminos *l. ſi cum dotem*, 23. *ſolut. matrim.* adhuc tamem mortua filia, ad patrem reuerti debet ex generalitate *d. l. dos à patre*, vt latius ex *Bald. Ang. Roman. Imol. Curtio*, *Goffredo*, *Bologn. & alijs*, proſequitur idem *Barboſ. in d. l. poſt dotem*, *poſt num.* 43. *verſ. ſed his non obſtantibus.*

Vbi etiam admissa in hoc vltimo opinione contraria, vt ratione tacitæ donationis factæ per patrem filiæ, possit filiafamilias in dote profectitia habere hæredem, illam ex communi sententia restringit duobus modis;
32 primo, vt licet filia de dote disponere possit inter viuos, & possit habere filios hæredes ab intestato, non potest tamen mortis tempore de aliquo disponere, cum sit in potestate patris, & ideò vltimam non possit condere voluntatem, *l. qui in potestate, ff. de testam.* cum concordantibus, de quibus infra *Barbos. ibid num.* 43.

Secundò illud certum esse, quod si filia decedat sine liberis, pater solus obtinebit dotes, alijs exclusis iure reuersionis, vt post *Bart. in d. l. post dotem in fin. Alex. num.* 35, & alios firmat declarando materiam idē *Barbos. n.* 44. *vers. illud certum est*, & subdit *num.* 45. pro regula constituens, quod etiam si per diuortium soluatur matrimonium dos profectitia data filiæ indistinctè ad patrem reuertitur, & vt veram, & communem confirmat *n.* 46. *in d. l. & si cum dotem*, 23. post *n.* 27.
33 *vers. vlt. eo nomine.*

Quod igitur admissum est, vt in dote profectitia filij mulieris nuptæ excludant auum maternum, id non est de iure, sed ex sola consuetudine, qua probata est opinio *Martini*, vt existētibus liberis, non reuerteretur dos ad patrem, sed ad liberos pertineret, *Alex. in d. l. post dotem*, post *num.* 26. *vers. Paulus de Castro*, vbi refert omnes ferè DD. dicere opinionem *Bulgari, & Ioannis* esse de iure veriorem, & consuetudinem vetare dotem patri restitui, non autem ius commune, sequitur *Barbos.* post *Corn. Capyc. & alios, num.* 46. *in fin. vers. sed his non obstantibus, & num.* 47. quam consuetu-
34 dinem non esse declaratoriam iuris communis, sed potius correctoriam, & ob id nullam admittere extensionem, iuxtà notata per *Bart. num.* 30. quem refert *Alex. in dict. l. post dotem*, post *num.* 25. *vers. subdit tamen Bart.* fundat *Bald. Castr. Ias. Ruin. Rolan.* & alij quos refert *Thob. Nonius cons.* 48. incipiente, *cum Ludouicus, citatus à Molignato in consilio impresso* post *dec. Thess.* 190. *num.* 17. 18. *& num.* 19. *vers. & tenendo*, & hanc opinionem latè defendit *Barbos. in d. l. post dotem*, post *num.* 47. *vers. ex quibus, & n.* 48. vbi subdit rationes præferentes auis nepotibus in dote profectitia esse notoriè magis concludentes, & magis de mente iure consultorum, & proinde consuetudinem approbantem opinionem *Martini* contrariam euidentibus rationibus correctoriam esse iuris communis, non illius declaratoriam; quia non dicitur interpretatio, sed potius peremptio, & non dicitur declarare, sed potius corrigere; quando mutatur id, quod secundum iuris rationes est probabilius, vt per *Oldrad. cons.* 230. *& Tiraquell. in l. si vnquam, verb. libertis, n.* 15. *C. de reuocan. donat.*
35 Et ob id dicta consuetudo non seruabitur in locis vicinis, cum sit cōtra ius, *Castr. cons.* 172. *num.* 3. *&* 310. *num.* 2. *lib.* 1. & velut correctoria non debet extendi vltra casum, in quo loquitur, nec recipiet extensionem etiā ex maioritate rationis, vt in casu notabili, decisum testatur in *Rota Lucensi, & in Senatu Pedemont. Thess. decis.* 138. & communem esse opinionē pluribus relatis limitationibus, in quibus recepta remanet opinio *Bulgari* pro obseruantia regulæ *l. dos à patre*, exclusa consuetudine *Martini* probat *Barbos. d. loc.* post *num.* 48. *&* 49. & si ex consuetudine tantum, eaque exorbitanti, & correctoria habilitati sunt filij, vt succedant matri in dote profectitia, adeò vt extra limites casus, in quo expresè loquitur consuetudo, liberi ipsi etiam hodie remaneant exclusi: quanto difficilius est permittendum, vbi nulli supersunt filij, mulierem in dote profectitia habere hæredem virum, quem in materia successionis constat extraneum censeri.

Et

Et dum in caſu præſenti Dominus Dux pretendit potuiſſe D. Zenobiam condere teſtamentum,& in dote pro-fectitia ipſum hæredem facere excluſo parente, niſi ſpeciali conſuetudine,vel matrimoniali pactione ſpecialiter expreſsè permiſſum fuiſſe probet, diſpoſitio velut contra notoriam iuris diſpoſitionem facta,erit prorſus
16 nulla,& inualida;filia etenim familias de iure omninò prohibetur facere teſtamentum, *Bald.in l.2.C.de hered.act.* ibi, *& aduerte quia vbicunq; dico ipſam poſſ. teſtari, intellige ſi eſt ſui iuris; nam ſi eſt in poteſtate, non poteſt teſtari de dote, ſicut nec de alijs bonis, l.filia mea,*
17 *ff.ſolut.matrim.*& ratio eſt,quia filia per matrimonium non liberatur à patria poteſtate, *l.ſi vxorem,* vbi *gloſſ.C. de condit. inſert. gloſſ in verb. parentis, in §.1. inſtit de Senat. Conſult. Tertul. l.2. §. quod ſi in patris,* vbi id notat *Barboſ num.1.& in d.l.poſt dotem,* poſt *num.*40. vbi amplius dicit quod nec
18 tacita voluntas, de qua *in l.conficiuntur, ff. de iur.codi:il.* conſiderari poteſt in filiafamilias, cum nunquam poſſit teſtamentum facere, latè *Gomeſ.in l. 47.Tauri, in princip.* addens *l.filia licet, C. de collat. l. 4. de bis qui ſunt ſui,vel alieni iuris,*& probat etiam *l.inter liberas 6. §.filiusfamilias, l.marito 24.§.cæterum,ff.ad l.Iul.de adult.*quod latius proſequitur *Anchar.cõſ.*176.*n* 1. *Rum.cõſ.*3.*n.*1.*in* 3. *Gram.dec.*54.*n.*4. proſequitur latiùs. *Suarez ad l.fori,l.9. tit.delos pleitos,ex n.*11.*vſq; ad fin.Tiraq.de legib. cõnub. lib.* 1. *ex n.*1.*Boer. dec.* 197. *Roland. conſ* 95. *n.*47.*lib.* 1. *Guttier.in §.ſui,n.*118.*inſtit.de herid. qual. & diff. Lupus, Couarru. Arias, Didac. Caſtil. Gomeſ. Mathienz. Azeued. Pinell. Vaſquius, Mieres Villalobus, Valaſc. Molina, Mendez de Caſtro, Didac Perez, Ciſuent. Bernard. Diaz,* & alij quos longa ſerie refert, *Caſtill. tom.* 1. *controuerſ. de vſufruct.cap.*3.*ex num.*75.& infiniti propemodum alij,quos infra recenſebo.
19 Et licet iure hyſpanico matrimonium liberet à patria poteſtate antiquo iure fori,tribus concurrentibus, quæ refert *Segura in l.vnũ ex familia, §.ſed ſi fundum,n.*24.*de legat.*2.*& Matalaus l.*8.*tit.* 8.*lib.*2. hodie vero iure nouo recopilationis ſolum requiritur vltra matrimoniũ velatio,ſeu nuprialis benedictio mediãtibus Eccleſiæ ſolẽnitatibus, adeo vt ante velationẽ duret patria poteſtas, vt docet *Gomeſ.in d.l.*47. *verſ.*6.*finaliter,* & in fine, *Guttierez in d.§.ſui, num.*120.idq;quoad omnes iuris effectus,vt de retentione vſusfructus in aduentitijs,& alijs probant omnes *in d.l.*47. *Tauri, & in d. l.*8. nihilominus eędem leges veluti ius commune corrigentes ſtrictè ſunt accipiendæ, adeo vt filius conceptus poſt matrimonium ante tamen benedictiones nuptiales, licet naſcatur illis iam ſuſceptis, & ſic patre illis medijs emancipato, adhuc naſcerur ſub poteſtate aui, ad inſtar nati ex ancilla, qui erat conceptus ante matris libertatem,vt latius probat *Pater Sanch.de matrim.lib.*7.*cap.*82.*num.*7.
20 Et ſicuti filiusfamilias teſtari prohibetur etiam patre conſentiente; quia tam authoritas teſtandi, quam patria poteſtas ſunt iuris publici,ideo non poſſunt à patre concedi, ita etiã filiafamilias de dote teſtari non poteſt etiam patre conſentiente,rationibus, quas pulchrè expendit *Theſſ.deciſ.*150.*num.* 10. quia vt inquit *Bald.* aut dos non redit ad patrem, quod euenit vbi ſuperſunt liberi (ſi.ex conſuetudine *Martini*)aut non extat, & dos à patre profecta redit ad patrem iure conſolidationis,non quod ipſe ſit hæres filiæ in ipſa dote, *Bald.*vtrũque tradit per hæc verba *in l.ſenium,* 3 *num.*2. *& num.*5. *verſ.ſed an filiaſamilias,*vbi *Alex.num.*3. poſt *Bar. Bald. Salyc. Angel.& Caſtr.* ibi & in pluribus alijs locis dicit communiter tenere DD. ſequitur idem in ſpecie *Iaſon in d.l.ſenium, ibid. num.*4 *verſ.ex ſecunda parte, Alex.conſ.*17.*viſis, & oportere, lib.*2. vbi ex *Bald.*dicit filiam de dote te-

teſtari non poſſe etiam conſentiente
patre,& ampliat,vt nec poſſit codicil-
lari, nec mortis cauſa donare ſine ex-
preſſo patris conſenſu, *Crotus in l.2.*
§.quod ſi in patris,in princip.ſolut.matr.
*Ioſeph Ludouic. in tit.de teſtam.concl.*5.
vbi ampliat tam in profectitijs, quam
in aduentitijs, etiam in his, in quibus
patri vſusfructus non quæritur, &
quamuis filiafamilias communiter
reputaretur,& eſſet in quaſi poſſeſſio-
ne exiſtentiæ ſui iuris, quod infinitis rela-
tis defendit *Pacian.l.2.de probat.c.*23.
*ex num.*22. & addit etiam *Ioſeph.Lu-*
douic. quod non poſſit teſtari, neq; co-
dicillari, de dote etiam cum conſen-
ſu patris, & etiam ſi ſtatuto filiafami-
lias poſſet teſtari; quia videretur tol-
lere defectum patriæ poteſtatis, non
autem dare licentiam teſtandi de do-
te profectitia, quæ non eſt propria
filiæ, quam opinionem dicit commu-
nem *ampliat.*6.& infra latius: idem
quod nec patre conſentiente loquens
in dote, *Campeg.tract.dotis,quaſt.*102.
21 vbi quod nec pater poſſit emancipa-
re filium quoad vnum actum, puta te-
ſtandi tantum, quod latius de com-
muni defendit *Honded. conſil.*32. *ex*
*num.*9. *lib.*1. & idem *Campeg. q.*103.
22 addit, quod etiam vbi pater filiæ do-
nauit actionem de dote expreſsè, vel
tacitè, iuxta terminos *l.ſi cum dotem*,
non poteſt habere filiam hæredem in
dote, niſi ab inteſtato, quod procedere
23 etiam ſtante ſtatuto, quod ſtantibus
maſculis filiæ fœminæ non ſuccedãt,
ſed debeant dotari, quod adhuc de
dote præſe[illegible] ſtatuto non poſſit fi-
liafamilias teſtari, in ſpecie, probat *Al-*
bert. Brun.tract. de ſtatutis excludent.
*fœmin.art.*11.*q.*8. *num.*77. & ſequitur
Ceph. infra citando *conſ.*256.*num.*15.
idemq; de prohibitione teſtandi de
dote, *Gramat.conſ.ciuili,* 87. *numer.*4.
& 7. *Clarus lib.*3.*in §.teſtamentum*,
*quaſt.*18. *num.*2. *&* 3.*Craſ.in §.teſta-*
*mentum,q.*23.vbi *in verſic.hanc etiam,*
poſt *Rimin. Clar. Ioan.Dilect.* & alios
dicit hanc eſſe communem, & magis
communem, latè *Viuius lib.*1.*com.opin.*
24 *cap.*302.vbi, quod nec in aduentitijs,
quorum vſusfructus patri non quæri-
tur, nec ſi ſui iuris reputaretur, & aliter
ampliat ex *num.*2.6.*&* 9.*Ioan.Botta*
*conſ.*27.*n.*4.*&* 5. vbi quod nec etiam
25 poſſit valere vt codicillus, quia pro-
hibitus teſtari, cenſetur etiam codicil-
lari prohibitus, *Becc.conſ.*76.*num.*1. 2.
*& ſeq.Valaſc.conſult.*108.*n.*19.*&* 36.
vbi quod ſicut non poteſt teſtari, ſic
nec legata, & fideicommiſſa relinque-
re, etiam in bonis, quæ pleno iure ſpe-
ctant ad filiumfamilias, *Reg.de Ponte*
*conſ.*99. *num.*2. *cum ſeq.* vbi ampliat
etiam ſi præcedat aſſenſus patris qui-
buſuis contractibus, & diſpoſitioni-
bus faciendis abſq; obſtaculo patriæ
poteſtatis, niſi præcedat ſolẽnis emã-
cipatio, *& conſ.*150.*lib.*2.dicit proce-
dere tam in teſtamento, quam in co-
dicillis, & etiam in donatione cauſa
mortis, niſi accedat expreſſus patris
conſenſus, ſubdens hanc eſſe regulam,
& communem omnium concluſio-
nem.

Et ſupradicta ferè omnia ampliſſi-
mè confirmat *Honded. conſ.*32. *vol.*1.
ex num. 78.*vſq;ad num.*95.& in ſpecie
26 *num.*82. firmat, filiam de dote etiam
cum patris conſenſu, ſicuti non poſſe
teſtari, ita nec legare, fideicommitte-
re, nec codicillari, ex regula *l.*2.*ff.de*
*legat.*1. quam exornat *Riua ibi in* 2.
notab. & docet apertè *gloſſ.fin.* infra
allegãda *l.tam is,§.*1 *ff.de donat.cauſa*
mortis,& in l.filiusfamilias, §.pari au-
tem,ff.de donat.& quod, vt filiafamilias
præſumatur, ita quod teſtari non poſ-
ſit, ſufficiat, quod pater uixerit tem-
pore mortis filiæ, etiam ſi filia in
poſſeſſione exiſtentiæ ſui iuris exiſte-
ret, vt per eum *num.*78.*&* 80.& idem
quod non poſſit codicillari, nec lega-
re tradunt *Roland. d.conſ.*68. *num.*9.
& 10.*in* 4.*Clar.dict.§.donatio,quaſt.*6.
*verſ.ſed quæro,num.*8.*Theſſ.deciſ.*150.
*num.*102.*in fin. Molin. de contract.di-*
*ſput.*278.*n.*27. *Mainard.dec.Tholoſ.*1.
*num.*1. *& deciſ.*2.*num.*6. *lib.*5. late

Hyp-

Hyppol. Rimin. instit. de donat. in princ. num. 1280. 1281. & 1285. *in fin.* vbi post *Perus. Gomes.* & alios, dicit, de hoc non esse dubium, & ita omnes concludere.

Nec similiter substineri posse huiusmodi testamentum in vim donationis causa mortis; euidentissimè cō-
27 stat ex eo, quod vbicunq; agitur de donatione causa mortis facta à filio, vel filiafamilias, statim à DD. supponitur, tanquam necessarium antecedēs, expressus, & specificus consensus ipsius patris, & supposito patris speciali, & indiuiduo consensu, addunt quoque secundum requisitum, quod interueniat acceptatio donatarij quoq; præsentis per stipulationem, aut per pactum, in quod ipsa donatio causa
28 mortis resoluitur, vtpotè quæ pacto, aut stipulatione in esse producitur, vt ex notatis *in l. 2. C. de iure dotium*, probat in terminis *Soc.* infra citando *consil.* 112. post *num.* 5. & 7. *lib.* 1. *repetito, cons.* 171. *vol.* 2. & latius *Alex. in d. l. 2. ff. de legat.* 1.
29 Vt primum probat *text. in l. tam is*, 25. *§. filiusfamilias, ff. de donat. causa mortis, & l. filiusfamilias*, 7. *§. pari autem ratione*, ibi, *nisi specialiter etiam, ff. de donat.* vbi *gloss.* citat concord. & tradit *Albertus Galeoti in Margarit. de testament. vers. fin.* cuius verba ad litteram refert *Specul. de instrumēt. edit. §. compendiosè, num.* 4. *vers. quid si filius, in fin.* vt aduertunt ibi *Ioan. Andreas, & Bal. in addit. Dyn. Cyn. Bald & reliqui in d. l. Jenium*, & latè pluribus relatis, concludit *Soc. d. cons.* 112. *n.* 7. vbi refert *Angel.* attestantem, ita fuisse iudicatum Perusij, & quod hanc opinionem, quam tenent su premi viri, ipse *Soc.* in iudicando libenter ample-
30 cteretur. Et latius hoc solidissimè fūdat *Soc.* post *n.* 7. *vers. aliquando, & 6.* vbi dicit, se indubitāter tenere, quod consensus patris debet esse expresse, & specialiter præstitus ad ipsum actū donationis causa mortis, & de hoc esse casum *in d. l. filiusfamilias*, & ita firmare *gloss. in l. qui in potestate, 6. in vers. nihilo magis*, quæ verè hoc decidit his verbis, *sed donare potest causa mortis, patre permittente, vt in fin. de donat. causa mortis, l. tam is, §. 1. dummodò hoc expressè permittat*, non simpliciter *donare*, *vt d. l. filius*, *§. sed & meminisse*. Et addit *Soccin.* ita tenere etiam *Bartol. & Roman.* & quod in hoc nullus contradicit, vt post *numer.* 8. id confirmat, discurrendo per tria genera expressi, idem *Cyn. Bart. Ang. Raph. Abbas, Imol. Alex. Corn. Dec. Alciat. Aimon*, & alij relati per *Couarr. in rub de testam. p.* 3. *n.* 10. *Tiraquell.* & alij, relati per *Clarum*, *in §. donatio, quæst.* 6. *num. item* 6. *vers. successiuè quæro, Crassus in §. donatio causa mortis, quæst.* 3. *ex num.* 5. *in vers. adde etiam*, vbi dicit, quod adeo expres-
31 sa, & specialis permissio requiritur, vt si quis generaliter concedat filio suo, quod donare possit, non poterit tamē ex hoc, mortis causa donare, alios cumulat *Hyppol. Rimin. in princip. inst. de donat. num.* 1284. & 1285. *Honded.* optimè *dict. consil.* 32. *n.* 88. *in* 1. *Thess. dict. decis.* 150. *num.* 12. *in* 3. *ampliat.* & nouissimè *Stephan. Gratian. discept. forens. tom.* 2. *cap.* 381. *num.* 8. & 9. vbi de communi, quod requiratur specialis, & specifica concessio patris ad faciendam donationem causa mortis.

Nec obstat patris replicatio, quod licet nullus interuenerit consensus patris tempore actus gesti, scilicet testamenti, vt qui nunquam è proprio domicilio discessit, nec Siciliam petiit, vbi filia testamentum fecit, & decessit, tamen sufficit licentia antea disponendi concessa in capitulis matrimonialibus, eamq; elicere contendit ex illis verbis, ibi, *& con la potestà reseruata a detta Signora D. Zenobia di poter disponere di detta dote, & testare, seruata la forma, & vso predetto de Proceri, & Magnati di detto Regno*, quasi per ea verba censeatur, futuræ donationis causa mortis, præstitus consensus.

Di-

Dicimus enim, hoc planè ridiculum, & insulsum motiuum; non tantū, cum ex eo licentiam disponendi deducere conetur aduersarius, ex quo specialis insurgit prohibitio, dum partes conueniunt, vt circa facultatem testandi attendatur mos Magnatum Regni Neapolis, quod, cum idem planè contineat, quod ius commune, tantum abest, ex hac pactione relatiua ad ius commune sit facultas disponendi concessa, vt ex illa præcipuè confirmetur prohibitio, vt inferius latè suo loco fundabimus. Sed etiam (esto citra veri præiudicium) hæc verba, posse admittere hūc sensum prorsus contrarium, & quod consensus posset præcedere longè actum, quod non expedit disputare: attamen hic consensus ex prædictis nullo modo posset validare futuram donationem causa mortis, tum quia pactum loquitur de facultate testandi, qui actus differt specie ab actu donā-
32 di causa mortis; & licentia testandi à iure prohibita, non includit licentiam donandi causa mortis; vt in specie de consensu patris adhibito in testamento filij, adiecta clausula codicillari, vbi non sit facta expressa mentio de donatione causa mortis, tradunt *Soc. in dict. conf.* 112. *in* 4. *casu* post *n.* 6. *lib.* 1. & cū eo omnes supra citati DD. vnanimiter, & *Couarr. in* 3. *part. rub. de testament.* post *num.* 8. *vers. est autem.*

Tum etiam quia alterum verbum adiectum, scilicet *disponere*, velut verbum generale, quod insuper ex propria natura potius refertur ad vltimas voluntates, quàm ad contractus, cui potius accedit donatio causa mortis, non sufficit vt dicatur, patrem præstitisse consensum donationi cau-
33 sa mortis, dum *gloss.* & omnes supra citati concordi opinione exigunt cōsensum specificum, & indiuiduum ad donandum causa mortis, ita vt non sufficere arbitrentur, si pater permittat filio donare, vt supra. Quibus addo *Domin. de Franch. decision.* 4. *num.* 18. vbi quamuis adesset patris licentia specialis ad disponendum, & donandum, tam per viam donationis inter viuos, quam causa mortis; nihilominus decisum testatur, donationē non valere.

Deficit etiam & alterum requisitum, vt præsens dispositio substineri non possit in vim donationis causa mortis; requiritur enim præsentia, & acceptatio ipsius donatarij: vndè cū nec præsens fuerit donatarius, nec habere notitiā potuerit dispositionis per vxorem factæ in sui beneficium ex natura actus celebrati, cum fuerit testamētum clausum, in quo nec Notarius, nec testes scire possunt in eo disposita, deficiente notitia, & acceptatione, nullo modo substineri potest dispositio in vim donationis causa mortis, quæ stipulatione, aut saltim pacto conficitur, & non aliter; & in
34 qua præsentia omninò donatarij exigitur, vt acceptatio oriatur, vt primum probat *gloss. in l. cum pater, §. Mæuio, in verb. donabat, ff. de legat.* 2. *& gloss. in l.* 2. *C. de iure dotium*, quam dicit communiter approbari *Roland. cons. mox citand.* & secundum *text. in l.* 1. *& l. inter mortis, & l. tam is, §.* 1. vbi *Bart. ff. de donat. causa mortis, Roland.* latissimè *cons.* 82. *ex num.* 20. & præsertim *in fin. num.* 28. *lib.* 1. vbi enim donatarius nō est præsens, nec aliquis pro eo recepit omninò donatio causa mortis corruit,
35 cum ad ipsius validitatem, stipulatio, vel pactum omninò sit necessarium, quod proculdubio verissimum esse, probat *Clar. in §. donatio, quæst.* 6. *n.* 8. *vers. sed quære, & q.* 12. optimè *Soc.* qui dicit indubitáter, non valere donationem causa mortis vigore clausulæ codicillaris, vbi est apposita in testamēto, absente eo, in quem verba diriguntur, & nemine pro eo recipiente, *dict. cons* 112. *num.* 5. in quo licet satis cō-
36 trouersum sit, an sufficiat donatarij ipsius præsentia, & præsumptus consensus, qui ex ipsa præsentia cum assistentia elicitur, vel etiam requiratur expresse

preſſa acceptatio, & ſic an donatio poſſit fieri nudo pacto, in quo *Dec.* defendit negatiuam, vt firmat *conſil. 243. in cauſa, quæ iam diu,* poſt *num. 7. ex verſ. ad maiorem tamen, vſq; in fin.* idem *Dec. in rub. num. 4. C. de pact.* & ſequitur *Crauett. conſ. 130. num. 11. Tiraquell. in l. ſi vnquam, verb. libertis, num. 54. C. de reuoc. donat.*

Contrariam verò affirmatiuã tuetur *Andr. ab Exea de pact. num. 98.* cui accedit *Cagn. in dict. rub. C. de pact. ex num. 16.* qui tamen modeſtiùs de *Decio* loqui potuiſſet, vt latiùs refert *Couarr. in rub. de teſtament. part 3.* poſt *num. 13. verſic. verum ſi donatarius, Clarus in § donatio, quæſt. 14. num. 5. Hieron. Gabr. conſ. 16. num. 10. lib. 1.*

37 Quidquid tamen ſit in donatione cauſa mortis facta ab homine ſui iuris in teſtamento, quæ poteſt valere in vim fideicommiſſi, vel alterius vltimę voluntatis, quæ non requirit ſolemnitatem præſentiæ, & acceptationis, vt notat *Bart. in l. tam is, § 1. n. 2 & 3. ff. de don. cau. mort. Bart. & Imol. in l. vt hæredibus ff. de legat. 2. Dec.* vidẽdus cõ*ſil. 183 diligenter conſiderato, num. 9.* tamen filiusfamilias, qui non poteſt legare, nec fideicommittere, non poterit huiuſmodi donationem in teſtamento facere, etiam patre conſentiente, niſi Notario præſente, & nomine donatarij recipiente; quia aliter vera donatio cauſa mortis fieri non poteſt, vt ex *Salyc. in l. 1 C. de donat. cauſa mortis, & alijs,* ita diſtinguendo inter donationem cauſa mortis factam in teſtamento à maiori, quæ poteſt ſuſtineri in vim fideicommiſſi, & donationem cauſa mortis factam à filiofamilias, quæ non poteſt valere, niſi vt donatio, optimè diſtinguit *Roland. d. conſ. 82. ex num. 23. verſ. nec habet obſtare,* iuncto *num. 27. vol. 1. Honded. d. conſil. 32. ex num 91.* & proprie 94. *verſ. ex prædictis*, idemq; optimè fun-

38 dat, & confirmat, diſtinguendo in ſpecie inter donationẽ factã per hominẽ ſui iuris, & donationẽ factã à filiofamilias, quæ ſemper debet intelligi, interueniente conſenſu, tam patris, quam donatarij, & ſic retentis terminis habilibus, *Dom. de Franch.* qui teſtatur deciſum iunctis aulis, donationem cauſa mortis, factam à filiofamilias, etiam præcedente licentia patris ſpecialiter ad donãdum cauſa mortis, fuiſſe nullam, ex quo deficit præſentia donatarij, qui eam acceptaret, ita vt nõ ſit amplius acceptanda, *d. dec. 4. num. 18. vſq. ad fin.* & latè fundat *Reg. de Ponte conſ. 73. num. 1. lib. 1.* & itidem deciſum teſtatur *Theſſ. iun. in addit. ad dec.* eius patris 150. *in verſ. ſed ſi is, cui donatur,* ſequitur confirmans *Gratian. tom. 2. diſcept. forenſ. cap. 382. num. 10.*

39 Nec huiuſmodi donatio, ex ſcientia donatarij ſuperuenienti poſt donationem, & acceptatione ſubſequenti, poteſt conualidari, dum, nec donatarius, nec alius, qui pro eo authoritatem recipiendi haberet, contractus tempore, donationem acceptauerit, *Ruin. conſ. 131. n. 5. lib. 1.* & communem, & veram eſſe opinionem teſtatur *Hieron. Gabr. conſ. 16. n. 11 lib. 1.* ſequitur in ſpecie *Hõded. cõſ 32. n. 92.*

Vndè non obſtant quę contra *Caſtrenſ.* ſcribit *Couarr. in d. 3. part. rub. de teſtam.* poſt *num. 13. verſ. illud profecto*, dum diſputat, an donatio poſſit acceptari poſt mortem donatoris à donatario, ob ius interim per mortem donantis ipſius hæredibus quæſitum; loquitur enim *Couarr.* in donatione valida ab initio, vti facta Notario expreſsè pro donatario ſtipulante; nos verò in donatione ab initio nulla, & forte etiam in eo caſu verior eſt opinio *Caſtr.* de cuius veritate non eſt opus differere.

Sicuti autem ſuſtineri non poteſt prædictum teſtamentum iure communi, neq; vt teſtamentum, neq; vt codicillus, vel vt donatio cauſa mortis: ſic etiam neq; vlla prætenſa patriæ viri, vel teſtantis domicilij conſuetudine, vel ſtatuto.

Tum quia, licet aſſerantur, non tamen

men probatur, nec oſtenditur, conſuetudinem aliquã vigere in Caſtro-Vetrano Inſulæ Siciliæ, vbi creditur viri domicilium, & deceſſiſſe D. Zenobiam, qua permittatur, vt filiæfamilias, veluti ſui iuris, validè teſtari va-
40 leant, & tamen certum eſt, conſuetudinem, præſertim correctoriam iuris communis, & odioſam, probandam eſſe vigere ſpecialiter in loco, vbi res agitur, cum non ſufficiat, & ſi comperta eſſet vigere in locis vicinis, vt latè in terminis probat *Decius* infra citando *conſ.* 402. *num.* 11. vbi am-
41 pliat etiam in conſuetudine notoria, & quod neq; iudex tenetur ſe informare de conſuetudine reſpiciente deciſoria, ſed ſolum de illa, quæ reſpicit litis ordinationem, cum & alias reddere ad ius commune ſit admodum fauorabile, reſq; facilè ad primã iuris indolem reuertitur, de quo latiſſimè *Knichen de veſtitur. paction. p. 3. cap 4. num. 36. & ſeq. & in cõment. de Saxon. non prouoc. iure, cap. 3. num.* 106.
42 Neq; eo caſu, quo attendi debet conſuetudo loci mariti, ſufficit probare conſuetudinem loci originis mariti, ſed debet probari conſuetudo loci domicilij habitationis ipſius viri, in quo manebat tempore contracti matrimonij, etiam ſi poſtea illud mutauerit, latè *Rimin. iun. conſ.* 16. *n.* 23. *&* 24. *in* 1. tum etiam, quia, etſi conſtaret indubiè in domicilio viri conſuetudinem vigere, qua filiæfamilias, veluti ſui iuris effectæ per matrimonium teſtamentum facere poſſent, adhuc tamen in caſu præſenti eſſet attẽdendum ius commune, quod etiam ſeruari ſupponitur in loco originis D. Zenobiæ, vbi parentes commoratur, idq; ex pluribus.
43 Primò, quia tametſi generaliter vxor, viri forum, & domicilium ſequatur, & reputetur eiuſdem originis, cuius eſt vir ſuus, ita vt acquirat ius nouæ originis per matrimonium, *l. cum quædam puella, ff. de iuriſd. omn. iud.* & ſtatutis loci viri generaliter vti poſſit, & interdum ſubijciatur, vt notatur in vulgari *l. exigere dotem, ff. de iudic.* & acquirat priuilegia viro competentia, etiam perſonalia, *l. fœminæ, ff. de Senat.* & efficiatur ciuis eiuſdem Ciuitatis, ita vt comprehendatur in ſtatuto loquente de ciuibus, vel verè, & propriè vt ciuis originaria, vel ſaltim vt ciuis facta, quod idẽ operatur quoad iuris effectus, vt per *gloſſ. & Bart. in l. ciues, C. de incol lib.* 10. quæ procedunt etiam in vidua, *l. fin. C. de bonis matern.* vt latiſſimè ſcribit *Surd. deciſion.* 330. cuius motiua ad iſta in effectu mihi reduci videntur.
44 Nihilominus, cum in caſu præſenti, de quo nos agimus, articulus noſter ſit in indiuiduo, & in terminis noſtris, vt aiunt, terminantibus, plena manu diſcuſſus, & examinatus ab inſigni viro *Præſide Vincent. de Franch.* iuris præſertim conſuetudinarij conſummatiſſimo *in dec.* 546. *incip. de iure conſuetudinario*, per totã, & præſertim *ex num.* 18. *in verſ. tertiò, & vltimò, vſq; ad fin.* vbi in cauſa ardua inter Sereniſſimum Ducẽ Vrbini, & Illuſtriſſ. Ducem Grauinæ, teſtatur, fuiſſe dubitatum, an præſuppoſita conſuetudine Neapolitana in ſcriptis redacta, incipiente, *filiusfamilias, & familias*, quæ filijsfamilias tam maſculis, quàm fœminis teſtari permittit de aduentitijs, ac ſi eſſent patres, vel matresfamilias ſub *tit. de filijsfamilias valẽtibus teſtari, & in Conſuet. ſed & mulier, ſub tit. de filiafamilias nubente*, cuius verba hæc ſunt, *ſed & mulier, non obſtante, quod emancipata non fuerit, eo ipſo quod nubit ſit ſui iuris*, quibus fortè non erunt validiores, circa libertatem teſtandi cõſuetudines Siculæ, quæ ex aduerſo allegantur, ſed nõ producuntur, fuit, inquit *Præſes*, dubitatum, vtrum filiafamilias forenſis, nupta Neapolitano, virtute dictæ conſuetudinis efficiatur ſui iuris, ita vt liberè teſtari poſſet, etiam de bonis extra territorium in præiudiciũ patris, in cuius poteſtate
45 eſt, & diſcuſſo articulo, & allata autho-

thoritate *Gulielm. Benedict.* & aliorum dicentium, ſtatutum permittentem filiumfamilias teſtari, non comprehendere forenſem teſtantem in loco ſtatuti, & probato, mulierem adhuc omninò retinere domicilium originis velut immutabile, & authoritate *Bar. in l. Imperatores, §. itē reſcripſerunt, ff. ad munic.* mutare aũt illud, & nouam domicilij viri acquiſitionē cenſeri quoad omnia, per quæ perſona mulieris poſſet abſtrahi, & ſeparari à ſeruitijs viri, & ideò non poſſe ibi vocari, vel trahi ad honores, munera, vel ad iudicia, vti loquuntur iura, quæ in contrarium citantur, quoad alia non mutat originem *d. l. aſſumptio* vt per *Bart.* quod latiùs dicit *D. Præſes* ſe comprobaſſe *deciſ.* 416. quibus addit inter alia *Cardin. conſil.* 91. qui *Bar.* diſtinct. comprobat: tandem concludit, conſuetudinem prædictam nō operari in præiudicium patris forēſis, pro vt nec operari in præiudicium cuiuslibet tertij ex *Bart. Signor. & alijs*, & ita teſtatur deciſum in Sacro Conſilio, iunctis au'is, & ſententiam fuiſſe in gradu reclamationis confirmatam, & impoſitum (pro vt eſt moris Sacri Conſilij facere in reuiſione, iuxtà deciſionem eiuſdem *Præſidis* 135. 1. *volum.*) perpetuum ſilentium.

Et ſic cum articulus ſit iuris controuerſi, vt patet ex latè in vtramq; partem congeſtis per *Tiraquell. in p. l. connub. gloſſ.* 1. *ex num.* 28. *verſ. illud etiam, vſq; ad n.* 38. & per *Theſſ. deciſ.* 123. & pars negatiua, quod vxor forenſis ſtatuto domicilij viri non ligetur ad patris præiudicium, ſit roborata rerum pluries iudicatarum, tam ſupremi Senatus authoritate interpretatiuè latè, ſicut in Regno ius facient, ſic extra Regnum maximè mouebunt doctiſſimorum iudicantium arbitriũ, pro vt *Dec.* & alios magni nominis Iurecõſ. illius Sacri Senatus authoritas aliàs deterrere, nedum impellere valuit.

Et dũ *Dom. de Franch.* vt oſtenderet *Tiraquell.* poſt cumulum DD. in vtrãque partem, potius reſediſſe cum noſtra opinione, cuius author eſt *Bart. in dict. §. item reſcripſerunt*, ponderat *Tiraquell. num.* 3. *in fin.* dicere, *tu tamen hic vide Card. Flor. conſ.* 91. *in 5. dub. qui Bart. ſequitur*, aduerto pſe *Dom. Præſidem* fatigatum ex *Tiraquel.* ſolitis digreſſionibus *numer.* 32. 35. & 36. fortè non perlegiſſe vlterius, dum tandem e diuerticulo in viam rediens *num.* 37. *verſ. ſed cuiuſcumq;* optimè comprobat doctrinam *Bart. in fin.* DD. quos vltimo loco cōſultò recenſuit, cum illis reſidens, & re-
46 ſoluens contraria; *Theſſ.* autem licet diſputet in vtramq; partem, verè intuenti non apparebit potius vnam, quàm alteram elegiſſe opinionem, niſi quod affirmatiuę opinionis argumenta poſteriori loco recenſuerit, ſed deciſio illius Senatus eſt pro nobis:
47 patet enim, quod caſus relatus à *Theſſ.* non eſt omninò idem, ſed aliquantulum à noſtro diuerſus; vtrum ſcilicet ſtatutum prohibens forenſes proximiores, qui alioquin ab inteſtato ſuccederent, non poſſe ſuccedere illis de Capua, qui ſine teſtamento decederent, vtrum poſſint ſuccedere mulieri forenſi nuptæ in loco ſtatuti; licet enim deciſio dependere videatur ab illa quæſtione, an vxor dicatur verè ciuis loci mariti, eſt tamen diuerſa quæſtio; quia conſuetudo, de qua nos agimus, eſt in perſonam, ſcilicet vt filiafamilias ſit ſui iuris, & vt talis poſſit facere teſtamentum, & ſic, cum extera nupta in loco ſtatuti cenſeatur retinere primum, & nouum acquirere, & ſic duplex habeat domicilium; non mirum, ſi non in omnibus omninò attendatur conſuetudo, ſiuè ſtatutum acquiſititium, & ſuperadditum contra ſtatutum naturale originis, cum plerumq; ſemper cauſa naturalis præualeat, & licet matrimonij ſit magna vis, attamen cauſa, propter quam matrimonium mutat domicilium, & addit nouam ciuilita-

Aa tem

rem est restricta, & limitata, quatenus non abstrahatur mulier ab obsequijs, vt censuit *Bart.* vndè limitatum producit effectum; at in casu *Thess.* statutum respiciebat bona, & proinde hac ratione, quia ad bona sita in territorio statuentium, erat ipsum statutum directum, testatur *Thess. in fin.* motum Senatum, & ob id mediam viam amplexum, iudicasse, bona esse adiudicanda dominis, seu procuratori Curiæ, iuxtà formam laudi, siuè statuti, tanquam vxor esset de eo loco, & quod potuerint statuentes prohibere forenses à successione bonorum immobilium in illorum territorio existentium, sed ne priuarentur fratres dote ab eis peruenta, ordinauit pecuniam ab eis peruentam pro dote, illis à dominis loci restituendam, quia vt *n. 4. vers. 3 mouet*, & iterum paulò ante *fin.* dixerat *Thessaur. dos data mulieri erat conuersa in bonis immobilibus existentibus in territorio statuti.*

Et sic decisio est in effectu in fauorem agnatorum; decidit enim Senatus, statutum loci mariti non potuisse excludere successores vxoris, nec vires extendere in tertij præiudicium etiam in successione proximiorum venientium ab intestato, & sic in fortiori casu, quam in nostro vbi magis debetur hæreditas filiæ patri, quàm agnatis, & maximè dos profectitia, in qua non datur successio, sed consolidatio *Bald. & alij* relati à *Gratian. lib. 2. discept. cap. 382. n. 20.* licet ex eo quod statutum erat in rem, & respiciebat bona existentia in proprio territorio, adiudicauerit Senatus bona ipsa dominis loci, cum onere tamen soluendi proximioribus pecuniam dotalem, ea ratione, quam paulo ante reddiderat, ne scilicet dotis in immobilia conuersio agnatis noceret.

Et proinde non sine ratione Sacrum nostrum Consilium non mouit *decis. Thess.* visa, & ponderata per *Dom. de Franch. dict. dec. 546. n. 21. & sup. n. 15. in fin. & 16.* semper enim *Præses* ponderauit, vt similia statuta efficientia filiasfamilias sui iuris, locum habeant in præiudicium patrum ciuium, quos iustum est ligari his consuetudinibus, velut ciuium pactis, secus verò contra patres forenses, & in ipsorum patrum forensium præiudicium, qui non ligantur his pactis, quã pro summa ratione, vt verè est, ipse pro decisione Sacri Consilij expendit, & latissimè eam probat, & extendit per infinita similia in proprijs terminis, probans, nunquam permitti, vt fiat patri præiudicium in dote profectitia. *Cephal.* omninò videndus infra allegato *consil. 256. ex n. 12. 26. & per totũ, lib. 2. & ex Oldrad. Bald. & alijs* generaliter probat *Vrsill. decis. 202. ex num. 1. ad 5.* & propriè *num. 4.* reseruatio enim iuris tertij semper inest concessioni, confirmationi, inuestituræ, promissionibus, priuilegio, & statutariæ prouisioni, adeo vt potius verba clara offendantur, & fiant inertia, vt reducantur ad terminos iuris communis, ne tertio præiudicetur *Andr. Knichen Encyclopedia cap. 10. ex num. 173.*

48 Quam adeo veneratus est *Doctiss. Thess. iun.* tanto patre, & Senatu paterno dignus; vt cum in hac materia de statutis, & consuetudinibus circa lucrum dotis, & dotis acquisitionem plures resolutiones simul iunxerit, distinguendo inter statuta loquentia in rem, vel in personam, & an extendãtur ad bona alibi sita, & contra forẽses scilicet *lib. 2. qq. forens. cap. 6.* postquam firmauit regulam *num. 3. & n. 6.* semper generaliter esse in dote attendendum statutum domicilij viri, & relata in specie *dec. 123.* sui genitoris *in fin.* post *num. 7. versic. sed an ex eo*, mouet quæstionem nostram, an ex eo quod mulier vtatur statuto mariti ad sui commodum, possit illius vigore testari, ita vt mulier extera nupta ciui, in cuius territorio tale statutum extat, possit vti beneficio talis statuti odio

odio patris ; & dicit esse pulchram quæstionem, de qua fuisset aliqua dicturus, nisi fuisset examinata, & decisa per Sacrum Consilium nostrum *in dict. decis. de Franch.* 546. & ad ibi dicta lectorem remittit, & addit, *et cum illa decisione tenendum arbitror, vt non procedat illa consuetudo, seu statutum in praiudicium patris forensis*, hæc *Thess.*

Et sic patet, non repugnare hanc opinionem generalibus regulis notissimis, quarum possemus volumina congerere, quod vxor viri forum, & statuta sequitur vt ciuis effecta, sed hæc restringi, vt procedant quoad viri obsequia, & ipsius vxoris commodum, & beneficium; eiusmodi saltim, quod non resultet in tertij alicuius, & præsertim patris, à quo dos profecta est, præiudicium, vt clarè innuit *Thess.*

Quod & regulare est, non censeri id beneficium esse, nec dispositionē continere fauorem, quæ tertij alicuius præiudicium, & maximè in damnum, & odium patris cōuertatur; præsertim aduersùs rationem naturalem, & ciuilem, qua non minori ratione debetur parentibus filiorum hæreditas, quàm è contra, & fortiùs in re, quæ à patre processit, quæ ad eum reuerti debet.

49 Nec dicetur fauor, aut commodum filię, posse patrem luctuosa ipsius hæreditate priuare, vt virum instituat; sicut posse non dicimur, quod salua honestate, vel naturali pietate nō possumus, *vulg. l. nepos proculo*; quid autem iniquius, quid iniustius, quid magis execrandum, quàm quod ficta ciuilitate vxoris priuetur pater patria potestate, vt effecta sui iuris filia cum damno patris priuati ea potestate, quæ apud Quirites tanti fuit, conuertatur hæc potestas in odium, & damnum ipsiusmet patris, vt ab eadem filia bonis à se ipso profectis priuetur, & illius luctuosa hæreditate, nemo est qui nesciat.

50 Et ob id eandem *Præsidis nostri decis.* probat, & referens sequitur *Steph. Gratian. tom. 2. discept. forens. cap. 382. in fin.* quæ etiam comprobatur ex *decis. Castr. cons. 263. col. 2. lib. 2.* quam post *Brunum* latissimè exornat *Roland. de lucro dotis, quæst. 26.* vbi quod statutum deferens lucrum marito, præmoriente vxore sine filijs, etiam in præiudicium filiorum primi matrimonij, non operatur, nec vires suas extendit aduersùs filios primi matrimonij exteros, siuè forenses, qui sunt alienæ iurisdictionis; quia nulla legalis prouisio actiua, vel passiua directò agit in non subditum, nihil agentem per se, aut per alium intra territorium, legem condentis, & sicuti forensis non iuuatur beneficio statuti, vti conditi ad beneficium subditorum; sic neq; ligari debet, nec statutum sibi nocere, vt latiùs opinionem *Roland.* confirmat *Magon. decis. Florent.* 107. *num.* 10. *Thess. iun. dict. quæst. 6. num.* 7. & latiùs *in addit. ad decis.* 184. *eius patris in fin. vers. in causis*, vbi cū opinione *Roland.* dicit pluries censuisse Senatum, & cū de illa in cuiusdam causæ reuisione ageretur, dicit, curasse reducere partes, qui erant sui affines ad concordiam, & fuit super ea transactum, dum illi optarent contra opinionem *Roland.* obtinere.

51 Rationes autem omnes, & iura, quæ affert *Surd dict. decis.* 330. eo tēdunt, vt in respicientibus commodum vxoris, vel beneficium, & in priuilegijs alijs non nociuis, mutet forum originis propriæ in originem viri ex vi vnionis, quod colligitur ex casu ab ipso *Surd.* proposito, dum probare conatur, stāte statuto Mantuano, quo forenses prohibentur quandoq; acquirere in Mantuano territorio, vxorem quantumuis alienigenam, & forensem non ligari statuto, sed eo non obstante posse quocunq; titulo acquirere tanquam effecta Mantuana, & ad hoc affert multa, quæ eo tendunt, vt

Aa 2 uxori

vxori communicanda sint omnia commoda, quæ ob nouum domicilium in ipsam transfundi possunt, vt sunt priuilegia etiam personalia, vt tradit *Surd. num.* 15. & vt capacitas viri porrigatur ad vxorem, *num.* 18. & si sit naturalis tantùm, efficiatur per virum legitima, *num.* 19. idq; communicando, non extendendo priuilegia, vt per eum *num.* 16. 20. & 21. quod & circa capacitatem relictorum extendit etiam ad viduam, *num.* 27. & post *num.* 28. vbi distinguit inter priuilegium fauorabile, & odiosum; quãuis hoc, an & quando priuilegium competens viro extendatur ad vxorem, tam viuo, quàm mortuo viro nõ, sit ita indistinctè accipiendum, sed recurrendum sit ad multiplicem distinctionem, & latissimè traditã per *Barbosin l. quia tale*, 14. *ex num.* 22. *versic. vltimo amplia*, & *num.* 30. & 31. *vsq;* 34. *ff. solut. matrim.*

52 Secundò, esto quod statutum loci domicilij viri, habilitare posset vxorem forensem ad testandum etiam in patris præiudicium, non tamen poterit testari de dote profectitia; quia statutum operabitur solùm vt videatur filiafamilias habilitata ad faciendum testamentum, sublato impedimento patriæ potestatis; non autem censebitur dispensatum, quod filia de dote profectitia, quæ iure consolidationis reuerti debet ad patrem possit testari; vbi enim statutum contra ius commune vnum effectum operari potest, non debet duplicem inducere ad iuris communis correctionem, iuribus allatis à *Rom. conf.* 199. *num.* 6. *Rota diuers. decis.* 422. *num.* 10. *lib.* 1. *Vrsill.* post *Felyn. in decis.* 202. *num.* 4. *in fin.* & ita in terminis docuit *Roland. cons.* 68. *num.* 8. *lib.* 4. citans *Dilectum de arte testandi* dicentem esse communem, qui *Roland.* consuluit, respondens nullum declarandum esse testamentum D. Catherinæ Brumanæ filiæfamilias, quamuis instituisset proprium filium, vt etiam in eodem casu *Ioan. Botta* consuluit supra citato *consil.* 27. vt ipse *Roland.* testatur *in princ.* & *num.* 3. sequitur *Ioseph Ludouic. de testament. conclus.* 5. *amplia.* 6. & latissimè simul, & doctissimè, ita vt nihil videatur desiderari posse, hanc declarationem ad consimile statutum Ferrariense tradit *Ioan. Cephalus cons.* 256. *videbatur prima fronte, lib.* 2. etiam vbi viget statutum, quod stantibus masculis filia fæmina non succedat, quod adhuc permissio testandi concessa filiæ sui iuris per statutum, vel consuetudinem effectæ, non porrigatur, nisi quoad aduentitia, & ad dotem, quæ est propria filiæfamilias; secus verò ad dotem profectitiam, nisi pater illam expresè, vel tacitè donasset, cum non

53 sit credendum, statutum solo verbo totam testamentorum obseruantiam multis vigilijs excogitatam velle subuerti, vt ferè in terminis dixit *Imper. in l. si quando, C. de testament.* quam ad propositum citat etiã *Dom. de Francb. decis.* 537. *num.* 20. & confirmat iuribus, rationibus, & authoritatibus, ex quibus apparet ius non permittere per quamcunq; licentiam testandi, fieri præiudicium patri in dote à se profecta *ex num.* 11. & 26. *cum. seq.* & op-

54 timè declarat, dotem non omninò esse proprium patrimonium filiæ ad declarationẽ *l.* 3. *S. sed vtrum, ff. de minor.* ex multis, & præcipuè solum procedere, vbi pater præmoritur; secus verò vbi filia viuo patre dotante pdecedit, præsertim sine filijs; quo casu semper, & indistinctè ius saluum debet esse patri *ex num.* 51. & 59. *vsq; ad fin.* sequitur prædicta *Gratian. d. l.* 3. *c.* 382. *num.* 20. 21. & 22.

Tertiò, omnia prædicta circa intellectum statuti, siuè consuetudinis patriæ viri, censeri debent dicta ex abūdanti; tum quia non constat adesse ta-

55 lia statuta, tum etiam quia si adessent, & expressè permitterent, etiam vxori forensi testari, vel disponere etiam de dote profectitia in patris præiudicium, de cuius statuti validitate satis du-

dubitari posse, ex traditis per *Cephal. dict. cons.* 256. *lib.* 2. licet regulariter statuto possit induci, vt filiafamilias nupta efficiatur sui iuris, vel testari possit, vt per *Alex. in l. senium, in fin. n.* 12. *Afflict. Lupum, & Boer.* relatos per *Roland. dict. cons.* 68. *num.* 12. *in* 4.

At in casu præsenti pactum expressè initum in capitulis matrimonialibus, omnem prorsus tollit difficultatem; cum circa restitutionem dotium, & dispositionem faciendam per D. Zenobiam, expressè inter partes conuenerit, repetitis, & geminatis verbis, vt in vtraq; attenderetur vsus, & consuetudo Procerum, & Magnatum Regni Neapolis, iure Francorum, & more Magnatum viuentium, vt subijcitur *in S. promette ancora*, & additur *alla quale consuetudine, & vso de Proceri, & Magnati del detto Regno di Napoli esse parti volontariamente si sottopongono, & con la potestà reseruata à detta D. Zenobia di poter disponere di dette doti, & testare, seruata la forma della consuetudine, & vso predetto di Proceri, & Magnati di detto Regno*, & iterum in constitutione dotarij, seu antefati *in S. de più prometto*, fit de nouo relatio ad eundem vsum.

57 Vnde cum adsit expressa partium conuentio, & pactio se subijcientium consuetudini Procerum, & Magnatum huius Regni, & Ciuitatis, vbi propter frequentiam harum capitulationum, & multitudinem Procerum, qui illjs vtuntur, sunt notissimæ, cessante quacunq; alia statutaria, aut cuiuscumq; loci consuetudinis prouisione; id solum est attendendum, si secundùm hunc morem Magnatum Regni nostri hæc Domina testari potuit in beneficium viri, vt post *Butr.* tradit in specie *Felin. in cap.* 1. *limit.* 7. *de sponsal. Curt. & Cagnol. in l. exigere dotem*, pariter *in* 7. *limit. ff. de iudic.* latè *Roland. de lucro dotis, quæst.* 19. *in fin. n.* 8. *&* 9.

58 siquidem absolutum est, pacta inita in capitulis matrimonialibus, esse inuiolabilia, & censeri ipsius matrimonij partem, *Guid. Papa decis.* 145. *Dom. de Franch. dec.* 205. *Dom. Amatus cons.* 86. *num.* 30.

59 Et posse quidem etiam non subditos, vt sunt alienigenæ, se pacto subijcere, statuto, vel consuetudini alterius Ciuitatis, vel non subditos iuri communi, posse se iuri communi subijcere, notatur per *gloss. Castr.* & alios *in*

60 *l. digna vox, C. de legibus*, vbi etiam Princeps, vel quiuis Superior, qui legi non sit adstrictus, potest se spontè subijcere, quando vult, *Bald. in l.* 4. *ff. ad legem falcidiam, Roland. de lucro dotis,*

61 *quæst.* 84. *in fin.* cum & faciens actum, nedum expressè, sed tacitè videatur se obligare, & submittere legibus de illo actu loquentibus, & illius formam obseruare velle, *l. si duo*, ibi *qui scit, vel scire potuit, ea conditione adire videtur,*

62 *ff. de acquir. hæred.* sic etiam si quis acceptet ciuilitatem in loco, scit se obligare omnibus oneribus ciuium, etiam ignoratis, *Castr. Alex. Ripa, & alij* apud *Roland. dict. tract. quæst.* 14. *num.* 10. *& quæst.* 94. *num.* 14. *& alios* concordantes affert *Surd. decis.* 13. *num.* 4. 5. *vsq; ad* 9. *Pater Molfes. noster, consil.* 5. *n.* 20. & in terminis *Dec. cons.* 402. post *n.* 2. loquens de Principe Plumbini, qui contrahêdo matrimoniũ cum D. Matia de Aragonia, se subiecerat, & contraxerat secundùm morem Magnatum huius Regni, adiecto pacto in capitulis, ad vnguem, sicut in capitulis præsentis contractus, sequitur *Rimin. iun. cons.* 16. *num.* 15. *in princip. Regens de Ponte cons.* 110. *num.* 7. *& cons.* 111. *num.* 17. *lib.* 2.

63 At si, morẽ Magnatũ, & Procerum Regni idem esse omninò quod ius commune Romanorum, ex prædictis clarissimum est; filiamfamilias testari non posse in patris præiudicium, nemo est, qui nesciat; vbi confugiet aduersarius vt subterfugia inueniat? certè non video; non minus enim verissimum, quàm notissimum hoc est, non vnius, vel duorum ex Regni sapientibus, qui-

64 bus de iure, de consuetudine, & con-

suetudinis dispositione attestantibus credendum esse, palàm est, sed nemine penitus ex antiquis, & modernis Regni iurium peritis dissentiente, imò vnanimi, concordiq; consensu etiam pragmaticorum, & curialium, quorũ in ore semper hoc esse constat, velut tritum adagium morem Procerum, & Magnatum idem esse, quod ius commune, pro vt tradunt *Isern. & Afflict. in constitut. Regni, Puritatem*, dum dicunt, *quod ille, qui uiuit iure Francorum iudicabitur per omnia iure Romano*, quos ad hoc ponderat *Reg. de Ponte infra citand. consil.* 113. *num.* 7. *part.* 2. & velut indubitatum supponit *Dom. meus Capyc. decis.* 176. *in* 6. *difficult.* post *num.* 17. *Consiliarius Minadous in repetit. constitut. In aliquibus, notab.* 4. *n. item* 4. *versic. inter Barones*, vbi excepta primogenitura inducta in feudalibus per consuetudinem, siuè formam viuendi inductam in Regno inter Barones, & Comites, quæ dicitur mos Magnatum, Procerum, & Baronum Regni, iure Francorum viuentium; in reliquis verò actibus attenditur ius commune, & ideò infert, quod mulier quæ nupsit, & viuit secundùm istam formam, & morem, disponit de dotibus, provt de iure communi sibi permittitur, & latiùs prosequitur differẽtias inter hunc vsum, & consuetudinem antiquam, quam dicimus in scriptis redactam, & nouum vsum inductum inter nobiles non Proceres; quę sumpsit initium inter nobiles è congregatione Capuanę, & Nidi; demum ab alijs omnibus recepta, quæ tres consuetudines differentes vigent in Ciuitate nostra Neapolis, vt per *Afflict. & Vrsill. decis.* 203. *&* 237.

Idem cum *Minad. Naucler. in addit. impressis post Consuetudinem fol.* 9. *versic. in eadem consuetudine, & gloss.* ibi *respondeo, prope fin. Vrsill.* optimè *decis.* 237. *in fin.* vbi dicit ita iudicatũ in anno 1553. in causa Ducis Grauinæ *Consiliarius de Anna consil.* 2. *num.* 1. *Reg. de Ponte consil.* 35. *num.* 1. 6. *&* 7. vbi probat in specie capita differentiarum, inserta per *addit. in lib. consuet. fol.* 132. inter morem Magnatum, & morem Capuanæ, & Nidi, idem in *cons.* 110. *num.* 2. *lib.* 2. vbi dicit credẽdum esse *Dom. Capyc.* & regnicolis hoc attestantibus, ex communi sententia *Bart. & DD. in l. de quibus, ff. de legibus*, & ita fuisse iudicatum per Sacrum Consilium in causa Ducis Grauinæ, *& num.* 3. *& in fin. cons.* dicit satis differre morem Magnarum à consuetudine Neapolitana, & probat dicta capita differentiarum, & idem *cons.* 111. *n.* 7. 8. *&* 17. *& cons.* 113. *n.* 7. 8. *&* 10. *in fin. l.* 2. vbi dicit, morem istum regulari à iure Romano, & tantum esse dicere secundùm morem Francorum, quantum dicere secundùm ius Romanorum, etiam authoritate *Consiliarij Felicis de Rubeis in apostill. ad decis. Afflict.* & ita sæpius iudicatum, & idẽ *de Ponte de potest. Proreg. de successi. mulier. tit.* 9. *n.* 24. vbi allegat *addit. Consiliar. de Bottis* referentis decisum in causa Comitis Montiscalui, & *Dec. in d. cons.* 402. vbi refert verba consueta apponi in capitulationibus moris Magnatum, pro vt in nostro contractu leguntur. & tandem idem latè confirmat *Pater Molfes. in comment. de consuet. part.* 1. *c.* 3. *num.* 1. *& seq. & cap.* 4. *n.* 1. 2. *&* 3. vbi latè probat, hunc morem Magnatum ad nihil aliud adinuentum, nisi ad differentiam iuris consuetudinarij in scriptis redacti huius Ciuitatis, eo quod Magnates noluerunt se submittere his consuetudinibus populi, sed potius viuere secundum ius commune Romanorum.

Quibus explicitis, non opus est nobis aggredi defensionem capitum differentiarum inter morem Capuanæ, & Nidi, & morem Magnatum; quæ reperiuntur inserta in volumine Consuetudinum nostrarum, opera laboriosi, & docti viri *Camill. Salerni, fol.* 132. quæ aduersarij conantur carpere, & in illis contineri quosdam errores, & repugnantia, contendunt; quamuis enim pos-

poſſemus dicere ſatis eſſe, q in volumine noſtrarum legum, & conſuetudinum ſint impreſſa, vt vim legis habeāt, cum præſertim in eo libro omnes conſuetudines ſint in obſeruantia, nec vna alteram corrigit, & præſertim cum illa impreſſio *Salerni* ſit facta cum ſcientia quinimò authoritate Regentium Collateralis Conſilij, apud quos reſidet authoritas condendarum legum, quibus fuit opus illius nouæ recopilationis dicatum, vt ex epiſtola patet. Et plures ex citatis authoribus ferè omnes Conſillarij Regij eam capitum deſcriptionem velut legitimam probauerunt, eaq; vſi ſunt ſemper, & vbique, pro vt notorium eſt vſos fuiſſe, & hodie vti Aduocatos; & præciſè *Reg. de Ponte*, qui tanto tempore præſedit in Collaterali, eam deſcriptionem probauit *in conſ.* 35. *lib.* 1. *conſ.* 110. *&* 111. *lib.* 2. & quamuis de ea dubitauerit in *conſ.* 113. *num.* 7. non tamen illam deſcriptionem reiecit, ſed illud quod expreſsè in illis capitibus non continebatur, ſupplendum exiſtimauit ex ijs, quæ *Dom. Capyc.* & alij noſtri DD. regnicolæ ſummæ authoritatis, dixerunt, quos dicit, aliàs Sacrum Conſilium fuiſſe ſequutū in iudicando, & in eo teſtatur, velut indubitabili omnes conuenire, iam dicta capita in nihilo alterare iuris communis diſpoſitionem, vt ſæpius repetit *num.* 7. poſt *princ. num.* 8. vbi interpretatur morem Magnatum, iuxtà verba dictorum capitum, ac ſi eſſent proprij textus conſuetudinum.

Idem Aduocatorum facundiſſimus, & doctiſſimus omni æuo memorandus *Camill. de Medicis* meus ſocer *conſ.* 99. *in princip.* quod edidit pro Marchioniſſa Sancti Lucidi contra D. Mariam de Auolos, & obtinuit de anno 1588. iunctis aulis contra *Dom. Reg. de Ponte* vt teſtis eſt *Conſiliar. de Anna conſ.* 1. *&* 2. *num.* 18. & in indiuiduo, quod iuxtà hunc morem Procerum, & Magnatum verum, & abſolutum ſit, obſeruari ius
65 commune, in hoc præcipuè, vt filiafamilias nupta ſi decedat patre viuente abſq; liberis, tunc nec de minimo obolo poſſit diſponere, in puncto velut abſolutiſſimum tradit ex mente omnium *Pater Molfeſ.* dum latè agit de veritate, & obſeruantia in praxi horum capitū, quæ in libro conſuetudinum curauit imprimi *Salernus fol.* 131. *in dict. com. ad conſuet. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 7. *verſ. ſecundo mulier*, & poſt *num.* 9. *verſ. ſed vt dixi*, duo affirmat, primò, quod filiafamilias per conſuetudines Neapolitanas in ſcriptis redactas, non eſt ſimpliciter habilitata ad teſtandum, ſed ſolùm vt poſſit teſtari de bonis, ſibi à matre, vel alia perſona ex linea materna deſcendente, donatis, & ideò viuente patre, non poteſt de dotibus, ſcilicet obuentis à patre diſponere: ſecundò, quod hic mos Procerum, & Magnatū receſſit in hoc à dicta conſuetudine in ſcriptis redacta, & reuerſus fuit ad ius commune, quo, vt ſubdit *Molfeſ.* clarum eſt, per matrimonium non liberari filiam à patris poteſtate, iuribus vulgatibus, & ſic *Molfeſ.* in puncto, diſcutiēdo veritatem dictorum capitum, probat ſecundum caput moris Magnatū deſcriptum *fol.* 132. quo prohibetur filiafamilias nupta à patre, moriēs abſque liberis, patre ſuperſtite, teſtari de dotibus.

Et ſicut optimè dicit ex fundatis in hoc capite, ſic etiam veriſſimum dicit in præcedenti aſſumpto, quod nec de iure conſuetudinario Ciuitatis eſt habilitata ad teſtandum filiafamilias, niſi in aduentitijs, quod ex abundanti defendimus, licet non ſit neceſſarium ad cauſæ victoriam; de hoc enim eſt clariſſimus *text. conſuet. filiusfamilias, vel*
66 *filiafamilias, ſub tit. de filijsfamilias volentibus teſtari, & de quibus bonis*, quem *text.* ita intellexit *Dom. Capyc. in* 1. *add. cart.* 185. *in nouis addit. incip. quod iſta conſuetudo, in verſ. in alijs bonis*, vbi licet primò arguat in contrarium, tamē poſtea reſedit cum intelligentia *Napodan. in gloſſ. ſaluo, verſ. ſed quid ſi habet, num.* 22. vbi intelligit *text.* conſuetudinis generaliter etiā in filijs, & filiabus-

familias habentibus filijs, & sic in fœminis nuptis: nec obstat respõsio *Dom. de Franch.* dum proposita hac quæstione incidenter *in dict. dec.* 546. post *num.* 9. *versic. & idcirco dubitatur*, post *num.* 12. subdubius dicit ad doctrinam *Napodan.* cui innititur *Dom. Capyc.* posse responderi, vt intelligatur de filio masculo, ne videatur contradicere sequenti consuetudini, *sed & mulier*, quã ipse supponit habilitare filiamfamilias nuptam testari quoad omnia bona; hãc enim restrictionẽ verba *Napod.* pati nõ possunt, dum *Napodan.* verba omninò sunt intelligenda generaliter, prout ipse loquitur & iuxtà tenorem consuetudinis, quam glossauit, quæ cum loquatur expressè, comprehendens tam masculum, quàm fœminam ibi, *filiusfamilias*, *& filiafamilias*, non potest aliter intelligi sensus verborum *gloss. Napodan.* quàm loquatur *text.* cõsuetudinis, quã interpretatur, nec contradicit quicquam consuetudini, *sed & mulier*, imò hic est verus, & germanus intellectus; consuetudo enim *filiusfamilias* expressè loquens, & comprehendens filiumfamilias, & filiamfamilias fœminam, claris verbis habilitauit eos ad testandum dumtaxat de aduentitijs, non tamen omnibus, sed tantùm obuenientibus à matre præmortua, vel linea materna; in alijs verò aduentitijs, & vndecunq; obuenientibus, iura communia seruari voluit.

Addit *text.* sequẽs *in* §. *sed & mulier*, mulierẽ, ẽt si emancipata non fuerit, eo ipso quod nubit, effici sui iuris, quę cõsuetudo subijcitur continuatiuè ad præcedentem, & iuxtà antiquam impressionem situata erat sub eadem rubrica, licet hodie sit sub nouo *tit. de filiafamilias nubente*, vt fatetur idem *Dominus de Franch. dict. decis.* 546. *num.* 8. *in fin. vers. sub eadem*, vnde si continuatiuè subjungitur, *de filiafamilias nupta*, sub eadem rubrica, quæ loquitur de filijsfamilias volentibus testari, & de quibus bonis, *dict.* §. *sed & mulier* omninò debet intelligi iuxtà distinctionem bonorum, traditam *in* §. *præcedent.* primò ex natura rubricæ, sub qua

67 ab initio fuit situatus, *dict.* §. *sed & mulier*, à rubro enim nigrum declaratur; secundò ex præcedentibus, quibus immediatè subnectitur *dict.* §. *sed & mulier*, constat enim, subsequentia à præcedentibus declarari, imò magis præcedentia determinare sequentia, quàm è contra, quia virtus influit: tertiò, quia tametsi concederemus præcedentem consuetudinem, *filiusfamilias*, loqui tantùm de filiafamilias non nupta, & per §. *sed & mulier*, adiungi casum fi-

68 liæ nuptæ, si tamen *in text. dict.* §. *sed & mulier*, esset sola aduersatiua, *sed*, posset prætendi, illam aduersari in iure, & in facto, sed cum sit adiuncta copula, *sed et*, benè potest importare diuersitatem in facto, sed inducit omnimodam idẽtitatem in iure, & sic nulla iuris diuersitas erit inter casum præcedentem, & sequentem, *gloss.* 1. *in l. sed si lege*, vbi *Bart. Cast. & alij*, *ff. de petit. hæredit.* & operatur repetitionem omnium qualitatum, & conditionum pręcedentium, vt illis retentis censeatur dispositio, secundùm *Dec. cons.* 335. *num.* 3. cum cõcordantibus à *Petro Cenedo in centuria de natura dictionum, cap.* 25. vndè circa facultatem testandi nihil pluris censebitur concessum filiæ nuptæ, quàm in præcedenti consuetudine concessum fuerit.

Nec obstat, quod dum per *d.* §. *sed & mulier*, filiafamilias habetur ac si esset emancipata; emancipatio autem non recipit diuisionem, vt arguit *Dom. de Franch. in dict. decis.* 546. *num.* 12. dũ se remittit ad tradita *in decis.* 32. *in fin.* ergo neq; statuto id inductum censeri

69 debet; procedit enim in emancipatione, quæ fit ab homine, quæ non potest fieri pro parte, secus verò in ea, quę in-

70 ducitur à lege, vel à statuto; quia maior est potestas legis, siuè statuti præsertim à Principe confirmati, vt sunt nostræ consuetudines, quàm hominis, qui legibus subest, & proinde non valet argumentum negatiuè, non potest fieri

ab

ab homine, nec per pactum, ergo nec
per ſtatutum, ſed benè è contra, vt
benè explicat *Euerard. loco, à minori.*
& iterum *loco, à pacto ad l. num. 1. in*
fin. & poſt *num. 12. verſ. ſed iſtud.*
72 Emancipationi enim ab homine
faciendæ lex certa formam præſcri-
pſit, vt quoad omnia filius, filiaue
emancipetur; ſecus verò quoad vnum
actum tãtùm, præſertim vt teſtari poſ-
ſit; tum quia patria poteſtas eſt indi-
uiſibilis, tum etiam quia videretur po-
tius conceſſa per patrem filio licentia
teſtandi, in quam reſolueretur eman-
cipatio ad finem teſtãdi, quod eſt ex-
preſsè prohibitum, *ex l. qui in poteſta-*
te, ff. de teſtament. quàm vera emanci-
patio, & ſic non mirum ſi huiuſmodi
reſtricta emancipatio non tenet, vt
tradunt latiſſimè DD. quos citat
Honded. conſ. 32. ex num. 9. cum ſeq.
73 Quę ratio nedum ceſſat in ſtatuto,
ſiuè conſuetudine; qua induci poteſt
quem decedere pro parte teſtatum,
& pro parte inteſtatum, vt fit paſſim
in ſpecie per noſtras conſuetudines,
vt noſtrates congerit *Reg. de Ponte*
conſ. 13. num. 20. & 22. conſ. 52. n. 20.
& externos etiam *Andr. Knichen de*
Saxon. non prouoc. iure, c. 4. num. 41.
& 42. verùm de iure licentia conceſſa
teſtandi per ſtatutum, ſiuè conſuetu-
dinem filiæfamilias de dote, ita inter-
pretari debet, vt cenſeatur conceſſa
in dote aduentitia, non autem profe-
ctitia, vt minus lædatur ius commune
quàm ſit poſſibile, vt ſupra ex *Cephal.*
& alijs probauimus, quod maximè
procedere debet in caſu præſenti, vbi
ita expreſsè diſtinguit conſuetudo
proximè præcedens, ad quam conti-
nuatiuè ſubnectitur conſuetudo *ſed*
& mulier, vt idem *Dom. de Franch.* fa-
tetur *dict. num. 8. in fin.* qui licet in
hoc inclinet contra *Dom. Capyc. n. 12.*
tamen non figit pedes, ſed dicit, ad-
uertendum, cum caſus accideret: nec
obeſt, quod vbi eſt clauſula, *pro omni*
parte, portione legitima in bonis pater-
nis, maternis, fraternis, &c. tunc videa-
tur data licentia diſponendi, tanquam
de legitima, vt ex *Caſtr.* tradit *Crauett.*
conſ. 84. num. 5. & 6. Vrſill. deciſ. 136.
75 *in fin.* loquitur enim *Crauet.* in filia,
quæ donauit inter viuos, vt ſe decla-
rat initio *conſ.* ex quo arguit, valere
donationem, veluti de licentia patris
factam, qui conſenſus inducitur præ-
ſumptus, vel tacitus ex prædictis ver-
bis, & ſic non loquitur in actu teſtan-
di, qui non poteſt fieri de licentia pa-
tris, *l. qui in poteſtate, ff. de teſtament.*
76 nec valet expreſſa emancipatio ad
vnum actum, præſertim teſtandi, *Hon-*
dedeus latè *conſ. 32. lib. 1.* & ideò ſtante
diuerſitatis ratione, doctrina *Caſtr. &*
Crauett. eſt de caſu ad caſum diuerſũ,
vbi in ſpecie diuerſum ius eſt ſtatutũ,
vt tradit in terminis *Barboſ. in l. poſt*
dotem, 41. num. 43. ff. ſolut. matrim. nec
77 etiam obſtat *Vrſill. deciſ. 179. num. 8.*
quod filia poteſt diſponere de dote
dum iure conſtitutionis Regni filia
propter dotem excluditur à ſucceſ-
ſione, quo caſu dos ſuccedit loco le-
gitimæ, quia verius eſt, vt ſtante ſtatu-
to prædicto, filia non teſtetur de dote
profectitia, licet fortè in vita aliud eſ-
ſet, donando, vt ſupra probauimus ex
Brun. & alijs, in verſic. quod procedere,
quidquid aliter in contrarium velle
videatur *Minad. in conſtit. In aliqui-*
bus, 4. notab. n. 6. in fin. tandem in hoc
primo articulo non obeſt, dum obij-
citur circa pactionem habitam in ca-
pitulis, quod licet partes ſe expreſsè
ſubiecerint conſuetudini Procerum,
& Magnatum, tamen ſubmiſſio non
videtur facta in omnibus, ſed reſerua-
ta demum poteſtate diſponendi, & ſic
ſubmiſſio videtur limitata, ita vt non
tolleretur facultas teſtandi; contextus
enim pactionis ipſiuſmet in loco per
partem ponderatę, rectè legenti om-
nem prorſus tollit difficultatem, &
inſulſum planè obiectum adeò diluit,
vt reſponſione prorſus non egeat.

Siquidem poſt omnimodam, & to-
talem partium ſubmiſſionem circa
reſtitutionem dotium, de qua hodie
ex

ex caſu, qui iam euenit, eſt contentio, quam fecerant partes, conſuetudini Procerum, & Magnatum, cui repetitis, & geminatis verbis, ipſæ partes proteſtatæ ſunt, ſpontè ſe ſe ſubijcere, & addiderũt ea verba, *& con la poteſtà riſerbata*, & ſic non ſimpliciter aliquã teſtandi poteſtatem D. Zenobiæ reſeruauerunt, ſed illam dumtaxat, & non aliam, quæ iuxtà morem Magnatum, cui ſe ſubijciebant, competebat, vel competere poterat; quod ſi nulla diſponendi facultas ex illius conſuetudinis præſcripto tribueretur, nulla quoq; cenſeretur reſeruata, vt eſt de natura reſeruationis, *l. at ſi quis, §. plerique ff. de religioſ. & ſumpt. fun.* quod procedere etiam, ſi in eodem actu, cuius natura importet adimere facultatem aliquam, ſit illa facultas expreſsè reſeruata, probat, & ita deciſum teſtatur *Dom. de Franch. deciſ. 32. n. 13. in fin. & 14.* ſi enim nullum ius competit, nihil operabitur reſeruatio, quia illius natura eſt, ius ſi quod competit, reſeruare, non autem ampliare, aut de nouo dare, *l. ſi quis legauerit, ff. de legat. 1. Crauett. conſ. 144. num. 15.* vbi quod conditionem habeat intrinſecam, ſi eo iure competat facultas re-
79 ſeruata, non aliter, & ſi fuerit erronea nihil nocet, etiam ſi iuramento firmata fuerit diſpoſitio; non enim eſt inconueniens, quod nihil operetur, vbi ius reſeruatum nõ competit, *Crauett. dict. conſ. 144. num. 16.* latius *Gratian. deciſ. Rota Marchiæ, 6. ex n. 58. ad fin. Rimin. iun. conſil. 692. num. 18. lib. 6. Burſat. conſ. 329. num. 4. lib. 3.* alioquin eſſet expreſſa contrarietas, contrahere iuxtà morem Magnatum, & reſeruare facultatem teſtãdi contra ipſum morem teſtandi, *Garzias de nobilit. gloſſ. 42. num. 3. in fin. & 4.* plura *Knichen Encyclopediæ cap. 10. num. 129. & 131. cum ſeq.*
80 Non enim partes aliunde quærere voluerunt D. Zenobiæ facultatem teſtandi, niſi illam, quæ iuxtà morem Magnatum, & ex illo more depromi poterat, ibi, *& con la poteſtà riſerbata, & teſtare, ſeruata la forma, & conſuetudine, & vſo predetto de Proceri, & Magnati di detto Regno*, quidquid igitur continetur in termino relato, continetur in referente etiam, ex natura relationis, quæ adeò à termino relato regulatur, vt etiam ſi relatum contradicat, referens diſpoſitio cedit relato, *l. ait prætor, §. ſi iudex*, vbi *Ripa ff. de re iudic.* & probant DD. congeſti à *Peregr. de fideicomm. art. 29.* poſt *n. 17.* vt de facultate teſtandi, quod cenſeatur conceſſa de legitima conſueta, & pro vt à iure permittitur, nuncupatim probat *Dom. de Franch. deciſ. 537. n. 2.* quælibet enim translatio, vigore conſuetudinis, aut legis, transfert eodem modo, & forma, qua erat apud ipſam, & cum qualitatibus ipſi adhærentibus, *Cardin. conſ. 29. num. 12.* cum cõcordantibus per *Barboſ. in l. poſt dotem 41.* poſt *num. 51. verſ. ſed non eſt recedendum, & num. 54. verſ. & retenta ff. ſolut. matrim.*

Cauſæ deciſio adhuc pendet.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum ſicut redditur nullum non inſtituto filio in legitima, ſic pariter è contra, non inſtituto parente, & verior, & magis communis opinio attento omni iure, excepto hiſpanico, quod non extenditur vltra illam prouinciam*, num. 4. & 5.

2 *Hæreditas filiorum parentibus, eadem pietate, etſi non eodem voto, debetur.*

3 Iaſ. *ſequitur* Bart. *contrarium tenentem diſputando, ſed fatetur communem eſſe contra* Bart. *qui tenuit, non reddi nullum teſtamentum, filij non relicta patri legitima.*

6 *Verba*, lego, *vel* relinquo, *licet communia, nunquam adiecta rebus, vel ſummis certis, poſſunt importare hæredis inſtitutionem, etiam in filijs.*

7 *Teſtamentum patris, præterito filio, eſt*

eſt nullum, etiam ſi filius velit teſtamentum valere.

8 *Filius naturalis quoad matrem eſt ad inſtar legitimi, quia præteritus rumpit teſtamentum; fallit in matre nobili*, num. 9.

10 *Mater nobilis vtrum poſſit à filio præteriri.*

11 *Filius naturalis non ſuccedit matri illuſtri, exiſtentibus tamen filiys legitimis, vel legitimatis.*

12 L. vlt. C. de codicill. *exornatur remiſſiuè.*

13 *Clauſula*, omni modo meliori, *ſaluat teſtamentum à vitio præteritionis, idq; de communi, à qua in iudicando non eſt recedendum, & dicentes contrarium, minus rectè ſentiunt*, n. 14. & 17.

15 *Pater ſi relinquat filio centum pro legitima, an cenſeatur illa relinquere titulo inſtitutionis.*

16 *Clauſula*, omni modo meliori, *duplici modo ad diuerſum effectum ſolet apponi in teſtamento, ex doctrina* Alex. *& quid inde reſultet.*

18 *Mater præterita à filio, ſi ei ſit relictum æquiualens legitimæ, adiecta clauſula*, omni modo meliori, *non rumpit teſtamentum, & eſt communis recepta inter communes, quidquid voluerit* Salyc. num. 19.

20 *Clauſula iſta*, omni modo meliori, *operatur, vt qui poteſt facere actum validum, & facit inualidum, cenſeatur feciſſe validum.*

21 *Actus ſi non valet ſecundùm verba expreſſa, ſubſtinetur ſecundùm ea, quæ exprimi debuerunt.*

ARGVMENTVM

De ſubſtinendo teſtamento filij, in quo mater eſt præterita, virtute clauſulæ, *omni modo meliori*, quid in matre illuſtri: de efficacia huius clauſulæ, & diuerſitate effectuum, quos producit ex diuerſo modo, quo in teſtamentis adijci ſolet.

Pro Dño Io. Bap.ta Cattaneo Nobil. Ianuenſi Contra D. Philippũ Spinola.

CONTROVERSIA XXXI.

QVamuis concluſiones firmatæ per Dominum collegam, ſatis doctè, & iuridicè fundatæ, pro maiori parte videantur, non tamē ex toto hucvſq; potui in ipſius ſententiam in hoc primo puncto inclinare, vtpotè veritus ne clauſula illa, *omni modo meliori*, quæ ſupponitur adiecta in teſtamento, ipſum teſtamentum defendat à vitio præteritionis.

Primò enim, quod attinet ad *text. in* §. *aliud quoq; capitulum, auth. vt cum de appell. cognoſc.* quo inducitur nulli-
1 tas teſtamenti, filio non inſtituto, ſaltem in legitima, titulo honorabili inſtitutionis, certum eſt, procedere etiam è contra in teſtamentis deſcen-
2 dentium, reſpectu aſcendentium, quibus, etſi non eodem voto, tamen eadem pietate debetur filiorum hæreditas, *l. nam etſi parentibus* 15. *ff. de inoff. teſtament.* communis, & vera eſt opinio contra *Bart. in auth. nouiſſima, C. eodem tit.* vt vltra DD. congeſtos per Dominum conſulentem, benè probat *Facchin. lib. 4. controuerſ. iuris cap.* 30. vbi ad hoc nouè ponderat *dict.* §. *aliud quoq;* iuncto § *ſiuè igitur omnes, verſic. & hæc quidem, Hieron. Cenaglios lib. 1. commun. contra comm. cap.* 23. *num.* 3. vbi refert huius opinionis authores *Salyc. Iacob. Guald. Francum, & Guliel. de Benedict.* & li-
3 cet *Iaſ. in auth. nouiſſ.* miſertus *Bart.* quod nullum amicum inuenerit in tam frequenti caterua DD. legiſtarum, & canoniſtarum, qui ipſi applauderet *num.* 37. fit *Bart.* ſequutus in puncto iuris diſputando, tamen poſt

num.

num. 38. ſubjjcit, quod contra *Bart.* eſt
communis omnium opinio, à qua te-
merarium eſſet diſcedere: quod benè
procedere de iure Digeſtorũ, Authẽt.
& etiam Iure Canonico, de veriori, &
communi fundat *Vtuius opin.* 305. in-
cipiente, *filij ſunt neceſſariò, &c. part.* 1.
& poſt plures DD. Hiſpanos, item fir-
mat *Ceuaglios dict. tract. c.* 107. *part.* 2.
qui *cap.* 23. *lib.* 1. refert *Matthienſ ſu-
per legibus recopil. Hiſpaniarum* diſtin-
guentem quinque iura, ſ3 Digeſtorũ,
5 Codic. Authenticorũ, Iuris Canonici,
& Regij Hiſpaniȩ, quo vltimo iure at-
tento, aliter eſt ſtatutum, ſed vti lex
municipalis, & localis non extenditur
vltra illam prouinciam, vt eſt notiſſi-
mi iuris, ad quod etiam faciunt latè
tradita per *Ferd. Vaſquium lib. contro-
uerſ. illuſtr. vſu freq. cap.* 106. *n.* 2. *&* 3.
6 Nec obſtant oppoſitiones de verbo
lego, vel *relinquo*, quia nuuquam talia
verba, quamuis communia, adiecta
rebus, vel ſummis certis, etiam filijs
relictis, poſſunt de per ſe importare
hæredis inſtitutionem, niſi expreſsè
titulo inſtitutionis id fieri dicatur, vt
optimè caſus diſtinguens, vtrumque
tradit *Michael Craſſ. de ſucceſſ. §. inſti-
tutio, cap.* 14. *num.* 7. *& cap.* 15. quibus
adſtipulantur DD. congeſti per *Ca-
ualc. deciſ.* 20. *num.* 2. *&* 3. *part.* 3. qui
7 *num.* 6. dicit, procedere etiam ſi filius
à patre prȩteritus vellet, teſtamentum
valere, & ita refert in vtroq; deciſum
num. 10. *verſ. vnde finaliter*.

Nec etiam obſtaret ſi vltra obiecta
per Dominum cõſulentem, obijcere-
tur, quod ſuppoſito, hanc mulierem
nuncupatam Ines de Toledo matrem
Cæſaris Catanei eſſe nobilem, vt gẽ-
tilitium cognomen indicat, ſicut Cæ-
8 ſar filius potuiſſet præteriri à matre
nobili; licet enim qnoad matrem filij
habeantur pro legitimis, ex quo ſicu-
ti filius naturalis ab inteſtato matri
ſuccedit, ſic præteritus rumpit teſta-
mentum, *l. ſi ſuſpecta, §.* 1. *ff. de inoffic.
teſtament.* fallit tamen in matre illuſtri
ideſt nobili, vt poſt *gloſſ. in l. ſi qua il-
luſtris, C. ad Senat. Orph. in verſic. cum
legitimis*, tradunt DD. congeſti per
Aſcan. Clement. de patr. poteſtate, cap. 5.
10 *num.* 41. ita quoque potuit prȩdicta
mater à filio naturali præteriri, ratio-
ne viciſſitudinis, quæ in ſucceſſione
naturalium inter parentes, & liberos
à iure conſideratur, vt per *Cardin.
Paleot. de nothis, & ſpurijs, cap.* 39.

Hoc enim motiuum diluitur au-
thoritate eiuſdem *gloſſ. in dict. l. ſi qua
11 illuſtris*, quæ limitat, filium naturalem
non ſuccedere matri illuſtri, exiſtenti-
bus tamen filijs legitimis, & naturali-
bus, ſecus verò illis non exiſtentibus,
& ſecundò addunt *Roman.* & alij, id
non procedere, cum filij ſunt legiti-
mati, quæ limitationes vt communes
ex mente DD. traduntur per *Cagnol.
in dict. l. ſi qua illuſtris, num.* 43. *ante fin.*
vndè etiam dato, quod hæc mater
fuiſſet illuſtris, quia in puncto non
ſupponitur, alios habuiſſe filios legiti-
mos, ſicut debuiſſet inſtitui hic Cæ-
ſar à matre, ita è contra debuit omni-
nò inſtitui mater ab ipſo Cæſare filio.

Et pariter pro reſolutione obiecti
de clauſula codicillari, approbo re-
12 ſpõſionem, quæ colligitur *ex l. vltim.
C. de codicill.* pro cuius motiui cõpro-
batione afferri poſſunt, quæ inſignis
ille vir, meus Socer bonæ memoriæ
Camill. de Medicis pro D. Felice Vrſina
Columna doctiſſimè ſcripſit, *in conſi-
lio ſuo* 40. & ipſe longo poſt temporis
interuallo, vti Aduocatus in eadem
cauſa, quæ adhuc pendet pro Excel-
lẽtiſſimo D. Philippo Columna hære-
de D. Felicis, allegaui inter conſilia
eiuſdem mei Soceri *conſ.* 41.

Sed tamen ſummoperè dubito, ne
aliud motiuũ de clauſula, *omni meliori
13 modo*, non ex toto reſoluatur; hæc
enim clauſula ſecũdùm *Bald. in l. quo-
ties* 13. *num.* 3. *C. de hæred. inſtit.* ſaluat
teſtamentum à vitio præteritionis, &
ſic non eſt opus diſcurrere, ſi debea-
tur, necne hæreditas hæredibus ſcri-
ptis, iure fideicommiſſi, quod dicit te-
nere *Iacob. Aret. in illa l. & Bald.* ſequi-
tur

tur *Paulus de Caſtr. in conſ.323 lib.1. Alex.* optimè hoc firmans *conſil.112. poſt redditum, num.3. volum.3.& in l.nam quod*, S.*non omnis*, *ff.ad S.Senatuſconſ.Trebell.* & iterum *conſ.50.n.9. in fin.& ij.lib.7.* vbi pro hac opinione refert *Bart.Bald.& Caſtr.* in pluribus locis *Raph. Cardin. Flor. & Ludouic. Rom.* dicentem,ſe ita pluries conſuluiſſe, & *num.12.* ſubdit,hanc opinio-
14 nem eſſe communem, à qua in iudicando non eſſe recedendum, maximè cum faueat teſtamento, & quamuis *additio ibid. num. 9. litt. B.* dicat quinimò communem eſſe in contrarium,tamen ipſe meo iudicio non rectè percepit mentem *Alex.* quia ſcilicet *Alex.n.9.* ſimpliciter dicat,*quod ſi*
15 *relinquo centum filio meo pro legitima, ſeu pro parte ſua, videor relinquere titulo inſtitutionis*, hoc non ſit ſimpliciter verum, & in hoc benè diceret *additio*, communem eſſe in contrarium, tamen dicta verba *Alex.* neceſſariò debent intelligi iuxtà proximè dicta per eum, vbi firmauit, in caſu
16 ſuo fuiſſe adiectam clauſulam, *omni modo meliori*, eamq;fuiſſe adiectam de per ſe poſt clauſulam codicillarem, ad firmandum, & ampliandum robur teſtamenti, & inſtitutionis, ſecus verò, vbi clauſula, *omni modo meliori*, fuiſſet adiecta ad ampliandum clauſulam codicillarem, vt quia fuiſſet dictum, *ſi non valet in teſtamento, valeat iure codicillorum, vel omni modo meliori*, quia cum ponatur tunc dicta clauſula in defectum validitatis teſtamenti, non poteſt contrarium operari, vt voluerit teſtator, trahi relictum ad inſtitutionem, quæ fit in teſtamento, quæ profectò eſt notabilis declaratio, quam ſimiliter minus benè refert *Natta in addit.ad d.conſil. Alex.112.in addit.* incipiente, *proinde, in fin.* ex quibus manifeſtè patet, quod rectè intellecta doctrina *Alex. in dict.conſ.50. n.11.* iuxtà tradita per eũ in præcedentibus, & ſequentibus verbis, firma remanet, & *addẽtes in d. conſil. 50.* aliter intelligentes *Alex* fuiſſe errore lapſos.

17 Quam opinionem *Bald. & Alex.* eſſe communem, & receptam,tradit nouiſſimè *Marcus Antonius Noueſch. in ſcholijs ad dict. conſ. Alex.112.* vbi refert eundem *Alex. conſ.121. col.penult. lib.1.* & addit *Corn. conſ.228.ante omnia, lib.1. & conſil. 44. & 306. lib. 3. Dilect. de arte teſtandi, caut. 1. & caut. 10.lib.3.Dec.conſ.11.14.77.& 151.Gozad.conſ.78. Iaſ.in auth.nouiſſima n.20.verſ.quarto,& vltimo,Curt. iun.conſil.71.Ruin.conſil.207. lib.1.& conſ.11.& 47.lib.2.conſ.9.lib.5.* & his accedunt *Lancell.Politus, Berous, & Port.Imol.* relati per *Surd.* qui optimè concurrit cum *Bald. & Alex.dec.293. num.9.* quibus addo *Marſil.ſing.306.* clauſula, *omni meliori modo, & Pariſium conſ.12.num.1. lib. 3.* qui nuncupatim loquens in matre præterita à filio,dicit,qđ quãuis poſſit rumpere teſtamentum; ſi tamen eſt ei relictum id, quod importaret legitimam,adie-
18 cta clauſula, *omni modo meliori*, valet teſtamentum,perinde, ac ſi fuiſſet relicta titulo inſtitutionis, & hoc teſtatur indubiè procedere de iure cõmuni,& potiſſimè attẽtis ſtatutis Ianuæ, & Hiſpaniæ; loquitur enim in quodã Ianuenſe defuncto in Hiſpania, &
19 opinio *Pariſij* tanquam recepta, & communis eſt relata in *ſecundo tomo comm. opin. diuerſ.* iuxtà ordinem titulorum, *C.ſub tit. de inoffic.teſtam. n.54.verſ.tertiò etiam limitatur*, vbi videtur canonizata velut communis.

Quæ opinio, ſi eſt communis(vt mihi videtur)ex DD. enumeratione, parum iuuat, quod *Salyc.* quem ſequitur *Guliel. de Bened.in c. Raynutius in verſ. in eodem teſtamento, num.60. verſ.ego nunquam*, contrarium voluerit,cuius rationes fortè,ſi opus eſſet confutari,poſſent ex his, quæ de virtute,& efficacia huius clauſulæ, *omni modo meliori*,tradunt *Felyn. in cap.cum ſuper,column.penult. extr.de offic.deleg.*
20 adeò vt qui poteſt facere actum vali-

Bb dum

dum, & facit inualidum, eũ hac clauſula, videtur ac ſi validum feciſſet, vt ex *Soc.* ſingulariter refert Ripa *in l.* 1. §. *ſi quis ita*, *ff. de verbor. obligat. Curt.*
21 *iun. conſ.* 142. *num.* 16. & ſi non valet actus ſecundùm verba, quæ expreſſa ſunt, valet tamen ſecundùm ea, quæ debuerunt exprimi, vt benè probat *Anna allegat.* 27. *à num.* 3. *ad* 9. & DD. congeſti per *Viuium deciſ.* 395.

DECISIO.

ISte articulus fuit habitus pro vero, & iudicatũ pro voto Dñi Io. Baptiſtæ Catanei, & declaratum teſtamentum Cęſaris Catanei validum; dum ipſius vigore, mediãte ſententia Sacri Conſilij, fuit iuſſum dari quindecim millia ducatorum Philippo Spinolæ, ſub his verbis, *pro omnibus per ipſum Philippum prætenſis*, ſeruata tamen forma diſpoſitionis quõdam Cæſaris Catanei, vt ex ſententia lata 14. Iulij 1616. coram Excellentiſſimo D. Franciſco de Caſtro Comite Caſtri, Locumtenente generali, Regni maximo Moderatore, cum interuentu ſexdecim votantium ex Sacro Conſilio, & ſupremo Collaterali, vt infra in calce aliorum articulorum huiuſmet cauſæ, latiùs notabitur; in proceſſu in banca Cioffi.

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas qualibet data ab homine, vel à lege, pendet à forma tradita in mãdato, vel commiſſione.*

2 *Executor dicitur quaſi procurator defuncti, ideóq; geſtum ab executore, ab ipſomet teſtatore geſtum videtur*, & num. 3.

4 *Executores cum generali poteſtate, poſſunt poſſeſſionem bonorum in ſubſtitutos transferre.*

5 *Executor conſtitutus ad vniuerſa bona pro anima teſtatoris eroganda, nullo harede inſtituto, habetur loco hæredis.*

6 *Voluntas domini volentis rem ſuam in alium transferre, naturali innititur æquitati.*

7 *Actionem habens, facultatem quoque diſtrahendi habere debet.*

8 *Executor cum ampla poteſtate poteſt omnia facere, quæ teſtator ipſe poſſet, ſecus in ſimplici executore, qui tenetur hæredem requirere, adhoc vt minus damnum ei inferat*, & num. 9.

10 *Executores vniuerſales æquiparantur executoribus ad diſtribuenda bona inter pauperes.*

11 *Teſtator executorem faciens, cenſetur omnem poteſtatem concedere, ſine qua illud officium exerceri non poteſt*, & num. 12. *maximè, poſſeſſione vacante, non exiſtente contradictione hæredis.*

13 *Executores cum generali poteſtate, tutoribus æquiparantur.*

14 *Executor merus, & ſimplex in hac materia dicitur ille, qui nullum commodum à teſtatore percipit, vt hæres, vel legatarius; licet aliquid percipiat, contemplatione laboris, vel confidentiæ.*

15 *Executor mixtus dicitur, qui etiam honoratur à teſtatore citra officij miniſterium, & hic plus iuris habet, quàm ſimplex.*

16 *Mixtus executor, domino æquiparatur.*

17 *Hæres non capit à manu meri executoris poſſeſſionem, quod declara* num. 18.

19 *Trebellianicæ detractione prohibita, ibi reſtitutione opus non eſt.*

20 *Reſtitutio iuris hæreditarij non poteſt fieri, niſi per inſtitutum.*

21 *Executor licet ſit ſimplex, idemq; legatarius, nedum alijs, ſed ſibi poſſeſſionem acquirere, & tradere poteſt.*

22 *Mixti executores habent interdictum retinendæ.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

Executorum poteſtas ad exequendas defunctorum volũtates, quę ſit,& ad quæ extendatur: quod diſcrimen ſit inter merum executorem, & mixtũ, tam in creatione, quàm in exercitio, & quis eorum,& quo caſu poſſit poſſeſſionem bonorum hæreditariorum in ſubſtitutos, vel fideicommiſſarios legitimè transferre.

Pro eodem in eadem cauſa.

CONTROVERSIA XXXII.

IOannes Baptiſta Cataneus legitimus, & iuſtus poſſeſſor cenſendus eſt bonorum hæreditatis Baldaxaris Catanei, & vt talis quoad omnia eſt habẽdus; ſiquidem executores in teſtamento cum ampliſſima poteſtate deputati, legitimè poſſeſſionem nacti fuerunt,eamq; iure permittente, in Ioannem Baptiſtam ſubſtitutum trãsferre potuerunt, cum eam transferre voluiſſe tempore habili, ex facto ſatis,ſuperq;liqueat,idq; clariſſimè patebit, ſi ſubſcriptas veriſſimas iuris concluſiones præmiſerimus.

Primò, poteſtatem executoris teſtamentarij omninò,& ex toto dependere à poteſtate ſibi per teſtatorem
1 conceſſa:ſicut quęlibet poteſtas data ab homine,vel à lege,pendet à forma tradita in mandato,vel in commiſſione, iuxtà *vulg.l.diligenter*, *ff.mandat. Bald.in l.id quod pauperibus*, *num*. 14. *C.de Epiſcop. & Cleric*. nam executor dicitur quaſi quidam procurator defuncti, *Bald conſil*.456. *inter alia*,ſub *num*.2.*verſic.ſed non eſt nouum, lib*.4. *Lapus allegat*.91.*num*.6.& ideò diſpoſitum, & geſtum à tali executore,di-
2 citur diſpoſitum ab ipſomet teſtato-
3 re,& poteſt omnia, quæ poſſet ipſe teſtator viuens,cum ampla his conceditur poteſtas, nec habet minus arbitrium, quàm teſtator, qui commiſit, haberet, latè *Simon de Pratis de interpret.vltim.volunt.lib*.5 *interpret*.1.*dubit*.2.*ex num*.29.*ad* 40.ſequitur totos congerens *Borgnin.deciſ*.40.*omnium vltima*,*l*.5.*n*.9.*&* 15. vndè cum de poteſtate conſtet ex aperta inſpectione teſtamenti, cui,prædicti DD. ſtandum eſſe,omninò dixerunt,parum refert diſputare, an ſit executor vniuerſalis,& ſit loco hæredis, vel nè,& quę poſſit executor facere ex iuris diſpoſitione; ſiquidem id procedit in dubio,ſecus verò,cum de poteſtate clarè, vel tacitè ẽt cõſtat ex ſcriptura teſtamenti,quã in caſu pręſenti eſſe ampliſſimam, apparet ex eo, quod nedũ Dominico Cataneo fratri, & Marco Antonio Ouada inſolidum ob eorum expertam fidem, conceditur omnimoda poteſtas circa diſpunctionem rationum, & quod ſoluere poſſint quæcunq;debitá eis viſa,ac petere,& exigere omnia credita, & quaſcunq; pecuniarum ſummas,cum facultate quietandi,recipiendi,& exegiſſe confitendi eo modo, ac teſtator ipſe ſi viuus eſſet, facere poſſet, ita vt nec hæredes, neq;eorumdem tutores id vllo modo impedire poſſint, & cum adiectione mandati,cum libera,& abſoluta,& generali adminiſtratione,ſine aliqua limitatione,& cum poteſtate ſubſtituendi in vita, & ſubſtitutos etiam nominandi in morte:ſed amplius,*per compire,& eſecutare tutto il contenuto nel detto ſuo teſtamento*, *& legati di eſſo*, & iterum, *& per tutto lo de più contenuto in detto teſtamento,& ogni coſa, & parte di eſſo*, fecit eoſdem ſuos executores inſolidum, & *con che poſſano dimandare, & recuperare tutti,& qualſiuoglia marauedis*, *& altre qualſiuoglia coſe,che me ſi deui,& ſpetti*,& inferius,*con darli poter compito, & baſtãte,con libera,& generale adminiſtratione,non ſolo per vn'anno*, *ma per tutto il*

tempo necessario, finche tutto il contenuto in questo mio testamento, sia compito, pagato, & esecutato senza che nessuna giustitia, o Prelato, ne altra persona se lo possa impedire, ne intromettersi nel compimento di esso, & con potestà per morte, o absentia di nominare altri con il medesimo potere, & facultà, ch'essi tengono. Et tandem post institutionem hæredum in personas Stephani, & Cæsaris Catanei filiorum legitimatorum pro certis ratis, instituit eundem Dominicum fratrem, & executorem in sexta parte, liberè, & sine onere, quem etiam, vltra alias dispositiones in eius beneficium, constituit tutorem, & curatorem filiorum vsque ad ætatem viginti quinque annorum cōpletam, quibus iussit interim, quo vsq; ad dictam ætatem peruenerint, summam pro eorum alimētis arbitrio dicti tutoris ex fructibus bonorum, benè visam concedi, reliquum autem in emptionem introituum ad eorum beneficium implicari, & cum facultate insuper dicto tutori concessa in casu imminentis mortis, alterum tutorem, siuè curatorem cum eadem potestate nominandi, & subrogandi dictis filijs, quos inuicem substituit, ipsisq; sine liberis decedentibus, substituit eundē Dominicum fratrem, & eius filios sine aliquo onere restitutionis: ex quibus verbis apertè dignoscitur, non fuisse executores, præsertim Dominicum fratrē simpliciter factos, sed perpetuos administratores, & procuratores cum libera in omnibus rebus, & casibus concernentibus executionem, & effectum testamētariæ dispositionis, inter quos est præcipuè casus substitutionis in personam filiorum Dominici, qui iam euenit.

Ex quo facto secunda oritur conclusio, quod huiusmodi executores cum hac potestate deputati, vel tanquam generales executores, siuè procuratores, & administratores cum libera potestate

4 constituti, absq; dubio potuerint possessionem rerum, & bonorum, & præsertim pecuniarum per eos exactarum, apprehēdere, nomine hæredum, & substitutorum, eamq; in eos transferre; theorica est singularis *Ioannis Andr. in addit. ad Specul. de instrument. edition. §. nunc verò aliqua, num. 32. versic. 31. in fin. verb. aliquis*, vbi declarans doctrinam *Specul.* dicen-

5 tis, executorem constitutum ad vniuersa bona pro anima testatoris eroganda, nullo hærede relicto, haberi loco hæredis, de quo latiùs egerat idem *Specul. supra num. 26. versic. 27. item pone, vsque ad num. 30.* subdit *Ioan. Andr.* authoritate *Iacob. de Arena*, quod ex eo quo nullus est hæres, fortè distrahere poterit ad instar procuratoris habentis generalem potestatem, & liberam, citans *l. qua ratione 9. §. hæc quoq; res, ff. de acquirēd. rerum domin.* vbi nihil tam conueniēs

6 esse dicitur naturali æquitati, quàm voluntatem domini volentis rem suā in alium transferri, ratam haberi; nihil autem interesse, vtrum ipse dominus per se tradat, an voluntate eius, alius, qua ratione sicuti libera negotiorum administratio ab eo, qui peregrè proficiscitur, permissa fuerit, & is ex negotijs rem vendiderit, & tradiderit, facit eam accipientis, concordat *l. procurator cui 58. & gloss. in l. procurator tutorum 63. ff. de procur.* vndè si ex eo executor ad pias causas constitutus, nullo hærede relicto, dominium, & possessionem transferre potest, quod fit ad instar procuratoris cum libera, cui hoc à iure permittitur, fortiùs hoc poterit executor, cui nuncupatim à testatore concessa est libera administratio cū alijs amplissimis clausulis,

7 & addit insuper *Io. Andr. item actionem habet, ergo facultatem distrahendi, argumento ff. de iure delib. l. ait Prætor, item vendit authoritate legis, ex qua fideicommissarius, & dispositor est,* vndè cum his nostris executoribus agendi, exercendiue actiones, exigendi, distrahendi, & disponendi, sit plena

fa-

facultas conceſſa, non minus ipſis, quàm vniuerſalibus executoribus erit conceſſa poteſtas in executionem voluntatis defuncti, poſſeſſionem tráſferēdi, vigore cōtractus mandati facti in teſtamento, & collati poſt mortem mandantis, quod fieri poſſe in ſpecie declarat *Lapus alleg 91. num. 5. in fin. & num. 6.* vbi bona additio, & ſequitur *Benedict. Capra in tract. de execut. vltim. volunt. in 6. membr. num. 17. & num. 48.*

Et hoc in ſpecie determinat ex mēte ferè omnium *Borgnin. Caualc. dict. deciſ. 40 lib. 5.* vbi *num. 7. & 8.* conclu-
8 dit, executorem cum ampla poteſtate à teſtatore conſtitutum, etiam hærede inſtituto, poſſe propria authoritate abſq; hæredis facto, omnia facere circa executionem voluntatis teſtatoris, & etiam hęrede non requiſito; quamuis ſecus ſit in ſimplici executore, qui regulariter tenetur hæredem requirere, vt minus damnum hæredi, & bonis hæreditarijs inferatur, iuribus per eum citatis, quod apertè confirmatur ex verbis *Specul. in d. §. nunc verò n. 29. verſic porrò*, vbi poſt longam diſputationem, an executor ſit loco hæredis, & ea poſſit, quæ hæres poteſt, diffiniēdo quæſtionem, ſubiicit, tunc demum
9 non eſſe loco hæredis, ſi ſit executor, non ad omnia, ſed aliquorum bonorum tantùm, & in teſtamento, & ſic copulatiuè ſit hęres inſtitutus, expreſsè ſtatuens, loco hæredis, & poteſtatem ſimilem hæredi executorem habere, ſi ſit vniuerſalis ad omnia datus, tametſi aliquis ſcriptus ſit hæres in teſtamento.

Confirmat prædicta *Gomeſ. variar. reſol. tom. 1. cap. 12. num. 12.* vbi quoad poteſtatem executorum circa translationem dominij, & poſſeſſionis, pari-
10 ficat executores vniuerſales conſtitutos ad diſtribuendum bona inter pauperes, quibus conſtat à iure conceſſam eſſe ampliſſimam poteſtatem, iuxtà doctrinam *Innocent. in cap. cum tibi, de teſtament.* & eſt *tex.* vbi *Bald. Salyc. & alij, in l. ſi quis ad declinandā, C. de Epiſcop. & Cleric.* eum concordātibus à *Menoch. de adipiſc. remed. 4. 9. 32. num. 256. & 268.* alijs executoribus, quibus ampla poteſtas eſt conceſſa à teſtatore, quia etiam mero executori poteſt teſtator concedere facultatem, quæ à iure tribuitur vniuerſali executori, vt poſt *Ioann. Iacob. à Canibus*, tradit velut receptum *Simon de Pratis dict. dubit. 2. num. 51. & num. 100.* & ſequitur *Spino in ſpeculo teſtam. gloſſ. 28 num. 30. & 31.* reddēs rationē, quod videatur teſtator om-
11 nem poteſtatem dediſſe, ſine qua cōmodè executoris officium exerceri non poſſet; argum. *l. 2. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* quod dicit voluiſſe *Specul. & Salyc.* in terminis in locis per eum citatis. Hinc *Bartol. in repetit. l. alio 9. ff. de alim. & cibar. legat. num. 20.* etiam in mero, & ſimplici executore, in ſpecie determinauit, poſſe huiuſmodi
12 executorem tráſferre poſſeſſionem, citans *l. Papinianus 16. ff. de public. in rem action.* addens quoque rationem, quia dum teſtator conceſſit ei licentiam alienandi, videtur id quoq; permittere, cum alienatio ſine traditione, quæ dominij, & poſſeſſionis tranſlationem importat, fieri non poſſit, quod procedere ſine dubio, quando non adeſt hæres poſſidens, qui contradicat, & ſic poſſeſſione vacante, apertè colligitur *ex Baldo*, qui *in d. l. id quod pauperibus, n. 31. in 18. quæſtione*, hoc caſu non diſcedit ab opinione *Bart.* & ſequitur *Io. Petr. Ferrar. in practic. Papienſ. in form. libell. ad redd. ration. tutelæ, §. ac executores, num. 17.* & ita quoque ſub eadem diſtinctionem tradit *Matthieſſ. lib. 5. tit. 4. l. 14. gloſſ. 1. num. 20.* & ante ipſum *Capra d. membr. 6. num. 103.* Nec mirum, cū
13 huiuſmodi executores, tutoribus æquiparentur, qui liberam habent adminiſtrationem, indeque dominiū, & poſſeſſionem transferunt, vt per *Baez. de decima tutor. c. 19.* poſt *n. 22. & Guttier. de tutel. lib. 3. c. 45. n. 3.*

Tertia concluſio, executor, qui nõ
14 dicitur ſimplex, & merus, qui ve-
rè, & propriè is dicitur, qui nullum
commodum à teſtatore percipit; vel
ſi quid conſequitur, id percipit inci-
denter ex cauſa ipſiuſmet officij, quia
officium eſt cauſa commodi, & lega-
ti; puta, quia ſibi relinquitur aliquid
intuitu laboris, & diligentiæ in exe-
quenda voluntate teſtatoris, vel cau-
ſa remunerandæ fidei, quod aliàs ci-
tra iniunctionem oneris defunctus nõ
fuiſſet aliàs relicturus, ex quo non
deſinit eſſe adhuc ſimplex, & merus
executor, vt declarat *Bald. in l. nulli,*
num. 2. Salyc. num. 10. C. de Epiſcop. &
Cleric. ſed alius executor, qui non di-
15 citur merus, ſed mixtus, quia non ſo-
lum eſt executor, ſed vt hæres in par-
te aliqua, vel vt legatarius in teſtamẽ-
to honoratur ex coniũctione, vel præ-
ſumpta dilectione teſtatoris, qui aliàs
citra onus exequendę voluntatis fuiſ-
ſet veriſimiliter honorandus ob me-
rita, quæ præſumuntur præcedere le-
gatum *vulg. l. nec adiecit, ff. pro ſocio,*
cum alijs per *Corn. conſ. 240. n. 3. in 4.*
qui non ſimplex, & merus executor
cenſebitur, ſed mixtus, ſcilicet execu-
tor, & hæres; iſte .n. ſine aliqua ſolẽni-
tate iuris benè transferre poterit do-
minium, & poſſeſſionem ex coniun-
ctione domini, & officij ſimul con-
currẽtium, vt optimè reſpondit *Bald.*
conſ. 287. dicta mulier, num. 4. ante fin.
ea rõne, quod mixtus executor plus
iuris habeat, quàm merus, ideò ma-
iorem habet poteſtatem in transferẽ-
do dominio, & poſſeſſione, argumẽ-
to *l. ergo, ff. de acquir. rer. dom. & l. hæ-*
reditas, C. de petit. hæred. & ex pluribus
concurrentijs augetur effectus, notat
Bald. in l. 1. in 1. not. & in l. 2. vltra
med. C. de fideicom. idem Bart. *Bald. &*
alij in l. ſi quis Titio 17. ff. de legat. 2. Co-
uarr. in cap. Ioannes, num. 5. de teſtam.
& proinde hic mixtus executor vt ve-
16 rus hæres omnia poteſt, quæ hæredi,
& domino licẽt, & factum ipſius exe-
cutoris, in omnibus factum primi te-
ſtatoris, & non ipſius exequentis re-
putatur, vt ex *l. vnum ex familia, §. 1.*
vbi *Bart. ff. de legat. 2.* tradit *Bald. con-*
ſil. 193. Dom. Nicol. condidit, lib. 1. cu-
ius executoris poteſtatem latè proſe-
quitur in ſpecie circa bonorum tradi-
tionem, quæ translationem dominij,
& poſſeſſionis continet, accuratè *Si-*
mon de Pretis dict. loc. in differentijs in-
ter merum, & mixtum ex *num. 47. ad*
61. præſertim *num. 54. & 56.* & hunc
mixtum executorem domino æqui-
parari, tradit in ſpecie *Capra in dict.*
tract. in 6. membr. num. 6. 8. & 20. vn-
dè cum *Bald.* loquens de ſimplici, &
17 mero executore, dixerit, quod hæres
non capit de manu executoris poſſeſ-
ſionem, quia officium executoris non
concernit vniuerſalem hæredis inſti-
tutionem, & ob id eadem ratione
non poſſe executorem reſtituere hæ-
reditatẽ fideicommiſſario vniuerſali,
quod tamen in ſpecie reſtringit in re-
ſtitutione iuris, quæ fit ex Senat. Cõ-
ſulto Trebelliano, quam dicit non
poſſe fieri, niſi per inſtitutum, quia ei
18 cohęret, ſecus verò in ſimplici reſti-
tutione facti, quam docet poſſe fieri
per merum executorem, ex *Specul. &*
alijs, vt per eum *in dict. l. id quod pau-*
peribus, n. 28. & 29. Vnde nedum ex
Baldi theorica habemus, etiam merũ
executorem poſſe introducere in
poſſeſſionem facti, quam plurimum
facti habere conſtat, vt in caſu præ-
ſenti certum eſt ſufficere, præſer-
19 tim quia vbi eſt prohibita detractio
Trebellianicæ, ibi reſtitutione opus
non eſſe, ex *gloſſ. in l. penult. §. fin. C. ad*
Trebell. optimè firmat *Sfort. de cõpẽd.*
ſubſtit. p. 5. art. 2. in fin. ſed ẽt habemus
executorem, qui merus non ſit, ſed ſit
etiam hæres, poſſe inducere ſubſtitu-
tum in poſſeſſionem, & reſtitutio-
nem etiam iuris facere, ſi opus eſſet,
20 cum expreſsè dicat *Bald.* reſtitutio-
nem iuris non poſſe fieri, niſi per inſti-
tum, & ſic apertè concedit ei, qui ſi-
mul executor, & inſtitutus ſit, & ſe-
quitur *Capra d. mẽbr. 6. n. 102. & 103.*

Nec

Nec mirum, cum huius mixti executoris poteſtas tam latè pateat, vt
21 nedum in alios transferre poſſeſſionem valeat, ſed etiam ſi ſit ſimplex legatarius, non autem hæres, videtur illi data licentia, vt legatum propria authoritate capere valeat, *Bald. & Iaſ. num. 4. in l. non dubium, C. de legat.* ex quo enim voluit teſtator, adminiſtrationem bonorum illi competere, videtur quoq; voluiſſe, vt potuerit etiam à ſe ipſo legatum accipere, & poſſeſſionem in ſe transferre, & hæres non cōtradicendo videtur acquieſcere, vt latè probat *Dec. conſ. 418. n. 5. cum in fin.* congeſtis à *Menoch. de adipiſc. remed. 2. num. 49 & de recuper. remed. 5. num. 34. & Hippol. Rimin. ad princip. de donation. num. 1432. verſic. ſecundum exemplum, fol. mihi* 165. qua ratione infertur, hos mixtos executores, nedum aliorum nomine poſſidere poſſe, vt de meris executoribus certum
22 eſſe, & proinde competere ipſis interdictum retinendæ, diſtinguendo doctrinam *Fabri, & Angeli in §. retinendæ, inſtit. de interdict.* tradidit *Menoch. de retin. poſſ. ſ. remed. 4. num. 64.* ſed etiā nomine proprio & poſſidere, & poſſeſſionem transferre, quam & interdum transfert etiam, qui non habet, *l. interdum 21. ff. de acquir. poſſeſs.* quæ omnia potiſſimè admittenda ſunt in præſenti caſu, vbi Dominicus, & ſucceſſiuè Ioannes Baptiſta, mixti fuerunt executores, & hæredes, & Dominicus idem etiam tutor, nec vnquam etiam ex præcepto teſtatoris fuit diuiſa hæreditas, ſed ſimul à Dominico, vt hærede, tutore, & executore poſſeſſa.

DECISIO.

PRetendente Philippo Spinola, vti hærede inſtituto per Cæſarem Cataneum virum Mariæ filię ipſius Philippi, immiſſionem in poſſeſſionem vigore teſtamenti, cum Io. Baptiſta Cataneus oppoſuerit, ſe ipſum reperiri in poſſeſſione hæreditatis Baldaxatis patris Cæſaris, vigore fideicommiſſi, in ipſum tranſlata per executores legitimè deputatos, ſententia Sacri Conſilij, referente tunc Conſiliario Lopez Xuarez 6. Maij 1613. facta relatione in Collaterali, fuit excluſus Philippus, & declaratum, non deberi ipſi legitimam, tam in bonis Stephani, quàm in bonis Cæſaris Catanei filiorum Baldaxatis ſenioris, reſpectu bonorum, & hæreditatis eiuſdem, & proinde non eſſe locum petitæ immiſſioni, vt ex ſententia lata cum interuentu decem Senatorum, incluſis Regentibus in proceſſu fol. 427. à terg. in Banca Cioffi, cuius ſententiæ vigore fuit Ioannes Baptiſta conſecutus in poſſeſſione, vt ex decretis 10. & 15. Iunij 1613. fol. 442. & 447. à qua ſententia cum fuiſſet reclamatum, iterum facta relatione per Sacrum Conſiliū in Collaterali, coram Excellentiſſimo Comite Caſtri Locumtenente generali, referente Conſiliario Iacobo de Franchis, die 13. Iulij 1616. dictum fuit, benè iudicatum ſub die prædicta 6. Maij 1613. necnon condemnetur Ioannes Baptiſta ad ſoluēdum Philippo quindecim millia ducatorum pro omnibus per ipſum Philippum pretenſis, in dicta banca Cioffi.

SVMMARIVM.

1 *Delicti cognitio cognoſcitur per quatuor Iudices, quod declara* num. 2.
3 *Forus delicti non attenditur, niſi in eo delinquens inueniatur, vel ad eum locum de more ſit remiſſus.*
4 *Reus ſi ſit abſens à loco delicti, quamuis legitimè citatus non compareat, non poteſt contra eum procedi ad pœnam corporalem, ſed tantùm ad annotationem bonorum,* & num. 5.
6 *Iudex originis, vel domicilij poteſt etiam per inquiſitionem procedere de delictis, quamuis extra territorium* Iu-

7 *Iudex originis, vel domicilij non tenetur delinquentem remittere ad locum delicti.*

8 *Iudex delicti non potest petere remissionem, nisi delinquens sit in suo territorio, & admissa contraria opinione, limitatur quando iudex originis, vel domicilij esset sub diuersis Principibus*, num.9.

10 *Sententia lata contra absentem ab incompetenti, est nulla.*

11 *Statuta non ligant extra territorium statuentis*, & num 34.

12 *Minores non comprehenduntur sub statuto pene capitalis, nec verus contumax dici potest, etiam in proprio foro, nisi titulus dicat nolle comparere.*

13 *Delictum in omittendo, prout contumacia, non nocet minori.*

14 *Minores non ligantur constitutionibus Regni, nec statutis contra contumaces, & absentes.*

15 *Minor absens nullo modo potest in contumacia diffinitiuè condemnari.*

16 *Condemnatus in contumaciam, præsumitur potius condemnatus in pœnam ipsius contumaciæ, quàm ob malam causam, vel dolum*, amplia num.17.

18 *Sententia lata ob contumaciam, non parit præiudicium in altera causa, etiam inter easdem personas.*

17 *Contumaces potius condemnantur iudicum iniuria, & odio eos prosequentium, quàm ob delictum.*

20 *Homines potius finunt se exbanniri, & condemnari, quàm comparendo, suam innocentiam probare.*

21 *De delicto eiusdem hominis sæpius quæri non potest.*

22 *Indignitas à nemine, præter quam à Fisco, opponi potest.*

23 *Indignus non amittit portionem ipso iure, sed per sententiam Fisco applicatur*, & num.24.

25 *Hæres, à quo Fiscus aufert, retinet adhuc titulum, & nomen hæredis.*

26 *Fiscus à vindicantis bonis, quinquennij præscriptione excluditur.*

27 *Incapacitas omnem prorsus adimit ius succedendi.*

28 *Statutum Ianuense circa incapacitatem, duo copulatiuè requirit.*

29 *Statuti vigore, quis obtinere non potest, nisi fundet qualitates à statuto requisitas.*

30 *Indignus, vel incapax indicijs non probatur, sed manifestissimę probationes requiruntur.*

31 *Pęna ordinaria delicti non imponitur sine dolo, sed extraordinaria tantùm.*

32 *Minori regulariter in delictis atrocioribus, dolo, & ex proposito commissis, non succurritur.*

33 *Probatio ambigua non releuat.*

35 *Statutum loquens in personam, ligat bona extra territorium, secundùm vnam opinionem; declaratur procedere, quando statutum est fauorabile, & secus si odiosum subditis*, num.36.

37 *Indignus, non incapax, censetur, qui filium testatoris occidit.*

38 *Portio occisoris, an accrescat alteri in ęquali gradu, vel ad fiscum pertineat*, & num.39.

40 *Occisor licet non succedat occiso; tamen hæredi occisi succedere potest in bonis, quę à defuncto ad hæredem peruenerunt, quod declara* num.42.

41 *Hæreditas adita efficitur patrimonium hæredis.*

43 *Hæres hæredis, testatoris est hæres.*

44 *Hæreditas adita, licet desinat esse hæreditas; propriè tamen largo significatu, continetur sub dispositione loquente de hæreditate.*

45 *Substitutus succedens vigore substitutionis, succedit fideicommittenti, non hæredi.*

46 *Dispositio* tex. in l.si ab hostibus, §. fin. ff.solut. matrim. *declaratur*, & num. 47. *& discrimen traditur inter indignum, & incapacẽ*, num. 48. & 49.

50 *Fiscus excluditur à maioratu, vel fideicommisso, etiam durante vita substituti incapacis.*

51 *Successio nulla est inter fratres naturales consanguineos, limita in Hispania*, num.52.

53 *Domicilium propria originis tantùm atten-*

attenditur, etiam si alibi sit translatum domicilium.

54 *Incapacitas potest opponi à tertio, quãdo est cohæres, vel substitutus, & non aliter.*

55 *Indignitas, & incapacitas vbi simul concurrunt, attenditur causa incapacitatis, velut fortior.*

ARGVMENTVM.

De multiplici foro competenti; vbi de delicto quis puniri possit; & præsertim de potestate Iudicis fori delicti commissi, etiam circa remissionem, quæ fieri debeat à Iudice fori originis, vel domicilij, & quid si sint sub diuerso dominio, vel Principe. Absẽs quando possit condemnari. De sententia aduersùs contumacem, vel minorem lata. Minores, quando pœnis contumacium plectantur, vel comprehendantur sub statutis pęnalibus. Fiscus aufert hæreditatem ab indigno: portio verò incapacis deuoluitur ad proximiorem: & quid generaliter intersit inter incapacitatem, & indignitatem: statutum loquens in personam an comprehendat bona alibi sita, & declaratur *tex. in l. si ab hostibus, § fin. ff. sol. matrim.*

Pro eodem in eadem causa.

CONTROVERSIA XXXIII.

INdignitas, vel afferta incapacitas obiecta per Philippum Spinolam aduersùs D. Io. Baptistam Cataneum, manifestè calumniosa redditur, & in promptu excluditur; tum ex defectu iuris, cum in præsenti casu, indignitas, & incapacitas, nullo modo cõsiderari, nec applicari possint; tum ex defectu probationis, tum etiam ratione personæ Philippi opponentis, cuius cum non intersit, audiri non potest.

De sententia etenim lata in contumaciam in Ciuitate Lucçæ contra D. Io. Baptistam, nulla ratio est habenda; siquidem, etsi regulariter delicti
1 cognitio cognoscatur per quatuor Iudices, de quibus *in l. 1. C. vbi de crim. agi oport.* inter quos forus delicti cõmissi videatur principalior, vt ex *Io. Andr. Bald. Castr. & alijs*, tradit *Dom. de Franch. dec. 37. & 505. num. 1.* quod
2 restringit *Thesaur.* procedere, cum agitur de remittendo delinquentem, itavt remissio sit facienda potius ad locum delicti, quàm originis, *decision. 90. numer. 4.* non quoad alia;
3 attamen forus delicti non attenditur, nisi in eo delinquens inueniatur, vel ad eum locum de more sit remissus, *clement. Pastoralis, §. verum est*
4 *quidem, de re iudic.* adeo quod si delinquens sit absens à loco delicti, & etiam legitimè citatus nõ compareat, non potest aduersùs eum procedi ad pœnam corporalem, sed tantùm ad annotationem bonorum, *l. 1. ff. de requir. reis, gloss. in auth. vt nulli iudicum, §. si quis verò comprehensorum, verb. definita, collat. 9. Panorm. in cap. fin. n. 7. extra, de foro compet. Barbos.* optimè *in l. hæres absens, § proinde, in art. de foro delicti, n. 6. & 7. ff. de iudic.* vbi ita dicit declarari deberi *l. 1. C. vbi de crim.*
5 vt non possit contra absentem à loco delicti procedi ad pœnam corporalem, & iterum *num. 10.*

In præsenti autem casu ritè processum fuit contra Dominum Ioannem Baptistam in Ciuitate Ianuæ, loco nedum originis, sed domicilij, vbi etsi
6 esset iudex ratione solius originis, vel domicilij, constat ex recepta sententia posse etiam per inquisitionem cognoscere de delictis commissis, etiam extra territorium, ex doctrina *Bart. in l. si cui, § fin. de accus.* quam comprobari, & ita decisum in Sacro Consilio, testatur *Dom. de Franch. decis. 66.* & in Curia Luccensi, de qua nos agimus, *Magon. decis. 70.*

Neque hoc casu potuisset contro-

uer-

uerti, an esset remittendus ad Curiã Luccensem, velut locum delicti, si remissio petita fuisset, quæ petita non apparet; tum quia verior, & magis cõmunis opinio est, vt generaliter iudex
8 originis, & domicilij non teneatur delinquentem remittere ad locum delicti, iuxtà opinionem *gloss. in l. relegatorum, §. interdicere, ff. de interdict.* quam generali cõsuetudine approbatam, testatur *Clarus quæst. 39. versic. sed quæro nunquid*, & latè defendit *Bec. cons. 93. lib. 1. per totum*, & infinitos recenset *Farinac. in praxi part. 1. tom. 1. de inquisit. quæst. 7. num. 20.* quinimò iudicem delicti non posse petere remissionem, nisi delinquens sit in suo territorio, probat *Gramm. cons. crimin. 27. n. 7. & 9.* quem sequitur *Thess. dec. 90. num. 5. in fin.* tum etiam, quia etsi concederemus, contrariam opinionem esse magis veram, & communem, cuius
9 contrarium constat, limitatur tamen non procedere quãdo iudex loci originis, & iudex delicti essent sub diuersis Principibus, quia tunc nullo modo iudex originis tenetur, nec debet delinquentem remittere, vt latè prosequitur *Farinac. d. q. 7. de inquisit. n. 25. 29. & 31.* & sic cum remissio fieri nõ
10 debuerit, sententia lata per Curiam Luccensem contra absentem ad pœnam capitalem, omninò est nulla, etiã ex regula *l. absentem, §. aduersus contumacem, ff. de pœnis*, latius exornatam per *Farinac. dict. part. 1. tom. 1. de inquisit. quæst. 9. num. 1. & seq.*

Nec potest defendi huiusmodi sententia, vigore statuti, quod fortè Lucæ vigeret, de quo non apparet, sed possibile est adesse, sicut in Vrbe, & in alijs plerisq; locis Italiæ, vt & Hispaniæ vigere, latè prosequitur *Farinac. d. quæst. 9. de inquisit. num. 3.* & in Regnis Castellæ, & Portugalli *Barbos. in supracit. loc. num. 169. & 170.* tum quia sententia, vigore prædicti statuti lata, aliquem effectum producere nequit
11 vltra territorium statuentis, ad tradita *in l. cunctos populos, C. de sũm. Trinit.* tum etiam, quia cum notoriè constet Dominum Ioannem Baptistam tunc temporis fuisse in minori ætate constitutum, non poterat penitus, tanquã
12 minor comprehendi sub huiusmodi statuto, vnde taliter condemnatus in contumaciam, nulliter fuit damnatus, & sic tam prima sententia lata Lucæ, quàm etiam altera lata Ianuæ, tametsi à proprio Iudice originis, vel domicilij, nullæ, & inualidæ omninò sunt, & censeri debet, quia minor, verus cõtumax dici non potest, respectu proprij iudicis, nisi personaliter citatus à suo iudice, dicat se nolle comparere,
13 & licet contumacia sit delictum, non nocet minori, quippè cui succurritur etiam in omissis, *l. 2. C. si aduers. delict. l. minoribus, C. de his, quibus vt indi-*
14 *gnis*, & in puncto minorem non ligari constitutionibus Regni, nec statutis cõtra absentes, & contumaces, tradit *Afflict. in constit. Minoribus*, & latissimè prosequitur *Farinac. dict. quæst. 9. de inquisit. limit. 4. ex num. 26. cum seq.* vbi *num. 30. in fin. vers. nec verum credo*, dicit hanc esse magis communem,
15 quod minor absens nullo modo possit in contumacia diffinitiuè condemnari: accedat, quod etiam is, qui non sit minor, sed maior condemna-
16 tus in contumaciam, præsumitur potius condemnatus in pœnam ipsius contumaciæ, quàm ob malam causã, vel dolum, *l. qui repudiantis, in fin. ff. de inoff. testament. l. si ideò, ff. de cust.* & in specie in criminalibus per *Bart. in l. cum filius, num. 3. & 4. ff. de verb. oblig.* de quo latissimè *Menoch. lib. 2. de præsumpt. cap. 70.* vbi de communi, & aduertit, *Castr.* in contrarium citatum id non dicere, ad quod citatur, quia alioquin malè sensisset contra receptam, sententiam post *Felyn. in c. cum Bertoldus, num. 20. & 21. de senten. &*
17 *re iudic.* & præsertim quando non cõstat de probationibus, vt contingit in casu nostro, vt obseruat *Menoch. dict. c. 70. num. 15.* qui *num. 10.* inter alios
18 effectus etiam adnotauit, vt sententia la-

lata ob contumaciam, non pariat præiudicium in altera causa, etiam inter easdem personas, ex *l.2.§.Diuus, & l. eius qui delatorem, ff. de iure Fisci, ex Bald.Roman.Alex.Corn. & Dec.* quos citat, & sequitur, quod viuis rationibus, & rerum experientia comproba-
19 tur, cum videamus, sæpè contumaces condemnari potius iudicum Iniuria, & odio eos prosequentium, quàm quod verè delictum aliquod commi-
20 serint, & naturaliter homines sinunt potius se exbanniri, & condemnari, quàm comparendo, suam innocentiam purgare, vt aduertunt *Couarr. pract.qq.cap.23.num.6. Roland.cõs.60. num.37. volum.2. Farinac.de inquisit. quæst. 11. num. item 11. versic. vltimo videtur,* & ob id non sine maxima ratione, pæna indicta Domino Ioanni Baptistæ in prima sententia Rotæ Ianuensis, in contumaciam lata, quę nõ solùm præsumptiuè, sed apertissimè ex lectura sententiæ apparet imposita in pænam contumaciæ, & contemptum iudicis, fuit ab excelso cætu supremi Consilij eiusdem Reipublicæ Domino Ioanne Baptista spontè cõparente, moderata, & commutata in quandam pænam extraordinariam exilij, & mulctæ pecuniariæ, ex qua pęnæ impositione, dolum omninò abfuisse, manifestè conuincitur, & sic cessat indignitas, vt infrà.

Quæ omnia optimè agnoscens supremum Cõsilium Inuictissimi Regis nostri Hispaniarum, cum denuò à cognatis Stephani Catanei occisi, Dominus Ioann. Baptista impeteretur, ad eundem finem prætẽsæ indignitatis, ad quam hæc de nouo iam aboleta suscitare conatur Philippus Spinola, nedum semel, sed iterum in gradu re-
21 uisionis declarauit, ne de delicto eiusdem hominis sæpius quæreretur, non posse Dominum Ioannem Baptistam vlterius accusari, vel aliter puniri, quàm apud proprium, & competẽtem iudicem originis, & domicilij punitus esset, ad *tex. in l.licet, §.fin. ff. nauta caup. & stab. l.Senatus, ff. de accus. & de his, eod.tit.* vndè si de asserto delicto Ioannes Baptista iam fuit inquisitus, & punitus à iudice suo competenti, qui nullo modo eum declarauit indignum, nec incapacem, & iam per binas sententias iudicatum est, nõ posse iterum de eodem crimine inquiri, nec puniri; ex hoc sequitur nullo modo amplius posse eidem de indignitate, vel incapacitate penitus opponi, & præsertim Philippus hæc nullo modo opponere potest, siue versemur in terminis indignitatis, siuè etiam essemus in terminis incapacitatis.

In primo etenim capite prima est
22 notissima iuris conclusio, quod indignitatem, nemo, pręter Fiscum, opponere potest, & sic neq; cohæres, neq; substitutus, nec quilibet alius prætendens interesse, etiam proximum, & immediatum, vt ex *gloss. in l.bis consequenter, in vers. non pertinere, ff. famil. ercisc.* quæ in specie excludit cohæredem, ibi, *ergo ante sententiam à cohæredibus non repellitur, licet repellatur à fisco,* &
23 reddit rationem, quia indignus non amittit portionem ipso iure, quia interim est hæres, sed per sententiam applicatur fisco, *l. ex facto, §. Iulianus, ff. de vulg. & l. hæreditas, C. de his quib. vt indign.* & sic expresè *gloss.* requirit sententiam, qua auferantur illi bona, tanquam indigno, quod optimè explicando *gloss.* tradit *Bart. cons. 81. post num. 5. lib. 1. Bald. Corn. Ias. Cagnol. Brun. Couarr. Bossius, Natta, & alij,* quos congerit *Surd. dec. 108. num. 6.* & iterum *decis. 280. num. 3. & 4.* vbi *plures addens,* dicunt *gloss.* prędictam esse singularem, & communiter probatam, & quod ita loquuntur omnes,
24 & quod requiritur sententia auocãs nominatim bona ab indigno, eaq; fisco deferens, latè *Peregrin. de iure fisci lib. 2. tit. 2. num. 7.* adijciens, hæredem,
25 à quo fiscus aufert, retinere adhuc titulum, & nomen hæredis, quod potest ad plura prodesse; & supradicta

la-

latissimè prosequitur *Farinac. in pract. tom. 4. quæst. 120. sectione 2. num. 36. & 37.* & iterum *tomo 5. de fals. & simul. quæst. 161. num. 16. Thessaur. Iun. lib. 1. quæst. forens. cap. 41.* hic autem cum nulla adsit sententia, qua Ioanni Baptistę sint ablata bona, nec ferri amplius possit, tum quia de eodem delicto amplius queri nō potest, tum
26 etiam quia fiscus quinquennij præscriptione à bonis vindicādis excluditur, *l. 1.* vbi *Bart. C. de apostatis*, cum infinit. concord. per *Peregr. de iure fisci, lib. 4. tit. 5. num. 33. & in consil. 148. lib. 5.* vana redditur indignitatis oppositio. Nec obstat allegatum statutum Ianuense, ex quo prætendit Philippus fundare, quod occisor reddatur incapax, non autem indignus à successione occisi, & ex consequenti,
27 stāte incapacitate, quæ omnem prorsus adimit ius succedendi, iuxtà distinctionem *Corn. consil. 212. lib. 4.* nō solùm fiscus, sed quilibet possit objicere de incapacitate, *& Peregr. lib. 2. tit. 3. num. 3.* primò enim dicitur, esto, quod statutum redderet occisorem
28 incapacem, duo tamen copulatiuè statutum exigere; primò, quod homicidium fuerit dolo commissum; secundò, quod specialiter constet, homicidium fuisse commissum per occisorem, ad finem eidem succedendi; vnde cum Philippus, qui in hac oppositione est actor, teneatur qualitates à statuto, præsertim pœnali, exorbitanti, & iuris communis correctorio, plenè probare, illas non probet, præsertim cum hic non sint productę informationes, ex quibus constare posset de veritate facti, & meritis causæ, sed tantùm sententiæ, ex quibus hoc non solùm non infertur, sed contrarium probatur, vt infra, sic cum cessent verba statuti, cessare quoque debet eiusdem statuti dispositio, *l. 4. §. toties, ff. de damn. infect.* non enim
29 potest quis obtinere vigore statuti, qui non fundat qualitates à statuto requisitas, *l. 1. §. quod autem ait prætor,* vbi *Bart. ff. ne quid in flum. public.* cum concordantibus à *Surd. decis. 276. n. 2.* optimè *Corneus* infra citando *consil. 202. column. 3. versic. & insuper qui nititur, lib. 2.* præsertim cum ad
30 effectum declarandi quem indignū, vel incapacem, non sufficiat probare homicidium per famam, inditia, seu leuiores probationes, sed illas debere esse manifestissimas, & lucidissimas, per *tex. in l. indignum, ff. de his, quibus, vt indign.* & in specie probat *Farinac. tomo 4. quæst. 120. secti ne 3. num. 71.* quia prætendens quem indignum, vel incapacem, probare debet, cum talis quis non efficiatur, nisi in casibus à iure expressis, *Bald. in l. 1. C. de hæred. instit. Curt. Iun. & Rui.* quos probat *Surd. dec. 61. num. 7. Peregr. d. tract. lib. 2. tit. 2. num. item 2.* & in specie in incapaci tradit *Pacian. de probation. lib. 2. cap. 17. n. 13. & seq.* ex qualitate autem pœnæ extraordinariæ impositæ per secundam sententiam Consilij Ianuensis, latam contra præsentem, manifestè probatur
31 dolum omninò abfuisse, quia vbi nō est dolus, ibi non imponitur pœna ordinaria delicti, sed extraordinaria, *l. 1. §. Diuus, ff. ad leg. Cornel. de Sicar. l. absentem, §. fin. l. Metrodorum, & l. respiciendum, §. delinquunt, ff. de pœnis.* Et si opponatur, pœnam extraordinariam fuisse impositam, non ex eo, quod dolus abfuerit, sed ratione mi-
32 noris ętatis: replicari potest, minori regulariter in delictis atrocioribus dolo, & ex proposito commissis, non succurri *l. auxilium, §. in delictis, ff. de minorib, l. 1. C. si aduersus delictum*, plenè *Vrsill. dec. 288.* & in terminis in parricidio (sub quo nomine constat, fratricidium comprehendi) non fuisse pœnam minoratam, stante criminis immanitate, & generaliter quoque non teneri Iudicem, pœnam, minori diminuere, decisum constat apud *Dom. de Franch. decis. 230. & Thessaur. dec. 161.* Vel saltim ex pœnæ extraordinariæ impositione, quę potuit ex

varijs

varijs causis contingere, negari non potest, quia simus in ambiguo, an illa imposita sit ratione minoris ætatis, vel quia dolus adfuit; vnde cum aduersarius præcisè debeat probare
33 dolum ibi adfuisse, hæc ambigua probatio ipsum nō releuat iure vulgari, maximè cum in minori delinquente non præsumatur dolus, sicuti in maiori, vt supra.

Secundo, etiam si in casu præsenti concurrerent requisita statuti prædicti Ianuensis, cuius cōtrarium ex prædictis patet; attamen non posset statutum Ianuense inhabilitare Ioannem Baptistam quoad bona alibi sita extra territoriū statuentium; licet enim verba statuti sint generalia, vel vniuersalia, non tamen comprehendunt,
34 nec comprehendere possunt res, & bona sita extra territorium, cum quo ad ea deficiat statuentium iurisdictio, *Cardin. consil.* 2. *num.* 3. *Gozad. consil.* 49. *num.* 8. *Gailius lib.* 2. *obseru. cap.* 124. *num.* 5. *&* 9. *Natta cons.* 514. *num.* 17. *lib.* 3. *Valasc. cōsult.* 182. *n.* 14. latè *Barbos. in l. exigere dotem* 65. *num.* 158. *ff. de iud.* vbi ampliat, etiam si statutum expressè de bonis sitis extra territorium mentionem fecerit, *num.* 159. & fortius *num.* 161. siuè verba statuti sint concepta in rem, siuè in personam post *Cacher. cons.* 76. *n.* 19.
35 & admissa contraria opinione, vt statutū loquēs in personam porrigat effectum suum, etiam ad bona extra territorium statuentium, illa temperari debet, vt procedat, quando statutum conceptum sit in personam, &
36 etiam sit fauorabile subditis, secus si odiosum, vt post *Specul. Ioann. Andr. Bart. Bald. & alios* firmat *Corn. consil.* 202. *circa præsentem*, *col.* 4. *vers. dato autem lib.* 2. & innuere videtur *Vrsill. ad Afflict. decis.* 226 *num.* 6. & colligitur ex traditis per *Barbos. d. loc. n.* 163. vbi tamen optimè probat *num.* 165. statutum tametsi fauorabile non cōprehendere bona alibi sita; vndè cum statutum prædictum sit notoriè odiosum, ex quo pœnale, exorbitās, & correctorium iuris communis, quo non incapax, sed indignus efficitur occisor hæreditate occisi, iuxtà *l. Lucius*, *ff. de iure Fisci*, & scribit in puncto *Barbos. in l. si ab hostibus* 19. *§. fin. n.* 29. *in fin. ff. solut. matr.* & latè tradit *Peregrin. dict. lib.* 2. *tom.* 3. *per totum*, non potest vires suas extendere ad bona alibi sita.

Secunda conclusio erit, arguendo à sufficienti enumeratione, quod esto nos versari in terminis indignitatis, vel incapacitatis, aut vtriusq; simul, semper Philippus excluditur, nec ab eo allegari, aut ei prodesse potest; si enim esset dictus Ioannes Baptista indignus, quod dictum sit citra veri-
37 tatis præiudicium, pro vt indignum, censeri non incapacem, qui filium testatoris occidit, in specie notat *Peregrin. dict. lib.* 2. *tit.* 3. *numer.* 12. & tunc, cum adfuerit simul cum Ioanne Baptista asserto occisore, alter cognatus in æquali gradu, qui fuit Baldaxar iunior, D. Ioānis Baptistæ germanus, & etiam communis soror; sequitur, vel attenta opinione *Alber. & Bart. in l. cum ratio*, *§. fin. ff. de bon. damn.* ni-
38 hil fisco quæri, sed portio occisoris accreuit alteri cognato, seu cognatis in æquali gradu, qui nō deliquerunt, iuxtà quam opinionem pluries fuisse decisum in Senatu Parisiensi per plura aresta post *Auson. & Ioann. Gall.* refert *Boer. dec.* 25. *num.* 14. quam defendit *Pancirol. consil.* 163. & secundùm eam quandoq; iudicatum in Senatu Pedemontano, referēdo tuetur *Thess. iun. lib. forens. qq.* 2. *cap.* 41. *num.* 8. *in fin. &* 10. vel admissa contraria, quod
39 fiscus auferre possit, tanquam ab indigno portionem competentem occisori, quam magis communem asserit *Thess. iun. dict. loc. num.* 9. & eam probat *Peregrin. dict. lib.* 2. *tit.* 3. *num.* 2. *& Barbos. dict. §. fin. l. si ab hostibus*, *num.* 31. *in fin.* licet verè vix discerni possit, quæ sit magis communis, vt patet ex relatis per *Farinac.*

dict. tom. 4. quaest. 120. sect. 2. num. 41. & 42. in nullo ex prædictis casibus potest aliquod ius fisco quæri; siquidē si fiscus potuisset auferre portionem competentem Ioanni Baptistæ, nemo præter fiscum posset id opponere: vltra quod iam tempore est exclusus ex supra deductis: & si in totum successit Baldaxar iunior, pro vt ita animum suum declarauit, velle in totum succedere, & tunc ipsi decedenti, vel successit soror vtriusque, quæ non deliquit, & in qua nulla potest esse dubitatio, vel etiam iustè prætendi potest, quod Ioannes Baptista succedat Baldaxari; vera est
40 enim opinio, quod licet occisor non succedat occiso, tamen hæredi occisi succedere poterit, etiā in bonis, quæ à defuncto ad hæredem peruenerunt *l. qui Titij, ff. de his, quæ vt indign. & l. penult. §. si hæres, & l. final. ff. de inoff. testam* idq; ea ratione, quia post a-
41 ditam hæreditatem bona non considerantur amplius tanquam defuncti, sed potius tanquam hæredis adeuntis, ad notata *in l. 1. §. veteres, ff. de acquir. possess.* pro vt hoc in terminis firmant *Lupus in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 67.* post *num. 18. Ioan. de Amicis cons. 9.* post *num. 10. & consil. 10. per totum*, vbi testatur de communi, & in re ad partes singulatim discussa, firmat *Barbos in dict. §. fin. l. si ab hostibus*, post *num. 27. vers. sed his non obstat*, post *Phannuc. de lucro dotis, gloss. 14.* ante *num. 4.* & licet plures contrarium sentiant, moti authoritate *gloss. & Bart. in l. Lucius, in gloss. penult. versic. item, ff. de iure fisci*, quorum opinionem defēdit *Menoch. cons. 157. num. 16. & 20. lib. 6.* & communem dixit *Farinac. dict. tom. 4. quaest. 120. sect. 2. num. 33.* attamen in re controuersa sequenda est omninò distinctio *Ioan. de Amicis dict. consil. 9. num. 9. & Barbos.* qui in dicto loco post *num. 29.* conciliando *dict. l. Lucius, ff. de iure fisci, cum dict. l. qui Titij*, dicit multum
42 interesse, vtrum occisus relinquat filios, nec ne; si enim relinquat filios, occisor non poterit succedere filijs occisi, & ita procedat *dict. l. Lucius*, sed poterit benè succedere cuicunque agnato, vel alteri defuncti hæredi, qui non sit filius, & ita loquitur *dict. l. qui Titij*, & respondet ad regulam *l. fin. C. de hared. instit.* vt nō procedat in odiosis, idq; etiam fundari ex identitate, quæ iuris fictione est inter patrem, & filium: præterea casus noster est satis diuersus à casu considerato per DD. in *dict. l. Lucius*, dum ipsi formant conclusionem ex *gloss. & Bart.* quod occisor non potest succedere non solùm in hæreditate ipsius occisi immediatè, verùm etiam nec mediatè in hæreditate, quæ ab occiso peruenit ad eius hęreditatem, idq;
43 ex regula, quod hæres hæredis, testatoris sit hæres, *dict. l. final. C. de hared. inst.* & quia licet hæreditas adita, desinat esse hæreditas; propriè; atta-
44 men sub largo significatu ex mente disponentis continetur sub dispositione loquente de hæreditate, vt ex *Cephal. consil. 373. n. 13. & 14 lib. 1.* post *Dec. consil. 69. num. 4.* tradit *Menoch. dict. cons. 557. n. 26. & 27. lib. 6.* Sed in præsenti casu cessant omninò huiusmodi rationes; siquidem Baldaxar iunior successit Stephano, non vti ipsius hæres, sed vigore substitutionis, quæ cum expirauerit in personam ipsius Baldaxaris substituti, capit nunc Dominus Ioannes Baptista, non vti hæres hæredis, sed velut bona fratris libera, quæ non peruenerunt ad ipsum ex dispositione expressa, vel tacita Stephani, qui erat grauatus de restituendo; vndè cum non possit dici propriè, nec impropriè hæreditas Stephani, & successiuè Ioannes Baptista non est hæres hæredis, cum Baldaxar iunior successerit Stephano vigore substitutio-
45 nis, & sic successerit testatori fideicommittenti, non heredi, ex regula *l. vnum ex familia, §. 1. ff. de legat. 2.* vbi in specie *Padilla num. 17. Paris cons.*

conſ.59.lib.2.& Dominus Ioãnes Baptiſta ſuccedat fratri proprio, veluti in bonis liberis, ceſſat omninò concluſio,quam DD. præſertim *Menoch. in d.conſil.& Farinac.vbi ſupra*,collegerunt *ex d.l Lucius*,idque in proprijs terminis mihi videtur voluiſſe *Peregr. in d.lib.2. tit.3. n.4. verſ.item notandũ eſt*,poſt *Bart.Iaſ. & Io.de Amic.* quos citat. Hisq; attentis, præſuppoſito, nos verſari in terminis indignitatis, non poterit ad caſum noſtrum appli-
46 cari deciſio *tex. in l.ſi ab hoſtibus*, §. *fin.ff ſolut.matrim.*vbi,marito vxorem interficienti, lucrum proueniens ex pacto,vel ſtatuto,nõ fiſco,ſed hæredibus vxoris applicatur, & ſic maritus non videtur reddi indignus,ſed incapax. Doctores enim cõmuniter reſoluunt, vt ille *tex.* ſpeciali ratione procedat in lucris nuptialibus, & quod aliud ſit in ſucceſſionibus hæreditarijs, inter quos caſus plures conſiderantur diuerſitatis rationes, quas reaſſumit *Alex.in d.§.fin. col.pen. & vlt.* & latiſſimè *Barboſ. in d. §. fin. præſertim num.* 7. & 8. vt latè eſt videre ex traditis *à Peregrin. d. titul. 3. num.6.cum ſeq. & Farinac. d. q.* 120. *ſect.3.num 72.verſ. limita*, vbi dicit ita communiter receptum eſſe in lucro proueniente ex pacto,vel ſtatuto,
47 ſecus autem in hæreditate proueniente marito ab vxore occiſa,forſan ab inteſtato, vel ex teſtamento, à qua reddi maritum indignum, non incapacem,de communi, & veriori poſt *Boer.deciſ.25. num.* 1. tradit idem *Farinac.d.q.120.ſect.2.num.25.in 1.ampliat.*

Sin autem concederemus, nos verſari in terminis incapacitatis, qui eſt ſecundus caſus conſideratus ſub hac ſecunda principali concluſione, adhuc nullum ex hoc fructum ſpectare poteſt Philippus. Siquidem, tametſi conſideremus D.Io. Baptiſtã vocatum à Baldaxare ſeniore diſponente, vt ſubſtitutum per fideicõmiſſum ad ſucceſſionem Stephani, & Cęſaris filiorum naturalium, inter quos conſtat, nullum fuiſſe ad inuicem iniunctum fideicommiſſum, ſed per mortẽ vniuſcuiuſque ex eis fuiſſe vocatos Io.Baptiſtã, & fratres, ex Dominico fratre nepotes,quo caſu ex communi DD.ſententia, ſi ſubſtitutus occidat hæredem grauatum, non efficitur in-
48 dignus,ſed incapax, & ſic non aufert fiſcus tanquam ab indigno, ſed vocatur qui eſt in pari, vel proximiori gradu, licet aliud ſit in uocato per directam ſubſtitutionem, qui indignus,non incapax redditur, rationibus traditis *à Boer. deciſ.* 25. *num.* 9. *Molina* loquente in ſubſtituto in maioratu *lib. 3.de primog. cap.2.num.32.* latiùs *Barboſa in d.§.fin.numer.20. & 22.* poſt *Bald. conſ. 163. num.5. lib.4.* probat latè *Mandel. conſil.678. lib.4. Farinac.d.cap.120.ſect.2.num.46.cum ſeq.in 6.limit.* Qui peculiaris eſt effe-
49 ctus incapacitatis, vt fiat locus ſtatim pari, vel ſequenti in gradu, in quo ab indigno differt,iuxtà doctrinã *Bald.in l.ſi quis inceſti,C.de inceſt.nupt.* latius comprobat *Peregr.d.tit.3.num.3.Barboſ.d. §.fin. n. 24. verſ.quinimò.* Hoc etenim caſu attẽto, in totum ſucceſſiſſet Baldaxar iunior, ac ſi alter ſubſtitutus incapax effectus non eſſet in rerum natura,circumſcripta omni dubitatione,an pro parte ſubſtituti incapacis ſuccedat Fiſcus, quæ tantùm militat in ſucceſſione ſimplici hære-
50 ditaria, de qua ſupra: excluditur enim fiſcus à maioratu, vel fideicommiſſo, etiam durante vita ſubſtituti incapacis,vt benè probat *Barboſ in d.§.fin.num.21. verſ. ſed verius eſt*, & ad ſubſtitutum, vel coniunctum omnis ſucceſſio defertur,vt notat *Peregr. d.lib.2.tit.2.num.4.verſ. inſuper materia,Theſſaur.iun. d.lib.1. cap.41.n.11. in fine.* Et poſt mortem Baldaxaris iunioris ſuccedere potuit, vel Dom. Io. Baptiſta, tanquam in bonis liberis repertis in hæreditate patris,extincto iam fideicommiſſo, vt ſupra, vel ſaltim communis ſoror. Nec Cęſar fra-

Cc 2 ter

ter naturalis Stephani, ex parte tantũ potuit succedere Stephano, non quidem in bonis fideicõmisso subiectis, in quibus ex alijs fundatis, constat, nullam quartæ detractionem competijsse: nec etiam in bonis proprijs Stephani, tum quia, circumscriptis quartis, nihil supererat; tum etiam,
51 quia inter fratres naturales consanguineos tantùm, nulla est successio, *l. hac parte, in fin. ff. vnde cognati*, cum infinit. congestis à *Thess. iun. lib. 1. quæst. forens. cap. 22. num. 3.* vbi licet, exercendi ingenij gratia, contrariam opinionem *Alberti Galeoti in Margar. cap. 36. num. 7.* attentare visus sit, attamen *num. 5. in fin.* non audet à communi in iudicando recedere.
52 Et licet in Hispania *ex l. fin. tit. 13. 6. partit.* admittatur successio inter istos fratres naturales ex parte patris, vt refert *Gomes. ad l. 9. Taur. n. 48.* illa lex non potest sibi locum vindicare inter hos fratres, qui tam attenta paterna origine, quam proprio eorum domicilio, erant Ianuenses, quò lares constituerant, & maiorem partem fortu-
53 narum habebant; domicilium enim propriæ originis tantùm attenditur, etiam si alibi translatum sit domicilium, quoad omnes iuris effectus, *gloss. in l. assumptio in fine, vers. tu dic. ff. ad municipal. Bald. in l. si non specialis num. 6. C. de testam. Caphal. cons. 414. num. 46. Menoch. consil. 738. numer. 2. Surd. cons. 313. n. 60. l. 3. Affl. & Vrsill. dec. 384.* potest enim deseri, & mutari domicilium originis ad proprium præiudicium, non aliorum, *Barbos. in l. hæres absens, §. proinde, in art. de foro ration. orig. num. 34. & 37. ff. de iudic.* vnde si non sortitur quis forum, pariter statutis non ligatur, iurib. vulgatis, vt latiùs scripsi in controuersia super successione Vincentij Casaleni; nec si aliter esset, potuisset lex municipalis Hispaniæ extendere vires suas ad bona extra territorium statuentiũ, vt supra fundauimus ex *Barbos. & alijs*, & tandem in bonis liberis Stephani, si quæ reliquisset, succedere potuissent matertera Stephani, & amitæ, olim & nunc viuentes: vnde cum Philippo nullum ius competere manifestum sit, nec ex persona propria, nec ex persona Cæsaris, etiam si incapax esset Dominus Ioannes Baptista, quoad Philippum liberas ædes
54 haberet; siquidem quod dicitur de incapacitate tertium opponere posse, restringitur tantùm ad tertium, qui sit cohæres, vel substitutus, qu od tamen non conceditur aduersùs indignum, alioquin militat regula gegeneralis, qua agens, nemo, nec excipiens auditur sine interesse, de qua latè *Surd. decis. 260. num. 3.* quod in pũcto tradunt omnes supra citati DD. in materia *text. in dict. l. his consequenter*, & si tandem, vt concludamus, versaremur in indigno, & incapaci simul,
55 tunc in concursu harum causarum attenderetur causa incapacitatis veluti fortior, & sic idem esset dicendũ, quod de incapaci tantùm diximus, vt ex *Soc. & Ripa* tradit *Pereg. dict. lib. 2. tom. 2. num. 26. versic. indigno non ca-*
56 *piente*, taliter quod excluso incapaci, in totum vocabitur per ius accrescendi, existens in pari gradu, vt in specie in incapaci, & indigno simul, notat *Thess. in d. lib. 1. cap. 41. num. 9. versic. cætera, in fin.* & sic vndique se vertat Philippus, neq; agens, neq; excipiens est audiendus.

DECISIO.

Haec prætensio indignitatis, vel incapacitatis, licet non fuerit opposita ante primam sententiam latam 6. Maij 1613. fuit tamen obiecta in secunda instantia, licet tempore publicationis, & de ea plenè discussum, & cognitum, & confirmata prima sententia, nulla habita ratione exceptionis prædictæ, sub die 14. Iulij 1616. & cum Philippus denuò proposuisset prædictam prætensionem per viam prin-

principalis petitionis ob mortẽ Stephani, & offenſam memoriam Baldaxaris patris, necnon pretendiſſet iterũ reclamare ab vltima ſententia, quam etiam nulliter latam contendebat: decreto Sacri Conſilij, iunctis tribus aulis in Collaterali 3. Iulij 1617. fuit prouiſum, nullitates non obſtare, nec eſſe locum iterum reclamandi; verùm reſpectu articuli incapacitatis partes deducant incumbentia infra tres mẽſes præciſè, & peremptoriè pro omni termino, & abſq; beneficijs, & nominatione, loco tamen reclamationis, & ſic iudicauit, fuiſſe articulum prædictum deciſum in ſecunda inſtantia, & hac decreti forma ſolet vti Sacrum Conſilium, vt euitentur calumniæ nominationum, & reſtitutionis in integrum aduerſùs omiſſas probationes, & tandem 2. Maij 1619. tertia vice facta relatione per Sacrum Conſiliũ, referẽte Conſiliario D. Petro Antonio Carauita, fuit abſolutus Ioannes Baptiſta reſpectu articuli prætenſæ incapacitatis, & impoſitum perpetuum ſilentium ex decreto, & ſententia penes Secretarium in dicta Banca.

ALTERA DECISIO in eadem Cauſa.

SEd non eſt omittenda deciſio tam Sacri, quàm Supremi Collateralis Conſilij pluries repetita, & confirmata in gradu reclamationis ſuper petita remiſſione huius cauſæ tam pro parte Philippi, quàm Regij Fiſci ad tribunal Regiæ Cameræ; cum enim comparuiſſet in dicta cauſa Philippus Spinola de menſe Octobris 1617. exponẽdo, ipſum petijſſe declarari omnia bona Cæſaris, & Stephani Catanei, ac Baldaxaris eorum patris, ad ipſum comparentem ſpectare, penitus excluſo Ioanne Baptiſta Cataneo tãquam incapaci propter fratricidium per eum commiſſum in perſonam Stephani, & quoniam ex parte Ioannis Baptiſtæ fuerat oppoſitum in Iuris allegationibus, hoc ab ipſo Philippo proponi non poſſe, ſed ſi quid aduersùs ipſum allegari poſſet, id nemini competere, niſi Regio Fiſco, cui quatenus aliquod ius eſſet, fuiſſe præſcriptum; ideò ſperans ipſe Philippus obtinere, ne in futurum contigerit impediri per Regium Fiſcum, inſtetit declarari, Fiſco, qui inceperat aperire eius intentum, nullum ius competere, & ſententiam in cauſa petitorii ob ſui beneficium proferendam, fore executioni demandandam, non obſtantibus prætenſis per Fiſcũ fol. 911. & 912. cui inſtantiæ cum ex parte Fiſci fuiſſet allegatum, certiſſimum eſſe de iure, Fiſco tãtùm competere actionem auferendi ab indigno, iuxtà inſtantias iam factas in Regia Camera, contra quos decet, vbi debebat Philippus comparere ex regula generali, vbi cauſæ fiſcales fol. 917. à terg. & pleniùs decreto Supremi Collateralis, cuius rubrica inſcripta fuit in cauſa Regij Fiſci, & Philippi Spinolæ cum Ioanne Baptiſta Cataneo, ſi debet remitti ad Regiam Cameram Summariæ, an procedi in Sacro Conſilio: die trigeſimo Octobris 1618. refetente Domino Regente Valenzuela cum adiunctis, ac Domino Sanfelice pro Fiſci patrono, Sua Excellentia mandauit, quod procedatur in Sacro Cõſilio ad ea, quæ incumbunt in cauſa reclamationis prætenſæ incapacitatis dicti Ioannis Baptiſtæ inter eum, & Philippum Spinolam vertentis in eodem Sacro Conſilio: verùm circa prætenſa per dictum Philippum contra Reg. Fiſcum adeat Reg. Cameram, vt ex decreto penes Fabritium de Angelis Scribam mandati fol. 919. & ſic quamuis ex ſententia Sacri Conſilij aliquod præiudicium generari potuiſſet iuribus Regij Fiſci, tametſi leue, quod ex ſententia inter alios lata, quandoque oriri poteſt, ex notãtis *in l. ſæpè, ff. de re iudic.* attamen viſum fuit Collaterali Conſilio, non im-

pediri expeditionem litis quoad interesse partium, reseruando iura Philippi, si quæ illi competebant, proponendi coram suo proprio iudice in Regia Camera, & quamuis postea Regius Fiscus iterum facta assertione prætensionis Philippi, ex quo iura Fisci super indignitate prædicta erant deducta in Regia Camera coràm iudice competenti, in specie institisset non procedi amplius in Sacro Consilio, ne diuersæ oriuntur decisiones fol. 922. quippe replicante Ioanne Baptista non posse propter instantiam Philippi contra Fiscum, nec ex remissione petita ex parte Fisci impediri cursum litis, siuè expeditionem causæ inter ipsum, & Philippum, in qua fuerat iam datus terminus coarctatus ad tres menses iam elapsos, tam ex qualitate causæ iam determinatę per sententiam, à qua pendebat reclamatio, quàm ratione status, in quo reperiebatur causa propè actum conclusionis, & proinde per idem tribunal, & non aliud erat tractanda causa reuisionis primæ sententiæ per Sacrum Consilium, latè f.922. in fin. & à terg. fuit primum decretum confirmatum, siquidem 10. Nouembris 1618. iunctis tribus aulis, fuit decreto Sacri Consilij prouisum, quod fiat conclusio in causa, oppositis per Philippum non obstantibus fol. 635. idque denuò prouisum in gradu reclamationis, iunctis similiter tribus aulis sub die 17. eiusdem mensis fol. 942. & tàdem die 15. Decembris eiusdem anni fuit eadem causa incapacitatis introducta in Sacro Consilio, iunctis similiter tribus aulis, & quod partes informent, fol. 962. & cum pertinaciter iterum prætendisset Philippus Spinola reclamare à primo decreto interposito per Collaterale Consilium sub die 30. Octobris dicti anni 1618. iterum referente Domino Regente Vrsino die 19. Decembris dicti anni, Sua Excellentia, decreuit non competere reclamationem Philippo aduersùs dictam decisionem latam 30. Octobris verùm sint salua iura Regio Fisco cōpetentia f.971. ex quibus patet, fuisse decisum, non esse impediendum cursum causæ vertentis inter partes in Sacro Consilio, præsertim reclamationis corā ordinario, prætextu quod vna ex partibus compareat, petendo declarari nullum ius competere Regio Fisco, vel quia Fiscus compareat ad infringēdum iura vtriusq;, petēdo remitti causam ad suum iudicē, quia non ob id est impedienda expeditio causæ inter priuatos coràm iudice ordinario, reseruando iura Fisci, iuxtà terminos vulgatissimæ *l. is à quo, ff. de rei vindicat.*

SVMMARIVM.

1 *Oppositum, & discussum necessariò iudicatum censetur.*

2 *Cognitum dicitur, quod in actis est oppositum.*

3 *Sententia refertur ad omnem causam, quæ ex actis colligitur*, & num. 36.

4 *Sententia quando non exprimit causam, recurritur ad causas expressas in actis.*

5 *Acta dicuntur vehiculum ad sententiam declarandam.*

6 *Iudicatum dicitur, quod discussum est ex motiuis datis per iudices.*

7 *Exceptio rei iudicatæ vt obstet, tria requiruntur*, & num. 10. *quæ, sufficit concurrere iure, vel interpretatione* num. 11.

8 *Exceptio rei iudicatæ obstat, cum quis de eadem re experitur, tametsi diuerso genere actionis vtatur.*

9 *Causa eadem dicitur, attenta origine petitionis, nisi alia causa post petitionem accesserit.*

12 *Actio differt à causa agendi, et si actio, siuè petitio, & prosecutio sunt generales, & sententia generaliter concepta comprehenditur omnis causa, & obstat tunc exceptio rei iudicatæ*, n. 14.

In-

13 *Interdicta omnia ſunt perſonalia, licet in rem ſcripta.*

15 *Actio ſi generaliter proponatur, quamuis per ſe fuerit ſpecialis, nocet ſententia generalis in non proſecutis, ſi actor ſcienter id fecerit.*

16 *Exceptio rei iudicatæ obſtat, cum actori fuerit generaliter ſtatutus terminus ad probandum incumbentia ſuper omnibus, vt de ſtylo Sacri Conſilij, quod procedit ſine diſtinctione tam in perſonali, quàm in reali actione* num. 17. *& etiam in mixtis, ſicut ſunt interdicta, ſub* num. 18. in fin.

18 *Iudex debet exprimere cauſam in ſententia abſoluta, ne faciat præiudicium vltra quàm ipſe velit.*

19 *Appellans, ex peculiari natura appellationis, omne ius ſuum deducere videtur, & ſuccumbens omne ius perdit,* & num. 20.

21 *Exceptio rei iudicatæ tunc non oritur ex ſententia abſolutionis, quando ex actis, vel aliunde non apparet, ex qua cauſa ſit lata.*

22 *Exceptio rei iudicatæ non obſtat, ſi noua cauſa acceſſerit, quæ dominium actori tribuat; id tamen declarari, & reſtringi debet, vt ibi.*

23 *Concluſione facta in cauſa, quicquid ſuperuenit, perinde eſt, ac ſi ſuperueniſſet poſt ſententiam, & quid ſi ius ſuperueniat ex cauſa deducta in iudicio, quæ non vigebat tempore litis conteſtationis.*

24 *Exceptio rei iudicatæ obſtat vbicunq; venit diſceptandum illud, de quo fuit controuerſia ante primam ſententiam,* & num. 27.

25 *Iudicium ſecundum ſemper cenſetur motum ad reſciſſionem eius, quod in primo eſt determinatum.*

26 *Sententia lata cenſetur ex cauſis in actis deductis.*

28 *Cauſa eadem dicitur, vt obſtet exceptio rei iudicatæ, quando agitur ad eundem finem, & effectum.*

29 *Actor an agendo ſuccubuerit, an verò reus ſe defendendo, differunt iſti in hac materia exceptionis rei iudicatæ.*

30 *Sententiæ veritas quando non poteſt ſtare cum veritate exceptionis, tunc videtur neceſſariò ſuper exceptione pronunciatum.*

31 *Deciſum incidenter per viam exceptionis, vtrum poſſit iterum deduci à reo ſuperato per modum actionis.*

32 *Summaria cognitio dicitur, quando lis non conteſtatur, terminus ad probandum non conceditur, nec probationes recipiuntur.*

33 *Exceptio rei iudicatæ non obſtat, niſi neceſſariò ex ſententia inferatur, fuiſſe iudicatum illud, quod de nouo diſcutiendum proponitur, quod non eſt, cum aliquid eſt iudicatum ex cauſa particulari.*

34 *Exceptio emergens, & incidens differunt, & ſuper incidentibus non eſt neceſſarium pronunciare.*

35 *Iudex, qui expreſſè ſuper principali pronunciat, tacitè ſuper incidenti iudicare videtur, quo ſaltim tacitè non deciſo, ſententia fieri non debebat.*

37 *Sententia quamuis ſtricti iuris, continet nedum expreſſa, ſed quæ ex expreſſis inferuntur.*

38 *Sententia, lata præſumitur eo modo, quo iure fieri debuit.*

39 *Iudici ſatis eſt pronunciare ſuper facto, ex quo reſultat iuris diſpoſitio.*

40 *Sententia ferenda in ſecundo proceſſu quotieſcunq; veniret ad euacuandam primam, ita quod poſita ſecunda, prima non ſubſiſteret vti incompatibiles, tunc obſtat exceptio.*

41 *Oppoſitum, & diſcuſſum in iudicio, proculdubiò iudicatum videtur.*

42 *Atteſtatio alicuius ex iudicibus, qui cauſam determinarunt, dicentis, talem articulum non eſſe deciſum, non nocet partibus,* & num. 43. & 44.

45 *Iudices de ſe ipſis, non autem de aliorum ſenſu, atteſtari poſſunt.*

46 *Sententiæ potius ſtandum eſt, quàm iudicis atteſtationi.*

47 *Sententia, non autem vox iudicum, iudicati continet authoritatem.*

48 *Cauſam deduci in cauſa appellationis per*

per modum probationis, vel per modum intentionis, differunt, & bis dicitur iudicatum, quandoq; licet semel disceptatum.

ARGVMENTVM

De origine, requisitis, iuribus, & effectu exceptionis rei iudicatæ, quomodo, & qua ratione, quod est oppositum, & discussum in iudicio, pernecesse dicatur esse essentialiter terminatum; præsertim quando sententiæ veritas non potest stare, nisi tollatur quod de nouo deducitur: sententia refertur ad omnem causam, quæ ex actis colligitur: actio differt à causa agendi, & quando dicatur eadem causa, vel diuersa, & ad eundem, vel diuersum finem proponi, & per modum probationis, vel intentionis, & quod generalis actionis propositio sæpè producat huiusmodi exceptionem: de iure, vel causa superuenienti post petitionem, terminum, & conclusionem: de emergenti, vel incidenti quæstione, & quãdo dicatur quid summariè, vel incidenter cognitum, & quod potius sit standum verbis sententiæ, quàm iudicis attestationi; plenè explicatur.

Pro eodem in eadem causa.

CONTROVERSIA XXXIV.

GEneralis fuit petitio immissionis, facta per Philippum Spinulam in primo iudicio bonorum omnium Cęsaris Catanei, tanquam hæredem vigore testamenti; & generaliter replicando, deduxit omne ius sibi competens ad exclusionem fideicommissi facti per Baldaxarem seniorem ad fauorem Ioannis Baptistæ Catanei, sub illis verbis, *non obstante allegato fideicommisso, quod nullo iure obstare potest,* sub quibus citra omnem dubitationem includi potuit, pro vt fuisse inclusam ex verbis, & mente ipsius proponentis, assertam obiectionem, siuè replicationem figuratæ indignitatis, siuè incapacitatis personæ Ioãnis Baptistæ ad euersionem fideicommissi competentis, clarissimè patet, & ore, & in scriptis fassus est; & generalis, quinimmò vniuersalis, & specialis quoad hoc ius assertæ incapacitatis ortæ ex facto, longè ante primum iudicium notissimo ipsi Philippo, non autem superuenienti, fuit prosecutio reclamationis, in qua, antequam terminus inceperit currere, in indiuiduo idem Philippus opposuit, replicando aduersùs exceptionem fideicommissi de hac asserta indignitate, & præsentauit scripturas, quibus Ioannes Baptista cum sua duplicatione ad exclusionem replicationis induxit litis cõtestationem specificè super hoc iure, ad tradita per *Panormit. & Marian. Soc. in rubr. & cap. 1. Extra vt lite non contest. & Marant. nostrum in praxi part. 6. membr. 1* o. iterum opposito aduersùs citationem ad publicãdum, quod postea latissimè inter partes est discussum in latissimis iuris allegationibus, & meritorum causæ apud Iudices, & coràm supremo Principe discussione; vnde nullo modo probabiliter dubitari potest, Philippo idem semel, atq; iterum deducenti post binas sententias Supremi Consistorij, obstare exceptionem rei iudicatæ.

1 Quod enim est oppositum, & discussum, necessariò censebitur iudicatum, & sententialiter terminatum, iuxtà doctrinam *Bald. in l. receptitia, num. 2. versic. item hoc visium, in fin. C. de constit. pec.* mens etenim pronunciantis à lege coniecturata est, vt pronunciasse censeatur de cognitis, & examinatis, cum iudex de eo iudicare debeat, de quo cognouit *l. de qua re*

re 74. ff. eod. tit. de iudic. cognitum
2 autem dicitur, quod in actis est op-
3 positum; sententia etenim refertur ad
omnem causam, quæ ex actis colligi-
tur, Bart. in l. Iulianus verum debito-
rem, num. 4. versic. prædicta vera, ff. de
condict. indebit. & semper præsumitur
lata, ac decidere causam deductam,
Bald. in l fin. versic. & secundum hoc,
C. de suspect. tutor. & in specie ad finem
dignoscendi, an obstet exceptio rei
4 iudicatæ, quando sententia non con-
tinet, nec exprimit causam, recurren-
dum est ad causas expressas in actis,
vt super expressis, & obiectis censea-
tur iudicatum, vt per gloss. in l. si quis
ad exhibendum 18. ff. de excep. rei iud.
vbi Bart. dicit, illam l. habere, gloss. no-
tab. & argumẽtabilem ad multa, quip-
5 pè acta dicuntur vehiculum quoddã
ad sententiam ddclarandam, Bald. in
cap. cum super, ad fin. de caus. possess. &
propriè, & nedum ex actis, sed etiam
6 ex motiuis datis per iudices circa me-
rita causæ, colligitur quid sit discus-
sum, vt id quoq; censeatur determina-
tum, & iudicatum, vt in specie voluit
Soc. iun. cons. 181. num. 79. & 80 lib. 2.
7 concurrit item identitas personarum,
rerum, siuè corporum, & idem ius, &
causa petendi, l. 3. ibi, quoties eadem
quæstio inter easdem personas reuocatur,
exceptione summouebitur, & in l. 5.
vbi, de eadem re agere videtur, & qui
non eadem actione agit, qua ab initio
agebat, sed etiam si alia experiatur, de
eadem tamen re, vbi gloss. subijcit, dum-
modo causa petendi eadem sit, quæ
ab initio, idest priori iudicio, & in fine
illius l. addit I.C. Rectèq; ita definietur,
eum demum de eadem re non agere, qui
prorsus rem ipsam non persequitur, cæ-
8 terum cum quis actione mutata experi-
tur, dummodo de eadem re experiatur,
etsi diuerso genere actionis, quàm insti-
tuit, videtur de ea re agere, & in l. singu-
lis 6. singulis cõtrouersijs singulas actio-
nes, & vnum iudicati finem sufficere
probabili ratione placuit, ne aliter modus
litium multiplicatus, summã, atq; inex-
plicabilem faciat difficultatem, maximè
si diuersa pronuntientur, parere ergo ex-
ceptioni rei iudicatæ frequens est, idest,
consuetum, exponit gloss. vbi gloss. 1. ex-
plicat vnam controuersiam censeri
vnam causam, idest factum illud, ex
quo actio nascitur, de quo cum semel
actum fuerit, non debet iterum queri,
etiam alia diuersa actione, vt addit
gloss. 3. verb. sufficere, & in l. si mater 9.
§. eandem, dicit Vlpian. eandem causam
9 facit & origo petitionis, nisi alia causa
noua post petitionem accesserit, vbi gloss.
verb. origo, dicit, idem esse originem,
& causam petitionis, & inferiùs addit
I.C. itaq; acquisitum quidem postea do-
minium aliam causam facit, mutata
autem opinio petitoris non facit, & in l.
cum quæritur 12. cum l. seq. & l. & an
eadem, vbi inspiciendum est, an idem
corpus sit, quantitas eadem, idem ius,
vbi gloss. in verb. ius, dicit, caue, quia
hæc tria ad vnum tendunt, scilicet
circa eandem rem, & an eadem causa
petendi, & eadem conditio persona-
rum, quæ nisi omnia concurrunt, alia
10 res est, & sic tria sunt necessaria, quod
sit eadem res, eędem personæ, & ea-
dem causa petendi, non tamen idem
corpus, omni pristina qualitate, vel
quantitate seruata, sed pinguiùs pro
communi vtilitate accipitur, vt mox
subijcit I.C. in dict. l. & an eadem 14.
& gloss. vnic. in dict. l. cum quæritur,
probat amplius quandoq; in alio cor-
pore obstare, & gloss. in dict. l. 14. verb.
personarum, dicit, largè id accipien-
dum, vt nedum comprehendat suc-
cessores actoris, & rei, sed etiam quã-
doq; extraneos, interpretor, easdem
personas, & in verb. concurrunt, addit
11 sufficere si quodlibet ex requisitis
concurrat verè, vel interpretatiuè, &
in gloss. seq. verb. vtilitate, dicit, in eo
vtilitatem cõsistere, vt finis sit litium,
& ob id pinguiùs, vel largiùs, quàm
verba patiantur, vt in quantitate cor-
poris aucta, vel minuta, & in qualitate
etiam mutata, vt semper obstet exce-
ptio, Surd. cons. 312. num. 1. in 3. Bar-
bos.

bos.in l.diuortio, §.fin.2.part. num.62.
solut.matr.Hondedeus cõs.30. num.50.
lib.1. Sese decis.Aragon.187. num.81.
Lanar.cons.69. num.19. Menoch.con-
sil.828.num.20.lib.9. Fab. de Anna
cons.17.num.7. & cons.99 num.1:Sese
decis.187. num.80. part.2. vndè cum
hic verè sint,non interpretatiuè eædẽ
omninò personæ,eadem rei persecu-
tio, siuè corporis, aut iuris hæredita-
tis,eademq;nedum actionis, sed cau-
sæ agendi narratio,siuè petitionis ori
go, quem modum concludẽdi appel-
lat Bald *in l.si prius, col.6. in 5.oppos.*
2.part. ff. de oper. noui nunt. sequitur
*Ias.*citans *cõcord.in §.omnium, n.114.*
12 *instit.de action.*siquidem cõstat,aliud
esse actionem, aliud agendi causam,
vt per *gloss. in d. l.singulis 6. in 1.gloss.*
& reassumit *Dec. in l.si idem cum eo-*
dem, num.15. ff. de iurisd.omn. iud. ex
eodem testamento ex eadem inca-
pacitate deducta in primo,& apertiùs
in secundo iudicio omninò exceptio-
ni rei iudicatæ locus erit,ne in perpe-
tuum affectatis litibus malitiosè ve-
xetur Cataneus à Philippo Spinula.
Sed & secundò magis articulum per-
stringendo,dicimus,quod in præsenti
casu cum Philippus Spinula egerit
interdicto adipiscendæ possessionis,
proposita generali petitione cũ clau-
sula, *non obstante allegato fideicommis-*
so,quod nullo iure obstare potest, apta
comprehendere omnem causam, ex
qua exceptio fideicommissi submo-
ueri poterat, generalis quoque fuerit
prosecutio, & generalis secuta fuerit
sententia,tam in prima instantia, quã
in secunda, vbi amplius generali pro-
secutioni addidit quoque nouas cau-
sas, quæ sub generalitate primæ peti-
tionis continebantur;sequitur vt abs
que dubio eidem Philippo iterum
idem proponenti, omninò obstet ex-
ceptio rei iudicatæ; in hoc enim arti-
culo licet DD. distixerint inter actio-
nem personalem, & realem,& consti-
tuerint diuersos casus,de quibus latè
per *Bart. Castr. & alios in l.& an ea-*
dem 14.§.actiones, ff.de except.rei iud.
per eundem *Castr. in l.si à te 9.& in*
l.si mater 11.§.eandem causam,eod.tit.
per DD. omnes *in l.2. C.de iudic.*vbi
Paul.num.3.versic.secundo casu, inter-
13 dicta autem omnia constet esse per-
sonalia,licet in rem videantur conce-
pta,*l.1.§.interdicta, & l. 2. in fin.* vbi
de interdicto adipiscendæ nuncupa-
tim meminit I.C.*ff.de interdict Ias.in*
*§.omnium,num.7.instit.de action.*tamẽ
in casu nostro nulla est differentia in-
ter personalem, & realem; siquidem
tam in personali, quam in reali *gloss.*
14 & DD.concordant, quod si petitio,
& prosecutio sunt generales, & sen-
tentia quoq;generaliter fertur,pro vt
in hoc casu, vbi fuit iudicatũ, Philip-
po detractionem aliquam non com-
petere,& proinde non esse locum pe-
titæ immissioni, sine dubio obstat ex-
ceptio rei iudicatæ actori, si ex alia
quacunq; causa competenti ante iu-
dicium de nouo actionem instituat,
gloss.cõm probata in dict.l.si mater 11.
verb.si hominem, in fin. versic. secundo
casu, Paul. optimè de communi om-
nium mente in sua magistrali distin-
ctione in *dict. §. actiones, num. 3. in*
primo casu, vers.primus est quando, per
text. clarum in l.final. C. de annali
except. ibi, *videri* actorem *ius suum*
omne in iudicium deduxisse: & idem
in reali,*Bart in d.§.actiones, num.12.*
versic. reassume ergo breuiter, vbi di-
cit, quod si prosecutio fuit facta
simpliciter, tunc obstat exceptio rei
iudicatæ in omnibus,& est *tex.*clarus
in dict.l.si mater, §. eandem causam
*in fin.*ibi, *nam qualecunq;& vndecunq;*
dominium acquisitum habuit, vendica-
tione prima in iudicium deduxit, vbi
*gloss.*dicit,*vndecunq;* idest ex quacun-
que causa generaliter vendicatione
proposita,non adiecta causa.
15 Quinimmò amplius si actio est ge-
neralis,tametsi prosecutio fuisset spe-
cialis,nocet tamen sententia,quæ in-
de sequitur generalis,etiam in non
prosecutis,quando non fuit prosecu-
tus

tus ex certa ſcientia, non ignoranter, quia cum ſciuerit, & non fuerit proſecutus, præſumitur id feciſſe malitioſè, vt de nouo reum alijs litibus vexaret, ita *Bart.* declarando materiam, & diſtinguendo *in d. §. actiones, num. 5,* vbi ad id citat *text. in l. de rebus, ff. de arbitr.* quem caſum ſe dicit alibi neſcire, & ſubdit, ſibi hoc in facto eueniſſe in quodam compromiſſo, & iterum *num. 7. verſic. aut ſententia*, vbi iterum dicit, caſum *dict. l. de rebus*, eſſe ſingularem, & ita poſt *gloſſ. & Petrũ* declarat, & reſtringit *text. in l. 2. C. de iudic.* vbi generalis petitio, & ſententia ope replicationis reſtringuntur ad ſpecialiter proſecuta, ſi actor ſpecialiter ſit proſecutus ignoranter, ſecus ſi ſcienter, & malitioſè, & ibi idem firmant *Bart. Bald. Salyc. Paul. Alex. & Iaſ.* qui in prima limitatione dicit, hoc caſu ceſſare æquitatem *d. l. 2.* ex qua Imperator conceſſit replicationem, & teſtatur omnes hoc tenere poſt *Bald.* quem citat in pluribus locis, & ita *Caſtr. in ſua larga diſtinct. in d. §. eãdem cauſam,* poſt *num. 3. verſic. tertius caſus eſt,* vbi Salyc. dicit id procedere, quando eſt datus terminus, etſi nihil ſit probatum, *num. 1. in fin. verſic. interdum petitio*, & addit *Iaſ.* alias limitationes *ad dict. l. 2.* quæ ſimiliter ad caſum noſtrum applicari poſſunt, ſcilicet vt obſtet omninò exceptio, quã-
16 do actori generaliter eſſet ſtatutus terminus ad probandum ſuper omnibus deductis, vt propriè moris eſt in Sacro Conſilio, & hic factum in puncto ſupponitur, quia tunc ex vi termini ſentẽtia generalis in omnibus prę. iudicat *dict. l. 2.* & etiam nocet ſentẽtia, quando actor non eſt magis vnã, quàm aliam ex cauſis deductis, proſecutus, quia tunc non poteſt reſtringi ad ſpecificata, & imputandum eſt actori, vt poſt *Bald.* ibi probat *Iaſ.* idq;
17 non tantum in perſonali, ſed etiam in reali, vt diſcrimen cõſideratum à I.C. inter perſonales, & reales in hac materia *in dict. §. actiones*, non vendicet ſibi locum in præſenti caſu, firmat expreſſè *Bart.* ex mente *gloſſar.* & omnium *in dict. §. actiones, num. 12.* his verbis, *aut fuit facta proſecutio in vna tantum, & tunc, aut volo agere ex alijs cauſis impetrata reſtitutione in integrũ, & reſtitutione petita ex cauſa ignorantiæ iuſtæ, tunc poſſum, l. ſi mulier, in princip. ſup. eod. aut non habeo iuſtam cauſam ignorantiæ, & non poſſum; fallit in matre, l. ſi mulier, & hoc eſt verum ad eandem rem, ad aliam poſſum, l. ſi quis ex teſt. in fin. eod.* hæc *Bart.* & ſequitur ſimiliter diſtinguendo *Paul. in dict. §. eandem cauſam, num. 2. verſic. aut nullam cauſam*.

Et proinde niſi in ſententia abſoluroria in actione reali, vel mixta conuentus ſit abſolutus, adiecta cauſa, quia non poſſideret, vel aliter ſi ſimpliciter abſoluatur, videtur abſolutus à toto, & ab omni cauſa, & ideò
18 cautela eſt, quod iudex exprimat cauſam in ſententia abſolutoria, ne faciat præiudicium vltra, quàm ipſe velit, & ne volenti agere obſtet exceptio rei iudicatæ, *gloſſ. in l. 2. §. Senatus, verb. comprehendiſſe, in fin. ff. de iure fiſci, Felyn.* latè *in cap. examinata, n. 9. verſic. an in ſententia, de iudic.* ſicut in ſimili notat *in l. 2. §. ignominiæ, ff. de his qui not. infam.* ita formaliter *Caſtr. in l. ſi à te 9. ff. de excep. rei iud.* ex quo colligitur, non iudicis animi motum, ſed formam ſententiæ attendi, vt obſtet, vel non obſtet exceptio: quæ ſuperius dicta procedere, nedum in perſonali, vel reali, ſed etiam in mixta quatenus voluerimus interdicta mixta iudicari, vel potius in rem ſcripta, vt placuiſſe videtur *Menoch. de retin. remed. 3. num. 831.* docuit in terminis *Bart. in dict. §. actiones, num. 16. & 17.* vbi tam in petitione hæreditatis, quã mixtam eſſe idem *Bart.* teſtatur, quã in reliquis in rem ſcriptis, eadem ſuperius tradita procedere dicit, præſertim cum actiones in rem ſcriptæ naturam perſonalium ſequantur, *l. 3. §. 1. ff. ad exhib.* & fortiùs hæc proce-
de-

dere in causa appellationis, siuè reclamationis, quæ ferè in omnibus appellationi æquiparatur, reste *Isern. in l. Imper.* post *num.* 81. *versic. sed pone*, *de probib. feud. alien. Afflict. in prælud. constit. quæst.* 10. *num.* 6. præterquam in casibus à iure expressis, quos recēset *Maranta part. 6. in praxi, versic. & quandoq; appellatur*, *num.* 15. *cum seq.*
19 testis est idem Bartol. *in dicta leg. si mater* 11. §. *deniq*; vbi dicit esse speciale in appellatione, cum in ea omne ius suum deductum videatur, totum ius perditur, ex *text. in l. scio*, quæ est *l.* 3. *in fin ff. de appellat.* ibi, *puto tamen eum semel prouocauerit, esse ei facultatē in agendo contra aliam causam prouocationis reddere per se quoq; prouocationem suam, quibuscunq; modis potuerit*, qui *text.* propriè decidit præsentem casum, vbi Philippus actor in causa reclamationis nominatim aliam causam addidit, quæ etsi non fuisset in primo iudicio comprehensa, tamen ex sententia Bart. totum ius suum perdidit ex peculiari natura appellationis, in qua hoc plus est, quàm in
20 causa principali, vt videatur appellās omne ius suum deducere, & perdere secuta confirmatione absolutoriæ, & ibi *Alex. in add.* ad confirm. adducit *Innoc.* Bald. *& alios*, ex quo etiā deducitur, etiam ex sententia absolutoria niti exceptionem rei iudicatæ, de quo est casus *in dict. l. si mater*, §. *ean-*
21 *dem*, vbi Bart. & tunc non oritetur exceptio ex senrentia absolutoria, quando ex actis, vel aliunde non apparet, ex qua causa fuerit lata, vel quando potuit ex alia causa ferri, quā ex ea, quæ tunc de nouo in iudicium deducitur, vr per *Surd. in solemn. suo consil.* 312. *in fin. num.* 27. *lib.* 3.
22 Quæ adeo sunt vera, vr licet noua causa, quæ post petitionem actori accesserit, quæ dominium tribuat, efficiat vt agenti non obstet exceptio rei iudicatæ, attamen si conditionis purificatio accesserit, etiam post terminum, ante tamen conclusionem in causa, obstabit exceptio, nisi post cōclusionem superuenerir, quia tunc non videtur quid in iudicium dedu-
23 ctum, quod post cōclusionem superuenit, cum perinde haberi debeat, ac si post sententiam superuenisset, *Bart. in dict.* §. *eandem causam*, *num.* 5. secus si quandocunq; anre conclusionem in causa, quinimò addit ibidem *Castr.* post *num.* 4. *versic. si autem superuenit*, quod si dominium, vel ius post litem superuenerit ex causa deducta in iudicio, quæ tamen tempore litis contestarionis non habebat locum, sed incipit habere post, tunc benè nocerer sententia absolutoria, & ratio est, quia tunc potuisset ferri sententia cōdemnatoria pro actore, ex *l. si rem*, §. *fin ff. de pignor. action.* ergo si contra proferatur, nocet; quantò fortiùs igitur in casu præsenti, vbi causa optimè nota Philippo agenti erat orta longè, ante iudicium cæptum, & fuit generaliter in primo libello, & specialiter in causa appellationis, tam ex iuris ministerio ex natura appellationis, siue reclamationis, quàm ipsiusmet facto, qui causam deduxit, & addidit antequam terminus incępisset currere, obstare debet exceptio. Accedat
24 tertiò, quod semper quod in iudicio venit disceptandum illud, de quo fuit controuersia in prima sententia, obstat exceptio tanquam per primam discussum, & determinatum, etiam si agatur ad rem diuersam; sufficit enim quod in nouo de eo veniat disceptrādum, de quo fuit disceptatum, & consequenter terminatum in primo, *Bart. in dict. l. & an eadem*, §. 1. & clariùs *Castr. in l. si quis cum totum* 7. post *n.* 2. *ff de excep. rei iudic.* idem *Bart. Paul. in l. si autem*, §. *fin. col. fin. ff. de negot. gestis*, *& Soc. in l. fundum*, *num.* 2. *ff. de excep.* vbi dicit, idem procedere, non solùm si deducirur aliquid ex eadem causa, & super eadem re, sed etiam si deducitur aliquid diuersum, sed ex causa prima dependens cum causa, ex qua
25 ius oritur; quia semper videtur secū-

dum

dum iudicium venire ad reſciſſionem eius, quòd eſt in primo determinatũ, *Angel. in l. cum quæritur, ff. de excep. rei iud.* quod ex eo procedit, quia quod eſt examinatum in primo iudicio, venit examinandum in ſecundo; quo caſu obſtat exceptio rei iudicatæ, vt docet *Bart. in l. 2. §. hoc edicto, num. 3. verſ. ſecundò per rationem, ff. de vi bon. rapt.* & poſt *Cyn. Alber. Curt. iun. Riminald. ſen. & alios* proſequitur *Hyppol. Rimin. conſil. 413. num. 8. lib. 4.* & comprobat *Surd. dict. conſil. 312. n. 9. Farinac. conſ. 40. num. 57. in fin. lib. 1.*

Quod autem ſit cognitum, & diſcuſſum deprehenditur per relationẽ ad acta, cum ſententia cenſeatur lata ex cauſis in actis deductis, vt p *Corn. in cõſ. 126. lib. 4. col. 4. verſ. nõ enim obſtat,* qui *col. penult. verſ. & ideo cum per vtranq.* dicit, ſufficere per partes ipſas cauſam eſſe deductam, ex regula *l. de qua re, ff de iudic.* & fuiſſe aliquod ius vẽtilatum in primo iudicio, & diſcuſſum, & quod illud idem veniat diſcutiendum in iudicio nouiter intentato; nam etiam ſi de alijs rebus agatur, ſatis eſſe id, quod modò diſcutitur fuiſſe aliàs diſcuſſum, & per ſententiam ex conſequenti deciſum, vt per eum in *verſic. inſuper dato,* idem latè *Ruyn. conſil. 71. num. 4. verſic. ſed ad iſtud,* vſq; *ad num. 5. lib. 5.* vbi nuncupatim de ſententia lata cõtra actorem, vbi dicit, ſufficere cauſam deductam fuiſſe per ſententiam reproba-
27 tam, & quod vbicunq; ſecundum iudicium venit ad reſciſſionem eius, quod eſt determinatum in primo, obſtet exceptio rei iudicatæ, authoritate *Innoc. in cap. fin. de ord. cognit. & ex Aret. in §. item ſi, num. 23. de action.* & per interpretationem eadem res iudicatur, quando inter eaſdem perſonas eadem quæſtio, quæ deciſa eſt, reuocatur, licet de alia re penitus diuerſa tractetur, *l. Iulianus,* quæ eſt *l. 3. ff. de except. rei iudic.* cũ alijs pluribus, quæ ad propoſitum expendit *Regens Lanar. conſil. 34. ex num. 15. & 16.* & eius affinis *Regens de Ponte conſ. 49. à num. 3. ad 12.* & latiùs *in conſil. 62. ex num. 35. conſil. 90. num. 10. & conſil. 8. num. 25. cum ſeq. conſil. 30. num. 1. conſil. 81. num. 7. cum ſeq. & conſ. 137.* poſt *num. 13. lib. 2. & deciſ. 32. num. 6.* ea-
28 dem autem cauſa dicitur, vt obſtet exceptio, quando agitur ad eundem finem, & effectum; ſicuti in caſu noſtro Philippus egit, & de nouo agere conatur, vt ſibi concedatur immiſſio, excluſo Ioanne Baptiſta, *Cyn. in l. peremptorias, ad fin. C. ſentent. reſcindi non poſſe, Bart. Bald. Panorm. Dec. Boer. & alij* relati à *Pariſ.* qui id aſſerit communiter receptum *conſil. 87 num. 52. & 54. lib. 3.* vel eadem cauſa dicitur quando illud, quod fuit deciſum in primo, reſticatur iterum in hoc nouo, quantumcumque ad diuerſum finem agatur, *l. duobus 28. §. exceptio, ff. de iureiur. Bart. in dict. l. 2. §. hoc edicto, ff. vi bonor. rapt. Bald. conſil. 462. ad euidentiam, poſt princip. lib. 3. Alex. in l. ſæpè, num. 84. ff. de re iud. Caſtr. & Soc. in l ſi quis cum totum, §. & generaliter, num. 1. ff. de except. rei iud. Felyn. in cap. penult. n. 6. ad fin. de re iudic. Corn. conſil. 126. n. 5. & 11. lib. 4. Soc. conſ. 111. in fin. in 1. Ruyn. conſil. 124. ad fin. lib. 5. Grotus in l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 60.* vbi etiam *Alciat. num. 10. ff. de verbor. oblig. Gabriel de except. cõcluſ. 2. num. 9. verſic. immò tenet Bart. cum alijs* per *Barboſ. in l. diuortio, §. fin. part. 1. num. 59. verſic. & ideò tutor, & n. 62. verſic. nam potius, ff. ſolut. matr.*

Et ne remaneat aliquis dubitandi locus, & contraria omnia ceſſent, addimus, quod in hac materia, vt vtar verbis *Peregr. in ſuo conſil. 134. lib. 5. num. 2.* ne verſemur in æquiuoco, dif-
29 ferentiam conſtituendam eſſe, an actor agendo ſuccubuit in iudicio, & tunc veriſſimum eſt, quod illud idem quod examinatum fuit, & deciſum contra ipſum actorem in primo iudicio, ſi repetitur per eundem in alio iudicio, tunc non auditur, & obſtat ſibi rei iudicatæ exceptio, iuribus, & au-

thoritatibus per eum citatis: alius verò casus est, vbi reus se defendendo obiecit exceptionem in meritis ad excludendum petitionem actoris, sẽtentia autem lata fuit pro actore; hoc enim casu an reus, quod deduxit per viam exceptionis, possit pleniter agẽdo, illud idem deducere per viã actionis, & alia est materia, de qua p *Bart.* & DD. *in dict. §. duo fratres, in l. 1. C. de ordin. cognit. & in cap. 1. extra eod. tit.* & in hoc casu reassumit *Peregr.* ita demum posse iterum in dubium reuocari de uiribus exceptionis, si in primo iudicio non fuit expresse, sed tacitè reiecta exceptio, & si ad alium prorsus diuersum finem proponatur, vt per eum *num.* 4. *& 6. & num.* 8. ex doctrina *gloss. & Bart. in dict. l. 1. C. de ord. iudic.* tradit propositionem, quod quatenus sententia non possit stare nisi præiudicetur, & tollatur deductum in exceptione, eo casu sententia præiudicat, & parat exceptionem rei iudicatæ, etiam respectu eius, quod est iudicatum per modum exceptio-
30 nis, quia cum sententiæ veritas non potest stare, nec se compari cum veritate exceptionis, tunc videtur necessariò super exceptione pronunciatũ, *l. 2. C. de ordin. cogn. Bart. in l. siuè autẽ, §. quocunq. n. 1 ff. de negot. gestis, l. quod in diem 6. § si rationem, in 1. oppos. ff. de compens. & in l. Iulianus, num. 10. ff. de condict. indeb.* in quo dicit *Peregr.* nullum contradicere, & cum *Peregrin.* concordare videtur *Pacian. de probat. lib. 1. cap. 68. num.* 38. licet loquatur in criminalibus: vnde cũ simus in actore, qui iam per binas sententias succubuit, casus noster est extra omnem dubitationem, quia semper, *Peregr.* teste, obstat exceptio rei iudicatæ, nec oportet ingredi disputationem, an
31 decisum incidenter per viam exceptionis, possit iterum deduci à reo iã superato per modum actionis, in quo etiam opinio negatiua frequentiori DD. calculo recipitur, vt post *Panor. consil. 50. num. 2. lib. 1. Dec. consil. 96. num. 1.* saltim quando ad eundem finem, siuè effectum, vt post *Bart. Bald. Paris. & alios* firmat de communi *Gabriel d. tit. de except. conclus. 2. n. 10.* vel quando illud idem, quod est decisum in primo, reuocatur in dubium in secundo, iuxta sententiam *Barbos. in dict. l. diuortio, §. fin. p. 2. n. 59. ff. solut. matr.* & remissiuè *Pacian. d. c. 68. n. 40.*

Nec prædictis obest, imò concordat *decis. Dom. Præsid. de Franch.* 289. *num. 2. & 3.* siquidem licet Principissa Afooli esset actrix in iudicio principali vendicationis status Terrænouæ, tamen exceptionem donationis proposuerat vt tertius, ex necessitate ad impediendum venditionem bonorũ, quæ fieri prætendebatur ad instantiam creditorum, & sic non erat propriè actrix, iuxtà plenè tradita per *Roland. cons. 29. lib. 2. Mising. obser. cent. 5 cap. 14.* secundò ibi veritas exceptionis propositæ per Principissam poterat stare cum veritate sententiæ, quia vt is ponderat *num. 1. in fin.* erat necessariò satisfaciendum creditoribus ex pretio status pro vtilitate Principissæ ad id obligatæ, etiam data validitate donationis: & tertiò fuerat super illa exceptione summariè tantùm cognitum; siquidem fuerat petitus
32 terminus, & denegatus; tunc enim dicitur aliquid summariè cognosci, quando lis non contestatur, terminus non conceditur, nec probationes recipiuntur, iuxtà doctrinam *Bart. in l. à Diuo pio, §. super rebus, in 1. oppos. ff. de re iudic.* & sequitur *Bald. in l. penult. in 1. lect. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur.* & alios in terminis congerit *Doctor Marta in decis. Pisan.* 184. qui ea ratione in fine dicit iudicatum in casu *dict. decis. Dom. de Franch.* exceptionẽ non obstare, quia primo loco fuerat interlocutoriè tantùm decisum, lite non contestata, & sine causæ cognitione; vnde contrarium decidisset Sacrum Consilium, vbi lite contestata, & dato termino, fuisset diffinitiuè sententiatum, vt in præsenti casu.

Nec

Nec etiam obſtat ſecundò, quod, ſententia in caſu noſtro non videatur eſſe generalis, ſed potius ſpecialis, dum non declaratur ſimpliciter, non eſſe locum petitæ immiſſioni, ſed Philippo nō deberi legitimam Trebellianicam quoad bona Baldaxaris ſenioris, atq; proinde non eſſe locum petitæ immiſſioni; & ſic non fuit ſimpliciter, ſiuè generaliter excluſus Philippus ab immiſſione petita, ſed ex cauſa particulari in ſententia declarata, quia ei non competebant detractiones, quæ cauſa non videtur includere de
33 neceſſitate, fuiſſe iudicatum, bona ſpectare ad Ioannem Baptiſtam vigore fideicommiſſi, pro vt neceſſariò requiritur ad hoc vt obſtet exceptio rei iudicatæ, *l. ſi inter me, & te 15. ff. de except. rei iudic. l. quod in diem, §. ſi rationem, ff. de compenſ.* vbi *Caſtr. & alij*. ſi enim rectè ponderentur verba ſententiæ relata ad acta, clariſſimè apparet, ſententiam fuiſſe, & eſſe generalem, comprehendentē, & decidentē de neceſſitate omnia, ex quibus Ioannes Baptiſta excludi poterat; petijt enim Philippus immiſſionem in poſſeſsionem bonorum omnium, cui cū fuiſſet pluries oppoſitum de fideicōmiſſo facto per Baldaxarem ſeniorem ad beneficium Ioannis Baptiſtæ conuenti, replicauit Philippus, omninò eſſe concedendam immiſſionem, non obſtāte allegato fideicommiſſo, quod nullo iure obſtare poterat, etiam quia ſuper bonis dicti quond. Baldaxaris ipſi ex perſona quond. Stephani, & Cæſaris, debebantur detractiones quartarum, & alia; cui cum ex parte Ioannis Baptiſtæ fuiſſet duplicatum, ipſum taliter in totum vocari, & ſuccedere vigore ſubſtitutionis, & fideicommiſsi facti per pactum, vt non eſſet vllo modo locus alicuius quartæ detractioni, & proinde eſſe in totum excludendum Philippum à petita immiſsione, quæ tunc omninò ceſſat, cum ſuccedens vigore fideicommiſsi in promptu oſtendit, ſe ipſum vocari ex ſubſtitutione, ſeu fideicommiſſo; ita & taliter, quod in beneficiū hæredis inſtituti nullæ ſit detractioni locus, quo caſu fruſtratoria eſſet immiſsio: ſententia, quæ præcedentibus allegatis, & pluries repetitis exceptionibus, replicationibus, & duplica-
34 tionibus, quæ ita ſe habent ad replicationem, quo replicatio ad exceptionem; vna enim alteram excludit, vt per *Ioann. Andr. in cap. 2. num. 14. Panorm. num. 19. verſic. ad quintum, extr. de except.* declarauit Philippo, non cōpetere detractiones, & proinde non eſſe locum petitæ immiſſioni; neceſſariò pronūciauit, & declarauit, adeo locum eſſe ſubſtitutioni, ſiuè fideicōmiſſo ad beneficium Ioannis Baptiſtæ, vt hæreditas ad eum ſpectaret in totum liberè, & abſolutè abſq; vllius quartę oneris detractione, & ex conſequenti non eſſe locum petitæ immiſsioni.

Primò ex natura quęſtionis, ſiue exceptionis incidentis oppoſitæ, ſcilicet ad merita cauſæ per Ioannem Baptiſtam conuentum, non ad proceſſum, iuxtà declarationem *Bart. in l. de qua re, ff. de iudic. cum concordantibus*, quæ ad diſcrimen inter exceptionem emergentem, & incidentem, tradit *Menoch. lib. 1. de arbitr. quęſt. 45. num. 1.* ſuper his enim exceptionibus, & replicationibus incidentibus, quæ reſpiciunt principale negotium, non eſt neceſſarium expreſsè pronunciare, ſed præſumitur pronunciatum, & deciſum ex pronunciatione facta ſuper negotio principali, vt per omnes *in l. 1. C. de ord. iudic. & in dict. l. de qua re, Butr. Cyn. Alber. Bart. Bald. Caſtrenſ. Fulgoſ. Imol. Anchar. Butr. Panorm. & alij*, quos congerit *Pacian. de probat. lib. 1. cap. 58. num. 63.* vnde nullo modo dici poteſt ſententia ſpecialis, ſed ſimpliciter, & generaliter lata, dum diffiniuit principale negotium, ſub quo incidens ex ſui natura comprehenditur, vt pulchrè tradit *Aret. conſil. 155. diligenter viſis, n. 6.*

36 vbi docet, iudicem, qui expreſsè pronunciat ſuper principali, tacitè videri pronunciare ſuper incidenti, ſine quo ſaltim tacitè non deciſo, ſententia ſuper principali fieri non debebat.

Secundò, quia contraria procedunt, cum nihil ex actis deprehendi-
36 tur, at ſententia generaliter lata dicitur quoad cauſas omnes, quę ex actis colliguntur, & quæ ex ipſis apparent oppoſita, & proſecuta, etiam quando actio poterat plures cauſas includere, vt poſt *Bald.* vtrumq; *Soc.* & alios, in ſpecie reſoluit ſimile contrarium. *Surdus d. conſil.* 312. *num.* 16. *in* 3. & quod ſententia regulatur, & declaratur ex omnibus cauſis in actis expreſſis, vt tradunt *Paul. Alex. Dec.* & alij congeſti per *Caſtill. deciſ. Sicil.* 61. *num.* 12. cui addo quæ ad declarationem ſententiæ ex petitione, & ex actis, tradit *Bart. in l.* 1. vbi *Curt. iun. n.* 21. *&* 25. *C. de error. calculi, Corn. cōſ.* 10. *num.* 13. *verſic. & pari ratione, lib.* 2. *Alex. conſil.* 81. *num.* 9. *lib.* 3. *Menoch. de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 69. *num.* 15. *&* 16 *& de præſumpt. lib.* 6. *cap.* 12. *num.* 6. & quod
37 ſententia quamuis ſtricti iuris, contineat nedum expreſſa, ſed quæ ex expreſsis inferuntur, *Alexād. conſil.* 123. *num.* 8. *in fin. Soc. conſ.* 56. *num.* 9. *lib.* 1. *Dec. conſil.* 348. *& in l.* 1. *n.* 50. vbi hoc tradit ad limitationem *text. in dict. l. ſi inter me, &c.* vbi latè *Bolognet. n.* 87. & magiſter meus *Alphanus num.* 156. *ff. de offic. eius*, poſt *Roman. conſil.* 395. *num.* 5. *& conſil.* 115. poſt *num.* 3.

Et hoc præſertim & tertiò, cum ſententia in caſu noſtro non potuerit ex alio proferri contra Philippum, & in fauorem Ioannis Baptiſtæ, niſi ex ratione ſolius exceptionis ſubſtitutionis, ſiuè fideicommiſsi oppoſiti per Ioannem Bapriſtam, quod generali replicatione nixus fuit euertere Philippus, dum replicando oppoſuit nullo iure fideicommiſſum obſtare poſſe, ſub qua replicatione continebatur omninò incidens incapacitatis; igitur deciſo articulo, non competere actori immiſsionem, non alia ratione id factum cenſeri debet, niſi vigore fideicommiſsi oppoſiti, quo ab hæreditate excludebatur Philippus, idque id totum abſq; quartæ alicuius detra-
38 ctione; ſententia enim lata præſumitur eo modo, quo de iure ferri debuit *l. ſi fundus, §. in vendicatione, ff. de pign. Cepol. conſil. ciuili* 57. *num.* 5. & ex cauſa, qua ferri debebat, *Caſtr. conſil.* 136. *col. fin. lib.* 1. *Crauett. conſil.* 23. *col.* 2. at cum non alia, quàm prædicta ratione potuerit excludi Philippus, ſicuti nō alia, quàm ratione fideicommiſsi poterat obtinere Ioannes Baptiſta, quæ ſecundùm partis prætenſionem ipſi prodeſſe non poterat, ſi fuiſſet indignus, vel incapax, ergo ipſam cauſam cōſideratam, & deciſam fuiſſe, neceſſariò fatendum eſt, vt ita in propoſito arguit ad excludendam exceptionem rei iudicatæ *Surd. dict. conſil.* 312. *n.* 14.
39 ſatis eſt enim iudici pronunciare ſuper facto, ex quo reſultat iuris diſpoſitio, quoniā deciſio ſuper facto emanans porrigit effectum ſuum ad quālibet actionem ex illo facto deſcendentem, & iudex determinans principale negatium, ſatis effectualiter, & æquipollenter ſuper omnibus dicitur pronunciaſſe; quia ſufficit, quamuis non expreſsis verbis æquipollentibus, aliquid ſit pronunciatum, vt formalibus verbis probat, iuribus per ipſum citatis *Soc. conſil.* 56. *ſtantibus ſupra ſcriptis, num.* 6. *& in fin. lib.* 1.

Idque comprobatur ratione inconuincibili, quia quotieſcunq; ſen-
40 tentia ferenda in ſecundo proceſſu, veniret ad euacuandam primam, taliter quod data ſecunda, prima non poſſet ſubſiſtere, tanquam ſimul incompatibiles; tunc omninò locus eſt exceptioni rei iudicatę, *Cuman. in d. l. cum quæritur, Angel. Bertr. Iaſon, Ripa, Rub. Alex. Socin. Ruyn. Cardin. Anchar. Paul. & alij*, quos ad id expendit *Seſſe deciſ. Aragon.* 187. *num.* 81. ſed ſic eſt, quod ſi ſm̄ Philippi prætēſionem

in

in hoc nono iudicio iudicaretur Io. Baptiſta indignus, vel incapax ſucceſſione bonorum, ad quę vigore fideicommiſſi vocatus fuit, neceſſariò iudicaretur, Io. Baptiſtæ fideicommiſſi exceptionem, non prodeſſe, ex qua ſola ratione, & exceptione vicit in primo iudicio; ergo omninò exceptioni rei iudicatæ locus eſſe debet, quia exceptio nõ compatitur ſe cum veritate ſententiæ, & aliter ſententia non videretur rectè facta, *cap. ex parte 67. de appell. l. 1. & 2. C. de ordin. iudic.* & reſoluit Barboſ. *in d. l. diuortio, §. fin. 2. part.* poſt *num. 56. verſ. elegans enim reſolutio*, Regens *de Ponte dicto conſil. 81. num. 5. & 6. in fine*, vbi ex *l. 1. C. ſi aduerſ. rem iud. & gloſſ. Bartol. & Caſtr. in l. ſi plures, ff. de fideiuſſor. & Felin. in cap. cum inter, de re iudic.* di-
41 cit, quod eo ipſo quod aliquid eſt oppoſitum, & diſcuſſum, videtur proculdubiò iudicatum, etiam ſi in ſententia non ſint verba expreſſa.

42 Et ſic nõ obſtat atteſtatio alicuius ex iudicibus, qui cauſam determinauit, dicentis, ſe non determinaſſe, nec intentionis fuiſſe, hunc articulum decidere. Reſoluitur enim hęc obiectio pluribus modis, prout in ſpecie reſoluit *Surd. d. conſ. 312. ex num. 17.* ad quem me remitto.

Non obſtat tandem, quod aliquis ex Senatoribus, qui de cauſa cognouerunt, atteſtetur, non habuiſſe intentionem decidendi articulum incapacitatis, ſiuè indignitatis; ad hoc enim poteſt reſponderi, provt in terminis reſpondet *Surd. dict. conſil. 312. n. 17.*
43 primò, quod huic atteſtationi non ſit credendum, ſicuti non creditur teſtibus non citatis vltrò ſe offerentibus, *l. ſi quando, C. de teſtib.* ſecundò, quod tunc ſtatur dicto iudicis declarantis, ex qua cauſa motus fuit, quando res eſſet valdè ambigua, ſecus in claris, cuiuſmodi clara redditur ſententia ex petitione, exceptionibus, replicationibus ſæpiùs ante, & poſt terminum, & in actu publicationis, reiteratis, motiuis, allegationibus, in quibus pars expreſsè faſſa eſt, ſub verbis primæ petitionis contineri articulum indignitatis, provt verè expreſſum fuiſſe, ſaltim generalibus verbis negari non poteſt, & allegationum reſolutionibus; ideò enim dicuntur motiua, quia iudicantium animos mouent, & quod ab illis omninò ſententia ſit declaranda, veluti à ſua cauſa, in terminis ad finem vt obſtet exceptio rei iudicatæ, tradit *Soc. iun. conſil. 181. num. 79. verſic. hoc etiam ſatis, lib. 2.* & tertiò non obſtat ſi non omnes, ſed aliqui tãtùm ex iudicibus de
45 hoc fidem faciant, quia de ſe ipſis, nõ autem de aliorum ſenſu atteſtari poſſunt; vnus enim alterius animum declarare non poteſt, etiam ſi ſit illius hæres, *gloſſ. in l. idem Pomponius, §. fin. l. de qua re, ff. de rei vendic.* nec ipſis quidẽ credendũ eſt, cum in motiuis, informationibus, & allegationibus omnium conſenſu traditis, contrariũ conſtet, & repugnat hæc atteſtatio ſæpiùs citatę *l. de qua re, ff. de iudic.* nec ideò, quòd aliqui ex iudicibus non habuerunt animum decidendi, ſi tamen ex natura cauſæ erat neceſſariò decidendus articulus, & verba ſentẽ-
46 tiæ important illius deciſionem, potius eſt ſtandum ſententiæ, quàm atteſtationi iudicum; ſiquidem ſenten-
47 tia, non autem vox iudicum, iudicati continet authoritatem, *gloſſ. ſing. in l. ſin autem, §. fin. ff. de negot. geſtis.*

Ex quibus clariſſimum redditur nedum articulum incapacitatis eſſe iudicatum in ſecunda inſtantia, vbi nominatim, & ſpecialiter fuit deductus, & diſcuſſus, ſed etiam in prima inſtantia, vbi generaliter in replicatione Philippi fuit incluſus; cum enim in cauſa appellationis, ſiuè reclamationis poſſit ſententia confirmari, vel reuocari ex noua cauſa, quando cauſa fuit etiam in prima inſtantia deducta, ſeu incluſa ſaltim in generalitate libelli, tunc dicitur potius
48 cauſa noua per modum probationis,

quàm per modum intentionis, & ob id non datur amplius reclamatio, quando bis fuit iudicatum; tametsi in gradu reuisionis semel tantùm de causa noua, præsertim inclusa saltim generaliter sub verbis petitionis, in prima instantia, fuerit disceptatum, vt ex *l. fin.* vbi Bart. Bald. *& reliqui*, & aliis benè probat *Dom. Præs. de Frãcb. dec. 664. per totam*, & in specie *num. 3. 4. 8. 12. & in fine*, refert ita iudicatum.

DECISIO.

EX decretò in præcedenti controuersia relato, quo Sacrum Consilium, iunctis Dominis Consiliarijs trium aularum 3. Iulij 1617. concessit terminum Philippo respectu articuli incapacitatis, loco tamen reclamationis, patet fuisse decisum pro Ioanne Baptista, articulum prædictũ fuisse iam determinatum in secunda sententia, sed non in prima, & ideò sibi competijsse reclamationem, quam semel tantùm concedi eodem decreto fuit prouisum respectu causæ principalis, in qua bis Philippus succubuerat.

SVMMARIVM.

1 *Sententia inter duos litigantes negatiuè lata, qua declaretur ius vni ex litigantibus non competere, an censeatur implicitè continere, ius pro altero stare.*

2 *Sententia verba strictè sunt intelligenda.*

3 *Argumentum à contrario sensu, & extensio necessaria non excluditur in sententijs, & laudis.*

4 *Sentẽtia recipit declarationem, & ampliatur ex deductis in processu.*

5 *Sententia continet quicquid ex iuris dispositione, & præsumptione necessariò iudicari debuit.*

6 *Sententia censetur lata correspectiuè ad comprehensa in petitionibus, probationibus, & actis.*

7 *Probationes sunt vehiculũ quoddam, & virgulæ ad ipsius sententiæ declarationem.*

8 *Sententia cõtinet etiam quæ ex expressis inferuntur.*

9 *Sententia inter duos super eadem re contendentes, excludendo vnum, necessariò non includit alterum, nisi ex oppositis, & replicatis colligatur, exclusionem factam esse ad alterius inclusionem,* num. 10. & 11.

12 *Sententia negatiua, exclusiua vnius, fundata super causa, quæ includit, & fouet alterum, censetur lata in beneficium collitigantis.*

13 *Sententia lata super controuersia principali, censetur lata etiam super incidenti; & maximè, vbi est lata sententia in fauorem illius, qui proposuit quæstionem incidentem,* num. 14.

15 *Fideicommissarius, vbi sunt detrahendæ quartæ, tametsi possideat, debet bona hæredi restituere, ad finem deducendi quartas.*

16 *Possessio fideicommissarij censetur vitiosa, vbi hæredi competunt quartarum detractiones.*

17 *Sententia lata contra vnum ex duobus competitoribus, excludens vnum, prodest alteri quoad bona per ipsum possessa.*

18 *Causa sententiæ dignoscitur ex actis.*

19 *Exceptio rei iudicatæ obstat, vbi oppositum, cognitum, siuè discussum, & iudicatum in vno iudicio per viam principalis petitionis, proponatur in alio iudicio inter easdem personas; quinimò etsi fuerit oppositum incidenter in primo, si modò iterum proponatur ad eundem finem,* num. 20. 21. & 22.

23 *Exceptio rei iudicatæ inter easdem personas obstat vbicunq; non variatur modus, neq; finis, secus si variatur finis, vel effectus,* num. 24.

ARGVMENTVM.

Sententia inter duos collitigantes de consequenda eadem re, negatiuè cōcepta ad exclusionem vnius, quando alteri rem adiudicasse censeri possit, plura ad declarationem, & ornarum *l. si inter me, & te 15. ff. de except. rei iudic.* sensus verborum sententiæ, quæ comprehendat, & ipsorum legitima extensione, & declaratione ex actis, & probationibus: & quando sententia lata super principali censeatur lata super incidenti; & oppositum, & decisum incidenter, vel principaliter, quando iterum proponi possit inter easdem personas ad eundem, vel diuersum effectum, vt obstet exceptio rei iudicatæ.

Pro eodem in eadem causa.

CONTROVERSIA XXXV. cum alia decisione.

FVit in prædicta causa post primam sententiam latam 6. Maij 1613. ex-
1 citatum dubium, vtrum lata sententia negatiuè concepta, qua declaretur bona, hæreditatem, vel aliud ius alicui non competere in concursu alterius, qui prætēdebat ad se pertinere; censeatur iudicatum, eadem bona ad alterum collitigantem spectare, vel potius debeat denuò alter non nominatus ius suum deducere, & obtinere, specificè declarari affirmatiuè ad eum bona spectare, citaui ad hoc *text. in l. inter me, & te, 15. de except. rei iudic. l. Pomponius, §. sed & is, verſ. quid enim ſi in hoc, ff. de procur. & l. 1. cum gloſſ. in verb. quoniam, C. de ord. cognit. c. cum dilectus, §. verum, extra eod. tit.* & latè DD. in dictis locis, & simul dixi videndum *conſ. Soc. 56. in fin. ver. ad ſecundum*, post *Aret.* propiùs accedentem *conſ. 155. num. 6.*

2 Et licet verba sententiæ strictè sint intelligenda, ita vt nihil vltra includant, quàm ex eis de necessitate inferatur, ad *Bart. in l. Iulianus, num. 5. ff. de cōdict. indebiti*, cum alijs per *Dec. conſ. 43. in fin. & 607. num. 7.* vndè ad plura, & diuersa infert *Surd. deciſ. 761. num. 6.* nihilominus non excluditur in
4 sententijs, & laudis argumentum à contrario sensu, nec prohibetur extensio ad id, quod ex subiecta materia, & circumstantijs necessariò infertur *Rom. conſ. 115. & 399. Dec. in l. 1. num. 50. ff. de offic. eius*, vbi citat inter alia *text. in dict. l. ſi inter me, & te, Bolognet. ibid. n. 87. Domin. Pirrus Alfanus Salernitanus Magiſter meus n. 156. Euerard. in topica, loco à contrario ſenſu, n. 34.* & quod magis est, sententiā recipere declarationē, & ampliationē ex deductis in actis, docet *Alex. conſ. 81. num. 9. lib. 3. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæſt. 69. num. 15.* sententia enim censetur iudicatum nedum quod ex-
5 pressè in sententia legitur, verū quod ex iuris dispositione, & præsumptione necessariò iudicatū intelligitur, & referenda est vis sententiæ ad casum, qui sumitur ex actis, vt ex *Bart. Felyn. Dec. Crauett. & alijs* probat *Oſaſcb. dec. 63. n. 3. Afflict.* optimè *dec. 157.* vbi ita decisum restatur.

Et quoniam fuit ponderata comparitio Philippi Spinulæ, in qua in specie perijt immissionem, vigore testamenti Cæsaris sui generi, non obstante fideicommisso Baldaxaris senioris, cuius vigore prętendebat Ioānes Baptista substitutus conseruari in possessione, super qua fuit datus terminus, & plenariè cognitum; igitur ex hoc inferri poterat, sententiam la-
6 tam correspectiuè ad comprehensa in petitionibus, probationibus, & actis, latè per *Menoch. de pręſumpt. lib. 6.*
7 *cap. 12. num. 6.* quod probationes sint vehiculum quoddam ad sententiam declarandam, & virgulæ ad ipsius intelligentiam, & quod contineat ne-
8 dum expressa, sed quæ ex expressis in-

inseruntur, latè scripsi supra in controuersia VII. pro Domino Cardinali Petro Aldobrandino ex *num.7.cum seq.* ex quibus inferri potest, quod licet sententia lata per verba negatiua inter duos litigantes, qua declaretur, ius vni ex illis non competere, aut hæreditatem non pertinere, non censeatur iudicatum pro victore, cum non intelligatur pronunciatum de iure aduersarij, sed dumtaxat ad victum rem non spectare; quippè quia
9 possunt hæc simul stare, quod bona nec ad victum, nec ad victorem pertineant, vt notant DD. *in dict. l. si inter me, & te, vbi Zasius*, tamen cum hic Philippus petierit immissionem, vigore testamenti Cæsaris, eiq; fuerit oppositum primò ex parte executorum, & postea pro Ioanne Baptista de fideicommisso in beneficium ipsius, quibus Philippus replicauit, immissionem impediri non posse sub prætextu fideicommissi: siquidem erant prius per eum detrahendæ legitima, & trebellianica, & de his omnibus plenè cognitum, & de viribus fideicommissi allegati per Ioannem Baptistam, & sententia fuerit declaratũ non deberi Philippo legitimam, neq; trebelleianicam, & proinde non esse locũ petitæ immissioni respectu bonorum Baldaxaris, subiectorum fidei-
10 commisso; ex his omninò censetur exclusus Philippus principaliter, & directò, ad finem vt includeretur Ioãnes Baptista, & non ad alium finem, *Bart. in l. Iulianus verum debitorem, num.4.* ibi, *prædicta vera, nisi, ff. de condict. indeb.* cessat enim hoc casu ratio tradita à DD. *in dict. l. si inter me, &*
11 *te*, quod sententia negatiuè concepta excludens vnum, non includit alium; limitatur enim, nisi constet quod causæ allegatæ in processu, ex quibus vnus est exclusus, pernecessè inclu-
12 dunt aduersarium; hoc enim casu sententia negatiua exclusiua vnius, quæ fundatur super causa, quæ includit, & fouet aduersarium, necessariò deter-

minauit pro aduersario collitigante; ad cuius fauorem fuit alius exclusus, vt in puncto aduertit *Salyc. in l. 1. n. 8. C. de ord. iudic.* optimè, & latè ad plura inferens *Magon. decis. Florent. 3. ex num. 19.* & maximè *num. 26. cum seq. Reg. de Ponte cons. 90. num. 7.* vbi citat inter alios *Corn. cons. 62. volum. 4.* itẽ limitatur secundò, & restringitur dicta propositio, quæ colligitur ex *d. l. inter me, & te*, vt non censeatur inclusus al-
13 ter ex collitigantibus, nisi sit iudicatum plenè super quæstione principali, & id, de quo dubitatur an sit iudicatum, & decisum, sit oppositum incidenter; tunc enim eo ipso, quod est iudicatum super principali, censetur etiam super incidenti pronunciatum, etiam si expressè id non contineatur in sẽtẽtia, *tex. expressus in l. 1.* vbi *gloss. bo, quoniam, Bart. Bald. Angel. Salyc. Castr. in princip. & omnes, C. de ordin. iudic. Aret. d. cons. 155. num. 6.* & ma-
14 ximè, quando lata est sententia in fauorem illius, qui mouit, vel proposuit quæstionem incidentem, tunc enim sententia lata super principali, facit præiudicium in incidenti, etiam si de incidenti nulla sit facta mentio, *l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verb. obligat.* vt docet in puncto *Castr. in dict. l. 1. num. 7. in fin. vers. & prædicta quando excipiens, C. de ordin. cognit.* quod propriè contigisse in casu præsenti, patet ex facto supra relato, ex quo iudicatum innotescit super his, adhibita plenissima causæ cognitione, non cõpetere detractiones, & proinde exclusus Philippus ab immissione, ergo censetur pronunciatum, & si non sit dictum super incidenti opposito per Ioannem Baptistam, qui obtinuit, & sic pro fideicommisso, ad ipsius fideicommissarij vocati commodum, cui aliud non fuerat oppositum, nisi detractio quartarũ prætensa per Philip-
15 pũ; quo casu fideicõmissarius tametsi possideat, debet bona hæredi restituere ad effectũ deducendi quartas, iuxtà doctr. *Bal. in l. 1. n. 3. C. quorum le-*

legat. quã communem dicit *Menoch. de adipiscend. remed. 2. num. 110.* cum alijs per *Surd. decis. 333. ex num. 8. in decis. additis post 4. volum. consil.* vitio-
36 sa etenim censetur possessio fideicõmissarij, si proponatur per hæredem deberi ipsi detractiones quartarum trebellianicæ, falcidiæ, vel legitimæ, licet cum aliquo discrimine inter has quartas, de quo per *Præsid. de Franch. decis. 204. num. 16. & 28. cum seq.* cum innumeris à *Peregr. de fideicom. art. 47. ex num. 64. & 65. cum seq.* vndè decisso, non deberi hæredi detractiones quartarum, necessariò fuit confirmata vt iusta, & legitima possessio iam per prius quæsita Ioannis Baptistæ, etiam præuijs decretis Sacri Consilij sub die 23. Decembris 1611. & 21. Ianuarij 1612. fol. 340. à terg. & 345. à terg. ex qua possessione penes Ioãnem Baptistam oriebatur etiam tertia limitatio ad *dict. l. si inter me, & te,* vt non procedat quoad bona possessa ab altero collitigante, in cuius fauorem est pronunciatum; quoad ea
37 etenim prodest sententia, etsi expressè non dicatur, *Castr. in dict. l. si inter me, & te, ante num. 2. vers. si verò iudex.*

38 Et generaliter ex actis colligitur, & cognoscitur, quæ fuerit vera causa absolutionis, vel condemnationis, *gloss.* trita, vt ait *Felyn.* mox citandus in *l. si quis ad exhibendum, ff. de except. rei iudic. & in l. hæ enim causa, ff. de suspect. tutor. & in cap. si confirmationem, in gloss. vlt. de elect. in 6.* ex quibus *Felyn. in cap. aduersario tuo*, post *num. 4. versic. cognoscitur autem, & in cap. significauerunt, n. 7. de except.* ad diuersos casus, & plurimas decisiones ĩfert: nec esse necessariũ, de nouo iudiciũ proponere, & nouam sententiam expectare, vt clariùs id, quod est iam incidenter decisum, decidatur, ex eo manifestè patet, quod cum satis, superque constet, fuisse oppositum de fideicommisso, & replicatum, non obstare, & super his plenissimè cognitũ, & pronunciatum, non mirum, si per
39 viam principalis petitionis in alio iudicio idem proponeretur inter easdẽ personas, ad eundem finem obstaret exceptio rei iudicatæ, iuxtà doctrinã *Bart.* post *Butrigar. in dict. l. 1. num. 4. C. de ordin. iudic. & in Extrauag. ad reprimendum, verb. summariè, & in dict. l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 7. ff. de verbor. oblig.* vbi constantissimè do-
20 cet, quod si iterum proponatur ad eundem finem, & effectum, etiam si fuerit incidenter oppositum, obstet exceptio rei iudicatæ, ergo frustrà alia decisio est expectanda; præsertim cum hic Philippus post oppositum fideicommissum per viam exceptionis ex parte Ioannis Baptistæ proposuerit
21 ipse per viam principalis petitionis, instando declarari, fideicommissum non obstare, & sic casus est extra omnem dubitationem, cum nedum incidenter, sed principaliter deducẽ-
22 do succubuerit, & incidenter ipsum succubuisse sufficeret, ex *Bart. dict.* communiter recepta, vt per *Soc. consil. 264. num. 15. lib. 2.* post *Bald.* quem citat in *l. si autem, §. fin. in fin. ff. de negot. gest.* vbi docent, semper obstare
23 exceptionem, vbi inter easdem personas non variatur modus, neq; finis, & idem *Castr.* ibi *num. 2. & Panorm. cõs. 50. lib. 1. cum alijs* per *Dec. cons. 96. in princip.* nec negant *Ann. allegat. 8. & Dom. de Franch. decis. 289.* dum
24 aliud dicũt, quando variari potest finis, & effectus, & receptiss. esse sentẽtiam, patet ex *Gabriel. de except. conclus. 2.* & per *Magon. dict. decis. 3. ex num. 27.*

Vndè ex prædicto prius decreto domi lato per Consiliarium Lopez die 10. Iunij 1613. fuit iussum, tolli sequestrum ad beneficium Ioannis Baptistæ, fol. 442. & demum per Sacrum Consilium confirmatum sub die 17. Octobris eiusdẽ anni, car. 492. licet deinde ex alijs diuersis causis, quæ nihil tangebant dictam decisionem, dissequestrum fuerit restrictum quoad

quoad fructus tantùm, decreto 20. Decembris fol.501.quovsq; prestiterit cautionem quoad sortem capitalem, ex alio decreto 14. Maij 1614. car.538.

SVMMARIVM.

1 *Nurus inops vidua, licet filij naturalis, est à socero alenda, quod declara.* num.4.& 5.

2 *Reus conuentus quando sit absoluendus ab obseruatione iudicij.*

3 *Parentes, & fratres de iure tenentur filio, seu sorori alimenta præstare.*

6 *Socer non tenetur consentire, nec se obligare pro dotibus nurus, nisi dos, penes se perueniat, & quid si indotatam filius acceperit, inscio, vel contradicente patre,* num.7.

8 *Alimenta sunt præstanda legitimis, & naturalibus secundùm dignitatem natalium, naturalibus verò secundùm necessitatem, & indigentiam.*

9 *In fideicommisso non succeditur grauato, sed fideicommittenti.*

10 *Vidua inops, quæ aliunde non habet, intra annum luctus est alenda, secus post,* & num. 11.

12 *Interdictum de ventre in possessionem mittendo, frustra esset introductum, si vidua indistinctè alimenta deberentur.*

13 *Vidua dum est in viduitate, censetur, in matrimonio permanere, quod declara,* num.14.15.& 16.

17 *Maritus, defunctam vxorem de proprio sepelire non tenetur.*

18 *Statuta in casu vero non sunt extendenda ad casum fictum.*

19 *Matrimonio soluto sine liberis, affinitas quoad omnia cessat.*

20 *Priuilegia coniunctionis intuitu concessa, cessant, affinitate cessante.*

ARGVMENTVM.

Socer an teneatur alere nurum inopem, viduam ex filio naturali tantùm, & admissa opinione affirmatiua, an procedat assumptum intra annum luctus tantùm, vel indistinctè.

Pro eodem in eadem causa

CONTROVERSIA XXXVI.

Sicuti Maria Spinula ex allegatis in promptu excluditur à petitis alimentis occasione litis, pendente iudicio restitutionis dotiũ, ita quoq; sub nullo alio prætextu illa prætendere potest super bonis possessis à Ioanne Baptista Cataneo vigore fideicommissi, si enim vt audio nouiter, allegare
1 te, se tanquam nurum quond. Baldaxaris, & inopem alimenta prætendere, contendens socerum teneri alere nurum inopem, & viduam quandiù in viduitate permanserit, etiam filij naturalis, ex traditis à *Peregr. de iure fisci, tit. 18. num.63. & Lupo de illegit. comment.1. §.2. num. 25. & Petro Caballo,* quem *Lup.* citat; vltra notoriam exceptionem, quod hac via non egit sed tantùm petijt alimenta occasione
2 litis: vnde debet absolui conuentus, saltim à iudicij obseruatione, iuxtà *l.Bebius Marcellus, ff.de pact.dotal.* & tradita à *Panorm.& Felyn.in cap.examinata, de iudic. Boer. decis.42. Flamin. Cartar. decis.59.* vbi *num.3.* latè probat, deficiente actore in probatione, reum esse omninò, & in totum absoluendum, ex *Couarr.& Ioseph. Perus.*& ibi distinguit casus, congerens DD. quando quis sit diffinitiuè, vel à iudicij obseruatione absoluendus, quod vigere etiam in Regno, latè *Afflict.& Vrsill. decis.60.* nec etiam fundauit, se ipsam penitus inopia tentam, quod est

eſt fundamentum ſuę intentionis, & contrarium apparet in promptu, cum
3 habeat parentes, & fratres, qui iure tenentur ei præſtare alimenta, vt ex *Bart. in l. quod in vxorem, in fin. C. de negot. geſtis*, tradit *Aret. conſil. 98. n. 3.* & ſequitur *Rebuff. 1. tom. ad ll. Gallicas, tit. de ſent. prouiſ. art. 3. gloſſ. 1. n. 11.* licet opinio *Lupi* in caſu, in quo ipſe loquitur, vt nurus ſit alenda à ſocero, & parentibus viri, & ſic vt patet, lo-
4 quitur viuente viro, ſocero, vel alio ex parentibus viri, quibus à iure iniūgitur neceſſitas alendi deſcendentes, vt expreſsè loquitur I. C. *in l. ſi filius, 20. §. ſi filiusfamilias, verſic. nec ſolum, ff. famil. erciſ.* vt *Lupus*, & omnes ab eo citati loquūtur, & licet hęc opinio nō tranſeat ſine difficultate quoad nurum filij naturalis, vel aliàs illegitimi, vt ferè DD. omnes per ipſum citati, vt ſūnt *Iaſ. Crotus, Ripa, Berous, Natta, Viuius, Ruyn. Dec. Couarr. Padilla*, & alij, quos omnes ipſe mutuauit à *Surdo de aliment. tit. 1. quæſt. 38. num. 1. & ſeq.* iſti nullo modo loquuntur in nu-
5 ru filij naturalis, quinimmò *Surd.* nec id indiſtinctè admittit, ſed cum onus videatur præcipuè deduci ex dote, quæ ſolet peruenire penes ſocerum,
6 qui aliter non tenetur conſentire, nec ſe obligare, iuxtà notata *in vulgat. §. tranſgrediamur, l. ſi cum dotem, ff. ſolut. matr.* dubitat *Surd. num. 13.* vtrum
7 ad hoc teneatur ſocer., cū filius vxorem duxit indotatam, ipſo patre contradicente, vel inſcio, quod conſtat idem eſſe, & quamuis concludat affirmatiuè, refert tamen *Soc.* & alios firmare, ad id patrem neq; teneri, & ipſemet *Lupus dict. num. 25. verſic. & licet iura*, agnoſcit iura, & DD. omnes per eum citatos, loqui in nuru filij legitimi, & naturalis, & ſic ſolus *Peregrin. de iure fiſci lib. 3. tit. 18. num. 63.* agnoſcens quoque expreſsè *text.* & DD. loqui in nuru filij legitimi, tanquam nouum, ſuo marte id extendit ad nurum filij naturalis, nec *Peregrin.* citat pro ſua opinione *Couarr.* ſiquidem *Couarr. de ſponſ. 2. part. cap. 8. §. 6. verſic. tertiò ſubinfertur*, debet intelligi ſecundùm doctrinam *Croti*, quam ſolùm citat, qui expreſsè loquitur in nuru filij legitimi, pro vt ad hoc eum citant *Lupus met, Peregr. & Paleot. de notis, & ſpur. cap. 47. in fin.* non firmat, ſed relinquit ſub dubio, dum ſubdit, *niſi fortè dubium faciat, quod Canon. tantùm res neceſſarias eſſe præſtandas ſtatuerit, non autem alimenta*, ex quo videtur innuere, vt non ita largè ſit accipienda alimentorum erogatio in naturali, ſicut in legitimo, vt conſtat
8 ex eo, quod ijs alimenta nō ſint præſtanda ſecundùm dignitatem natalium, ſed iuxtà præciſam neceſſitatē, & indigentiam ſecundùm relatos à *Surd. de aliment. tit. 4. quæſt. 18. n. 49.* ſit tamen vera opinio *Peregr.* quam refert *Lupus*, vt non minus ſit alenda nurus filij naturalis, vel ſpurij, quàm filij legitimi, & naturalis, id ad caſum noſtrum adaptari non poterit; quam opinionem vti magis receptam, & veriorem defendit *Colerus de aliment. lib. 2. cap. 2. num. 5.* ſiquidem *Lupus* loquitur in ſocero, & ſic patre, vel auo viri viuente, & quamuis *num. 27.* extendat etiam ad hæredes viri, vel ad poſſeſſores bonorum viri, ex *l. ſi quis à libertis, §. idem reſcripſit, ff. de liber. agnoſc.* cum hic non viuat pater viri, nec Ioannes Baptiſta ſit hæres, nec
9 poſſideat bona viri, ſiquidem in fideicommiſſis conſtat, non ſuccedi grauato, ſed fideicommittenti, ex vulg. *l. cohæredi §. cum filiæ, ff. de vulgar. & pupill.* ſequitur, vt doctrina *Lupi* nobis non officiat.

Sed vt omnis abijciatur ſcrupulus, cum abſolutum ſit, viduam vxorem filij naturalis, non poſſe plus prætendere circa alimenta, quàm vxorem filij legitimi, rogo conſideretur, DD. in hoc articulo in vxore filij legitimi, & naturalis conſtituiſſe duos caſus; primū intra annum luctus, & hoc ca-
10 ſu concedunt, viduam inopem, cui aliundè nullo modo alimenta ſuppetunt

ſunt, eſſe alẽdã ab hæredibus viri, ex *glo. in l. vnica*, §. *exactio*, *C. de rei vxor. act.* ex trad. *in l. diuortio, ff. ſol. matr. & Canon. in c. ſalubriter, de vſur.* quã opinionem in practica ſeruari, teſtis eſt *Theſſaur. deciſ.* 43. *in princip.* & ita in terminis loquitur *Vrſill. ad Afflict. deciſ.* 284. *num.* 7. & procedunt latè tradita per *Surd. de aliment. tit.* 1. *q.* 44. *& Colerum lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 4. pro vt expreſsè declarat *Barboſ. in* 1. *part. lib.* 2. *num.* 21. *verſic. & hac de prima*, ſecundus eſt poſt annũ luctus, & hoc

11 caſu regula negatiua eſt conſtituenda, viduis alimenta, etiam ab hæredibus mariti non deberi, vt ex *gloſſ. in l. vnica*, §. *exactio*, *verb. reſtituendis*, vbi *Salyc. num.* 31. *C. de rei vxor. action.* ſi enim viduæ deberentur indiſtinctè

12 alimenta ab hæredibus viri, fruſtra effet introductum interdictum de ventre in poſſeſſionem mittendo, *Alex. in l. diuortio* 8. *in princip. ff. ſolut. matrim.* & ita regulam hanc negatiuam conſtituit in ſpecie *Colerus de aliment. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 1. & licet *Ricchard. Malumb. in l. fin. C. de bonis matern.* argumento illius *text.* qui vi-

13 detur innuere, viduam, dum eſt in viduitate, videri in eodem matrimonio permanere, ſtatuerit abſolutè, hæredes viri teneri alere viduam, dum in viduitate manet, quod ſaltim aliqui admiſerunt in vidua omninò, & penitus inope, contrarium tamen etiam

14 in vidua inope firmare *Roman. Paul. Cuman. Fulgoſ. Aret. Alex. Soc. Corn.* & alios, recenſet *Hiſp. Corduba in l. ſi quis à liberis*, §. *ſi quis ex ijs*, *à num.* 142. & præſertim *num.* 149. *ff. de liber. agnoſc.* vbi tam doctè, & eleganter hanc opinionem, quam communem quoq; profitetur, defendit, vt nihil addi poſſit, eandemq; opinionem poſt *Florian. Arrium Pinellum Knichen*, qui illam inter communes, & receptas DD. ſententias adſcripſit, probat, dicens vſu forenſi receptam, *Theſſaur. deciſ.* 44. *num.* 2. *&* 3. vbi *Theſſaur. iun. eius filius in addit.* genitorem ſequitur, carpens *Surd.* dum *lib.* 1. *quæſt.* 45. *num.* 27. contrariam opinionẽ *Ricchard*. veriſſimam dixerit, nulla ratione, aut lege ſubnixus, & vt receptam quoq; ſequitur hanc negatiuam ſententiam *Dom. meus Capyc. deciſ.* 65. *in fin.* vt eum ad hoc in ſpecie citat, & latiſſimè comprobat *Doctiſſimus Barboſ.* 1. *part. lib.* 2. *num.* 36. *verſic. ſed his non obſtantibus*, *ff. ſolut.*

15 *matr.* vbi *num.* 37. declarat procedere dictam deciſionem, vel vbi nulla, aut parua fuit dos data ab initio, vel ex poſt facto fuit amiſſa, vel diminuta, vt ex illius fructibus mulier minimè ſe poſſit alere, *Hyppol. Rimin. conſ.* 451. *num.* 63. *lib.* 4. & nouiſſimè optimè *Colerus dict. lib.* 1. *de aliment. cap.* 9. *n.* 2. & iterum latiùs *num.* 41. dicens, opinionem *Ricchar.* omni probabili iuris fundamẽto deſtitutam, ac propterea vſum forenſem eam non obſeruare; ſiquidem, quod vidua quandiù alteri nubat, in priori matrimonio ex iuris fictione durare videatur, *l. fœmina*, 8. *ff. de Senat. l. filij*, §. *uidua*, *ff. ad municip.*

16 quod procedit quoad dignitatem, & domicilium, non verò quoad pecuniarum commodum contra mariti hæredes, vt latiùs ſequitur *Colerus d. cap.* 9. *num.* 2. nec etiã procedit quoad onera matrimonij, quæ mortuo viro ceſſant, vt rectè conſiderauit *Bald. in l. quod in vxorem*, *num.* 1. *C. de negot. geſtis*, ſequitur *Corn.* ibi *num.* 2. onus enim matrimonij in alenda vxore, & familia conſiſtit, *l. dotis fructus*, *ff. de iure dot.* quod ſoluto matrimonio per mortem alterius ex coniugibus, ceſſa-

17 re ex eo patet, quod maritus defunctã vxorẽ, de ſuo ſepelire non teneatur, *l. ſi pro rata*, *ff. de religioſ. & ſumpt.*

18 *funer.* nec ſtatuta in caſu vero, vbi verè durat matrimonium, ſunt extendẽda ad caſum fictum ad onus hæredũ, vt plenè tradit *Lara in dict.* §. *ſi quis ex ijs*, *num.* 153. & maximè ſi verum eſt, quod durare cenſeatur matrimonium dumtaxat in primo anno, non in cæteris, vt fatetur *Surd. in dict. tit.* 1. *quæſt.*

quæſt.44. poſt *num*. 11. *verſ. vbi dicit*; quæ negatiua opinio contra *Ricchardum* vt veriſſima, & communis eſt in vxore vidua filij legitimi, & naturalis, de qua prædicti DD. loquuti ſunt; ita quoq; indubitata erit in vxore filij naturalis, & præſertim diſſoluto matrimonio per mortem filij ſine liberis quos nunquam peperit iſta domina, vt quæ paruo tempore fuit in matri-
19 monio; ſiquidem conſtat, dirempto matrimonio ſine liberis, affinitatem quoad omnia ceſſare, & extingui, niſi quoad matrimonium impediendum, *gloſſ. in cap. infames, verſic. quæ quondã*, 3. *quæſt*. 7. vt eſt *text. in l*. 3. ibi, *affinitates non eas accipere debemus, quæ quondam fuerunt, ſed præſentes, ff. de poſtul.* quam receptam eſſe tradit, & aſſerit *Alex. conſil*. 267. *n*. 28. *lib*. 6. *Blancus de comprom. quæſt*. 3. *num*. 25. *verſic. ad ſe-*
20 *cundum*, & proinde priuilegia quoq; coniunctionis intuitu conceſſa, ceſſare, affinitate ceſſante, teſtis eſt *Tiraquell. de ceſſante cauſa, part*. 1. *num*. 37.

Quę ſcripſiſſe ſufficiat ex tempore, vt meritiſſimo clienti ſatisfacerē; qui me nimium coegit, vt celeriter ſcriberem, quæ ſentirem; antequam nemo ex DD. Collegis calamum apprehenderit, quod credo ipſos magis plenè, & fęliciter pro eorum doctrina facturos.

DECISIO.

Die Mercurij 10. Decembris 1614. fuit deciſum iunctis aulis, procedatur ad expeditionem cauſæ abſque alia præſtatione alimentorum; verùm pro expenſis litis ſoluantur ducati ducenti: Fabritius Romanus actorum Magiſter.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta filio naturali, vel ſpurio an ſint reſtringẽda ad naturalē indigentiam, vel etiam ad decentiam, & parentum dignitatem amplianda*.

2 *Alimenta nõ debẽtur filijs illegitimis, niſi iuxtà neceſſariam indigentiam*, ex Iacob. de Aren. Bald. & alijs *de communi, & receptiſſima ſententia, nec contradicunt* Canoniſtę, num. 5.

3 Cap. cum haberet, de eo, qui duxit in matr. quam poll. per adult. *verus ſenſus*.

4 *Doctoris dictum debet intelligi ſecundùm legem, quam allegat*.

6 *Filij naturales, & ſpurij æquiparantur in materia iſta alimentorum, & ratio vera redditur* num. 11. & 13.

7 *Doctores in decernẽdis alimentis iuxtà indigentiam, non diſtinguunt inter naturales, & ſpurios, quinimmò exęquantur ex communi ſententia* n. 12.

8 Peregrin. Surd. & alij *confundunt naturales, & ſpurios in materia alimentorum*.

9 *Alimenta ſpurijs ius ciuile denegauit, ſed de æquitate canonica debentur*.

10 *Ius naturale non nouit differentiam inter filios legitimos, & illegitimos*.

14 *Lex correctoria reſtringenda*.

15 *Senatus Mantuanus plures determinauit, filium naturalem, tametſi nobilem, artem aliquam honeſtam addiſcere, vt minus oneris ſit filijs legitimis, vel hæredibus teſtatoris*.

16 *Deciſionibus Senatus adhærendum, & quare* num. 19.

17 *Sententiæ Sacri noſtri Conſilij ex* Afflict. & alijs *faciunt ius in Regno*.

18 *Rex noſter Inuictiſſimus habet iura Imperij, & dicitur Monarcha in Regno*.

20 *Sententiæ Senatus habent paratam executionem, nec retardatur per reclamationem*.

ARGVMENTVM.

Alimenta tam filijs ſpurijs, quàm etiam naturalibus pręſtanda, non ſecundùm natalium opulentiam, ſed ad præſcriptam iure naturali, & canonico formulam naturalis indigentiæ: non autem tribuenda, quæ cæteris ſolent honoris cauſa erogari; & de multiplici ratione: & afferuntur deciſiones Mantuani Senatus, cogentes naturales artem addiſcere, & de authoritate deciſionum Senatus.

Pro hęredibus q. D. Cęſaris Sanſeuerini.

CONTROVERSIA XXXVII.

1 Vlgaris eſt quæſtio, an alimenta filio naturali, vel ſpurio debita ſint reſtringenda ad naturalem filij educationem, eiuſq; alimoniam neceſſariam; ita quod nulla dignitatis perſonæ ſit habenda ratio, vel etiam ad decentiam quoq; iuxtà patris naturalis natales, diuitias, honores, & facultatum amplitudinem; in qua licet diuerſæ ſint Doctores ſententiæ, & pro ſecunda opinione ponderetur *text. in vulg. c. cum haberet, de eo, qui dux. in matr. quam poll. per adult.* ibi, *ſecundum quod ei ſuppetunt facultates*, & pro ea ſecundùm aliquos ſentire videntur *Hoſtienſ. Ioan. Andr. Butr. Abb. Anch. Collect. & Præpoſ.* quos ita intelligens ſequitur *Gabriel de alimẽt. quæſt. 1. num. 25. verſic. contrarium ſumitur, Corſetus, Couarr. & Ludou. Mol.* citati per *Cordub. in l. ſi quis à liberis, §. idem reſcripſit, num. 52. ff. de liber. agnoſc. Bonacoſ. & Pariſ.* quos ſequitur *Surd. de aliment. tit. 4. quæſt. 18. n. 51. verſic. ſed etiam ſpurijs*, qui licet citet *Peregr.* etiam pro hac opinione, tamẽ rectè intuenti *Peregr.* tenet contrarium, vt infra patebit.

2 Verùm contraria prima opinio negatiua, vt non debeantur, niſi iuxtà naturalem indigentiam, placuit expreſsè *Bald* poſt *Iacob. de Aren.* quos ſequtur *Angel. Caſſan. Franciſc. de Curt. iun. Cranett. Lancell. Galiaul. Benint. deciſ. Bonon. Corduba*, qui optimè diſputat, & reſoluit argumenta, *Couarr. Paleot. Cuccus de legit.* relati per *Surd. dict. loc. num. 50 & 51. Peregr.* qui *in tract. de iure fiſci, num. 72. verſic. contra tamen*, non ſequitur ex toto *Couarr.* ſed in eo tantùm, dum dicit, in hac re iudicis arbitrium plurimum poſſe, & ſubdit hæc verba, *ita tamen vt iudex parum diſcedat à priori ſententia*, quæ eſt hæc negatiua, quam primo loco retulerat *num. 72.* & ſic in effectu iſtã opinionem amplectitur, quam à DD. communiter eſſe receptam, vltra *Caſſan.* atteſtantur *Iacob. de Puteo inter conſil. Calcan. Franciſc. Burſat. Ioſeph Ludou. & alij*, quorum opinionem latè referr, & comprobat viuis rationibus *Martin. Colerus de aliment. lib. 2. cap. 2. num. 5. & 6.* nec *Abb. & Canoniſtæ* ſupra citati *in c. cũ haberet, de eo, qui duxit in matr. quam poll. per adult.* aliter tenent opinionẽ *Couarr.* pro vt eos minus fideliter citat *Gabriel dict. concluſ. 1. de aliment.* ſiquidem quamuis *Panorm. num. 5.* cum *gloſſ. in verb. ſecundum facultates, & alijs Canoniſtis* adnotet ex eo *text.* q͞d alimenta filijs ſpurijs ſint præſtanda ſecundùm facultates parentum, quæ ſunt verba

3 propria ipſius *text.* & nihil aliud indicant, niſi vt vterq; parentũ alimenta præſtare teneatur ſecundũ facultates cuiuſq;, vt plus ditior plus conferat, atq; hac de cauſa quantæ ſint cuiuſq; facultates, conſideramus; non autem, vt lautè, volupruosèq; alatur naturalis, vel ſpurius, cui tantùm neceſſaria præſtanda ſunt, vt apertè indicant verba illa *tex. neceſſaria ſubminiſtrent*, vt doctiſſimè proſequitur *Corduba in dict. §. idem reſcripſit, num. 54.* & pro-

propterea dicta *Canoniſtarum in dict.*
4 *cap. cum haberet*, ſunt intelligenda ſecundùm *text.* nedum quem allegant, ſed quem interpretantur, & ſuper quo ſcribunt, argumento *text. in l. non ſolum*, *§. liberationis*, *ff. de liberat. legat.* cum aliijs per *Surd. deciſ.* 59. *num.* 7. & hoc credo voluiſſe *Peregr.* qui forte hac conſideratione motus, allegat
5 expreſsè *Panorm. & Canoniſtas* pro hac opinione negatiua *dict. num.* 72. pro vt ante eum ſimpliciter DD. omnes *in dict. cap. cum haberet*, citat pro iſta ſententia *dict. Benint. dec.* 22. *n.* 7. & 8. vel aliter intelligi poſſunt dicta *Canoniſtarum*, prout aliter quoq; multifariàm pro huius opinionis tutela intelligit *dict. text. Colerus dict. cap.* 2. *num.* 6. ad quem me remitto: nec DD.
6 in hac materia aliquid diſtinguunt inter naturalem, & ſpurium; & licet aliqui in conſilijs iuxtà facti contingentiam de ſpurijs loqui videantur, vt *Crauett. & alij*, attamen magis communiter in eadem tractatione pariter naturales includunt, quod ex eo pa-
7 tet, quod nemo ex ſcribentibus, quos hactenus accuratè videre potui, format ſuper hoc puncto particularem quæſtionem in naturali, quod feciſſent, ſi diuerſa deciſio inter vnum, & alium caſum ex diuerſa ratione oriri poſſet: & quod hoc ſit verum, id pa-
8 tet ex *Peregrin.* qui vt probaret hanc opinionem in ſpurio, affert rationem de filio naturali, *dict. num.* 72. *verſic. confirmatur*, quod naturales ius paſcere iuſſit, *auth. licet, C. de natur. liber.* paſcere verò, naturalem indigētiam pręſe ferre videtur, *cap paſce*, 86. *diſt.* & ſic habemus particularem deciſionem, etiam in naturali, & confirmatur ex verbis *Surd. tit.* 1. *quæſt.* 115. *num.* 2. *verſ. nam ſpurio*, qui in hac tractatione alimentorum cōfundit ſpuriū, ſeu naturalem, & idem repetit *tit.* 7. *q.* 11. *num.* 5. dum vt probaret, quod filio naturali debentur alimenta ex æquitate, pietatis, atq; miſerationis intuitu, non autem de rigore iuris, citat *text. in dict. cap. cum haberet*, qui de ſpurio loquitur, & magis expreſsè in materia alimentorum nullam eſſe differentiam inter filium ſpurium, & naturalem, probat idem *Surd. ex Dec.* quem citat *tit.* 7. *quæſt.* 9. *num.* 2. *in princip.* vbi *num.* 5. *ex Lupo, Palcot. & Tiraquell.* probat, æqualem eſſe omnem filiorum conditionem, dum agitur de alimentis.

Et ſi deficerent authoritates, hoc
9 probaretur viua ratione; nam lex ciuilis conceſſit alimenta filio naturali tātùm, *auth. licet, C. de natur. liber.* & quāuis *gloſſ. in l. vxorem*, *§. pater naturalis*, *ff. de legat.* 2. voluerit, ea etiam ipſis naturalibus denegari; attamen intelligi debet vel de iure ciuili antiquo, vel quando filius eſt diues, vt declarant DD. congeſti per *Surd. tit.* 1. *q.* 7. & 8. filijs autem ſpurijs omninò alimenta denegauit, *auth. ex complexu*, *C. de inceſtis nupt.* cum concordantibus per *Surd. tit.* 1. *quæſt.* 10. *in princip.* volens vitium patris punire in filio, qui magis punitur in filio, quàm in ſe ipſo, *l. iſti quidem*, *ff. quod metus cauſa*, ſuperuenit ius canonicum, quod conſiderans, alimenta filijs deberi natu-
10 rali iure, quod ius non cognouit differentiam inter legitimos, & illegitimos, *auth. quib. mod. natur. effic. legit. col.* 2. *verſic. liceat igitur*, & proinde ius ciuile non potuiſſe ſine cauſa ſpurios illis priuare, quia ius naturale eſt immutabile, ideò quoad alimenta
11 æquiparauit ſpuriū naturali, ne filius ſine aliqua culpa, fame periret; abbominatur enim natura, vt quis filiū à ſe procreatū necet, alimēta denegādo, *vulg. l. ſi quis à liber. ff. de lib. agnoſc.* vndè cū hęc ratio ſit reſtricta ad vitæ indigentiam in vtroq; ex ęquiparatis, quia limitata cauſa limitatum producit effectum, argumento *l. in agris*, *ff. de acquir. rer. dom. cum vulg.* proinde diſpoſitum in vno ex æquiparatis, cēſetur neceſſariò diſpoſitum in altero; quamuis in vno ſit maior ratio, quàm in alio, argumento *l.* 1. *ff. de alea lu ſu*,

& alat, quæ omnia confirmat optimè, & plenè *Francisc. Bursat. cōs. 62. ex num. 19. lib. 1.* vbi *ex Panorm. Calcaneo, Iacob. Puteo, Cassaneo, Palat. Ruu,* aliàs *Lupo, Duena, Ascan. Clem. Curt. iun. Benintendo, & alijs* optimè probat
12 indistinctè in spurijs, & naturalibus, vt in specie docet *num. 21.* non secundùm natalium opulentiam, sed ad præscriptam de iure naturali, & canonico formulam, esse alimenta tribuēda, & satis esse ad coercendum vitiū
13 paternum, ipsi filio naturali, vxori, & liberis necessaria ad victum propriū tantùm alimenta, quæ dantur miserationis causa, præstare, non item quæ in cæteras personas solent honoris causa
14 erogari; eo quia lex correctoria restringi debet, quàm fieri potest, *num. 22.* & aliàs refert, Senatum Man-
15 tuanum determinasse, naturalē quēdam, etsi nobili, & antiquissima familia, artem vnam addiscere debere, vt honesta arte puta mercatoria, vel alio artificio, operauè eruditus, minoris esset operis hæredibus testatoris, qui interim cogerentur erogare eidem alimēta per duos annos, vt artem addisceret, qua sibi pararet, quæ ad victum naturalem suppeditarent, vt per *Bursat.* post *n. 24. vers. quodq; num. 25. ante fin.* quod sæpè decidisse testatur
16 Senatum, à cuius decisionibus non esse recedendum, cum Principem repræsentet, prętendens æquiparari his,
17 quæ de sententijs nostri Sacri Consilij, vt faciat ius in Regno, tradit *Afflict. decis. 20. in fin.* loquens de sententijs, quæ ab hoc tribunali sub nomine
18 Regis nostri habentis iura imperij, & qui Monarcha dicitur in Regno, & per eundem *dec. 96. in fin.* & proinde
19 paratam habent executionem, non obstante reclamatione, tradit idem *Afflict. decis. 231.* vbi latè *Vrsill. & Afflict. decis. 341. in princip.* & de authoritate decisionum Senatus, latè *Gama decis. 228. & Afflict.* in istis decisionibus, latè *Pinell. in 1. part. lib. 1. cap. 4. num. 13. C. de rescind. vendit.*

Et hoc præsertim procedit in casu nostro, vbi in puncto præsupponitur, hunc filium habere vnde se alat; quo casu etiam in filio simpliciter naturali communis est ferè omnium opinio, non deberi alimenta, ad tradita *in l. si quis à liberis, §. sed si filius. ff. de liber. agnosc.* cum concordātibus per *Surd. tit. 7. quæst. 9. num. 5. versic. quod igitur,* vbi fortiùs probat, quod cum filius naturalis potest ex aliqua arte, vel exercitio honesto vitam ducere, pater nedum non tenetur, sed nec potest aliquid eidem relinquere, quod latè defendit ab impugnatione *Granett. n. 11.* & nouissimè non esset fortè ponere os in cœlum, si diceremus, hunc filium non esse naturalē, sed potius spurium, cum non de facili probare possit in suis natalibus, seruata tot, & tanta requisita, quæ necessaria sunt, vt quis dicatur verè naturalis, & sic cum ad eum spectet hoc onus, vti actorē, interim iudicabitur spurius, ad latè tradita per eundem *Surd. titul. 1. quæst. 9. num. 10. ad fin.*

SVMMARIVM.

1 *Periculum nominis debitoris an spectet ad creditorem posteriorem, qui elegit fieri emptionem ad euitandam præstationem fideiussionis.*
2 *Solemnitas intrinseca quæ dicatur.*
3 *Solemnitas intrinseca est, qua ipso actu posito, vel concesso, necessariò supponitur.*
4 *Fideiussione posita, necessariò stipulationem, stipulatione concessa, necessariò interrogationem præcessisse fatemur.*
5 *Verba sunt accipienda in potiori significatu, vt actus reddatur firmior.*
6 *Solemnitas intrinseca est, quæ actum ipsum comitatur.*
7 *Solemnitas extrinseca quæ dicatur.*
8 *Iudex decernendo, quod liberetur pecunia venditori annuorum introituum cum quo pro partium cautela facta est emptio, censetur omninò approbatio-*

tionem contractus.

9 *Conceſſo ſubſequenti, cenſentur conceſſa omnia præcedentia, ſine quibus ad illud perueniri non poterat.*

10 *Solennitas intrinſeca præſumitur etiã in actu de recenti.*

11 *Solennitas extrinſeca præſumitur ex lapſu temporis.*

12 *Aſſenſus domini in alienatione emphiteuſis; conſenſus capituli in alienatione rerum Eccleſiæ; conſenſus proximiorum requiſitus à ſtatuto, & generaliter, quæuis ſolennitas præſumitur ex lapſu temporis, etiam vbi agitur de graui præiudicio, & in damnum tertij,* num. 13.

14 *Authoritas iudicis præſumitur ex tempore, & ſcientia Prætoris præſentis,* num. 17.

15 *Solennitas extrinſeca non præſumitur, cum producuntur acta iudicis, ex quibus apparet, illam non adhibitam declaratur* num. 16.

18 *Verba enunciatiua, ſiuè aſſertiua non probant, etiam in antiquis, niſi reperiantur in pluribus inſtrumentis, fallit, vbi adſint aliæ præſumptiones,* num. 19. 28. & 29.

20 *Media præſumuntur, probatis extremis.*

21 *Beneficium vbi vacauit, probata inſtitutione, inſurgit probatio præſentationis præambula.*

22 *Breuitas temporis facit præſumi verſionem ad validandum contractum.*

23 *Obſeruantia ſubſequuta magna vis ad dirimendam ambiguitatem, etiam ſi non concurrat lapſus longi temporis,* num. 24.

25 *Traditio præſumitur facta ex præcedenti, & poſſeſſio ex titulo præambulo.*

26 *Emptio præſumitur facta in exequutionem præcedentis decreti.*

27 *Solutio ex præcedenti cauſa.*

30 *Creditor, cui liberata eſt pecunia cum cautione, quando teneatur illam reſtituere creditori anteriori ſuperuenienti,* & num. 32.

31 *Cautio facit extare pecuniam.*

33 *Debitor generis non liberatur propter caſum.*

34 *Emptione cenſus ſubrogata per iudicem loco cautionis praſtandæ per creditorem, cui pecunia liberatur, perempta abſq; culpa creditoris, liberatur ab onere reſtituendi creditori anteriori.*

35 *Culpa in dubio non præſumitur.*

36 *Iactare ſuum nemo præſumitur.*

37 *Creditor, cui liberatur pecunia in concurſu, debitore decocto, de rigore non tenetur cauere, ſed ſolùm promittere ſe anteriorem, & potiorem,* num. 38. *licet aliud ſeruetur in praxi ex æquitate,* num. 39.

40 *Subrogatum interdum non in omnibus ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*

41 *Debitor ex cauſa oneris perſonalis non liberatur cedendo rem, ſecus ſi onus habeat originem principaliter ab ipſa re, & de ratione diuerſitatis,* num. 42

ARGVMENTVM.

Solennitas intrinſeca præſumitur etiam in actu de recenti, ſecus in extrinſeca, quæ non niſi ex tempotis diututnitate: de aſſenſu, conſenſu, & authoritate præſumendis: de obſeruantia ſubſequuta, & actibus, qui cenſentur ſubſequuti ex præãbulo titulo. Creditor poſterior, cui liberatur pecunia, vtrũ teneatur cauere, & quando cogi poſſit pecuniam reſtituere creditori anteriori ſuperuenienti, & quando per caſum ſuperuenientem liberetur ab onere perſonali, vel reali.

Pro Monaſterio Monialium S. Mariæ D. Romitæ.

CONTROVERSIA XXXVIII.

EX duobus prætendit Monaſterium Diui Laurentij ex prætenſo credito anteriorum illorum de Faleſio, cogere Monaſterium Donnæ Romiræ ad reſtituendum de proprio ducatos ducentos olim ſibi liberari præceptos, & conuerſos in emptionem cum Fabio Bucino, ſtante illius decoctione; primo ſub prætextu, quod non cõſtet, emptionem annuorum introituũ cum dicto Bucino fuiſſe factam, conſulto ſaltim cauſæ Commiſſario, ſeruata forma decreti, quod ſpecialiter conſtare debet: ſecundò, etſi id appa-
1 reret, prætendit, periculum nominis debitoris, ſiuè emptionis prædictæ ſpectauiſſe ad creditorem poſteriorem, ad cuius inſtãtiam fuit facta emptio, & proinde omnimodo ipſum teneri ad reſtituendam pecuniam in genere: ſed in vtroq; apertiſſimè contrarium de iure fundabitur, vt omninò abſoluendum ſit Monaſterium ſacrarum Virginum, ſiuè concedendam eſſe petitam reſtitutionem aduersùs decretum.

Et quoad primum præmitto, illam
2 de iure cenſeri ſolennitatem intrinſecam, quæ ſine prolatorum verborũ natura non poteſt verificari, vel illam, quam natura verborum prolatorum comprehendit, vel eſt apta comprehendere, ſecundùm *gloſſ. Dyn. & Bart.* vel ſecundùm *Alber.* eſt quid facto, adhærens; vndè poſito facto, ponitur ſolennitas, omnes *in l. ſciendum, ff. de verbor. oblig.* vel ſolennitas intrinſeca ineſt actui, illumq; concomitatur legis diſpoſitione ex natura verborũ abſq; aliquo facto hominis; cũ enim
3 actus ponitur, ſolennitas ipſa ſignificatur, ſicuti cum dicimus, aliquem fi-
4 deiuſſiſſe, ſtatim affirmamus, ſtipulationis ſolennitatem ineſſe, *l. blanditus, C. de fideiuſſ.* & ſicuti de ſtipulatione fit mentio, ſimulatq; interrogatione præceſſiſſe dicimus, *l. 5. §. ſtipulatio ff. de verb oblig.* vt hæc, & alia tradit *Menoch. de præſumpt. cap. 132. lib. 3. in*
5 *princip.* idq; totum in potentiori ſignificatu, vt aduertit *Iaſ. in dict. l. ſciendũ, num. 11.* adhoc vt actus ſit firmior, *l. 3. ff. de teſtament. milit.* vndè cum in caſu noſtro conſtet, pecuniam fuiſſe liberatam Fabio Bucino, ſtante venditione annuorum introituum, quod impoſſibile fieri potuiſſet abſq; iuſſu Sacri Conſilij, vel cauſæ commiſſarij; tum quia erat depoſita in banco liberanda ordine Sacri Conſilij vrgẽtibus creditoribus, tum quia emptio erat facienda, conſulto cauſæ commiſſario: ſtatim igitur atq; conſtat, pecuniam fuiſſe liberatam, vt effectus acta probauit, in ipſomet liberationis actu includitur iuſſus, & conſenſus iudicis, ſine quo non poterat pe-
6 cunia liberari, & ſic eſt ſolennitas intrinſeca, quæ ipſum actum comita-
7 tur; & dignoſcitur ex notitia ſolennitatis extrinſecæ, quę eſt extra actum ipſum, & actus ipſe ſine illa in ſe ſtare poteſt, tametſi lex actũ ipſum, vt minus ſolennem, non approbet, *l. quacunq; §. vlt. ff. de public.* cuiuſmodi non
8 eſt ipſa liberatio pecuniæ facta extraneo venditori introituum, quæ neceſſariò includit approbationem ipſius emptionis, tanquam neceſſarium præambulum, ſine quo actus explicari non poterat, *l. fin. in fin. ff. de offic. eius, l. 3. in fin.* iũcta *l. veteres,* vbi *Bart. & DD. ff. de itin. actuq. priuat.* ũdè qui
9 aliquid affirmat, concedere videtur omnia præcedentia, ſine quibus actus non conſiſtit, *cap. cum ſuper,* vbi *Bald. & Imol. de confeſſ.* cum alijs multis, quæ ad propoſitum de conceſſione antecedentis ad conceſſionem ſubſequẽtis, & è conuerſo, tradit latè plutibus exornãs, *Euerard. in centur. legali, loco à conceſſ. antec. ad conceſſ. conſeq.* vbi conceſſo fine, debent præſupponi omnia ea, per quæ deuenitur ad finẽ, *cap. cum infirmitas, de pœnit. & remiſſ.*
10 ſi igitur eſt ſolennitas intrinſeca, nego-

gotium eſt in tuto; ſiquidè apud omnes eſt in confeſſo, illam præſumi omninò adhibitam, etiam in actu recenti, vt firmant DD. congeſti à *Menoch.*
11 *dict.cap.*132.*num.*4.& ſi eſſet extrinſeca, vt verè non eſt, adhuc ex diuturnitate temporis interueniſſe præſumitur, cum iam nedum effluxerint anni triginta, ſed quadragintaquatuor ab anno 1589. *l.ſi filius, C. de petit.hæred.* cum concordantibus à *Gabriel. de præſumpt.concluſ.*1.*num.*1. vbi probat ex lapſu longi temporis præſumi aſ-
12 ſenſum directi domini in alienatione rei emphiteuticæ; conſenſũ capituli in alienatione rerum Eccleſiæ, conſenſũ proximiorum requiſitum à ſtatuto, & generaliter omnes ſolemnitates neceſſarias, vt ex innumeris tradit *Surd.conſ.*28.*n.*15.*lib.*1. vbi am-
13 pliat, & cum agitur de graui præiudicio, & in damnum tertij, vbi lapſum eſt tempus triginta annorum, ſecus vbi minoris temporis ſpatium interuenit, ita concilians contrarias opiniones ex mente ferè omnium, *n.*98. *in fin. verſic. & quamuis prædicti DD.*
14 & in ſpecie, quod authoritas iudicis, ipſiuſq; conſenſus præſumatur, communem dicit *Gabriel vbi ſup num.*55. *verſic.contrarium communiter*, nec obſtat, ſi dicatur, ſolennitatem extrin-
15 ſecam non præſumi, cum producuntur acta iudicij, in quibus appareat hanc ſollennitatem non interueniſſe, ex *Caſtr.conſ.*81. *col.*3. *verſic.& ſi dicatur, lib.*2. *Afflict. deciſ.*107. *num.*5. cum alijs à *Gabriel. vbi ſup. num.*57. vndè cum hic ex actis nõ conſtet, ſolennitatem interceſſiſſe, ergo ex hoc patet, illam non adhibitam; declaratur enim doctrina *Caſtr.*ab omnibus, vt
16 non procedat, quando talis ſolennitas potuit ante, vel poſt actũ interuenire; tunc enim quamuis de ea ex actis, vel ex lectura inſtrumenti non conſtet, tamen ex temporis diuturnitate præſumitur, *Dec.*optimè declarãs *conſil.*341.*num.*13.& 409.*n.*12. alios citat loquens in ſpecie de actis, *Maſcard.concluſ.*1322.*num.*36. quam diſtinctionem cõmuniter recipi tradit *Surd.dict.conſil.*28.*num.*116.*lib.*1. vndè cum hæc ſolennitas conſenſus iudicis potuerit ante actum adhiberi, præſumitur, quod interceſſerit, nec per acta dicitur contrarium probari, & in ſpecie ex curſu temporis præſu-
17 mi ſcientiam Prætoris, qui decretum interponere debebat, cum is Prætor præſens erat in loco, tradit *Barbat.in cap.requiſiſti, num.*29.*in fin.de teſtam.* quem ſequitur *Menoch.d.lib.*3.*c.*132. *de præſumpt.num.*71.*verſic.fin.*tertiò, etſi non eſſet hæc ſolennitas intrinſeca, nec talis extrinſeca, quæ præſumi poſſet ex ſe, præſumetur tamen ex verbis apocæ in banco publico regiſtratæ, vbi narratur, totum fuiſſe actũ vigore mandati Sacri Conſilij, ſiue cauſæ commiſſarij; quamuis enim re-
18 gulariter verba enunciatiua, ſiuè aſſertiua nõ probent etiam in antiquis, niſi reperiantur in pluribus inſtrumẽtis, vel ſcripturis, nec ſufficiat in vno reperiri, *Bald.in l.cum aliquis, C.de iure delib.* cum alijs per *Crauett. de antiquit.temp.part.* 1.*verſic.amplia, num.*7. tamen hic primò dici poteſt, hoc reperiri enũciatum in pluribus ſcripturis, nempè in partita banci, & in fide inſtrumenti facta per Notarium, & ſic ſunt plures ſcripturæ habentes originem à diuerſis perſonis publicis, non ab vna, & ſic optimè probant *Felyn.in cap.cum cauſam, num.*4.*de probat.Ruyn.conſil.*92. *num.*9.*lib.*4. ſecundò, verba enunciatiua in antiquis,
19 etiam in vna ſcriptura, ſi concurrunt aliæ præſumptiones, & adminicula, plenè probant *Afflict.dec.*83.*n.*1.*&*2. quem ad hoc expendit *Additio ad Alexand.conſ.*2. *lit.B.in* 2.*limitat. volum.* 1. *Maſcard. concluſ.* 622. *numer.* 18. iuncto *numer.* 25. ſicut in ſimili, fama cum alijs adminiculis in antiquis plenè probat, idem *Maſcard.concluſ.*753.*num.*7.*&* 19. coniecturæ autem ſunt decretum præcedens, quod pecunia conuertatur in emptionem con-

conſulto commiſſario, mox ſubſequitur emptio, cum effectu liberetur pretium venditori, qui illud expendit in banco, ſoluuntur tertiæ Monaſterio, igitur emptio fuit facta, vt fieri de-
20 buit: primò, quia probatis extremis, media præſumuntur, *cap. quia ſunt*, vbi *gloſſ. in verb. nec eam*, 28. *diſt. gloſſ. & Panorm. in cap. accidens, de conucrſ. coniug*. hinc *Felyn. in cap. poſt ceſſionem*, *col.4. de probat.* poſt *Rot. deciſ.* 400. aliàs
21 427. dixit, probata vacatione beneficij, & inſtitutione, probatum cenſeri præſentationem præceſſiſſe inſtitutionem, quamuis de ea non appareat, niſi ex verbis narratiuis, *Euerard. loc. ab ex-*
22 *tremis*; ſecundò, breuitas temporis, cũ ſtatim poſt decretum emptio facta fuerit, vndè præſumitur ſatisfactum illi cauſæ, & iuxtà illius formam, *l. ſi vitri*, §. *fin. ff. de priuil. cred. Domin. Capyc. deciſ.* 194. *in* 3. *differ.* plura ad hoc per *Dom. de Frãcb. dec.* 97. *n.* 5. *& dec.* 121. *num. item* 5. cum alijs à *Menocb.* in materiã præſumẽdæ verſionis in præambulam cauſam ad validandum cõtractum, *de arbitr. cent.* 5. *caſu* 432. *n.* 38.
23 & demum tertiò, ipſamet obſeruantia ſubſequuta declarat ambiguitatẽ, quæ poterat ſubeſſe, quod emptio ſit facta in executionẽ decreti, & declarat implementum iuxtà intentionem partium à principio, *l. ſed & Iulianus*, §. *proinde, ff. ad Maced.* & ſupplet defectum ſcripturæ, *Cyn. inter conſ. Bald. cõſ.* 400. *lib.* 4. cũ *in fin.* à *Surd. conſ.* 140. *num.* 44. *lib.* 1. etiam ſi cum tali obſer-
24 uantia non concurrat longitudo tẽporis, *Crauett. conſ.* 274. *num.* 7. & ſicu-
25 ti traditio præſumitur facta ex præcedenti cauſa, *Surd. deciſ.* 139. *num.* 9. & poſſeſſio ex præambulo titulo, *l. quadam mulier*, *ff. de rei vendic.* cum alijs à *Surd. dict. conſ.* 28. *num.* 38. ſic
26 iſta emptio debet cenſeri facta in executionem, & iuxtà formam præcedentis decreti, *Berous conſ.* 123. *num.* 8. *lib.* 1. *Surd. deciſ.* 198. *num.* 35. *Menocb.*
27 *de præſumpt. lib.* 2. *cap.* 74. *num.* 3. ſicuti ſolutionem ex præcedenti cauſa cenſeri, probat I.C. in *l. cum ex pluribus ff. de ſolut. Maſcard. concluſ.* 1325. ter-
28 tiò, verba enunciatiua probant plenè, quando ſunt de eo, quod potuit tunc eſſe, vel fieri, ſi enim potuit tempore enunciationis celebrari, vel intercedere, præſumitur tunc factum etiam inter alios, *l. prædia*, 48. vbi *Bart. & DD. ff. de acquiren. poſſeſ. Recentior. ad Alex. d. conſ.* 21. *lit. B. in fin. lib.* 1. alios congerit *Maſcard. concluſ.* 622. *n.* 26.
29 quartò probant plenè, cum profetũtur per modum cauſæ, vt hic, *l. empta*, §. *ancillam*, vbi *Bart. & Bald. ff. de rei vendic. Maſcard. dict. loc. num.* 44.

Ad ſecundum articulum dico, ſatis diſtare caſus, cum pecunia liberata
30 peruenerit ad creditorem poſteriorem, qui eam in proprios vſus conuertit, & promittit reſtituere pecuniã in genere, datis fideiuſſionibus de reſtituendo, cui, quibus, & quando, etiã cum creditor non recipit pecuniam, ſed permittit, illam met conuerti in emptionem, quæ emptio remaneat loco fideiuſſionis: primo enim caſu
31 cautio facit extare pecuniam, iuxtà *l.* 1. *&* 2. *ff. de vſufruct. earum rer. quæ vſu conſum.* cum alijs, quæ ad hoc citat *Dom. de Franch. deciſ.* 75. *num.* 9. & cautionem apud creditorem conſumentem pecuniam, eſſe loco proprietatis, dixit *Gail. lib.* 2. *cap.* 47. *num.* 4. vndè cum eo caſu teneatur ex propria obligatione reſtituere pecuniam in genere, quod genus nunquam perit, non mirum, ſi ſemper, & vbiq; te-
32 neatur creditor poſterior reſtituere tantundem, *l. incendium, cum gloſſ. C. ſi*
33 *cert. pet.* debitor enim generis non liberatur propter caſum, *l. quod te*, vbi *DD.* præſertim *Cagnol. n.* 54. *ff. ſi cert. pet.* cum alijs à *Surd. deciſ.* 155. *n.* 162. & per *Dom. de Franch. deciſ.* 236. *n.* 9. ſecundo verò caſu cum loco fideiuſ-
34 ſionis ſubrogatur emptio, & ſic certum corpus, & ſpecies certa, illa abſq; creditoris culpa perempta, omninò liberatur, vt regulare eſt in debitore ſpeciei, *l. ſi ex legati cauſa, ff. de verbor. oblig.*

oblig. Iaſ. Dec. Ripa, *& Cagnol. num.* 28. *in l. quod te, ff. ſi cert. pet.* vbi reddit rationem, cum nihil per eum factum ſit, nec per eum ſtet, quominus rem præſtaret, *l. 11. qui ex ſtipulatu, ff. de verbor. obligat.* igitur ſine culpa pœnam pati non debet, *cap. 2. de conſtit.* culpa autē
35 non præſumitur, vbi actus poteſt eſſe ſine culpa, vel ab ea ſeparatus, *Bar. in l. ſi quis ex argẽtarijs, §. pen. ff. de edend. Crauett. conſ.* 8. *num.* 20. *Becius cõſ.* 37. *numer.* 11. & ſi voluerit aduerſarius culpam imputare, tenebitur probare, *Salyc. in l. ſi creditor, C. de pignor. action. Gozad. conſ. 63. num. 2.* nec ſufficit allegare culpam in genere, dum dicit Bucinum fuiſſe aduocatum Monaſterij, ſed ea certè, & limitatè eſt probāda, *l. Prætor edixit, ff. de iniur. Crauett. conſ.* 152. *num.* 9. *Ruyn. conſ.* 12. *num.* 1. *& conſ.* 93. *num.* 8. *lib.* 5. nec enim præ-
36 ſumi debet, Moniales voluiſſe iactare ſuum; & ad excluſionem culpæ præſumitur quis fuiſſe diligens, & feciſſe, quod alius feciſſet, *Bart. in l. ſi cum venderet, §. fin. ff. de pignor. action. Surd. cōſ.* 12. *n.* 18. *lib.* 1. nec obſtat, quod Monaſterium tenebatur dare cautionem, quia imo regula eſt in contrarium,
37 quod creditor, qui dedit ſuo debitori pecuniam liberam, non debet recipere eam cautioni obnoxiam, vt tradit *Frecc. de liquidat. inſtr. 7. p. quæſt. 5. num. 4.* & ad aliud non tenetur, niſi
38 promittere ſe anteriorem, & potiorē, iuxtà *l. 1. C. credit. euict. pign.* quod benè tradit *Anna allegat.* 78. *num.* 1. & melius *Bald. & alij* per ipſum citati *in ſing.* 444. ſed id admittitur in pra-
39 xi ex quadam æquitate, cum aliàs bona non reperirent emptorem, vel ſaltim iniuſtum, vt vtrumq; tradit *Dom. de Franch. deciſ.* 200. *num.* 5. *&* 10. vndè non debet cogi creditor præciſè præſtare cautionem, dum pro eius indemnitate conſentit, eandem pecuniam in emptionem, vel ad iuſtum lucrum pro ſecuritate ipſius, & creditorum anteriorum, conuerti, ne in futurum teneretur de proprio ſoluere, & ad hoc propriè reſpexerunt Moniales, quæ cum potuiſſent præſtarē cautionem, pro vt eam præſtauerunt quoad tertias eis liberatas; pro ſorte tamen elegerunt conuerti ducatos ducentum in emptionē; quæ emptio,
40 tametſi ſit ſubrogata loco cautionis, non ex hoc debet ſapere in omnibus naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, cum deficit qualitas, vel vnum ex requiſitis neceſſarijs, *l. Lucius, ff. de fideicom. liber. Bec. conſ.* 101. *num.* 59. ſubrogatur enim ſpecies loco generis, vt ſupra, & ſic eſt diuerſa ratio inter vnum, & aliud; vnde ceſſat vis ſubrogationis, *Natta conſil.* 638. *num.* 41. *Becius dict. conſ.* 101. *n.* 60. Et
41 his addo, quod licet onus perſonale non euitetur, licet quis velit cedere rei, vel habere eam pro derelicta; ſecus ſi onus habeat originem principaliter ab ipſa re, *ff. de vſufruct. l. cum fructuarius, ff. de damn. infec. l. Prætor. §. hoc edictum, & ff. de tribut. l. illud, §.* 1.
42 quia vbicunq; res eſt immediata cauſa, & ipſi rei adhæret obligatio, vel principaliter reſpectu rei, quis tenetur; ibi cedendo rem liberatur, ſed vbi debetur à perſona ratione perſonæ ſecus, quia concernit totum patrimonium præſens, & futurum, argumento *ff. de iudic. l. ſi fideicom. §. 1. & inſt. de action. §.* 1. & hęc *Bal. in l. creditor, la 2. ff. ſi cert. pet.* ſequuntur *Tiraquell. in 1. retr. §. 1. gloſſ. 6. num. 21. ante fin. Anna allegat.* 104. *num.* 21. & cum onus non debebatur à Monaſterio, niſi occaſione rei, re perempta, fuit liberatum.

DECISIO.

Die 25. Febr. 1613. deciſum fuit pro Monialibus, & ſuſpenſum decretum per prius latum in fauorem Monaſterij S. Laurentij, Fratrum S. Franciſci conuentualium, iſtis non oppoſitis, nec conſideratis, & forma decreti fuit, eſſe deferendum petitæ reſtitutio.

tioni in integrum, imploratæ ex parte Monialium, referente doctissimo Domino Consiliario Ioanne Andrea Georgio: Magister actorum de Ferrarijs.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio, & in Sacro Consilio reclamatio, competit à decreto, ex quo denegatur restitutio.*

2 *Reclamatio à decreto prædicto executionem impedit*, & num. 12., *nisi retractabilis esset, vel restitutio sit denegata, quia malitiosè petita* num. 3.

4 *Mulier minor nupta, in integrum restituitur, & facilius, quàm mares*, & num. 8. & 9.

5 *Mulier minor transiens ad secunda vota, & non petens tutorem filio, vel curatorem ventri, restituitur, etiam si infra annum, quo debet petere actorem, maior efficiatur.*

6 *Matrimonium non eximit nuptam à potestate curatoris, etiam vbi vigore statuti filij, cõtracto matrimonio, efficiuntur sui iuris.*

7 *Maritus minor in integrum restituitur, etiam si liberos procreauerit.*

10 *Filiusfamilias minor restituitur.*

11 *Minor, si vti maior fuit à restitutione exclusus, cognito de errore, restitui debet.*

13 *Conditionis euentum, agentibus ad fideicommissum, probare incumbit.*

14 *Praiudicium irreparabile infertur ex venditione propriorum bonorum contra propriam voluntatem.*

15 *Læsio enormissima dicitur, nedum quãdo damnum est omninò extiturũ, sed etiam propter dubium solum, quod damnum euenire possit*, & num. 17.

16 *Restitutio conceditur minoribus, non solum si ex incontinenti lædantur, sed etiam si lædi possint.*

18 *Restitutio aduersùs rem iudicatam conceditur minori, si de bono iure suo semiplenè doceat, siuè læsionis summum tantùm ostendat.*

19 *Iustitia præsumitur pro eo, qui litem terminari cupit.*

20 *Onus, siuè grauamen iniunctum ob certam causam, determinatur secundùm illam.*

21 *Relatiuum, coniunctum verbo futuri temporis, facit conditionem.*

22 *Conditio casualis, si deficit, deficit quoque dispositio, siuè sit institutionis, legati, fideicommissi, vel etiam contractus.*

23 *Conditio importat causam finalem, non impulsiuam, qua cessante, dispositio, vel fideicommissum censetur ademptum.*

24 *Conditio qua casualis, qua mixta dicatur.*

25 *Conditio omninò impossibilis vitiatur, sed non vitiat dispositionem, nisi adiecta sit ad aliquem honestum finem*, & num. 27.

26 *Impossibilitas facti, magis est difficultas, quàm impossibilitas.*

28 *Conditio impossibilis vitiat dispositionem, si testator credebat eam possibilem.*

29 *Legatum, vel fideicommissum vni ex familia relictum, per hæredem eligendo, nullo electo, omnes petere possunt.*

30 *Eligi potest vnus ex familia, data libera facultate eligendi, nulla proximiorum mentione, vel restrictione facta.*

31 *Electio, nedum in scriptura priuata, sed verbo coram testibus fide dignis fieri potest.*

32 *Nominatus in testamento grauati, ex testamento primi testatoris, non eligenti, succedere dicitur.*

33 *Eligens iussu alterius, nullum potest grauamen electo iniungere.*

34 *Voluntas, etiam ex actu nullo, inutili, & inualido, declaratur.*

35 *Expressa in testamento, declarant testatoris voluntatem; & etiam in casu omisso habetur pro disposito, quia voluntas transit in dispositionem.*

36 *Testatoris tacita voluntas, operatur ex iuris interpretatione, in legando, fideicommittendo, & ijsdem adimendis; licet aliud in hæredis institutione.*

Es-

37 *Effectus à teſtatore conſideratus attenditur, etiam ſi verba repugnarent.*

ARGVMENTVM.

Minor nupta, an etiam poſt ſententiam in integrum reſtituatur, & quæ læſio probanda. Grauamen ſub conditione iniunctum, an ea deficiente, extinguatur. Conditio impoſſibilis, quãdo vitiet diſpoſitionem, vel vitiatur. Legatum relictum vni ex familia per hæredem eligendo, quando, & à quibus rectè petatur, & quid ſi hæres non elegit, quia non potuit.

Pro D. Beatrice Ruſſa, contrà D. Pompeum, & fratres Brancatios.

CONTROVERSIA XXXIX.

DOmina Beatrix Roſſa, nobilis ex ſedili Montaneæ, ætate minor, nupta nobili item equiti Franciſco Brancatio, nepoti illius inſignis armorum Capitanei Fr. Lœlij Brancatij, de Inuictiſſimo Rege noſtro, Vrbe Neapolitana, & Italica natione optimè merito: abſq; dubio, ſi læſa eſt, pro vt eam læſam, iuſtè contendimus ex decreto Sacri Conſilij, quo prouiſum eſt, bona mobilia hæreditatis quond. Domini Caroli Brancatij, quond. Tiberij, vendi; iuſtiſſimè petijt, in integrum reſtitui, & cum non diſcuſſa læſione, nec iuſtitia cauſæ; iterum prouiſum ſit, non eſſe deferendum petitæ reſtitutioni; iuſtè etiam
1 ab hoc decreto reclamauit, à quo decreto cõpetere iure ordinario appellationem, & in S.C., reclamationem, etiam ſi nihil de nouo afferatur, abſolutum eſſe, probat *gloſſ. in l. pen. verb. nouis*, *Bart.* *Bald. in l. fin. num.* 2. & 5. vbi *Salyc. num.* 3. *C. ſi ſæpius in integrum reſtit. poſtul. Domin. Regens Rouit. in pragmat.* 1. *de minor.* poſt *num.* 29. *verſic. circa quam*, & reclamationem hoc
2 caſu impedire executionem, non ſolùm verius eſſe generaliter, benè probat idem *Dominus Rouitus ibidem, verſ. alterum verò*, ſed in caſu præſenti, eſt
3 de indubitabili, quia contraria opinio *Dom. de Franch. in deciſ.* 702. & relata per *Dom. Rouit. ibid. num.* 29. procedit, quando diſcuſſis meritis negotij principalis, fuit denegata reſtitutio, ex eo, quod viſum fuit malitiosè peti, vt exprefsè is ſe declarat *num.* 5. *verſ. dicebatur*, & item reſtringit procedere, quando executio eſſet retractabilis, vt aduertit *num.* 5. in caſu verò noſtro eſſet irretractabile præiudicium, quod ex venditione rei propriæ, contra voluntatem domini reſultaret, argumento *l. dudum, C. de contrahend. empt.* & ex præiudicio ſaltem aliquali, quod videretur inferri deciſioni cauſæ principalis, aduersùs iuſtitiam conuentæ.

Quod autem Domina Beatrix ſit minor, cõſtat ex actis, in quibus actores ipſi hoc fatentur, dum inſteterunt ſibi prouideri de curatore, vt legitimũ iudicium procederet, & nouiſſimè eſt
4 exhibita fides baptiſmatis: & omninò mulieri minori, quamuis ſit nupta, competere reſtitutionem, ſunt textus apertiſſimi in *l.* 3. *§. ſed vtrum*, *verſic. ergo etiam, ff. de minor.* vbi etiam filiafamilias minor, licet patrem, & virum habeat, ſi decepta ſit in ſtipulatione, in acquirenda dote, in integrum reſtituitur, *idem in l.* 1. *C. ſi aduersùs dotem*, vbi minor læſa in dote danda viro, etiam ad hæredem maiorem, beneficium reſtitutionis tranſmittit, idem in *l. ſi ex cauſa*, 10. vbi ſi vltra vires patrimonij, vel totum patrimonium, non deducto ęre alieno, vel viro, tanta dote non digno, in dote danda læſa fuerit, reſtituitur, vbi *gloſſ. verb. vltra*, *ff. eod. de minor.* pulchrè, de communi omnium ſentẽtia *Sfort. de reſt. part.* 2. *quæſt.* 59. *art.* 3. *per totum*, *Barboſ. in l. æſtimatis*, 51. *ex num.* 23. *ff. ſolut. matr.*

op-

optimus text. in l. quanquam, quæ est penult. C. si sæpius in integr. restit. postul. vbi clarè supponit Imperator, mulierem minorem læsam restitui, & licet *Alber.* ibi *in princip. & Salyc. num. 1. in fin. versic. sed tunc replico*, dicant eum *text.* impropriè loqui de pupilla, quæ virum habere non potest, & proinde glossarunt, intelligi de ea, quæ quond. fuit pupilla, includitur tamen ætas adulta supra pubertatem, & sic vxor minor licet non adulta, fuit restituta; ad idem accedat *tex. in l. 2. C. si aduer-*
5 *sùs delict.* vbi mulier minor, non petēs tutorem filio, vel curatorem ventri, quando ad secunda vota transiuit, restituitur, & sic etiam soluto matrimonio, vbi redditur ratio, quod hoc in maioribus tantùm matribus locum obtineat, non autem in minoribus, latè *Maur. de rest. cap. 161. & 162. Sfort. eod. tract. q. 82. art. 2. & 3.* id quo tàm si mater elapso anno, infra quem petere debet tutorem filio, efficiatur maior, quàm etiam si infra illius anni spatium maior fiat, vt latè differit *Guttier. de tutel. part. 1. cap. 16. ex num. 90.*
6 *& 93.* Præterea matrimonium non eximit nuptam à potestate curatoris, *l. non eo minus, 14. C. de procurat. l. maritus, 2. C. qui tutor. dare poss. gloss. in cap. puberes, verb. ostendit, de dispensat. impub. Peguer. Azeued. Mexia, Parlad. Lopez, Xuar. Baez. & alij* per *Giurb. decis. 109. in princip.* idq; procedit etiam in illis locis, in quibus viget statutum, vt filij, contracto matrimonio, efficiātur sui iuris, vt probat *Giurb vbi sup.* vbi etiam, quod si minor coniugatus, curatorem nō habeat, & aliquis contra eum moturus sit litem, tenetur eidem de curatore prouideri facere, ne iudicium reddatur nullum, quia cautela vsi sunt actores in præsenti causa,
7 & maritus minor restituitur, etiam si liberos procreauerit, *l. 2. ff. de minor.* liberi enim supplent ætatis defectum, quoad exercendos honores, non autem, quoad denegandam restitutio-
8 nem; igitur fortiori ratione vxor, cum sexus muliebris sit imbecillior, & cæteris paribus, facilius restituuntur mulieres, quàm mares, *Sfort. de rest. q. 10. per totum*, & in specie *art. 6. num. 35.* &
9 videmus in Regno, vbi ex constitutione, *Obscuritatē*, mulier restituitur in iudicijs, quod non minus gaudet primo, & secundo beneficio mulier nupta, quàm innupta, cum omnes mulierum appellatione comprehendantur: neq; ex eo, quod vir eam tueri possit, carere debet restitutio-
10 ne in integrum, si minor sit, cum & filiusfamilias sub potestate patris minor restituatur, *dict. l. 3. §. sed vtrum*, & de minore contrahente cum consensu patris, propinquorum, & affiniū discurrit *Maur. de restit. c. 143. & 145.* vndè meritò *in l. vlt. C. si minor se maior. dixer.* vel maior probatus fuerit,
11 rescripsit Imperator, quod si circa annorum numerum apud iudicem erratum sit, vel aliquo modo minor, falsa opinione, vti maior fuerit à restitutione exclusus, cognito de errore, minor restitui debet, vbi *gloss.* compro-
12 bat procedere, qualitercunq; id contigerit, ex quo *text.* probatur, etiam in casu nostro, omninò reclamationem, speciali ratione impedire executionem decreti, etiam si aliàs non impediret. Superest igitur probare, Dominam Beatricem fuisse læsam, quæ læsio fuit plenè allegata in aula, tempore, quo fuit denegata restitutio, & cū discussa non fuerit, cum discuti debuerit, noua læsio addita fuit: apparet autem læsio, dum vix proposita per actores, petitione restitutionis medietatis hæreditatis quond. Caroli, vigore fideicōmissi, nullo alio edocto, an-
13 te concessionem termini; cum ipsis agentibus ad fideicommissum, probare incumbat conditionis euentum, *l. qui hæredi, §. Plautius ff. de condit. & demonstr.* cum cōcordantibus per *Surd. decis. 210. num. 5.* fuit ex abrupto indicta venditio mobilium, dum conuēti in promptu dicunt, actoribus nullū ius competere, vti defecta conditio-

ne

ne fideicommiſſi ; & cum potuerit
actoribus conſuli per appretium bo-
norum , quod conuenti obtulerunt
ſoluere vnà cum intereſſe in caſu ſuc-
14 cumbentiæ, quod non credimus; ex
venditione verò propriorum bono-
rum contra ipſorum voluntatem, qua-
tenus conuenti abſoluerentur, con-
ſtat, inferri præiudicium irreparabile,
& ſic læſio inſurgit notoria, quæ alia
probatione non eget, *Sfort. de reſtit. art. 36. num. 23. part.* 1. accedat, mino-
15 rem reſtitui, nedum quando damnũ
eſt omninò extitutũ; ſed etiã læſus di-
citur ex actu, ex quo, licet ſub dubio,
damnũ euenire põt, vt in obligatione
conditionali propter dubiũ ſolũ, quod
conditio euenire poteſt, licet poſſibi-
le ſit, quod non eueniat, & hæc dici-
tur enormisſima læſio per *Crauett. cõ-*
16 *ſil.* 192. *nu* 14. qui probat, reſtitutio-
nem concedi minoribus, non ſolùm
ſi ex continenti lædantur, ſed etiam ſi
lædi poſſint, *l. minor* 25. *annis*, §. *mino-
res, ff. de minor.* ſequitur *Sfort. d. tract. part.* 1. *quæſt.* 5. *art.* 5. *num.* 35. *&* 38.
art. 6. poſt *num.* 40. *&* 41. vbi firmat,
17 quod licet periculum non ſit certũ,
ſi tamen accidere poteſt, & non eue-
niendo, minor nihil lucratur, ex hoc
iuſtè cenſeri læſum, & iterum *ead. q.* 4.
art. 11. *num.* 94. *&* 95. vbi idem firmat
in damno de futuro, quod cauſatur ex
18 actu de præſenti; & maximè, cum ad
obtinendam reſtitutionem aduersùs
rem iudicatam, ſufficiat, minorem de
bono iure ſuo, ſemiplenè ſaltem, do-
cere, & ſufficere ſuperficialem præ-
ſumptiuã, & leuiorem probationẽ, vt
quæ prima ſolùm facie lęſionem oſtẽ-
dat, latè probat *Surd. conſ.* 95. *num.* 15.
lib. 1. ſiuè læſionis fumum oſtendere,
qui ſolùm ceſſare faciat calumniæ
præſumptionem, *Theſſaur. deciſ.* 181.
poſt *num.* 3. *verſic. ad contrariam*, &
cæteros congerit *Giurb. deciſ.* 33. *ex n.* 2. vnde fortius in caſu noſtro, vbi
plenè, & in promptu oſtenditur lęſio:
de iuſtitia verò cauſę principalis, quã-
uis nunc intempeſtiuè agatur, præfer-
tim dum aduerſarij noluerunt conſẽ-
tire, quod conuenti obtulerunt in
aula, vt cauſa ſine alio termino, ex
19 proceſſu expediretur; ex quo pro
conuentis inſurgit præſumptio iuſti-
tiæ, dum litem terminari cupiunt, ar-
gumento *l.* 3. *ff. de arbitr.* attamen pro
nunc maximus odor, & fumus iuſtitię
oritur ex multiplici exceptione per
conuentos allegata, oriente ex eodẽ
fonte teſtamenti; imò ex eadem par-
ticula fideicommiſſi, cui innituntur
actores, & ſic proponunt ſuam actio-
nem ſimul cum exceptione, quæ eos
excludit, iuxtà naturam exceptionis
orientis ex eodem fonte, de qua latè
Carol. de Graſſ. de except. c. 13. *Cauall.* 2. *part. cap.* 536. *num.* 48. *& ſeq.* primò
etenim ponderatur, teſtatorem inſti-
tuiſſe D Beatricem vxorem vniuerſa-
lem hæredem: deinde verò non ſim-
pliciter fidei vxoris commiſit, vt reſti-
tueret poſt mortem ſuam medietatẽ
bonorum vni ex familia Brancatia,
ſed incæpit à grauamine reſtituendi
poſt mortem Comitatum Caſtilionis
vni ex prædicta familia, non ſimplici-
ter, ita vt ꝓximus quiſque veniret, ſed
illi, qui magis eſſet gratus, & placue-
rit eidem vxori grauatæ: tertiò verò,
& vltimò, poſtquam certificata eſſet
perſona, ad quam dictus Comitatus
perueniret, adijcit, tanquam acceſſo-
rium inſeparabile, vt ei, qui futurus
eſſet Comes, reſtitueret dictam dimi-
diam hæreditatis, vt clarè oſtendunt
prima illa verba, *cui electo, qui erit Co-
mes Caſtilionis, dictus teſtator voluit re-
ſtitui medietatem omnium bonorum*,
quod ſecundò repetit in illis verbis
ibi, *probibens dictus teſtator eidem, qui
erit Comes Caſtilionis, & ad quem dicta
medietas bonorum pertinebit de vendẽ-
do*, ponderando verba illa, *& ad quem*,
& tertiò addit, *ſed voluit, quod ſemper,
& in infinitum dicta medietas pertineat
ad eum, qui erit Comes Caſtilionis*, &
quartò, quod diſpoſuit de dicta me-
dietate hęreditatis, idem ſeruari man-
dauit de quodam horologio prętio-

so, quod dixit, sibi nuper dono tradi-
tum per Reginam Franciæ, quod si-
militer ad eius vxorem pertinere vo-
luit, vt post eius mortem ipsum resti-
tueret eidem, qui erit Comes Casti-
lionis, & successoribus ipsius in dicto
Comitatu, in qua vltima particula,
illud est considerandum, quod tàm
restitutio medietatis hæreditatis, quã
dictum horologiũ, fuit ordinatũ prin-
cipaliter contemplatione, & intuitu
futuri Comitis, & Comitatus, & ex
toties geminata verborum repetitio-
ne, enixa ostenditur voluntas, & cau-
sa finalis iniuncti fideicommissi, vt is,
qui futurus esset Comes, potuisset
commodiùs, & honorificentiùs viue-
re: vndè, cum hic honestus finis, quem
habuit testator, qui credidit, hoc con-
tingere posse, perfici non potuerit, cũ
titulus Comitis euanuerit casu absq;
hæredis culpa, quia terra, cui innixus
erat titulus, non erat omninò sua, vel
quia non habebat successorem in
feudis, vel & tandem, quia non pote-
rat fieri electio incerti de certis, iuxtà
facultatem vxori concessam; cum nec
ipse testator alium potuisset eligere,
nisi illum, qui à lege feudi, & tenore
inuestituræ vocaretur: ex hoc iustissi-
mè prætendit hæres vxoris grauatæ,
quod dum titulus Comitis, cuius cõ-
templatione fuit iniunctum grauamẽ,
transmitti non potuit, quod existente
proinde inualida, siuè inefficaci prin-
cipali dispositione, scilicet de resti-
tuendo Comitatum vni ex familia,
quem elegerit, quod ipsum quoque
20 grauamen cesset, siquidem grauamen
factum, siuè onus iniunctũ ob certam
aliquam causam, determinatur secun-
dùm illam causam sibi annexam, *l.
Seio amico* 10. vbi *Bart. ita summat, ff.
de ann. legat.* quod autem grauamen
sit sub expressa conditione iniunctũ,
ponderatur illud relatiuum pluries
repetitum, *cui electio, qui erit Comes*, re-
21 latiuum enim coniunctum verbo fu-
turi temporis, facit conditionem,
l. stichum, qui meus erit, vbi *Ias. ex n.* 1.
ff. de legat. 1. *l. nuper*, §. *planè*, *l. ea tamen
adiectio, ff. de legat.* 3. vndè est, ac si di-
xisset, illi eligendo, *si erit Comes Casti-
lionis, restituatur medietas. Galganet. de
condit. & demonstr. part.* 1. *cap.* 4. *n.* 11.
Sesse decis. 124. *num.* 17. *lib.* 2. *August.
Barb. de dict. clausul. cap.* 273. *in fin.* vn-
dè deficiente conditione casuali, pro-
22 vt est ista, omninò deficere disposi-
tionem, quæcunq; sit institutionis, le-
gati, vel fideicommissi, vel etiam con-
tractus, habetur in *l. vnica*, §. *sin autem
sub conditione*, *C. de caduc. tollend. l.* 1.
vbi *Bart. & alij C. de instit. & substit.*
ex eo, quia dispositio, conditione
non purificata, habetur pro non facta,
& defecta dicitur, etiam si in minimo
non fuerit impleta, quo casu vocatus
sub conditione, non dicitur priuari
hæreditate, sed haberi pro non insti-
tuto, cum fortunę euentus spectan-
dus sit, & quia conditio sui natura est
indiuidua, & formam inducit, quæ nõ
dicitur continere leuem solennita-
tem, sed verba conditionis in forma
specifica seruanda esse, latissimè hæc,
& alia infinitis probat *Peregrin. de
fideicommiss. art.* 16. *ex num.* 116. *ad*
23 *num.* 121. & quia etiam conditio im-
portat causam finalem, non impulsi-
uam, qua cessante, legatum corruit,
& quia datum sub conditione, cense-
tur ademptum sub contraria, latissimè
Surd. dec. 142. *num.* 5. *&* 6. *& dec.* 202.
num. 7. & in specie in fideicommisso
loquitur *idem Surd. decis.* 232. *num.* 7.
& paria sunt, nihil disponi, vel disponi
sub conditione, quæ non purificatur,
vel vbicunq; causa finalis substitutio-
nis, aut fideicommissi cessat, latissimè
Castill. controu. quotid. lib. 2. *c.* 18. *n.* 23.
versic. vbi dicit, casualis autem dicitur
24 conditio, quę à voluntate non hono-
rati, vel grauati, sed alterius pen-
det, & in mixta, quæ partim pendet
ex facto instituti, & alterius tertij, lo-
quitur propriè *text. in dict. l.* 1. *C. de
instit. & substit.* vt testis est ibi *Ias.* post
num. 2. & primum probat *Peregr. dict.
cap.* 16. *num.* 123. *versic. qua autem*

nec

25 nec oberit, ſi dicatur, conditionem impoſſibilem non vitiare diſpoſitionem, ſed vitiari, iuxtà notata *in l. 1. ff. de condit. & demonſtrat.* dicimus enim primò, conditionem vitiari, quando eſſet omninò impoſſibilis de iure, vt eſt illa, quæ eſt contra bonos mores, vt in inſtitutione captatoria, exemplificat *Bart. in l. 1. num. 5. ff. de condit.*

26 *inſtit.* vndè, cum hic agatur de impoſſibilitate facti, vitiatur diſpoſitio, cum ſit magis difficultas, quàm impoſsibilitas, *Bart. in dict. l. 1. num. 7* pro vt de facto accidit in caſu præſenti, quod terra non eſſet teſtatoris, vel quod nō habuerit ſucceſſorem in gradu, quinimò *Bart. ibid. num. 8. verſic quandoq;*

27 docet, tunc conditionem impoſsibilē vitiari, quando eſt adiecta ad nullum finem honeſtum, vt in conditione, *ſi cœlum digito tetigeris*, verum ſecus, quando adijcitur conditio impoſsibilis ad aliquem honeſtum finem, quia tunc debet impleri ille honeſtus finis, pro vt melius poteſt, & ſubijcit de hoc exempla *idem Bart. ibid. num. 5. verſ. item opponitur, quod conditio, Surd. deciſ. 68 num. 10.* qui *num. 11* ſubijcit poſt *Bart. in dict. l. 1. num. 3.* quod quādo impoſsibilitas eſt in ſubſtantia diſpoſitionis, non autem in conditione, tunc vitiatur diſpoſitio, vt hic: ſecundò, etiam conditio de iure impoſsibi-

28 lis vitiat diſpoſitionem, ſi teſtator credebat eam poſsibilem, licet eſſet impoſsibilis, *l. ſeruo, 58.* vbi *Bart. ff. de condict. indeb. idem in d. l. 1.* poſt *n. 5. verſic. idem opponitur de l. ſeruo*, quod propriè contigiſſe in caſu noſtro, dubitari non poteſt, vbi D. Carolus miles, iuris ignarus, decedēs in Francia, vbi non potuit conſulere peritos Regni, veriſimiliter credere potuit, habere liberam diſpoſitionem feudorū, iuxtà conſuetudinem Franciæ, vbi redacta eſſe feuda ad inſtar patrimonialium, conſtat: tertiò, etſi fideicommiſſum non eſſet conditionale, ſed purū, cuius contrarium eſt veriſsimum, vt

29 ſupra, tamen ita demum actoribus competeret actio, vbi certum eſſet, Beatricem ſeniorem hæredem Caroli, nullum ex coniunctis de familia elegiſſe, vt probatur *in l. vnum ex familia, 69. §. rogo*, ibi, *neq. hoc petere quiſquam poterit quandiu preferri poterit alius, ff. de legat. 2.* ex quo *text.* dixit *Molin. lib. 2. cap. 4. num. 41.* tunc demùm id peti poſſe, cum conſtat, illum, cui electio eſt commiſſa, eligere noluiſſe, cum igitur ſimus in initio litis, & in termino poſſit conuenirà proba-

30 re, Beatricem elegiſſe vnum ex familia, qui non ſit ex actoribus, cum libera facultas fuerit ipſi data eligendi incertum ex certis de tota familia, nulla proximiorum mentione, nec reſtrictione facta, *l. cum quidam ita, ff. de legat. 2. Molin.* in ſpecie *dict. l. 2. cap. 5. num. item 5.* ponderans *text. in d. l. vnū ex familia, §. ſi falcidia,* ibi, *C. eodem, vel diſpari gradu,* interim patet, actoribus nullum ius competere, cum in termino deduci poſſit electio, ſiuè nomina-

31 tio, quam conſtat, nedum in ſcriptura priuata, ſed etiam verbo fieri potuiſſe corām teſtibus fide dignis, *Soc. conſ. 86. lib. 3. Simon de Prat. lib. 3. interpret. 3. dub 4. num. 70.* & pro nunc in promptu fuit exhibitum teſtamentum, in quo fuit electus, & nominatus Franciſcus Brancatius maritus conuentæ, qui nedum eſt de familia, ſed fortè probatur proximior, & licet opponatur, dictum teſtamentum fuiſſe reuocatum: prætendi tamen poterit, vel reuocationem non extēdi ad nominationem factam in executionem voluntatis teſtatoris, qui ſibi electionem commiſit, cum is cenſeatur dare, qui alteri committit, vt nominet, vel eligat, non autem is, qui nominat,

32 & nominatus in teſtamento grauati, ex teſtamento quidem primi teſtatoris, & non huic eligenti ſuccedere dicitur, *dict. l. vnum ex familia, 69. in princip.* cum concordantibus per *Simon. de Prat. lib. 3. interpret. 3. ſolut. 1. num. 72. Molin. lib. 2. cap. 4. num. 5.* vbi pluribus modis id ampliat, & exten-

dit, *& num.* 10. addit, eam esse rationem decidendi, *ad § sed si fundum, d. l.*
33 *vnum ex familia*, vbi deciditur, eligẽtem nullum posse grauamen restitutionis, vel aliud quidpiam electo iniungere, cum is non censeatur electo aliquid dare, sed illud à testatore, non autem ab eligente datum censẽdum sit, & cum ipse eligens actum necessarium faciat, consequens est, vt electum grauare non possit, iuxtà *l. ab eo, C. de fideicommiss. cum similib.* nullo grauaminis genere, etiam si non sit pecuniarium, vt contra *Peraltam* latè firmat *idem Molin. loc. cit. n.* 18, vbi *num.* 19. dicit, eligẽtem ex necessitate officij eligere teneri, ipsumque electionis actũ expedire, nec aliquid pro electione necessaria sibi vsurpare posse, quod latiùs explicat *dict. lib.* 2. *cap.* 5. *ex num.* 31. & ob id, non mirũ, si generalis reuocatio testamenti non porrigatur ad ea, quæ testator ex necessitate fecit in executionem ordinis sibi iniuncti, provt suo tempore
34 latiùs fundabitur: & quia etiam voluntas ex actu etiam nullo, inutili, inualido, & qui effectum non habuit, declaratur, & colligitur, *Surdus decision.* 152.

Quartò, & tandem prętendet conuenta, quod tametsi concederemus, fideicommissum hoc non fuisse conditionale, hæredem nullam nominationem fecisse, & tunc cum electio, de qua rogata fuit Beatrix hæres instituta per virum, esset facienda de eo, qui futurus esset Comes, & de ipso Comitatu, cui electo, iussit testator restitui medietatem bonorum, idque absque alia nominatione, vel electione, quoad ipsam restitutionem fideicommissi, vt sunt verba clara testamenti, quæ supponunt, fideicommissi restitutionem fore sequelam necessariam electionis in Comitẽ, vt præsertim colligitur ex illis verbis, *& ad eum, qui erit Comes, & ad quem dicta medietas, &c.* ex hoc sequitur, quod, cum Beatrix non elegerit aliquem in Comitem, non quia noluit, vel neglexit, sed quia non potuit, & de iure non tenebatur facere actum inutilẽ, & frustratorium, qui effectum sortiri non potuisset: quod cum nominatio non fuerit à testatore requisita, vt certificaretur is, cui esset facienda restitutio medietatis bonorum, sed is, qui futurus esset Comes; voluntas autem testatoris circa restitutionem fideicommissi, nedum satis colligatur, sed clara reddatur ex eius verbis, dum voluit, vt esset vnus ex familia Brancatia, qui fuerit magis gratus, & placuerit ipsi Beatrici; ob id, & si non sit facta nominatio de Comite, quæ fieri non potuit, ad fideicommissi tamen petitionem ille admittẽdus erit, qui probabit hanc qualitatem, quam solam testator exegit, circa fideicommissi restitutionem. Vnde cum Franciscus Brancatius maritus conuentæ, nedum verbis, & facto se magis gratum, dilectum, & obedientẽ ostendit testatrici, dum ex simplici ipsius precepto duxit in vxorem Beatricem Russam eius neptem, & hæredem dilectissimã, ipse erit præferendus alijs, tanquam vocatus ex tacita saltim dispositione Caroli testatoris, & verisimili mente Beatricis, & sic habens vtramq; qualitatem à testatore consideratam, scilicet, quod sit de familia Brancatia, & magis gratus, & prædilectus ab vxore, in quem propria ipsius
35 dispositio directa fuit; quod enim sequitur ad aliquod expressum, reputatur tanquam expressè dispositum, & quando ex dispositis, & expressis in testamento colligitur voluntas testatoris, etiam in casu omisso habetur pro disposito, quia voluntas transit in dispositionem, licet aliàs non releuet imaginari, testatorem ita sensisse, & voluisse, *Bald. Ias. vterq. Soc. Dec. Berous, Paris. Ruyn. Alben. & alij* relati per *Simon. de Prǽt.* loquentem in terminis nostris, loco citato *n.* 81. *vers. secunda declaratio*, & sufficere, voluntatem tacitè apparere ex coniecturis col-

collectis, expreſſis, & diſpoſitis in te-
ſtamento, vt cenſeatur hoc diſpoſitũ,
voluerunt *Curt. & Soc. iunior* relati
per eundem *Simon.de Prœt.lib.2.inter-
pret.1. dubit.1.ſolut.5.n.13.f.mihi*, 93.
36 vbi *num.* 14.*&* 15.tradit,voluntatem
tacitam operari ex iuris interpreta-
tione, præſertim in legando, & fidei-
committendo,& legata adimendo,li-
cet aliud ſit in inſtitutione hæredis
*num.*16.& ſpecialiter dictum eſt,pro-
uiſum id cenſeri, latisſimè *Caſtill.lib.
2.conn. cap.*18. poſt *num.*67. *verſic. eo*
37 *magis*,& de voluntate ſequenda,præ-
ſertim in fideicommisſis, latisſimè
idem Prat. loc.cit.ſolut.2.per totum;
& maxime cum effectus, inſpecto fi-
nali exitu à teſtatore conſiderato,op-
timè compleatur in perſonam D.Frã-
ciſci, quo caſu ille erit attendendus,
etiam ſi verba repugnarent, pro vt nõ
repugnant,*Simon lib.1. interpret.2.du-
bit.2.ſolut.*14. *per totum*, præſertim
*num.*19.vndè retorquetur contra ad-
uerſarium ponderatio aduerſarij de
gloſſ. in l. tale pactum, *§.fin.ff. de pa-
ctis*.

DECISIO

FVit hæc controuerſia, veluti inter coniunctos Dominos de Brancatio, intra domeſticos parietes terminata, opera D.Iulij Sangrij, communis conſanguinei, ſummæ prudentiæ viri,mediante inſtrumento tranſactionis, manu Notarij Maximini Paſſari hodie Regiæ Curiæ Notarij, ſub die 6.Decembris 1623.proceſſus eſt penes Magiſtrum actorum de Scacciauento.

SVMMARIVM.

1 *Aeſtimatio rerum dotalium inter coniuges inducit emptionem, ita vt ſub contractu dotis verè venditio contineatur*, & num.2. & 3. *etiam ſi maritus facta æſtimatione, dotem ſimpliciter reſtituere promiſerit*,& num.5. *vel aut fundum,aut æſtimationem alternatiuè electione viri*, & num.10.

4 *Gabella vigore ſtatuti ſoluenda de venditione, ſolui debet de rebus æſtimatis in dotem marito datis*.

6 *Vxor æſtimatione facta rerum dotalium, ſoluto matrimonio, nil petere poteſt, niſi dotis extimationem actione ex empto, vel ſtipulatu; aliàs ineptus,& iniuſtus eſſet libellus,niſi conſtet,maritum non eſſe ſoluẽdo*, & numer.7.

8 *Aeſtimatio rei dotalis,ſi maritũ cõſtat non eſſe ſoluẽdo,vel à principio nõ facit emptionẽ,vel ex poſt facto reſoluitur in ſubſidium, ſpeciali fauore dotis.*

9 *Vxor vendicans rem dotalem æſtimatam,à tertio poſſeſſore offerente æſtimationem, excluditur, ſicut à marito excludi potuiſſet.*

11 *Fundus dotalis æſtimatus, data marito electione reſtituendi fundum, vel extimationem,alienari poteſt,ſecus ſi vxori,hoc autem, quod marito licet, eo mortuo, tutori eius filiorum prohibetur*, & num.13.

12 *Maritus habens electionem reſtituendi fundum extimatum pro dote datum, vel æſtimationem, poteſt reſtituere fundum,& deterioratum,citra tamen eius culpam,ſaltim leuem.*

14 *Requiſita in alienatione rei ſtabilis minoris,quæ.*

15 *Reſtitutio in integrum non eſt neceſſaria aduerſùs alienationem rei immobilis minoris abſq; decreto,& requiſitis neceſſarijs,imò etiam in datione inſolutum creditori ex cauſa neceſſaria, & quacunq. remiſſione rei,cuius dominium eſſet minori quæſitum, vel actionis etiam perſonalis, quam habet minor ad rem*,& num.16. 17. & 18.

19 *Alienatio rei ſtabilis abſq; decreto, cuius minor eſt quaſi dominus, eſt ipſo iure nulla.*

20 *Minor habens actionem alternatiuè ad fundum,vel ad centum,electio tamen*

sit debitoris, si cessit actionem, & debitor soluet centum, cessio valet, sin autem fundum, non valet, & fortiùs si ipse minor haberet actionem restituēdi fundum, vel pecuniam, & num. 21.

22 *Interpellatio facta adulto habenti electionem soluendi fundum, vel pecuniam, valet, si eliget soluere pecuniam, siu autem fundum, nequaquam.*

23 *Compromissum, vel transactio à minore facta sine decreto, non valet, nisi res immobilis, de qua controuertitur, penes ipsum remaneat, etiam refusa pecunia.*

24 *Minor non valet transigere absq; decreto, etiam si expressè ageret aduersus fundi possessorem ad illius restitutionem, nisi eo sibi tradito, etiam refusa pecunia.*

25 *Fructus pendentes fundi dotalis inextimati pro rata anni ad vxorem pertinent, soluto matrimonio, pro rata verò extimata insolidum ad maritum.*

26 *Emens scienter rem stabilem pupilli absq; decreto, malæ fidei possessor iudicatur, & fructus cum re restituere cogitur, nec vsu capiendi facultate fruitur.*

27 *Minor ad pretij restitutionem non tenetur, si in venditione eius immobilium fraus intercesserit, etiam si emptor non sit fraudis particeps.*

ARGVMENTVM.

Tutor an valeat in præiudicium pupilli restiruere fundum dotalem æstimatum, viro defuncto, pet vxorem traditum cum facultate restituendi fundum, vel æstimationem ad ipsius viri electionem.

Pro D. Io. Thoma Tirono filio q. meritiss. Consil. D. Caroli Tironi, nunc Doctore eruditiss.

CONTROVERSIA XXXX.

Cōtracto matrimonio de anno 1604. inter Consiliarium Carolum Tironum cum Iustiniana Milone vidua se dotante inter alia in compotum dotis ducat. 13. mil. fuit sibi traditum quoddam rus situm in Oppido Summę, modiorum triginta duorū æstimatum pro ducatis 2200. addito expresso pacto, quod liceret viro illud vendere, & pretium conuerteretur in emptionem, & in casu restitutionis fuit conuentum his verbis, *& detta dote integramente restituire à detta Giustiniana, cioè per li sudetti docati doimila, & ducento la sopradetta massaria in caso, che non fusse stata venduta, ouero ad elettione di esso Carlo, e suoi heredi, & successori restituire essi docati doimila, & ducento in pecunia*, mortuo dicto Consiliario Carolo viro, relicto Ioanne Thoma Tirono filio infante ex dicto matrimonio; Stephanus Tironus tutor sub die 4. Augusti 1609. in restitutione dotis facta dictæ Iustinianæ, iterum conuenit, quod liceret dicto Stephano dicto nomine, vel soluere eidem dictos ducatos 2200. pro quibus dictum rus fuit assignatum dicto eius viro, & penes dictum pupillum id retinere, vel ipsum vendere ad beneficium dicti pupilli, & de pretio soluere dictos ducatos 2200. eidem Iustinianę cum expressa relatione ad cōuentionem factam in capitulis matrimonialibus, quæ ex hac iterata conuentione fuerunt iterum ad benefi-

cium

cium pupilli infantis, tutore authore ratificata,& approbata soluto matrimonio: poſtmodum verò idem tutor ſolus, abſente pupillo 11. Maij 1610. ad preces dictæ Iuſtinianæ deſiderantis,vt dictum rus minimè venderetur, ſed quod remaneret penes ſe,& ob id rogauit dictum tutorem,vt vellet ſibi relaxare dictũ rus liberũ,& explicitũ, vt in dicto inſtrumēto dicitur,qui rus relaxauit dictę Iuſtinianæ prędictũ cũ fructibus pendentibus, & debitis per partionarios,& affictatores: dubitatur propterea, vtrum id iure fieri potuerit per tutorem,vel potius alienatio prædicta, veluti fundi pupillaris ſine decreto, & requiſitis neceſſarijs in alienatione rerum minorum fuerit interdicta, & ob id competat pupillo rei vēdicatio, oblato pretio prædicto ducatorum 2200. iuxtà facultatem,quæ pupillo competebat vigore contractus dotalis ratificati per Iuſtinianam etiam poſt mortem viri, cui facto tutoris eligentis reſtituere fundum, ex quo vera alienatio rei ſtabilis pupillaris ſequuta fuit abſq; vlla neceſſaria cauſa,decreto,& alijs ſolennitatibus, præiudicari non potuit, & hoc quidem pro pupillo verius eſſe indubiè ex infraſcriptis demonſtrabitur.

1 Et primò,certũ eſt,interueniēte rerũ dotalium æſtimatione, venditionem cenſeri inter coniuges celebratam,ita vt vxor venditrix rerum æſtimatarum videatur,maritus vero dominium cōſequitur ſummæ ipſius pretij, velut emptor debitor efficitur, *l.quoties*, 5. *C.de iur.dot.l.ex conuentione*, 11. *in fin. C. de pact.* ita vt ſub dotis contractu,

2 venditionis contractus verè contineatur, transfuſo contractu dotis extrinſecus apparenti, in vēditionis cōtractum,quaſi velatum, *l.plerunq;* 11. *§.ſi ante*,ibi,*& ſit vera venditio,ff.de iure dot.* & tradit Bald.*in l.cum dotem, num.3. C.de iure dot.* cum concordantibus per *Natt. conſ.650.num.2.lib.4. Maſcard.de probat.2.part .concl.*6019.

3 adeo vt ſicut vbi facta eſt mētio pretij,ſimul atq; in dubio intelligimus, venditionem eſſe celebratam, *l. fin. cum gloſſ.C.de prẹd.decur.lib.*10.ſic vbi de æſtimatione rerum dotalium apparet,ſtatim tacita venditio inter coniuges celebrata prẹſumitur,dominio in virum emptorem translato,qui bona dotalia tanquam empta retinebit, *gloſſ.in dict.l.ex conuentione*, 11. *in verbo,venditio*, *C.de pact. & in l.plerunq.* 11. *in gloſſ.*1. *ff.de iure dot.* notat *Afflict.* in ſpecie *deciſ.* 280. *num.2. & 4.* latiùs *Tiraquell.* probans eſſe veram

4 venditionem,ita vt de ea ſoluenda ſit gabella, quæ vigore ſtatuti ſolui debet *in* 1. *retract.§.1.gloſſ.*14. *ex n.*19. *& n.* 108. & diſcurrit *Hyppol.Rimin. in princip.quib.alien.lic.vel non*, *n.*78.

5 *cum ſeq.* quod procedere etiam ſi maritus,facta æſtimatione,dotem ſimpliciter reſtituere promiſerit,non autem æſtimatæ dotis pretium, ſiuè æſtimationem,puta ſi in inſtrumento ſcriptũ ſit, quam dotem promiſit reſtituere; nam adhuc de vera dote accipienda ſunt verba,quia in prædicto caſu pretium ipſum dotis æſtimatæ vera dicitur eſſe dos, non autem res dotales, quæ ideò retineri poſſe à marito, & eius hæredibus,reſpondit *Bart.in conſil.*14. *incip.Paula nupſit*, quem ſequitur *Bald.* & defendit *Campeg. de dote, part.*1.*quaſt.*4. & vti receptum nouis etiam rationibus confirmauit *idem Rimin.in d.loc.ex num.*90. *&* 93.*cum ſeq.*vndè adeo maritus,vel eius hæres æſtimatione facta retinere poterit res dotales, veluti dominium conſequutus ex vera emptione, pro qua datur actio ex empto,*d.l.quoties*.5.*C.de iure*

6 *dotium*, vt vxor nihil aliud petere poſſit in caſu,quo dos reſtitui debeat ſoluto matrimonio, niſi vt ſoluat maritus, vel eius hæres æſtimationem ipſius dotis actione ex empto, vel ſtipulatu,*d.l.cum dotem*, 10. vbi hoc declarat *gloſſ. verb.ex empto*, *C.de iure*

7 *dot. Bart. conſil.*123. *in fin.* adeo vt

ine-

ineptus, & iniustus sit libellus vxoris petentis, res æstimatas sibi reddi, nisi constet, maritum non esse soluendo, *Bald.* in specie *consil.* 160. *libellus lib.*2. quem sequitur *Barbos. in l. æstimatis*, 51. *n.*4. *in fin. ff. solut. matr.* quo
8 casu vel ab initio æstimatio non facit emptionem, iuxtà opinionem, quam defendunt *Bald. Salyc. Ias. Dec. Roger. à Mota, Soc. iun. Roland. & alij*, quos refert *Barbos. in dict. l. æstimatis*, *n.*26. *vers. vnde inferri videtur*, & *n.* 28. post *Rimin. iun. in d. princip. quib. alien. licet, vel non, num.* 112. *in 3. limit.* vel facit emptionem ab initio, licet resoluatur ex post facto in subsidium speciali fauore dotis, ne mulier, quę pretium exigere non potest, dote ipsa tradita careat, iuxtà opinionem *Purpur.* quam defendit *Couarr. pract. c.* 28. *num.* 8. nisi tertius possessor, à quo res vendicatur, offerat soluere illam æstimationem, ad quam ex pacto mari-
9 tus tenebatur, quia eo casu vxor ab hoc tertio offerente, excludetur, sicuti à marito excludi potuisset, ex regula *l. Paulus*, §. *fin. ff. quib. mod. pignus*, & ex multis pbat *Barbos. d. l. æstimatis*, post *num.* 28. *versic. item & tertiò*, & supe-
10 rius dicta procedunt, etiam si ex pacto cautum sit, vt in casu præsenti, vt soluto matrimonio res ipsæ, vel earũ æstimatio reddatur, arbitrio, & electione mariti; hoc enim casu non minus æstimatio faciet emptionem, quã si simpliciter nulla data electione facta fuerit, vt ex *text.* clarissimè *in l. quod si fundus*, 11. *ff. de fundo dotali*, vbi *Afric.* supposito, quod fundus in dotem æstimatus datus sit, distinguit
11 duos casus, primus est, si electio detur mulieri, & tũc negat alienari posse fundum à viro, cum possit eligere mulier, quod vult, vt subdit ibi *gloss.* si verò arbitrio mariti id concessum sit, contra esse decidit, non alia ratione, nisi quia per æstimationem cum facultate reddendi concessa viro rem datam æstimatam, vel pretium, maritus est effectus dominus per venditionem, & ideò alienare potest ad libitum, cum ipsius viri sit electio, vtrũ malit res offerre, an pretium eius: sicut generale est, vt in alternatiuis electio sit debitoris, vt clarè decidit *Vlpian. in d. l. plerunq;* 11. §. *si res in dotem*, *ff. de iure dot.* & in puncto hoc obseruat *Couarr. dict. cap.* 28. *versic. quartò tunc æstimatio*, quod dicit etiã, expressè decidi *in l.* 18. *tit.* 11. *partida* 4. vbi *Gregor. verb. escogentia*, citat prædicta duo iura, scilicet, *l. plerunque & l. quod si fundus*, quod latius explicat, & prosequitur *Hippol. Rimin. loco sup. citat. num.* 117. *in* 4. *limit.* dum plenè excutit casum contrarium electionis datæ mulieri, exinde confirmans expressè in casu contrario electionis datæ viro, censeri dominium in virum emptorem translatum, licet resolubile, si malit eligere restituere fundum, simpliciter se subscribens *Couarrunias*, *Riminaldus num.* 119. *in*
12 *fin.* & quamuis, vt *idem Couarr.* declarat *dict. cap.* 28. *num.* 5. respectu periculi si maritus elegit restituere res ipsas, etiam deterioratas, obligationi satisfaciet, modò non fuerint deteriores effectæ, culpa saltim leui ipsius viri, non ideò minus cessat venditio effecta per æstimationem, quia licet sit vera venditio, quæ inducitur per æstimationem, non tamen dicitur simplex quoad omnia, vt notatur *in l. quoties*, 17. *ff. de iure dot.* & obseruat in plerisq; casibus, periculi scilicet, & euictionis *Barbos. in dict. l. æstimatis*, *num.* 6. & *num.* 15. *versic. nec est omittendum*, sicut videmus in simili in venditione cum pacto redimendi, quæ non ideò minus vera, & perfecta venditio dicitur, dominio translato, quamuis resolubilis sit, vbi venditor velit vti facultate reemendi: quod igitur licuisset facere Consiliario Tirono viro, qui ex decis. *dict. l. quod si fundus*, 11. *ff. de fundo dotali*, potuisset fundum, de quo agitur, non obstante pacto alternatiuè adiecto ad electionem ipsius viri, & suorum hæredum, non autem vxoris ven-

13 vendere, & alienare: nec licuit vllo modo tutori pupilli filij, & hæredis viri patris ſine cauſa neceſſaria decreto, & alijs ſolennitatibus, præſertim poſt ratificationem vxoris factam ſoluto matrimonio, quæ contenta non remanſerat, pecuniam ſibi reſtitui, & ſic dominio translato ab initio, & cõfirmato, ratihabitione vxoris; repugnat enim prohibitio titulorum, *ff. & C. de rebus eorum, & de prædijs, & alijs reb. minor. & l. quæ tutores, C. de admi-*
14 *niſtrat. tut.* & octo requiſita recenſet *Afflict. deciſ.* 249. & tresdecim recenſet *Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 2. caſu* 171. *vſq. ad num.* 29. & plurima receſſent *Gregor. Lop. Dec. Roland. & alij*, quos refert *Guttier. de tutel. part. 2. c.* 5.
15 *num.* 8. alienatio autem rei immobilis facta per minorem, vel tutorem ſine decreto, & requiſitis neceſſarijs, adeò nulla eſt, vt non ſit reſtitutio neceſſaria, cum ipſo iure minor ſeruetur illæſus, & ob id nullum ei parat præiudicium, *l. in cauſa, §. pomponius, ff. de minorib. Bald. in l. 2. C. ſi aduerſ. vendit. Caldas in repetit. l. ſi curatorem habens, verb. contract. m feciſti, in princip. verſ. ſi deniq; Gutier. d. cap.* 5. *num.* 8. quod
16 procedere etiam in inſolutum datione facta creditori ex cauſa neceſſaria, ex *Alex. Corn. Dec. Duena, Roland. Caualc. & alijs* probat *Guttier. d. num.* 8. *Menoch. d. cap.* 171. *num.* 50. *extenſ.* 7.
17 & in remiſſione, ſiuè ceſſione actionis, etiam perſonalis, quam minor habet ad rem, ex *l. ſi ad reſoluendum*, 7. *C. de præd. minor.* optimè *Gomeſ. tom. 2. cap.* 14. poſt *num.* 15. *verſic. quartò extende, Caldas d. loc. num.* 7. *verſ. quarto*
18 *ampliatur, Guttier. d. c.* 5. *num.* 27. *ampliat.* 7. in quacunq; remiſſione rei, cuius minori eſſet quouis modo quæſitum dominium, vel in legato, vel fideicommiſſo relicto, in quo contineretur res immobilis, ex quo minori nedum eſt interdicta alienatio, ſed nõ poteſt omittere, neq; definere acquirere bona, ad quę habet efficacem actionem, quinimò ſaltim reſtitutione præuia ſuccurritur eidem, & quandò iuſtum lucrum amiſit, *l. ait Prætor, §. ſin. l. non omnia, ff. de minor.* & communiter receptam affirmat *Gomeſ. d. c.* 14.
19 *n.* 15. & quod nulla ſit omninò alienatio, etiam ſi minor nõ ſit dominus, ſed quaſi dominus, vt quia ſolùm habeat publicianam, vt ex *text. l. magis puto, §. ſi pupillus, ff. de reb. eor.* & communẽ ſententiã tradit *Gomeſ. d. cap.* 14 *num. item* 14. *in fin. in* 2. *extenſ. Caldas num.* 6. *in* 3. *ampliat. Gutier. num.* 26. *in* 6. *ampliat.* & etiam ſi fundus ſit omninò ſterilis, & infructuoſus, & ita pluries deciſum in Sacro Conſilio, ex *Afflict. deciſ.* 87. *& Dom. meo Capyc. deciſ.* 113. refert *Menoch. d. cap.* 171. *num.* 62. Et in puncto ne deficiat deciſio expreſſa in terminis, vt aiunt, terminantibus, quinimò in longe fortio-
20 ribus, *Bart.* mouet quæſtionem *in l. ſi ſic legatũ*, 78. *§. ſi quis ita, in fin. ff. de legat.* 1. ubi poſtquã docuit, actionem iudicari mobilem, vel immobilem, iuxtà naturam rei, quæ in ea continetur, vel ad quam dirigitur, citans inter alia iura, *d. l. ad reſoluendam, C. de præd. minor.* infert *Bart. item ſcitis, quod minor non poteſt alienare immobilia ſine decreto, modo quidam minor habebat actionem ad fundum, vel ad centum alternatiuè, ceſſit actionem ſuam: dixi, quod erat in poteſtate debitoris; ſi enim ſoluet fundum, non valet ceſſio, ſed ſi ſoluet centum, ceſſio valet, caſus eſt hic*, hucvſq; *Bart.* & ſic patet ex hac deciſione, quod etiam ſi minor non habeat penes ſe rem quoad dominium, & poſſeſſionem, nec habeat ipſe minor ius eligendi rem, vel pretium ex pacto, vt in caſu noſtro, ſed dumtaxat habeat minor actionem etiam perſonalem ad fundum, vel ad centum alternatiuè, & electio competit debitori ipſius minoris, vt generaliter contingit in alternatiuis, vt in regula in alternatiuis *de reg. iur. in* 6. ſi tamen minor cedat actionem, va iditas ceſſionis pendebit ex futuro euentu, vt eatenus ſuſtineatur ceſſio, quatenus con-

contingat,debitorem minoris eligere
solutionem ipsorum centum in pecu-
nia,secus verò, si malit fundum resti-
tuere,idq; non alia ratione,nisi quia
ex euentu, quo debitor eligit fundi
restitutionem,declaratur,nullam fuis-
se eam minoris cessionem,quæ quan-
doq; non certitudinariè, sed ex casu
saltim in specie, qui poterat adesse,&
abesse, poterat importare acquisitio-
nem fundi: quantò fortiùs igitur in
casu præsenti, vbi iste minor habebat
dominium fundi radicatum, vt supra
probauimus,& possessionem penes se
confirmatam ex cōtractu facto à ma-
21 tre post mortem patris: sed & id for-
tiùs procedere in casu contrario, vbi
electio restituendi fundum, vel pecu-
niam,sit in potestate ipsius pupilli,vel
minoris, vt in casu nostro decidit idē
Bart.in l. si ex legati causa, 23.n.6.ff.de
verb. obligat. in materia interpellatio-
22 nis, quando interpellatio possit fieri
adulto, & resoluit, quod pariter hoc
ex euentu apparebit, quia si adultus
eliget soluere pecuniam, valebit in-
terpellatio sibi facta, quia pecunia
potest alienari sine decreto, & sic va-
lidè poterit adultus interpellari, vt
dixit supra *num.* 5. quod si soluit fun-
dum,apparebit non tenuisse, *d.l.si sic,*
§.fin ff.de legat. 1.vbi dicit esse casum,
& addit *Bart.* facere *text.* à me supe-
rius citatum,*in l.quod si fundus,* 11.*ff.*
de fundo dotali, confirmat prædicta
*Angel. in d.§.si quis ita, in fin.*inferens
ad quæstionem de statuto, quæ satis
ad rem confert, & latiùs *Ias.num.*10.
& 11 *Gregor.Lop.lib.*18.*tit.*16.*parti-*
da 6 gloss.que sea raiz, Pater Molina
*tom.*1.*de iustit.& iur.disput.*224.*col.*8.
lit.D.versic.quando autem, Guttier.sola
*Molinæ remiss. contentus d.*2.*part. c.*5.
*num.*40.*in fin.*& hac ratione genera-
23 liter statutum est, vt nec compromis-
sum,vel transactio à minore facta sine
decreto valeat, nisi ex transactione
res ipsa immobilis,de qua est contro-
uersia, penes ipsum minorem rema-
neat, & sic prohibetur minor, siue
eius tutor alteri etiam vigore com-
promissi,vel transactionis,rem immo-
bilem cedere, vel remittere penes ad-
uersarium, licet è contra valeat tran-
sactio,etiam sine decreto,si penes mi-
norem res ipsa remaneat,refusa pecu-
nia aduersario,*Bart.& cæteri in l.si pro*
24 *fundo,C.eod.tit.* quod procedere non
solùm si minor rem immobilem pos-
sideat, sed etiam si aduersarius mino-
ris possideat,& sic etiam si minor agat
aduersùs possessorem fundi ad ipsius
restitutionem; non enim poterit mi-
nor transigere, nisi sibi tradito fundo,
& possidenti aliqua pecunia assigna-
ta, quia etiam cedendo actionem ad
rem immobilem,dicitur alienatio mi-
nori prohibita,etiam si fiat ex causa
transactionis, *Bart.in puncto in l.nulli,*
*num.*2.*ff.de transact.Curt.Pinell.Tira-*
quell.& alij, quos congerit *Molina de*
*primogen.lib.*4.*c.*9.*num.*22.26. *&* 27.
*Gomes.d.tom.*2.*cap.*14.*num.*16.*versic.*
ex quo subducitur,Caldas in d verb.con-
tractum fecisti versic.quartò infero,Gut-
*tier.d.c.*5.*versic.octauò ampliatur, n.*28.
quidquid incautè scripserit *Menoch.*
*d.lib.*2.*cent.*2.*c.*171.*n.*74. accedat no-
uissimè, hunc minorē nō solùm læsū
ex facto tutoris,quia fundum pretio-
sum situm in oppido Summæ relaxa-
uit,qui erat in dominio, & possessio-
ne minoris, sed ex pacto cessit in in-
strumento omnes fructus pendentes
per partionarios,& conductores fun-
di,idq; in medietate Mensis Maij,qui
25 fructus pendentes licet regulariter
pro rata anni pertineant ad vxorem
quando dos non est æstimata, iuxtà
materiam *l. diuortio*, tamen in dote
æstimata, fructus pendentes insolidū
pertinent ad maritum, & eius hære-
des, *l.vnica, §.cumq; in fin. C. de rei*
*vxor.act. Caphal.cons.*78. *ad fin.lib.*1,
Barbos.in l. æstimatis, 51.post *num.* 12.
versic.quo fit, ff.solut.matr. hic autem
fructus vnius anni ex dicto fūdo per-
cipiendi longè excedunt ducatos cē-
tumquinquaginta, quos mater in eo-
dem instrumento cessit in beneficiū
pu-

pupilli, percipiendos ex fructibus antefati; de reliquis enim ducatis ducẽtis, quos finxit eadem mater ſibi deberi vigore cuiuſdam apocæ priuatæ à viro prædefuncto, de quibus quietauit filium viri hæredem, non eſt aliqua ratio habenda, cum de debito patris pupilli non conſtet, niſi per matris, & tutoris aſſertionem; vndè ex hoc figmento maior dolus detegitur, cum ita fraudem fecerint, ne fraudem feciſſe viderentur, & tandem fundum alienatum, etiam cum fructibus vendicabit iſte minor, cum mater fuerit
26 in mala fide ſciẽs, rem minoris eſſe; is enim, qui ſcit, rem eſſe minoris, & ſine decreto eam acquirit, iudicatur malæ fidei poſſeſſor, adeo vt fructus cum re ipſa reſtituere cogatur, nec vſu capiẽdi conditionem habeat, *l. 1. & 2. C. ſi quis ignorans rem minoris eſſe, l. ſi prædium, C. de præd. minor. Couarr. Caldas, & alij*, quos recenſet *Guttier. d. part. 2.*
27 *cap. 5. num. 11. & 12.* & vbi fraus interuenit, ſi emptor ſit fraudis particeps, vel etiam ſi ab emptore fraus abfuerit, nec minor ſit ex pretio effectus locupletior, non tenebitur neq; ad pretij reſtitutionem, *dict. l. ſi prædium, & l. prædiorum, iuncta l. vtere, C. de præd. minor. Caldas dict. ver. contractum feciſti, num. 1. in fin. & 2. verſ. quinimò.*

SVMMARIVM.

1 *Calores iuueniles ſunt coarctandi, ne cupidini dediti iuuenes triſtem exitum ſentiant.*

2 *Pater in caſibus, in quibus, in bonis aduentitijs filiorum, ſiuè etiam maternis non quæritur vſusfructus, nec etiam eſt ipſorum bonorum legitimus adminiſtrator, temperatur tamen, & declaratur ſupradicta concluſio pluribus modis,* num. 3. 4. & 5.

6 *Intellectus* l. fin. §. ſin autem in ſecũda ætate, C. de bonis, quæ lib. *quomodo ſit eius* text. *diſpoſitio intelligenda.*

7 Bart. *doctrina* in l. fin. §. pupillus, ff. de verbor. oblig. *quod pater in caſibus in quibus ſibi denegatur vſusfructus bonorum eius filiorum, nec ſit legitimus illorum adminiſtrator, quomodo procedat, declaratur* num. 8. 9. & 10.

11 *Confidentia arguitur ex præſtatione conſenſus.*

12 *Confidentia præſumitur ob amorem patris erga filium.*

13 *Amor paternus maior eſt, quàm imaginari poteſt, & nullus amor eum vincit.*

14 *Vſusfructus regulariter debetur patri in bonis maternis, & aduentitijs filiorum.*

15 *Adminiſtratio bonorum aduentitiorum filij patri conceſſa, non finitur, finita minore ætate filij, ſed durante vita patris, durat adminiſtratio, nulla adhibita diſtinctione inter filium minorem, & maiorem.*

ARGVMENTVM.

Pater quomodo dicatur legitimus adminiſtrator bonorum aduentitiorum filij in caſibus, in quibus ſibi õn quæritur vſusfructus, & de intellectu *l. fin. §. ſin autem, C. de bonis, quæ lib.* & quanto tempore durante cenſeatur adminiſtratio, pulchrè declaratur.

Pro Dom. Alphonſo Brancatio.

CONTROVERSIA XXXXI.

DOminus Alphonſus Brancatius, qui ex Sarra vxore eiuſdem cognominis quond. Octauij filia, vnicũ ſuſcipit filium Franciſcum, libentiſſimè conſentiret filio petenti, remoueri patrem ab adminiſtratione bonorum, quæ ad ipſum peruenerunt ab Octauio auo materno, niſi amore paterno, & charitatis zelo detineretur; cernens, hoc ſolo remedio compeſci poſſe filium nimia facilitate, & impulſu

su mali consilij facultatibus labentē,
1 ac melius esse coarctare iuueniles
calores, ne cupidini deditus tristem
exitum sentiat, qui eos scilicet pa-
tres post dispersum expectant patri-
monium, vt scripsit *Imper. Iustin. in l. fin. §. filijs, C. de bon. qua liber.* & pro-
inde dicit, nullo iure posse sibi inter-
dici administrationem, in qua reperi-
tur, mediante decreto Magnæ Curiæ
per Sacrum Consilium pluries con-
firmato, & executo, & in qua quantū
optimè ad bonorum filij incrementū
se gesserit ex mathematica demon-
stratione rationum, quæ in promptu
offert exhibere, quamuis de iure non
teneatur, apparebit; licet enim de iu-
re verum sit, vt in casibus, in quibus
2 patri in bonis aduentitijs, siuè etiam
maternis non quæritur vsusfructus,
nec etiam sit ipse legitimus bonorum
ipsorum administrator, ex *decis. Bart. in l. fin. §. pupillus, ff. de verb. oblig. Dom. meus Capyc. dec. 56. num. 4.* cum con-
cordantibus à *Paris. consil. 157. lib. 4. Dom. de Franch. decis. 10. num. 6.* & per
Consiliar. de Anna conf. 1. num. 37. hoc
3 tamen temperatur procedere, vt sit ta-
men pater administrator, si ipse velit,
vt ex *text. in l. fin. §. fin autem in secunda atate, vers. nolente autem patre, C. de bon. quæ liber.* colligit *Aret. in dict. §. pupillus*, nec *Bart.* ac eius sequaces ne-
gant, quod si velit pater, prohibeatur
4 administrare, sed non quod fiat, scili-
cet ipso iure à lege legitimus admini-
strator, vt aliàs esset, vt in puncto ad-
uertit *Dom. Præs. de Franch. dec. 10. n. 8.*
& melius omnibus *Dom. Camill. de Medic. meus socer recol. mem. conf. 99. ex num. 53. ad 57.* vbi obseruat plures
5 diuersitates inter vnum, & alterum
casum, an scilicet sit prior administra-
tor legitimus, vel ita demum si velit,
& inter alias vnam, quod hoc casu vbi
nō habet vsumfructum, habebit prior
solùm gubernium extraiudiciale, non
autem iudiciale, & hunc sine dubio
6 esse verum sensum, & intellectum *d. §. fin autem in secunda ætate, d. l. fin.* pro-
bat his verbis latè *Ruyn. conf. 24. n. 8.*
7 *lib. 5.* secundò propositio negatiua
Bart. in d. §. pupillus, vt in casibus, in
quibus pater non habet vsumfructū,
quos enumerat *Rimin. iun. in §. 1. inst. per quas person. nob. acquir. ex n. 138. vers. in gloss. vsumfructum*, nec sit legi-
timus administrator; declaratur pro-
8 cedere in casibus, in quibus ex dispo-
sitione hominis, qui filiumfamilias
honorauit, vel etiam legis redditur
pater aliqua rōne suspectus, vt odio-
sus disponenti, vel aliter verisimile
sit, noluisse illum, qui bona sua largi-
tus fuit filiofamilias, vt patri, quem
infensum habuit, concederetur admi-
nistratio, vt in casu *auth. excipitur, C. de bon. qua liber.* extractæ *ex auth. vt liceat matri, & auia, §. 1. coll. 8.* ad cu-
ius ornatum latè *Gomes. ad ll. Tauri, 48. num. 10. vers. tertiò principaliter, Molina de primogen. lib. 1. cap. 19. ex num. 30. Mieres de maior. part. 2. q. 3. num. 14.* & ex nostris *Dom. de Franch.*
9 *decis. 161.* secus verò vbi nulla legis,
vel testatoris suspicio de patre diffi-
dentium concurrit, verum acquisitio
vsusfructus non in odium ipsius pa-
tris, sed principaliter in filij fauorem,
commodum, & vtilitatem facta est, vt
ipsi pleniùs consulatur, vt succedat
non in sola, & nuda proprietate,
sed etiam in vsufructu bonorum; hoc
10 enim casu licet patri non acquiratur
vsusfructus, administratio tamen ipsi
minimè, modo aliquo denegatur, de-
cisio est *Corn. in puncto in d. l. fin. §. fin autem in secunda, num. 13. C. de bon. qua liber.* quem secuti sunt *Berous, Cagnol. & alij*, quos latissimè comprobās
sequitur *Bursat. conf. 133. n. 39. & 40. & num. 56. & 57. lib. 1.* & authoritate
etiam *Azon. Bart. Bald. Angel. Aret.* &
aliorum, confirmat nouissimè *Hispan. Castill. quotid. controuers. de vsufruct. lib. 1. cap. 3. ex num. 59. versic. licet autem*, qui licet referat *Caldas in repetit. l. si curatorem habens, vers. lesis, n. 147. C. de integr. restit.* ab hac declarat ali-
quantulum dissentire, attamen ipse

num.

num.63. dictam opinionem defendit, vt receptam, & rationi maximè consentaneam, & conciliat, ita vt, nec *Caldas* contrarium velit, nisi vbi præsumi potest, disponentem habuisse patrem suspectum; vndè, cum in præsenti casu nulla adsit testatoris Octauij, scilicet Brancatij prohibitio, ne Alphonsus ipsius dilectissimus gener administretur, sed caruit Alphonsus pater vsufructu ex eo solùm, quod testator, vt plenius consuleretur Frācisco nepoti, & hæredi, mandauit, vt ipse quousq; vxorem duceret, *l'entrate di sua heredità di tempo in tempo si andassero. conuertendo in compra, & moltiplico à beneficio di detta sua heredità, acciò tutte l'entrate predette peruēgano al detto Francisco herede subito dopoi casato*; & deinde in codicillis addidit, *dal dì che sarà casato, finche procrearà figli dal matrimonio, che contraherà, come di sopra, auanti goda il beneficio di mia heredità per annui docati ottocento solamēte, & poiche hauerà procreati figli, come di sopra, l'heredità, & beni miei li vadano del modo, vt supra.*
11 quinimò expresè confidit de Alphōso, dum in vltimo capitulo testamenti voluit, quod in emptionibus faciendis ex fructibus pro multiplico, vltra consensum substitutorum Francisco sine liberis decedēti, vt supra in principio testamenti disposuerat, vtpotè de quorum interesse agebatur, adhiberetur etiam consensus ipsius Alphonsi patris. Ex hoc necessariò sequitur, vt tantùm absit, non fuisse Alphonso prohibitum vsufructum in ipsius odium, velut suspecto, sed tantum tacitè resultet prohibitio ex ordinatione multiplici, vt plenius hęredi consuleretur, non solum in proprietate, sed in vsufructu; quod ob id Alphonso nullo modo cēsebitur prohibita administratio, vt in puncto, & in indiuiduo casus nostri, in testatore, qui instituto nepote ex filia nupta in familia de Gozadinis; quamuis expresè prohibuerit, nullum vsumfructum quæri patri, vt tamen fructus conuerterentur in emptiones stabiliū ad cōmodum instituti, quod ex hoc non censeatur prohibita administratio ipsius genero, eiusdemque hæredis patri, censuit *Bursat. cons. 133. numer. 56. &* 57. iuncto *princip. lib. 2.* qui *num. 53. 54. &* 44. plenè recenset notissimam confidentiam legis in parē-
12 tes, ob ingenitum, & vehementissimum amorem patris erga filium, qui
13 maior est, quam imaginari possit, *l. isti quidem, in fine, ff. quod met. causa,* & maximè in isto spectatissimo viro Alphonso, qui defuncta vxore, matre huius iuuenis, cum adhuc esset in ualida ætate, noluit ad secunda vota transire; quinimò ad sacros ascendit ordines, vt hunc vnicum filium educaret, eiq; soli thesaurizaret, & sic vndiq; fidelis, & diligentissimus apparuit, vt considerat *Gozadin. consil. 68. in princ. Bursat. d. cons. 133. num. 50.* Neque in hoc casu administratio, debita in honorem parentis, vti sequela vsusfructus, qui aliàs regulariter de-
14 betur in bonis maternis, & aduentitijs, *§. 1. Instit. per quas person. nob. ac-*
15 *quir.* debita est patri dumtaxat durante minori ętate filij, qui adhuc minor est, sed durante vita patris, *l. fin. §. filijs,* ibi, *donec parentes viuunt, C. de bonis quæ liber.* & sic etiam post minorem ætatem filij, & quousq; pater viuit, administratio porrigitur, nulla adhibita distinctione inter filium minorē, & maiorē, vt ex cōi DD. sētia *in auth. excipitur, C. de bon. quæ lib.* probat *Ruyn. in dict. cons. 24. num. 8. versic. & distinctio, lib. 5.* 10. Octobris 1623.

DECISIO.

Licet Dominus causæ commissarius Octauius Piccolelli, domi decreuit, inaudito D. Alphōso patre, quod debitores faciant depositum, & pater exhibeat computa, cum à dicto decreto pater inauditus appellauit, & obtinuerit iustitiam fieri, audito

appellante, vt ex decreto 20. Nouẽbris,& ſupplicatione 23. Nouembris 1623. cart. 186.& 191. non legitur in proceſſu quicquam vlterius prouiſum, quinimò patet inſtetit, conſeruari in poſſeſſione, in qua reperiebatur, cart. 204. in proceſſu hæreditatis quond. Octauij Brancatij de Mutio in banca Hieronymi de Amico.

SVMMARIVM.

1 *Præſcribi non poſſunt, quæ ſunt facultatis naturalis, nec actiuè, nec paſſiuè, & declaratur* num. 6.

2 *Ruſticus, qui ſolennia munera per plures annos domino exhibuit, non proinde tenetur in futurum, quod limita vt* num. 3.

4 *Præſcriptio, & conſuetudo non inducitur in his, quæ ſunt facultatis, ex longæua obſeruantia.*

5 *Facultatis quæ ſint, explicatur.*

7 *Obligatio non inducitur in his, quæ ſunt meræ facultatis, etiam per præſcriptionem immemorabilem, ſeu centenariam.*

8 *Præſcribuntur etiam ea, quæ ſunt facultatis, concurrentibus prohibitione præſcribentis, & patiẽtia aduerſarij.*

9 *Seruitutes vt præſcribantur, requiritur patientia aduerſarij, & prohibitio præſcribentis cum ſcientia, quod amplia in iuribus incorporalibus,* n. 10.

11 *Poſſeſſio in incorporalibus datis facta præſtatione vniformi, & certa tàm in materia, quàm in ſumma.*

12 *Poſſeſſionis acquiſitio ex incertitudine vitiatur.*

13 *Poſſeſſionis actus debent eſſe clari, non æquiuoci.*

14 *Munera, & xenia præſtari ſolita baronibus ex mera liberalitate, ex neceſſitate non veniunt in venditione, nec in locatione, vt* num. 15. *& quid in ijs, quæ præſtantur ob iucundum eorum aduentum distingue, vt* num. 17. & 18.

10 *Legatis ijs per teſtatorem, quæ viuus præſtabat, non veniſi, quæ certam erogationis formam habebant, comprehenduntur.*

19 *Munera, & xenia vt debeantur baronibus, non ſufficit poſſeſſio, niſi etiam de titulo doceatur.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli an teneantur, & cogi poſſint in futurum præſtare munera, & xenia baronibus ex eo, quod per plures annos ſoliti fuerint ea præſtare ex mera liberalitate: & an ea, quæ ſunt meræ facultatis, præſcribi poſſint.

Pro Vniuerſitate Terræ Lauri cõtra D. Marchionẽ ipſius Terræ.

CONTROVERSIA XXXXII.

CVm Vniuerſitas Lauri de anno . : conquæſta fuiſſet in Sacro Conſilio, officium iudicis implorando aduersùs Dominum Marchionem, qui liberalitatis obſequium, in iuris neceſſitatem conuertens, ipſam coegerat, vt quolibet anno xenia, ſiuè ſolẽnia munera ex debito rependeret, exigendo difformiter, tamẽ iure proprio interdum gallinas, quandoque verò pecuniam: decreto Sac. Conſilij fuit prouiſum, quod abſtineat, & capiatur informatio, quod cum fecerit tranſitum in rem iudicatam, velut nulla appellatione ſuſpenſum, nouiter poſt . . . annós modernus Marchio aſſeruit, iterũ id ſibi ius cõpetere, ex eo præſertim, quod Vniuerſitas poſt decretũ, interdum munera ſibi exhibuerit, & ob id decreto renunciauerit, vndè ſe conſeruandum in quaſi poſſeſſione, ſiuè ſtatuto exigendi cõtendit: ſed pro Vniuerſitate, cui liberalitatis voluntarium obſequium, vt par eſt, nocere non debet, vt ab origine rem ſcrutemur, ſtat diſpoſitio iuris, & iudicis interdictum, quod ſemper loquitur; notiſſima etenim eſt
1 propoſitio, ea, quæ ſunt facultatis na-

naturalis, quorum libertas à iure publico permiſſa eſt, cuiuſmodi eſt deambulari per viam publicam, vel de rebus ſuis diſponere, ex quibus nulla nobis datur actio, vel exceptio contra aliquem, nec alteri contra nos nullo tempore, vel modo præſcribi poſſe, nec actiuè aduersùs alios, nec paſsiuè aduersùs nos, quemadmodũ *text. in l. viam publicam, ff. de via publica*, interpretati ſunt *Bald. Angel. Barbat. Aretin. Corn. Balb. & alij* relati per *Menoch. conſ.* 201. *num.* 62. *lib.* 3. & vulgaria ſunt exempla in illo, qui millies amicum apud ſe hoſpitio acceperit, vt non cogatur in futurum ex-
2 cipere, & ſic in ruſtico, qui ſolennia munera, id eſt, quæ ſemel in anno exhibere ſolẽt, de quibus meminit I.C. *in l. cum plures*, 13. §. *cum tutor, ff. de administrat. tutor.* ad cuius ornatum pulchrè *Napodan. cõſt. mulier. de dotib. num.* 57. vbi plura de donatiuis, & de alimentis præſtandis, plura *Guttier. de tutel. lib.* 2. *cap.* 6. *Garzias de melior. n.* 20. & latisſimè *Eſcobar. de ratiocin. cap.* 24. per infinitos penè annos præſtiterit domino ſuo, non ex hoc in futurum compelli poterit, vt docuit *Bart. in l cum de in rem verſo* 6. *n.* 14. *ff. de vſur.* vbi dicit, id indubiè procedere, cum præſtatio, ſiuè ſolutio, eſt facta ſimpliciter, non adiecta ali-
3 qua cauſa, quia præſumitur titulus donationis, quod ſolutum eſt, & licet regulariter non præſumatur donatio, fallit, niſi vtilius eſſet præſtanti, quod præſumeretur donatio, quàm præſtatio ex alia cauſa, quæ in futurum inferret damnoſam obligationem, *Salazar. de vſu, & conſuet. cap.* 9. *num.* 10. niſi non ſimpliciter ſoluiſſet, ſed nominatim reſpectu certæ cauſæ ſpecialiter expreſſæ, puta pro laborerio terræ, quod ruſticus tenet à domino, quo caſu tantùm induceretur obligatio, durante laborerio, & ſequitur *Panorm. in c. quod translatione, n.* 4. *de offic. legati, & in cap. peruenit, de cenſib. cum infinit.* congeſtis à *Gabriel. de præſcript. concluſ.* 10. *in* 1. *ampliat. n.* 5. vndè cum in hoc genere muneris, quod vaſſalli Burgenſes ſolent vtili domino interdum exhibere, nulla cauſa particularis exprimatur, quæ obligationem inducere poſſit, nulla poterit applicari præſcriptio, nec cõſuetudo: & ratio illa redditur, quod nulla poſſeſſio eſt apud alium, qua is deinde poſſit præſcribere, vt probatur *in l. ſi in eo fundo, ff. de aqu. pluu. arcend. & in l. proculus, ff. de damn. in-*
4 *fect.* & quia in his, quæ ſũt facultatis, ex longęua obſeruantia non inducitur conſuetudo, nec præſcriptio, poſt *Panorm. & Cardin.* probant *Roland. conſ.* 21. *num.* 14. *lib.* 2. *& Menoch. con-*
5 *ſil.* 143. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 2. vbi ea dicit eſſe facultatis, quæ à libera noſtra voluntate pendent, & quæ nullam habent antecedentem cauſam obligandi, vt ſi feci ſæpisſimè actum, qui pẽdet à ſola libertate, & facultate mea ad tui commodum, tu nunquam aliqua temporis pręſcriptione acquires aliquod ius, aliamue obligationem contra me, ex quo nulla obligatio, nullaq; cauſa particularis præceſſit, vt latiùs explicat *idem Menoch. dict. conſ.* 201. *num.* 63. & vt optimè tradit
6 *Balb. in tract. præſcript quæſt.* 4. *part.* 5. *part. principal.* vbi eſt talis facultas, ex qua per explicationem actus, nullum ius, nulla actio, nulla exceptio quæri poteſt, ſed ſolùm inſurgit explicatio eius, quod in libero explicantis arbitrio conſiſtebat, ſeu in puram, & liberam voluntatem explicantis collatum erat, cuiuſmodi eſt donare, & xenia mittere, nulla omninò in futurum inducitur obligatio, quia in ſuperiore ſemper præſumitur elicitum, ac illicitè extortum per impresſionẽ, latisſimè *Salazar. tract. de vſu, & cõſuet. cap.* 10. *num.* 34. vbi de materia ex *num.* 28. vbi *num.* 48. *in fin.* de præſtationibus, quæ fiunt à corpore myſtico, qualis eſt ordo, ſiuè Vniuerſitas, & de præſtatione facta perſonæ publicum repreſentanti, vt Duci, vel

Comiti, *idem Salazar. dict. cap. n.* 54. *in fin. & num.* 55. secus verò cum facultas est formata, & in obligationē, aut in esse deducta, ex qua per explicationem actus quæritur nouum ius, vt actio, vel exceptio, vt est in pacto retrouenditionis formato, & in esse, ac obligationem deducto, & in iudicium deducibili, sequitur latiùs casus explicando *Matth. Vuesembec. consil.* 2. post *num.* 94. *vers.* 3. & 4. & *Gratian. disceptat. forens. lib. cap.* 18. *num.* 26.

7 & 27. quod ampliat *Crauett.* vt non inducatur obligatio, nec præscriptio in actibus meræ facultatis, etiam per præscriptionem immemorabilem, aut centenariam, *de antiquit. tempor. part.* 4. *§. materia ista, num.* 98. quam ampliat esse magis communiter receptā affirmat *Gabriel conclus.* 10. *à num.* 9. quo dissentit *Vuesemb.* post *dict. n.* 94. *versic. qui verò perhibent*, qui loquitur in iure luendi, quod non est meræ facultatis;

8 & licet sciam, etiam his, quæ sunt meræ facultatis, posse interdum præscribi, requiritur tamen prohibitio prohibentis, & patientia aduersarij per tempus sufficiens ad præscribendum, puta volebam alibi molere, aut coquere, tu me prohibuisti, acquieui tali prohibitioni tempore lōgissimo, ex hoc actu prohibitionis cū patientia subsecuta, statim quæsita est quasi possessio prohibenti, & deindè præscriptio, iuxtà *text.* vbi *gloss. & DD. in l. qui luminibus, & l. fi. quis diuturno, ff. si seruit. vendic.* vt in puncto latiùs explicat *Crauett. in dict.* 4. *part. num.* 99. *vers. sed hic dubitatur*, quod

9 generale esse in præscribendis seruitutibus, post *Fabr. Aretin. & Iason. in §. aquè, de action.* benè probat, distinguens inter seruitutes negatiuas, & affirmatiuas *Balbus in* 2. *part.* 4. *part. principalis, quæst.* 1. *num.* 9. 10. & 12. vbi inter alia vltra tempus, primò dicit opus esse, quod volens præscribere, fuerit vsus iure suo, idest credens se vti iure suo, & quod vtatur, tanquam seruitute sibi debita, aliàs non acquirit seruitutem, etiam si mille annis vsus fuerit, & prohibitio cum scientia, & patientia aduersarij, sine qua possessio seruitutis haberi non

10 potest, *Viuius decis.* 130. *num.* 7. quæ non solùm ad complendam præscriptionem, sed ad acquirēdam possessionem in iuribus incorporalibus inter cætera requiri, vt acquirens iure suo proprio vsus actum illum exerceat, & scientia tam in acquirente, adhoc vt habeat animum acquirendi, quàm ex parte alterius, cui præiudicatur, nam aliàs deficit patientia, sine qua in his possessio non transfertur, *l.* 3. *§. dare, ff. de Vsufruct.* tradit *Rapa in cap. cum Eccles. num.* 40. *in fin. & num.* 9. *de caus. possess. Menoch. lib.* 2. *de arbitr. centur.* 2. *cap.* 160. & 161. *Ruyn. cons.* 122. *num.* 7. *lib.* 5. vndè cum hic tantùm absit, vt prohibitioni, ne vassalli abstinerent à præstatione muneris, non acquieuerint, sed statim ad Sacrum Consilium conuolauerint, proponendo grauamen, & obtinuerint, casus est ab omni penitus dubi-

11 tatione alienus; accedat, quod nec possessio in incorporalibus dari potest, nisi vbi semper eadem, & vniformis præstatio, non vbi difformis, & incerta tam in materia, quàm in summa facta reperitur, vt ex *cap. querelam, de elect.* tradit *Cuneus*, quē sequitur *Bart. in l. soluto, §. non vero, num.* 4. *ff. de offic. proconsul.* vbi *Bald.* dicit, quod ex rei veritate certa obligatio depromi non potest, sequitur *Alexand. consil.* 127. *num.* 4. *lib.* 5. *Dec. consil.* 214. *Menoch. lib.* 3. *præsumpt. cap.* 131. *num.* 88. *Vatquius controuers. Illustr. lib.* 2. *cap.* 84. *num.* 34. *limit.* 6. & generaliter incerti-

12 tudo vitiat acquisitionem possessionis, *l.* 3. *§. incertam, ff. de acquir. possess. Tiraquell. de iur. cōstit. part.* 3. *limit.* 19. *num.* 1. reddens rationem, quia super incertis non cadit possessio, *Menoch.*

13 *cons.* 178. *num.* 25. *lib.* 2. & actus fundantes possessionem, debent esse clari, non æquiuoci, *Anna allegat.* 131. *num.* 11. & *sing.* 3. *Ruyn. consil.* 122. *n.* 8. *lib.*

lib.5. nec dicatur, quod in vaſſallis
iſtis burgenſibus conſiderari poſſit
cauſa obſequij, & muneris clientela-
ris, quia præter quam causa debet eſ-
ſe particularis, & ſpecialiter obliga-
tionis efficacis inductiua, vt ſupra ex
Bart. probauimus, hic ex ſcriptura
nouiter per partem producta conſtat
de cauſa, ſcilicet, *per loro amoreuolez-
za*, quæ omninò debitum excludit;
14 ſed ne deficiat deciſio in terminis,
etiā in muneribus præſtari ſolitis ba-
ronibus, & vtilibus dominis Caſtro-
rum, legatur *Alber. in l. vſufruct. legat.
in fin. ff. de vſufruct.* & quemadmodū
quis vtatur, cuius verba hæc ſunt, *itē
quæro de alia quæſtione, quidam vendi-
dit omnes fructus præbendæ ſuæ, vel ca-
ſtri ſui ad certum tempus, & de conſue-
tudine conſueuerat recipere gallinas cer-
tas, & alia xenia, cum veniebant ad
locum, quæritur an emptor fructuum
iſtas gallinas, & xenia recipere debeat,
dic, quod non, quia illa ſolùm videntur
vendita, quæ ex neceſſitate debebantur,
non illa, quæ ex mera liberalitate*, citat
*text. in l. Seio amico, §. medico, ff. de ann.
legat. & l. ſolent in fin. ff. de offic. procon-
ſul. & leg.* ex qua doctrina *Alber.* aper-
tiſſimè deciditur caſus noſter, etiam
in articulo generali circumſcripto de-
15 creto, quod xenia etiam de conſue-
tudine præſtari ſolita à vaſſallis do-
mino Caſtri non aliter debentur ex
neceſſitate, ſed adhuc ſunt meræ li-
beralitatis, & ideò non comprehen-
duntur in locatione, ſequitur *Boerius
deciſ.* 180. poſt *num.* 9. & infinitis rela-
tis latiùs proſequitur *Barboſ. videndus
in l. diuortio, §. quod in anno, n. 6. verſic.
vlt. ex iſto text. ff. ſolut. matr.* vbi decla-
rans *text. in dict. §. medico*, vbi legatis
16 ijs, quæ viuus præſtabam, ea viden-
tur relicta, quæ certam formam ero-
gationis annuæ, non incertam libera-
litatis voluntatem habuerunt, & *Ol-
17 drad. conſ.* 129. loquēs de ijs, quæ de-
bentur domino ob illius iucundum
aduentum, dicit, diſcrimen conſtituē-
dum inter ea, quæ extra ordinem li-
beralitatis præſtantur, de quibus in
generalitate verborum in venditio-
ne, & legato non videtur intellectum,
vt quæ tametſi ſolita ex neceſſitate
non debentur, & ea, quæ debentur
ex neceſſitate, & quod primum in
bonis, & fructibus Eccleſiæ non cō-
putatur, ſi verò ab inuitis exigi po-
teſt, vt quia non ex liberalitate pro-
cedit, in bonis computatur, ut latiùs
per eum *num.* 7. idemq. comprobat
Baeza de decim. tutor. præſtand. cap. 25.
num. 8. & 10. vbi quod ea, quę ſubdi-
ti donant in ſignum letitiæ, non ſunt
neceſſariò offerenda, neq; iterum de-
beāt offerri, & ob id non dicuntur in
fructu, nec tutor decimat iure Hiſpa-
nico.
18 Non obſtat deciſio *Præſid.* 132.
num. 35. & 36. quia loquitur in adiu-
torio debito vigore Conſtitutionis
Regni, & ſi deberetur ex conſuetudi-
ne, deberetur iure proprio ex debito
vaſſallagij, non ex liberalitate, & pro-
inde non meretur allegari, nec alia
adeſt ex ijs, quas vidi, quæ hunc ca-
ſum decidat, & in terminis in indiui-
duo *Padill. in l. ſi aquam, num.* 37. *C. de
ſeruit. & aqua*, qui dicit, poſſeſſionem
in hoc caſu Baronibus non prodeſſe,
niſi de titulo doceant, optimè *Auend.*
videndus *de exequend. mandat. part.* 2.
cap. 5. *ex num.* 17. & ex noſtris *Dom.
Capiblanc. ſuper pragmat.* 1. *de baron.
num.* 216. *verſic. & quod peius*, vbi ita
dicit fuiſſe iudicatū, *fol.* 82. *in nouiſſ.*
& in agricolis, & ruſticis non cenſeri
cōtractam obligationis præſumptio-
nem, nec induci aliquod vinculum
ex decennali, vel etiam vlteriori præ-
ſtatione, ex *Specul. Bald. Roman. Soc.*
Barbat. & *alijs* pulcherrimè *Renatus
Coppin.* citans etiam *comment. Cæſar.
& verſus Martial. de priuileg. ruſtic.
lib.* 1. *part.* 2. *cap.* 1. *car. mihi* 93. *in*
18. *tom. tract. ciuil.* ſed videndus, &
attentè legendus eſt in hac materia
Ferdinand. Vaſquius inter Hiſpanos
ſubtiliſſimus *lib.* 2. *controuerſ. Illuſtr.
vſu frequent. cap.* 83. *ex num.* 27. vbi li-

cet non omninò pro vassallis inclinare videatur, sed sub distinctione, attamen magis communẽ profitetur opinionẽ pro ipsis contra barones, cum *Innoc. Ioann. Fabr. Bellamer. Aretin. Guid. Pap Paris, Ayman. addit. ad Alex. & alijs*, vt per eum post *num. 29. & in fin. ante versic. pro nobis facit*, ita vt nõ sit amplius de hoc dubitandum.

DECISIO.

ET ita decisum sub die 10. Aprelis 1568. per Consiliarium Consaluum Bermudez: quoad sextum capiatur informatio, & interim abstineat, penes Iulium de Angrisanis, cuius decisionis copia fuit producta in actis Regiæ Cameræ inter Marchionissam Lauri D. Liuiam Pinellam cum dicta Vniuersitate, fol. 20. & iudicatum facto verbo in Sacro Consilio, me defendente Vniuersitatem de anno 1616. in processu grauaminum: & iterum per Regiam Cameram, referente Domino Præside Didaco de Salinas, sub die 13. Iulij 1619. in dicto processu Marchionissæ Lauri, Pinellæ cum dicta terra, penes Ioannem Dominicum Scognamigliũ fol. 36. idemq; fuit similiter decisum pro Vniuersitate terræ Candidæ cõtra Dominum Scipionem Magnaceruum illius baronem, mense Martij anni 1627. Magister actorum de Mõdellis, penes Magnificum Secretarium, me referente vti tunc Consiliario Sanctæ Claræ.

SVMMARIVM.

1 *Tertius oppositor, siue interueniens cõparens in causa ad coadiuuandum reum conuentum pro suo interesse, de quo in promptu docet, audiendus est*, & num. 23. *& quid de comparente pro minore, vel fauore Reipublicæ*, num. 24. 25. & 31.

2 *Reclamatio à decreto, etiam Praefecti pretorio, cuiusmodi sunt decreta Sacri Consilij, quod continet praiudiciũ irreparabile, in diffinitiua concedi solet.*

3 *Vniuersitas, & singuli homines an idem sint collectiuè, & distributiuè*, num. 4. *& quoad omnes iuris effectus* num. 5. & num. 10. & 11.

6 *Ciuitatum res, & bona an possint dici singulorum, & quomodò, & connexa sunt iura ciuium, & ciuitatis*, num. 27.

7 *Legatum ciuibus, etsi non omnibus, ad ipsius Ciuitatis honorem pertinet.*

8 *Ciues suos habere locupletes, ciuitatis interest.*

9 *Diuites multas afferunt vtilitates.*

12 *Ciuitatem faciunt homines, non saxa, vndè Praefectus ciuitatis, censetur Praefectus hominibus*, num. 13.

14 *Ciuitas etiam pro interesse secundario audiri debet.*

15 *Testes de Vniuersitate an admittantur in causa ipsius communitatis, & sic quando causa Vniuersitatis sit singulorum*, & num. 16.

17 *Interesse habens secundarium, & in consequentiam, licet non sit citandus, citari tamẽ debet, vt acta sibi noceãt*, n. 18. *quæ non praiudicant tertijs non citatis, qui valent appellare, etiam si principalis non possit*, num. 19.

20 *Quartaria, siuè ipsius quartariæ exactio pro bonis emphiteuticis non debetur iure communi, sed ex consuetudine.*

21 *Consuetudo fundatur in scientia, & consensu populi.*

22 *Consensus maioris partis populi censetur habitus ab ipsa Vniuersitate.*

26 *Tertius comparens, etiam postquam principalis succubuit, ad impediendam sententiæ executionem audiri debet.*

27 *Causa propriè quæ verè dicatur.*

28 *Sententia lata pro, vel contra ciues, quando prosit, vel noceat ciuitati.*

29 *Fideiussio praestita ad beneficium Ciuita-*

nitatis, quando prosit singularibus personis.

3 *Vniuersitas aequiparatur patri, & domino, qui agunt criminaliter, & etiã ciuiliter pro iniuria illata filio, vel seruo.*

ARGVMENTVM.

Tertius oppositor, siuè interueniens in causa ad coadiuuandum reum conuentum pro suo interesse ante, vel post sententiam, an sit audiẽdus. De Vniuersitate subintrante pro defensione ciuium pro interesse principali, vel etiam secundario: ciuitas, & ciues bona, & iura ciuium, & ciuitatis an idem sint, vel connexa: de iure quartatiæ in locum laudemij pro alienatione inducto ex consuetudine, non iure communi, & alijs.

Pro eadem Vniuersitate cõtra eundẽ Dom. Marchionem.

CONTROVERSIA XXXXIII.

PRætendente Illustr. Marchione terræ Lauri exigere à ciuibus subditis tam pro prima, quàm pro quacunq; vlteriori venditione, quæ per ipsos fit bonorum stabilium emphiteuticorũ, pro quibus penditur quodlibet etiã exiguum, & minimum canon mensæ feudi terrarum, & Palmæ, ius quartariæ, quod est quarta pars integri pretij, censuit Vniuersitas pro suo notorio interesse, cum ageretur de nouo iure, eoq; satis graui onere imponendo super bonis suorum ciuium, dum de iure non nisi simplex laudemium, quod est onus satis leue, habito respectu ad quartariam pro alienatione bonorum, quæ in emphiteusim tenentur, reperitur impositum, comparere in iudicio, instando, Vniuersitatem ipsam audiri, vt demonstrare possit, à suis ciuibus non esse exigendum tam ingens, & onerosum vectigal: & dum relato puncto in Sacro Consilio obtinuisset, referente Domino Consiliario Morra viro patricio 7. Nouembris 1614. quod ipsa Vniuersitas audiatur in præsenti iudicio in terminis, in quibus causa reperitur; pro vt in tertio comparente ad
1 coadiuuandum pro suo notorio interesse, de quo in promptu docet, sunt notoriæ decisiones, iuxtà frequentiorem DD. sententiam ferè in omni foro receptam, de quibus infra in calce: & à prædicta decisione reclamasset Marchio, & obtinuisset, verbum fieri tanquam à decreto continenti
2 præiudicium irreparabile in diffinitiua, quo casu reuisio non solet denegati etiam à decretis Præfecti Prætorio, qualia censentur decreta Senatus iuxtà praxim iuri subnixam, relatam per *Dom. de Franch. decis. 637 num. 8.* sub prætextu, quod Vniuersitas audienda non esset, ex quo non aderat interesse proprium Vniuersitatis, sed ciuium, qui possidebant huiusmodi bona reddititia: replicante Vniuersitate, etiam præuia conclusione habita in parlamento, siuè concilio vniuersali, huiusmodi prætensionẽ Marchionis comprehendere ferè omnes ciues, & ipsius maximè interesse, bona ciuium esse immunia, & exempta à quocunq; onere, & ob id iustissimè decretum obnotorium, verum, præcisum, & præsentaneum, etiam interesse licere coadiuuare iura suorum ciuium, præsertim dum hodiè ageretur de conficiendo nouo catasto, siuè appretio bonorum ciuium pro soluendis Regijs tributis, & impositionibus, in quo certum est interesse Vniuersitatis, bonorum ipsorum, pretium potius augeri, quàm diminui, pro vt longe diminueretur, si tale onus quartariæ pro ipsorum venditione deberetur: dicimus pro dicta Vniuersitate decretum prædictum ve-

veluti iustissimè latũ, esse cõfirmandũ
in gradu reclamationis, stante noto-
rio, & euidenti interesse Vniuersita-
3 tis; quidquid enim sit, an Vniuersi-
tas, & singuli homines idem sint, in
quo *gloss. in l. sicut, versic. si quid, in*
gloss. non debetur, ff. quod cuiusq; Vniu.
nom. docuit, quod licet prædium, vel
debitum Vniuersitatis non sit singu-
lorum, nec è contra, in fine tamen
residet, Vniuersitatem nihil aliud es-
se, nisi singulos homines, qui ibi sũt,
adeò vt dixerit *in gloss. seq.* per vnum
tantùm ciuem retineri nomen Vni-
uersitatis, licet per vnum solum non
potuerit Vniuersitas ab initio consti-
tui, cum in exordio requirantur ad
minus tres; & homines Vniuersitatis
4 esse ipsam Vniuersitatem, si collecti-
uè capiantur, non distributiuè, & se-
cundùm ipsam veritatem nihil aliud
esse Vniuersitatem, quàm homines
ipsius, probauit *Felyn. in cap. eam te*
de rescrip. & in cap. dilectus, il secondo
de simon. quem refert latiùs prose-
quendo *Gabriel lib. 6. tit. quod cuiusq;*
Vniuers. nom. conclus. 1. num. 4. & 5.
5 idque quoad omnes iuris effectus
probat latissimè *gloss.* à paucis citata
in l. 1. in gloss. fin. versic. competit, ff. de
colleg. illicit. vbi in fine optimè resol-
uens contraria probat, vt licet res
6 ciuitatum non sint singulorum vt sin-
gulorum, sunt tamen ipsorum vt ci-
uium, & collegiatorum; vndè meritò,
7 quod ciuibus, etiam si non omnibus,
sed senioribus puta, vel pueris relictũ
fuerit, ad honorem ciuitatis pertine-
re, respondit *Paul. l. ciuitatis, 125. ff.*
de legat. 1. & è contra vertit *Papin.*
ciuibus ciuitatis legatum, ciuitati re-
lictum, *l. ciuibus, 2. ff. de reb. dub.* & ci-
uium appellatione contineri ciuita-
tem, censuit *Alber. de statut. q. 177.*
num. 15. Petr. de Vbald. de Canon. Epist.
quæst. 14. num. 40. tom. 15. *part.* 2. indè
fit, vt ius amarum quartariæ, quam
intendit Marchio exigere à ciuibus
in ipsius Vniuersitatis detrimentum
apertissimè cedere dignoscatur, ma-
8 ximè cum Vniuersitatis intersit ha-
bere suos ciues locupletes, ipsosque
non depauperari, vel excoriari, *l. cum*
ratio, ff. de bon. damn. doctissimè *no-*
ster Reg. Rouitus cons. 49. num. 8. & di-
9 uites multas afferunt vtilitates, quas
enumerat *Ripa in l. 1. num. 117. ff. so-*
lut. matr. ciuitas enim nihil aliud est,
10 nisi ciuium vnitas, ita vt nullum di-
scrimen constitui possit inter dispo-
sitionem loquentem de ciuitate, &
de ciuibus, siuè hominibus ipsius, vt
ex *Vgone, & alijs* probat *Napodan.*
noster in proem. consuet. §. audiuimus,
11 *ex num.* 171. ciuitas enim est societas
quædam, & hominum multitudo, si-
uè communio gratia vitæ, & conci-
lia, cætusq; hominum iure societatis
12 ciuitates appellantur; ipsam enim
non lapides, & saxa, sed homines fa-
ciunt, vt ex *Arist. Cicer. Non. Marc. Di-*
uo Thoma, & alijs discurrit *Petr. de*
Gregor. de Republic. lib. 1. cap. 3. in
princip. & habere se ciuitatem ad ci-
ues, sicut continens ad sub ipsa con-
tentum, vt posita ciuitate, ponantur
13 ciues, & è contra: vndè Præfectus ci-
uitatis censeatur Præfectus homini-
bus ipsius, probauit *perdoctus Pacia-*
nus lib. 1. de probat. cap. 26 num. 13.
14 & etiam si esset interesse Vniuersita-
tis non principale, sed secundarium,
& in consequentiam, vt videtur pla-
cuisse *Afflict. in constit. Cum partes*
Apulea, num. 12. in quo satis est con-
trouersum, vtrum causa Vniuersitatis
sit causa singulorum ciuium, quod
patet ex his, quæ variant scribentes
15 in ea quæstione, an testes de ipsa
Vniuersitate admittantur, qui tamen
in eo conueniunt, vt etiam si agatur
de re, quę vtilitatem, aut damnum af-
ferat in communi, non autem agatur
16 de commodo singulorum, nullo ca-
su sint integri testes, vt post *Beluis.*
Oldrad. & Alber. colligitur ex tradi-
tis per *Afflict. decis. 400. Franch.*
decis. 301. Surd. consil. 28. ex num. 41.
lib. 1. & nouissimè *Farinac.* relatum
per *Petram in addit. ad Dom. meum*

Ca-

Capyc. decis. 152. in fin.

Nihilominus verissimum est, vt quamuis ille, cuius secundariò interest, non sit citandus, ad hoc tamē vt valeat actus respectu eius, citari dēt, iux. *gloss. in l. de vnoquoq; 47. vers. quos causa, ff. de re iudic.* latis exornatam à *Tiraquell. tract. res inter alios acta, cart. 1. vers. sed hac multis, cum seq.* non
18 tamen præiudicat his, quos secundariò causa tangit non citatis, vt latè per *Afflict. dec. 396 num. 3. Dom. meus Capyc. decis. 107. ex num. 4. cum infin. à Gabriel. de citat. conclus. 1. in 8. limit. num. 309. Surd. decis. 256. num. 15. Tiraquell. dict. tract. cart. 13. vers. hactenus satis*, adeo vt isti, quorum etiā secundariò interest, cum omninò ex integro sint audiendi, vt acta, vel sententia eis noceant, ideò poterunt omninò, si velint, comparere pro suo interesse ad impugnandum, vel defendendum ipsum actum, & ob id nullo iure repelli possunt, sed audiendi omninò, ratione etiam qualis qualis interesse etiam secundarij, *Innoc. Bald. Rom. Felyn. & alij*, quos in puncto citat *Tiraquell. dict. tractat. cart. 15. versic. secundò declara hanc primam limitationem*, vbi hoc ampliat *in vers.*
19 *tertiò declara*, vt etiam possint isti appellare, licet principalis non possit,
20 ex sententia *Bart. in l. à sententia, ff. de appellat. Innoc. Panorm. & alij in cap. cum super, de re iudicat.* & allegare suspectum Iudicem, *Anna allegation. 76. numer. 2. & singular.* 500. quantò fortiùs igitur in casu nostro iustè prouisum censeri debet, vt Vniuersitas audiatur, cum ipsius non secundarium sit, sed præcipuum, & principale interesse: siquidem cum
30 quartiariam non possit prætendere Dominus Marchio de iure communi, sed solum innitatur consuetudini, vt in terminis per *Frecc. lib. 2. in 27. li-*
21 *mit. ad constit. num. 79.* quæ cum fundetur in scientia, & consensu maioris partis populi, iuxtà tradita *in l. de quibus, ff. de legib. & in l. 2. C. quæ sit longa consuet. cum alijs à Tiraquell. de primogen. quæst. 17. num. 8. & per totum*, qui consensus à maiore parte
22 populi censetur habitus ab ipsa Vniuersitate, quā maior pars populi repræsentat vniuersaliter, & ita appellatur, & habetur pro Vniuersitate, vt optimè discurrit in puncto *Soc. consil. 61. post num. 3. lib. 3.* interest propterea principaliter, non secundariò Vniuersitatis, & populi audiri, vt ostendat, talem consensum abesse, & ob id cessare consuetudinem, cui innititur ius prætensæ quartariæ.

Ex quibus infertur, quod si vt ter-
23 tius oppositor, siuè interueniens secundùm Germanos audiatur, sufficit quale quale interesse, siuè præiudiciū ex lite saltim apparenter sibi generari, ex traditis per *Innoc. Butr. & alias in cap. cum super, de iudic.* siuè summaria, vel semiplena cognitio, vt pulchrè per *Gail. lib. 1. pract. cap. 69. Bursat. cons. 362. num. 27. lib. 4. cum alijs* per *Knichen de vestit. pact. part. 3. cap. 1. num. 313.* & sufficit, de iure pretij cōstare apparenter, licet excipiatur ius nullum, & inualidum, ex doctrina *Innoc. & Card. in cap. veniens, il secondo, de testibus*, vbi quod ita obtinuit Florentiæ, sufficere apparere de interesse in primo congressu, vel habere figuram, licet non probetur, *Felyn. ibid. num. 16.* refert *Gizzar. decis. 41. num. 7. & 8.* vbi ita iudicatum *n. 12. & 16.* post *Afflict. decis. 235.* & quod
24 tertius, etiam si sit mulier, & nullum habeat interesse, admittitur fauore minoris, vel alterius sub curatore existentis, & sic etiam fauore Reipu-
25 blicæ, de communi *Cancer. variar. resolut. part. 2. cap. 16. num. 38. Gizzar. d. decis. 41. num. 13. & 14.* vndè pariter ècontra Vniuersitas pro suis ciuibus, inter quos multi sunt minores, & etiam nec difformis, neq; dispar sit cōditio, siuè determinatio, sed quod licet tertio pro Republica, idem licere debet Reipublicæ pro ipsius ciuibus, etiam si compareat postquam prin-

26 principalis succubuit, ad impediẽdam sententiæ executi onem, *Couar. cap.* 16. *pract. Ludouic. decis.* 26. *n.* 10. *cum alijs* per *Viuium dec.* 291. *ex n.* 2. & cum in præsenti casu ex prædictis
27 pateat, hanc propriam esse causam Vniuersitatis, iuxtà *text. in l.* 1. § *propriã aũt causam, ff. quando appell. sit,* & cõnexa sint iura ciuiũ, & ciuitatis, *d. l. ciuitati, ff. de legat.* 1. adeò q̃ ratione
28 connexitatis sententia lata contra ciues, forte præiudicaret Vniuersitati etiam non citatæ, præsertim scienti, iuxtà *gloss. in cap. pen. de re iudicat.* cum concordantibus per *Tiraquell. dict. tract. res inter alias*, 22. *limitat. Crauett. cõs.* 45. *n.* 2. *in fin. vol.* 1. qui dicit, quod causa ciuium est communis cum Vniuersitate, & quod licet factũ Vniuersitatis particularibus non noceat, tamen prodesse potest, cum diuersa sit ratio commodi, & damni, &
29 quod fideiussio præstita ad instantiã, & beneficium Vniuersitatis, prodest etiam singularibus personis prætendentibus interesse, reddens rationem ex *Oldrad. consil.* 66. *Guid. Pap.* 464.
30 quia Vniuersitas æquiparatur patri, & domino, qui agere possunt nedum criminaliter, de quo nullum est dubium, sed etiam ciuiliter ad æstimationem iniuriæ, filio, vel seruo illatæ, licet iniuria non fiat in contumeliam ipsius patris, vel domini: ex hoc pernecessè infertur, iustissimè
31 prouisum, vt Vniuersitas audiatur in terminis, in quibus causa reperitur, iuxtà receptam toto orbe *Couarr.* opinionem *cap.* 13. *pract.* & practicam digestam per *Consiliar. de Anna in suis consil.* 97. & 98. vbi melius omnibus loquitur in materia, nouissimè *Gizzarellus d. dec.* 41. vbi refert decisum, tertium audiendum terminis, in q̃bus causa reperitur, eiusq; esse concedẽda pariter beneficia, siuè restitutiones ad probandum, *num.* 12. & 16. ne iustitia tertius admittatur.

DECISIO

Die Martis 13. Maij 1625. iunctis Dominis Consiliarijs duarum aularum, referente Domino Carauita perspicacissimi ingenij, & doctrinæ, confirmatum fuit primum decretum iuxtà votum, interueniente Doctissimo Domino Regente Valenzuela fungente officio Præsidis Sacri Consilij, penes Cioffum.

SVMMARIVM.

1 *Legatum annuum, ad vitam legatarij commodè, & honorificè substentandã factum censetur, maximè quando non est factum diuiti.*

2 *Diues nemo præsumitur.*

3 *Legatum alimentorum licet factum sit sub conditione casuali, vel mixta, tamẽ ex eorum prærogatiua, & fauore habetur conditio pro impleta, quamuis defecerit.*

4 *Præsumptio iuris est, quod in legato alimentorum testator aliàs esset illud relicturus sine conditione, vel onere per eum imposito.*

5 *Legatum factum fratri ita interpretandum est, vt non mereatur à sapientibus reprehendi.*

6 *Dilectio, & charitas erga legatarium multum prosunt ad pinguiorem, & vberiorem legati interpretationem.*

7 *Legatũ largiùs interpretatur ex qualitate personæ relinquentis, & eius, cui relinquitur.*

8 *Perspicua voluntas dicitur, quæ ex verbis colligitur.*

9 *Ex contextu scripturæ totius testamenti, non vnius capituli, aptiùs, & meliùs colligitur voluntas testatoris.*

10 *Propter quod vnumquodq; tale, & illud magis.*

11 *Cessante causa legati, cessat legatum, si tamen causa est finalis, secus si impulsiua.*

12 *Causa semper præsumitur impulsiua in dispositione hominis, secus in dispe-*

spositione legis.

13 *Legatum etiam extra causam alimentorum factum nepoti ex fratre, adiecta certa causa, debetur, etiam si causa cesset, cum præsumatur impulsiua, & motus testator ex sanguinis affectione.*

14 *Causæ si plures assignari possunt, sunt censenda impulsiua, non finales.*

15 *Ad subsistentiationem legati sufficit, quod supersint aliqua etiam reliquiæ cessantis causa.*

16 *Ex geminatione pluries repetita, enixa, & irrefragabilis voluntas deprehenditur.*

17 *Iuris articulus merus, nullam extrinseci facti probationem admittit.*

18 *Regula, quod si testator fuisset interrogatus, vtiq; respondisset, procedit etiã si expressio requireretur pro forma, in materia omninò odiosa.*

19 *Interpretatio, quæ significationi verborum nõ repugnat, voluntati testatoris congruit.*

ARGVMENTVM.

Legatum annuum factum fratri, licet dicatur ex fructibus Montis, vel alterius corporis, tamen nunquam taxatiuè ex fructibus, sed demonstrationis gratia censetur factum; & potius ex sanguinis affectione, & coniunctione, quàm causa oneris sibi iniuncti, motum testatorem, præsumitur.

Pro Illustrissimo Domino D. Paulo de Curte Episcopo Iserniensi.

CONTROVERSIA XXXXIV.

Dominus Episcopus de Curte, qui etiam vigore decretorum Sacri Consilij reperitur in possessione exigendi annuos ducatos mille sibi legatos per quond. Consiliarium de Curte Comitem Ferrazzani eius fratrem, vidẽs quod, licet omni conatu, relicta Curia Romana, quam ex instituto sequebatur, & omnibus alijs proprijs negotijs, ferè trienniũ Neapoli cõsumpsisset, insudando, & vigilando pro exequendo iniuncto munere piæ voluntatis fraternæ, tanquã testamenti executor, præsertim pro erigendo Monte pro animabus Purgatorij, cuius executionem aduersùs hæredem differentem, & alios oppugnatores enixè defendit, maximis laboribus, & angustijs, vt notorium est: adhuc tamen propè speratum finem maior obex opponebatur, ex quo Montis prædicti executio, vel in longum differri, aut auferri poterat: instetit, per Sacrum Consilium declarari, in dicti annui legati possessione conseruari vita durante, illudq; sibi exolui deberi ex bonis hæreditarijs, etiam si Montis prædicti executio ex quacunq; causa differretur, vel ex toto impediretur: idque tã ex verbis expressis, & aperta dispositione testatoris, in testamento, & in codicillis multifariàm expressa, & repetita, quã etiam ex verisimili, & coniecturata mẽte, & sic ex verbis, & mente simul iunctis, quæ omnium interpretationum est optima, *§. nos igitur, in auth. de restitut. fideicommiss. col. 9. cum alijs*, quæ congerit *Prat. de interpret. vlt. volunt. lib. 2. interpr. 3. dub. 2. solut. 1. num. 229.* quę mens etiam ex his, quę post testamẽtum, & mortem testatoris euenerunt, declaratur, *l. Africanus, 40.* aliàs *l. apud Iulianum, §. si Titius*, vbi DD. omnes, quam legunt sub *l. cum seruus, 39. ff. de legat. 1.* licet enim testator initio testamenti, postquam mandauit dicti Montis erectionem, *pregando Monsignore, che col suo bel giuditio voglia instituirlo di maniera, che debbia esser sussistẽte*, ex verbis, quę paulò post subiunxit, voluisse videatur, quod legatũ prædictũ annuum sol-

soluerentur dicto Episcopo fratri contemplatione Montis, ex ipsius fructibus, vt legitur ibi, *& perche tanto nell'institutione, quanto nel gouerno di detto Monte ci bisogna fatica assai, voglio io testatore, che detto Monsignore mio fratello ne habbia mille docati l'anno sua vita durante delle prime intrate, che perueneranno dalli detti docati 50. mil.* nihilominus cum prosecutus fuerit testator, instituendo alterũ Montẽ duc. 30. mil. ad beneficiũ descẽdẽtiũ ex suis ex fratre neptibus, & alia etiã disposuisset, quæ peragenda erant, & exequenda per eundem Episcopum fratrem, cuius fidei omnia commisit, & quem tandem simul cum vxore executorem in codicillis delegit cũ amplissima potestate: ne quis crederet, legatum prædictum annuum fratri dignissimo, & benemerito taxatiuè factum primi Montis intuitu, & restrictè ex fructibus ipsius Montis, sed potius gratia demonstrationis subiecit, & addidit subscripta verba, *& perche potria essere, che il constituire il detto Monte si dilatasse, per tanto grauo detta sua herede, che statim, & incontinenti debbia pagare li detti annui docati mille à detto Monsignore Paolo suo fratello vita sua durante, & pro vna vice tantum docati cento per vna alle figlie di D. Antonio Gueuara:* ex quibus verbis dilucidè apparet, voluisse testatorem in omnem casum, & euentũ deberi legatum annuum fratri ab hęrede, & sic ex hæreditate, licet ex quacunq; causa differreretur Montis erectio, qui propriè est casus, qui euenit, dum ex his, quæ nouiter contigerunt, differtur, & in longius differri potest Montis erectio, fortè vltra vi-
1 tam ipsius Episcopi, cum tamen legatum ipsum annuum ad ipsius fratris legatarij vitam commodè, & honorificè sustẽtandam factum de iure cẽseatur, *l. Stichus, §. Titia. ff. de aliment. legat. & l. Titia. in princ. ff. de ann. legat.* maximè quando non est diues, vt latissimè *Surd.* prosequitur *de alim. tit. 2.* *quæst. 12. per totam*, etiam nulla alimentorum mentione facta, vt per
2 *Surd. tit. 8. quæst. 6. num. 4.* diues autẽ quis nemo præsumitur, nec erat diues frater inspecta dignitate, & gradu, vt benè probat *Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 1. num. 8. in fin. & 9.* in legato autem alimentorum speciale est, vt quamuis generaliter legatum factum sub conditione casuali, vel mixta, quæ dependet à facto implere debẽtis, vel alterius, vel etiam à casu, si deficiat per mortem, vel aliter, extinguitur legatum, *l. in testamento, ff. de condit. & demonstr. vbi omnes*, attamen
3 in legato alimentorum ex particulari ipsorum prærogatiua non deficit, cõditione deficiente, sed sortitur effectum, ita vt habeatur conditio pro adimpleta, *tex.* optimus *in l. illis libertis,* 83. secundùm lecturam *Bart.* cõprobatam, *ff. de condit. & demonstrat.* hoc enim casu quamuis conditio respiciens fauorem alterius, quàm legatarij, deberet restringere legatũ, iuxtà *Dec. cons. 137. in fin. num. 6. & consil. 601. viso eleganti consilio,* nihilominus in legato alimentorum iuris est præsumptio, quod fuisset etiam aliàs
4 omninò relicturus, etiam sine conditione, vel onere; & hoc esse apud omnes expeditum, vt communiter ab omnibus recipi testatur *Surd.* latè explicans *de aliment. tit. 8. priuil. 42. per totum,* limitans solùm, vbi aliter appareret expressè ex voluntate testatoris, quod defecta conditionẽ, nõ fuisset aliter relicturus, & sic à fortiori procedit decisio *dict. l. illis libertis* in casu nostro, vbi testator expressit, velle in omnem casum pręstari legatum, sequitur latiùs *Castill. lib. 4. quotidian. controuers. cap 60. num. 56. & seq.* vndè meritò considerauit prudens testator inutile fuisse legatum annuũ vita durante, & sic ad alimenta ex fructibus Montis, si interim dilata sine culpa legatarij Montis erectione, legatum consequi non potuisset ex reliqua vniuersa hæreditate; quælibet enim di-

5 diſpoſitio, & maximè legatum fratri
benemerito factum ita fuiſſet inter-
pretandum, vt non mereatur à ſapiē-
tibus reprehendi; nec vt eſſet inane,
& effectu vacuum, ſeu fruſtratorium,
ita vt eſſet prorſus inutile, ſi alioquin
ſolum ex redditibus Montis, & non
aliunde fuiſſet præſtandum, & abſur-
dum omninò fuiſſet, iniquum, & in-
humanum, ſi de tam opulenta hære-
ditate in pauperes, coniunctos, & ex-
traneos, fratri dignisſimo pro ſua di-
gnitate, & animi integritate, notoria
indigentia, non fuiſſet de aliqua con-
digna portione, ad vitæ, & ſenectutis
ſuſtentationem, certa, & ſecura facta
prouiſio, quæ nec à caſu, vel fato ſub
conditione casuali dependeret, qua-
lis fuiſſet incertiſſima illa conditio, *ſi
Mons erigeretur*, vt etiam exitus acta
6 probauit; dilectio enim, & charitas
erga legatarium nonnihil prodeſt ad
pinguiorem, & vberiorem legati in-
terpretationem, *l. ſi ſeruus plurium,
in fin. ff. de legat.* 1. *Periſ. conſ.* 79.
numer. 19. *lib.* 2. *Cephal. conſil.* 81.
num. 12. *&* 16. *lib.* 1. & ex qualitate
7 perſonæ relinquentis, & eius, cui re-
linquitur, legatum largiùs interpreta-
ri, vt in legato facto decurionibus, eſt
text. in l. cum quidam, ff. de ann. legat.
cum alijs pulchrè ad propoſitum
congeſtis à *Tiraquell. in repetit. l. boues
§. hoc ſermone, limit.* 12. *ex num.* 4. *ff. de
verbor. ſignific.* & licet prædicta verba
ponderaſſe ſufficeret, vt Sacrum Cō-
ſilium conſeruet dominum Epiſco-
pum in poſſeſſione exigendi dictum
annuum legatum ab hærede, & ſic ex
fructibus hæreditarijs, etiam ſi lon-
giùs Montis erectio quacunq; de
cauſa differatur: ſiquidem apertisſi-
mè conſtat, caſum, qui hodie euenit
ſpecialiter, & nominatim præuiſū, &
prouiſum à teſtatore ad fauorem le-
8 gatarij, cum perſpicua dicatur volū-
tas, quæ ex verbis colligitur, *l. Lucius
Titius, §. Lucius Titius* 90. *ff. de lega.* 2
cū ibi. à *Card. Mant. de tac. cōu. lib.* 2.
tit. 5. *ex n.* 10. *Caſtill. Hiſpan. tom.* 4.
quotid. cap. 6. *per totum*, idem quoque
colligitur, & confirmatur ex ſequenti
diſpoſitione *in §. & perche potria eſſe-
re*, vbi alium quoq; diuerſum caſum
conſiderando, ex quo poſſet differri
ſolutio annui legati ad fauorem fra-
tris, mandauit, quod ſi ſubdubius he-
res eſſet in adeundo, timens, onero-
ſam eſſe hæreditatem, adminiſtratio
hæreditatis ſummoto quocunq; iu-
dice, concederetur eidem Epiſcopo,
& vxori ſine aliqua cautione, & ſub-
dit, *ma debbian pagare prima li debiti,
& dopoi quelli legati, che caperanno, ſe-
condo l'ordine della ſcrittura di queſto
teſtamento, preferendo ſempre à tutti li
legati, li mille docati annui laſciati à
Monſignore mio fratello, & altri doca-
ti* 300. *de D. Vittoria*, & addit, *dichia-
rando, che quando Monſignore fuſſe
impedito per la ſtanza ſua in Roma,
poſſa ſuſtituire in ſuo luoco vn'altra
perſona idonea, & degna*; ex conteſtu
9 enim ſcripturæ totius teſtamenti, nō
vnius capituli, aptiùs, & meliùs colli-
gitur voluntas teſtatoris, *l. Mauia, ff.
de manumiſſ. teſtam.* ex ijs, quæ proce-
dunt, & ſequuntur totam ſcripturam
pertentando, vt ex *Bald. & alijs* con-
gerit *Mantic. de coniect. lib.* 6. *tit.* 13. &
probat *text. in l. nummis, ff. de legat.* 3.
cum alijs à Prat. lib. 2. *interpret.* 3. *du-
bit.* 1. *ſolut.* 3. *ex num.* 33. *&* 65. pon-
derentur enim primò illa verba, *ſi pa-
ghino li legati ſecōdo l'ordine della ſcrit-
tura, preferendo ſempre à tutti li legati
li mille docati, &c.* ſecundùm ordinem
ſcripturæ alia plura erant legata ſcri-
pta ante legatum fratris, verùm vo-
luit concedere prælationis priuile-
giū huic fraterno legato quoad om-
nia tàm præcedentia, quàm ſequen-
tia legata, & ſic etiam ipſimet legato
pro ipſo Mōte erigendo, idq; ſemper,
& vbiq; & ſic in perpetuum, & in om-
nem caſum, & ſic ēt citra Montis ere-
ctionem; & cum cętera legata, quibus
eſt illud præferendum, ſint ferè om-
nia pura, certa, & ſine vllo futuræ
conditionis, præſertim caſualis, euē-

tu expectato exoluenda, nec aliqua
exceptione, vel alterius rei contem-
platione, aut correſpectiuitate remo-
rari poſſint, vt ex teſtamento liquet;
fortius illud legatum purè ſemper, &
vndiq; ex hæreditate eſt perſoluen-
10 dum, *ex reg. vulg. propter quod vnū-
quodque tale, & illud magis, & ſi vin-
co vincentem te, fortius, & te, cum ſim.*
Et ſecundo dum ſtatim ſubijcit te-
ſtator, conſiderando caſum, *che ſtan-
do impedito Monſignore per la ſtanza
di Roma, poſſa ſuſtituire vn'altro in ſuo
luoco*, & ſic dum clariſſimè citra lega-
ti amiſſionem, immò cum ipſius ce-
leri, & priuilegiata exactione, con-
ceſſit fratri, vt & illo frueretur, etiam
ſi abſens Montem non gubernaret,
vt abſens facere non poſſet; apertiſſi-
mè colligitur, Montis erectionem, &
gubernium fuiſſe cauſam impulſiuã,
& remotam: ſed cauſam finalem fuiſ-
ſe fraternam coniunctionem, merita
maxima legatarij, & iuſta, & probabi-
lis ſpes, qua Epiſcopus frater ſequen-
do Curiam Romanam potuiſſet cō-
digna retributione illis decorari di-
gnitatibus, quæ ſuis laboribus, & ſer-
uitijs, tanquam de Apoſtolica Sede
benemeritus, in honorem, & decus
memoriæ defuncti, familiæ, & coniū-
ctorum, congruebant: & ideò voluit,
vt etiam extra Montis adminiſtratio-
nem, etiam Romæ abſens legato po-
tiretur. Ex quo patet, legatum præ-
dictum, licet Montis occaſione factũ,
etiam citra Montis executionem, &
adminiſtrationem deberi; licet enim
11 ceſſante cauſa legati, ceſſet legatum,
id procedit, ſi ceſſet cauſa finalis, non
12 item ſi impulſiua, prout impulſiua
ſemper præſumitur cauſa in diſpoſi-
tione hominis, quidquid ſit in diſpo-
ſitione legis, *l. cum tale, in princ.* iuncto
*§. falſam, vbi Bart. & alij notant, ff. de
condit. & demonſtr. Bald. Tiraquell. &
alij*, quos referendo ſequitur *Surdus
de alimentis tit. 5. quaſt. item 5. num.* 8.
& 11. & in puncto *Caphal.* in ſolenni
conſil. 81. *incip. teſtator, lib.* 1. vbi in
13 legato, etiam extra cauſam alimen-
torum facto nepoti ex fratre, adiecta
cauſa, probat illud deberi, etiã ſi cau-
ſa illa ceſſet, quia præſumitur impul-
ſiua, & motum teſtatorem potiùs ex
ſanguinis affectione, & quod omninò
fuiſſet aliàs relicturus, etiam ſi nihil
14 expreſſerit: & cum plures aſſignari
poſſunt cauſæ, cenſendæ ſunt impul-
ſiuæ, non finales, quæ & ſi ceſſent et
ex toto, non ideò non debetur le-
gatum, latè *Caphal. dicto conſ.* 81. *nu-
mer.* 14. *lib.* 1. ſufficit enim ad legati
15 ſuſtentationem, quod ſuperſint ali-
quæ etiam reliquiæ ceſſantis cauſæ,
Surd. optimè *d. tit.* 5. *q.* 5. *num.* 12. &
priùs *eod. tit. q.* 4. *num.* 18. poſt *Caphal.
d. conſ.* 81. *num.* 15. & tandem repeti-
ta pluries eiuſdem legati quoad om-
nia alia prærogatiua, nè etiam in co-
dicillis hæc exuberans animi decla-
ratio deeſſet, iterum repetendo, & in-
culcando, huius puto, vel annui fra-
terni legati priuilegium, iterum quaſi
minùs ſcriptum, quàm dictum, addi-
dit, *dichiarando eſſo Signor Scipione,
che ſi debbiano pigliar prima li legati
fatti ad eſſo Monſignore, conforme al
teſtamento primo loco fatto;* ex qua
16 prælationis pluries repetita gemina-
tione, enixa, & irrefragabilis volun-
tas deprehenditur, vt hoc legatum vti
iuſtiſſimè priuilegiatum ante omnia
ab hærede, vt clariſſimè diſpoſitum
legitur, perſoluatur; etiam ſi quocun-
que caſu Montis erectio differatur,
prout nunc differri contingit, ſine
vlla culpa ipſius Epiſcopi, & non ſine
graui culpa hæredis, ſaltim ex trien-
nali dilatione, dominis de Sac. Con-
ſil. ſatis nota, prout ſic iudicandum
ſperatur, reſecatis dilationibus, cum
de vitalitio legato alimentorum aga-
tur, argumento eorum, quæ notat
Bart. in l. 1. ff. de Glande legenda, & ſit
17 merus punctus iuris ex lectura teſta-
menti, in quo nulla extrinſeci facti
probatio contingit, iuxtà doctrinam
Bald. in cap. conſtitutis, de election. &
ea, quæ notat *Praſ. de Frãcb. dec.* 262.

Epi-

Epiſcopus etenim noſter poſthabitis, non ſolùm ijs, quæ à Sede Apoſtolica ex trigintaſeptem annorum laboribus ſperare poterat, ſed dimiſſis illis, quæ poſſidebat, dignitate, & emolumentis annuor. duc. 1500. ad fratris exiſtimationem tuendã, eiuſq; diſpoſitiones exequendas accurrit, inſtetit, laborauit: an ſi Scipio hæc præuidiſſet, vel nunc interrogaretur ſuper diſpoſitione legati annui? non modo mille, ſed plura legaſſet, an forte pateretur, digniſſimum fratrem Epiſcopum indecorè, ac miſerè vitã in ſenectute tranſigere? aduertant, conſiderent, trutinent id æquiſſimi, ac ſapientiſſimi Iudices, ac teſtatoris repetita verba accuratè perpendant,
18 iſta vulgatiſſima deciſ. gloſſ. in l. tale pactum, §. fin. in gloſſ. vlt. ff. de pactis, ad cuius ornatum vltra Tiraquell. in l. ſi vnquam, in princ. ex num. 55. & iterũ poſt in legib. Connub. gloſſ. 7. & num. 81. 148. 170. & 179. & in l. boues, §. hoc ſermone, 13. limit. in fine, quam procedere etiam ſi expreſſio requiratur pro forma, & etiam in materia omninò odioſa, Molin. de primogen. lib. 1. cap. 5. poſt num. 10. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 11. num. 32. & nouiſſimè vſque ad nauſeam Caſtill. tomo 4. quotidian. quæſtion. cap. 12. per
19 totum, præſertim cum hæc interpretatio ſignificationi verborum non repugnet, & voluntati teſtatoris congruat, l. ab omnibus 107. in princip. ff. de legat. 1. & aliàs Paulus refert Imper. motum æquitate rei, & verbis teſtamenti, in l. qui filium 74. §. Sabinus, ff. ad Trebell.

DECISIO.

Die Martis 26. Nouembris 1624. fuit cauſa deciſa in fauorem Domini Epiſcopi, referente Domino Conſiliario Ioanne Franciſco Sanfelicio meo compatre, viro integritate, doctrina, experientia, & omni virtutum genere ornatiſſimo, penes Magiſtrum Actorum Figliolam.

SVMMARIVM.

1 *Omnibus ſuas conſeruare prærogatiuas, iure naturali conceditur.*
2 *Prælationes, & ea, quæ ad dignitates pertinent, ſunt iuris publici.*
3 *Cum minor, maiori præferri non tentat, quilibet ſuum ſeruat gradum, & ſocietas humana in pace, & concordia conſeruatur.*
4 *Ordo in præcedendo eſt iuris naturalis, ideoque non poteſt ei, iuramento, pacto, vel conſuetudine renunciari.*
5 *Duplex eſt ordo dignitatum.*
6 *In prærogatiua officiorum alia qualitas non attenditur, quàm temporis.*
7 *Pro præcedentia iudicium poſſeſſorium competit; ideoq; poteſt ſuum locum, quis defendere cum inuaſore, eoque pro tali cauſa occiſo, pœna ordinaria non tenetur.*
8 *In præcedentia attenditur vnius horæ ſpatium, imo, & momentum.*
9 *Conſuetudo anteponens minorem natu maiori, nullius ponderis exiſtimatur.*
10 *Habens plures prærogatiuas, præfertur ei, qui vna ſola gaudet.*
11 *In officijs habentibus annexam adminiſtrationem, non dicitur quis Officialis, nec priuilegijs gaudet, niſi cum cœperit adminiſtrare.*
12 *In officijs prædictis tria requiruntur, ſcilicet electio, adminiſtratio, & acceptatio.*
13 *Officialis ante cœptam adminiſtrationem ſalarium non habet.*
14 *Inter eodem tempore creatos in officio, habet locum prærogatiua prioris nominationis.*
15 *Ille præfertur, qui alijs prærogatiuis decoratur.*
16 *Prorogatio non fit ante finitum tempus.*

17 *Tempus prorogatum, cenſetur eſſe eiuſdem naturæ cum primo.*
18 *Faciliùs conceditur prorogatio, quàm noua conceſſio.*
19 *Officialis, qui lapſo tempore exercitij primi officij, ad idem admittitur, nouiter illud acquirit.*
20 *Separatorum ſeparata debet eſſe ratio.*
21 *Officium prorogatum cenſetur idem eſſe quoad fauorabilia, ſecus quoad odioſa.*
22 *Tempus prorogatum, non cenſetur idē tempus, quando de tertij præiudicio agitur.*
23 *Prorogatio, etiam facta intra tempus, non retrotrahitur in præiudiciū tertij.*
24 *Officialis electus ex noua Principis commiſſione, non habet nouum officium, præſertim dato ſyndicatu.*
25 *Vſusfructus, ſi conceditur hæredi, non dicitur nouus vſusfructus.*
26 *Obſeruātia præterita Iudicum, quoad præcedentias inaduertenter proceſſa, non facit ius, nec inducit præiudiciū quoad alios.*
27 *Reſtitutus ad dignitatem, non recuperat locum, medio tempore cum præcedentia occupatum, & maximè quando adeſt determinatus numerus in Collegio, num. 28.*
29 *Princeps noluit tertio præiudicare, cū negotium ad iuſtitiam remittit; nec aufert tertio præcedentiam, ſeu honorem, niſi ex publica, legitima, vel magna cauſa, num. 30.*

ARGVMENTVM.

Iudices, qui primò officium adepti sūt, præcedere debent ijs, qui poſtea illud acquiſiuerunt, quamuis ætate primos antecellant, & etiam ſi ad officium primum reſtituantur, vel prorogentur, cum non intelligatur reſtitutio, ſeu prorogatio in præiudicium tertij.

Pro Magnificis Iudicibus M. C. Vicariæ.

CONTROVERSIA XXXXV.

IVdices M.C. in Ciuilibus, nullo inanis gloriæ impulſu, de ordinis præ-
1 latione contendunt, omnibus enim ſuas conſeruare prærogatiuas, iure naturali conceditur, *l. obſeruare, §. ingreſſus, verſ. magni enim, ff. de off. proconſul.* præcedentia enim, & inſignia, ſunt à Doctoribus defendenda, non reſpuēda, vt gradus dignitas cōſeruetur, *gloſſ. in cap. vt Apoſtolicæ, verbo, dignitatum, in fin. de priuileg. in 6. Surg. de Neapol. illuſtrat. cap. 27. num. 1.* idq; abſque aliquo ambitionis vitio, vel ſuperbiæ labe, ſed obſeruandi ordinis cauſa, *Bouadill. lib. 3. polit. cap. 2. num. 20.* ſed pro neceſſaria defenſio-
2 ne eorum tribunalis; ſiquidem prælationes, & ea, quæ pertinent ad dignitates, ſunt iuris publici, ſicut ipſi
3 ſunt magiſtratus, & dum minor maiori præferri non tentat, ſed quilibet ſuum ſeruat gradum, ſocietas hæc humana in pace, & concordia conſeruatur, aureus *tex. in cap. vlt. 89. diſtinct. & in Authent. quomodo opor. Epiſcopos, & toto tit. C. vt dignit. ordo ſeruetur lib. 12. l. honor, §. gerendorum, ff. de muner. & honor.* talis enim ordo
4 in præcedendo eſt iuris naturalis, & publici in omnibus rebus, *c. ordo 33. quæſt. 5.* & ſic ipſi nemo poteſt renunciare, nec expreſsè cum iuramento, cum nec conſuetudine, nec pacto induci poſſit, vt minor maiori præferatur, præſertim quoad ſucceſſores in dignitate, quos tueri tenentur præſentes officiarij, vt latè probat *Decian. conſil. 21. ex num. 69. & 70. Menoch. conſ. 902. num. 79. & 81. lib. 10. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 2. cap. 298. num. 99.*
5 Cum enim duplex ſit ordo digni-

ta-

tatum, & prioritatis, nempè temporis, & qualitatis, ſiuè maioritatis, 5 *Platea in l.2.num.1.d.tit. C.vt dignit. ord.ſeru.lib.12. Rebuff. in l.1.num.2. C.de Conſul.* hic autem, cum nulla ſit maioris qualitatis, aut præeminentiæ officij prærogatiua; conſequens eſt, vt inter iſtos Iudices, qui æqualem, paremq; habent dignitatem, qui prius officij adminiſtrationem ſuſcepit, præferatur in ſedendo, incedendo, loquendo, eligendo, & ſalutando Principem, ei, qui poſtea ſuperuenit, *Plat. & Rebuff. ibid. Reg. de Ponte deciſion.8.num.1.* & inter Senatores, qui primò receptus fuit, alteri præfertur, *cap. ſtatuimus, de maiorit. & obedient. Bouadill. vbi ſupra, Maſtrill. de Magi*
6 *ſtrat.lib.5.c.4.n.9. & 11.* non enim in prærogatiua officiorum alia qualitas attenditur, quàm temporis, quo quis ingreſſus eſt in conſilium, ſiuè ad officium, vt de conſuetudine reſolutũ in Sac. Conſil. teſtatur *Affl. deciſ. 1.* poſt *num.7.* vbi qui prius ingreditur, maior vocatur, & ille, qui poſterius, dicitur minor, licet ſit prior, quia ſit ætate maior, aut ſanctitate dignior, vt exemplo Diui Iacobi minoris, tradit *Affl.* & confirmat pluribus *Vrſill. ibidem num. 13.* in quo ſuccurritur officio Iudicis, vt in quaſi poſſeſſione conſeruetur antiquior, *cap. licet cauſam, verſ. honore, vbi Bald. de probat.* vbi notat, pro honore, & præcedentia, competere iudicium poſſeſ-
7 ſorium, & proinde ſuum locum defendere poteſt ab inuaſore, itavt eo occiſo, non puniatur pœna ordinaria, plura *Cordub. in l. ſi quis à liberis, ex num.23. ff. de liber. agnoſcend. Garſ. de expenſ. cap. 8. in fine*, & iterum *tractatu de nobilitate, gloſ. 35. num. 59. verſ. 11. circa medium, & in fine*, vbi *in verſ. 10. num. 58. in fine*, reddit rationẽ, quare antiquiores Senatores vota ferant poſtremi, vt ſeruari in noſtro S.C. teſtatur *Affl. in d. deciſion. 1.* & tantò magis in caſu noſtro, vbi iſti Iudices, quos tuemur, nedum prius ſunt officij dignitatem adepti, in quo attenditur etiam vnius horæ ſpatiũ, imò & vnum momentum, *ex gloſ. in cap. duobus, de reſcript. in 6. vt de com. Caſſiad. deciſ. 20. de prabend. Molfeſius conſil. 15. num. 15.* ſed grandiores ſunt natu illo, qui nunc præcedere contendit, & aliqui ipſorum, maioribus functi ſunt officijs; cum tamen inter dignitate pariles, ætate maiores, in quacunq; materia præferẽdos eſſe minoribus, monet *Iuriſconſultus in l. nuper, ff. de iur. immun. Tiraquell. in præfat. de iure primogenior. num. 80.* & plura de prærogatiua maioris ætatis in vnum, eruditè congerit in hac materia præcedentię *Andr. Knichen I.C. Germ. doctiſs. in commẽt. de Saxon. non prouoc. iure, cap. 2. ex n.*
9 *104.* vbi *num. 113.* addit, quod conſuetudo anteponens minorem natu maiori, nullius ponderis exiſtimatur, reddens rationem conſuetudinis noſtri Sacri Conſilij in votando, de qua ſupra; vt per ipſum *num. 116.* &
10 ſic plures habent iſti Domini prærogatiuas, ſcilicet prioris officij, & maioris ætatis, vnde ſine dubio ſunt anteferendi ei, qui vna ſola gaudet, *Vrſill. in dict. deciſ. 1. num. 20.* poſt *Bald. in l. ſed & milites, §. quæſitum, ff. de ex-*
11 *cuſat. tutor.* vbi ait, quod in officio habente annexam adminiſtrationem, non dicitur quis eſſe officialis, nec officij priuilegijs gaudere poteſt, niſi cum cæperit adminiſtrare; & tria re-
12 quiruntur, electio ſcilicet, acceptatio, & adminiſtratio, *Frecc. lib. 2. tit. quis dic. Dux, n. 44. & 52. Franch. deciſ. 62. num. 10. Conſiliar. Amna* latè cõ*ſil. 42.* & ille præfertur in dignitatibus, qui prior eſt tempore, ſed non ſufficit electio, ſed requiritur priuilegium ſimul cũ poſſeſſione, *Maſtrill.* latè *dict. cap. 14. num. 36. & 39.* & an-
13 te cæptam adminiſtrationem non habet ſalarium, *Frecc.* vbi ſupra *n. 56.*
14 & inter eodem tempore creatos, habet

bet locum prærogatiua prioris nominationis, *Maſtrill.d cap.14.n.48.*
15 vel ille præfertur, qui alijs prærogatiuis decoratur, *Franch.deciſ.*144.*&* 365.*Conſiliar.de Anna conſil.*40.*n.*33. *& conſil.*136.*&* 137.*num* 6.*Maſtril. deciſ.* 130.*numer.* 19.*lib.*2. nec obſtat, nouum iudicem prætendere redire ad primum officium iure poſtliminij, titulo, quia dato ſindicatu, fuerit à Principe ad idem officium reſtitutus, & ob id quaſi in eodem exiſtens officio, alios debere præcedere; ſiquidem hæc prætenſio haberet colorem, ſi iſte iudex durante tempore primi eius officij, obtinuiſſet à Principe, idem officium prorogari in aliud biennium; quo caſu cum
16 fit prorogatio ante finitum primum tempus, non cenſetur eſſe nouum tempus, ſed idem cum primo, vt de præcario dicitur, vt in *l.ſed & ſi manente*, ſupra vbi *Bart. Angel. & cæteri ff.de precar.* & in compromiſſo in *l.ſi cum dies, in princip.* vbi *gloſſ. & Bald. ff.*
17 *de arbitr.* quo caſu tempus prorogatum cenſetur eſſe eiuſdem naturæ, omniaq; ſecum trahit, vt infinitis probat *Tiraquell. in* 2.*retract.§.*1.*gloſſ.*7. *num.* 26. *verſic.ſed id quærimus, cum ſeqq.* & vſq; ad nauſeam *Gabriel tit.de dilat. concluſ.*2. prorogatio enim eſt labentis temporis nondum lapſi extenſio, alioquin ſi lapſo primo tempore fiat, non dicitur prorogari, quod elapſum eſt, ſed ex noua cauſa fit, *l.ſi ſtipulatus ſum à Proculo*, vbi *DD.ff.de verbor.obligat. Specul. & alij*, quos refert *Tiraquell. dict. gloſſ.*7. *num.*24. *verſic.& vt verum, Anna allegat.*11. *num.* 7. impoſſibile enim eſt prorogari, quod eſt extinctum, & ideò fa-
18 ciliùs inducitur prorogatio, quàm altera de nouo conceſſio, *Boer.deciſ.* 294.*num.*2.8. *&* 9. vbi dicit, renouationem fieri poſt diem, & proinde eſſe nouam dilationem, & nouum actum, protelationem verò fieri durante die, & proinde eſſe eandem dilationem, ſiuè actum prorogatum, cum innumeris per *Gabr. dict. tit. concluſ.*3.*Guttier.de iuram.confirm.part.*1. *cap.*49.*per totum*, *Barboſ.in l.*1.*art.* 1. *num.*73, poſt *Bald. Corn. Pariſ.* quos citat *ff. de iudic. Lanfranch. Franciſc. Marc. Maſtrill. Iaphred. Balb. Thom. Triniſ. Petr. Gregor. Hieron. Treulet.* quos refert *Camill. Borrell.in compen. deciſ.totius orbis*, *tit.*47.*de dilat.num.*
19 *item* 47. & in puncto in officiali, qui lapſo tempore exercitij primi officij, ad idem officium admittatur, quod nullo modo cenſeatur redire ad idem officium iam extinctum, ſed nouum omninò cenſeatur adipiſci officium, *Bart.* decidit quæſtionem in terminis in *l.dies cautioni, quæ eſt l.*4. *in princ.* iuncto *num.*3. vbi *Rom. num. item* 3. *ff. de damn. infect. Bald. in l.ſi à te* 7. *num.*2.*C.de pact.inter empt. & vendit. Caſtr.in l.* 2. *§.ſed & ſi iudex, num.*6. *ff. de iud.* vbi notat, ex hoc fieri non poſſe, ne fiat iniuria ſucceſſori: ſed omnium optimè ſolenne in hoc eſt *conſil.Bald.*51. incip. *generali ſtatuto, lib.*5. quod communiter allegari non ſolet, vbi probat, quod prouiſus ad officium, quod habet annexum certum tempus, ſi finito illo tempore, ad idem reſtituatur; adeò cenſeri prouiſum ad nouum officium, vt formali prędicatione, vt eius verbis vtar, ſibi ad inuicem contradicant, & impoſſibile cenſeri ſecundùm naturam, vt dicatur reſtitutus ad idem officium, ſed cenſeri officium penitus ſeparatum per temporis interuallum, quod nunquam eſt idem cum primo, nec temporis acceſſione, nec temporis
20 aggregatione, cum ſeparatorum ſeparata ſit ratio, vt latiùs per eundem *num.*2.*&* 3. *vſque ad* 5. loquen-
21 tem verbis aureis: quinimò etſi officium prorogatum, durante tempore primi officij, cenſeatur idem, hoc tamen dixit *Bald.in l.ſi à te*, procedere quoad fauorabilia, ſecus quoad odioſa, ſequitur *Roman.in dict.l.dies cautioni, num.*3.*in fin.* ſed alio modo propriùs ad rem noſtram communiter id li-

limitatur,& restringi tur; vt id non procedat in concernentibus præiudicium tertij, *Gabriel* cumulat infinita *conclus.2.num.24.Gail.obseru.c.9 t. lib.1.num.22.* vbi singulariter obser-
22 uandum censet, tempus prorogatum non censeri idem tempus, quandò de tertij prçiudicio agitur, sequitur *Surd. consil.56.num.14.* vbi dicit, prorogationē impediri ob præiudiciū tertij, ex *Ioann. Monaco, & alijs, consil.59. num.12.& 13.lib.1.Thesi.* post *Mascard.decis.125.num.2.* vbi addit, fortius hoc procedere, si facta sit prorogatio lapso tēpore primi officij, quia tunc iudex desinit esse iudex, & remanet ptiuatus, & quemadmodum extra locum suæ iurisdictionis reputatur tanquam priuatus, *l.3.ff. de offic.Præsid. l.fin.ff. de iurisdict. omn. iudic.* ita etiam finito tempore, non valeat argumentum de loco ad tempus, vt latiùs per *Surd.* qui idem tra-
23 dit *decis.* 189. *num.*23. & quod prorogatio etiam facta intra tempus, nō rettotrahatur in præiudicium alterius, probat *Tiraquell.dict.§.1.gloss.7. versic.præterea*, & nouissimè innumeris relatis *Giurba decis.*58. post *n.*9. *versic.si verò respectu*, citans *text.in l.Titius filijs*, 48.*ff.de excusat.tutor.* & in terminis, quod si pro sequenti anno officialis sit de nouo electus ex noua Principis commissione, præser-
24 tim dato sindicau, quod omninò censeatur nouum officium, decidit *Natta consil.*57. præsertim *num.1.in fin.& num.*5. comprobat *Regens de Ponte de potest.Proreg.sub tit.de diuers. prouis.* & propriè *de potest.subst.it.in offic.§.solent etiam, num.6. Gars.Mastrill.de magistrat. lib.1.cap.28.n.24. & 25.* vbi quod etiam respectu eiusdem personæ officium ptorogatum post tempus finitum, sit omninò nouum officium, exemplo vsusfructus,
25 qui si concedatur hæredi, dicitur nouus vsusfructus, & iterum *d. cap.*28. *num.*67 quod etiam repetit latiùs *tom.2.lib.6.cap.5.num.39. & 40.* tradens *Parid.Cathal. Rondinell. Homodeum, & alios in tract.de sindicatu*, tenete, iudicem pro rempore prorogato, post tempus elapsum, parere iterū sindicatui: nec dicatur, aliàs fuisse seruatum, quod iudices pro tem pore prorogato retinuerunt eandem prærogatiuam præcedentiæ: sunt enim casus diuersi, & omninò dissimiles à præsenti; siquidem vel procedunt, vbi durante primo tempore, Princeps prorogauit officium in aliud biennium, vel quia iudices, quorum intererat, tolerarunt, vel permiserunt, quod nocere non debet, neq; prçiudicare alijs iudicibus, quod
26 ipsi ex simplici tolerantia, & officiosa quadam modestia id inaduertenter permiserunt, *Ias.* in terminis *consil.*192. *extorta est, in fin.2.volum.* latissimè *Decian.d.consil.21.ex n.69. & 70.* & prçserrim *num.75.77.& 78. lib.1.& consil.19.lib.3. Gratian.dict. cap.298.* post *num.99. versic. si ergo, lib.2. Menoch. dict. consil.902. in fin.*
27 & tandem restitutus ad dignitatē non recuperat locum medio tempore ab alio cum præcedentia occupatum, sed erit tanquam nouisimus, *l.2.* vbi *Bart.ff.de decur.Frecc.* vbi supra *num.57.& 58.Dec.in l.cum quid,n.11. Cagnol. num.59.ff.si cert.pet. Menoch. cons.186.& de recup.remed.* 10.*n.*106 *cum alijs* per *Sfort. de restit. quæst.96. art.4.* vbi testatur de communi *Brun. à Sol.quæst.*19. *num.7. Gregor. Lopez lib.2.tit.31.part.7. vers.primier estado, Anna in cap.1.num.262. de vasall. decrepit.ætat.* & hæc conclusio proce-
28 dit sine dubio, quando adest determinatus numerus in collegio, secundùm *Sfort.* vbi supra, nisi fierer restitutio ad idem officium de iustitia, ex traditis per *Annam filium consil.32. 33.& 34.& Peregrin.de iur.fisci,tit.2. lib.5.num.44.* & hoc præsertim, cum
29 Princeps noluerit iuri tertij præiudicare, cum negorium de iustitia terminandum remiserit, pro vt in dubiò etiam rescripto non apparente, præsu-

ſumeretur; ſed ius alterius reſeruare, *Pern.Sicul.conſ.*3. *num.*4. latè *Domin. Georg.allegat.*37.*num.* 10. *Reg.de Pōte*
30 *conſil.* 135.*num.*7.*lib.* 2.vbi *n.*8.dicit, quod deberet alioquin præcedere magna, legitima, vel publica cauſa, aliàs eſſet poteſtas abſoluta, qua Princeps noſter vti non ſolet, maximè auferendo honorem alteri, *Iſern. in cap.* 1.*num.*29.*de capit.Corrad.idem de Ponte tit.* 1.§.2.*num.*8.

DECISIO

Haud tamen Supremo Collaterali Conſilio viſum eſt aliquem ex prædictis articulis diſcutere, aut decidere; ſed tantummodo videre, an mandato, quo Dominus Cardinalis Prorex, poſt gratiam Iudici de Ianuario conceſſam, quoddã memoriale, vt aiunt, inſtantibus contrarijs, ad idem Tribunal remiſerat, his verbis, *Al Colateral*, an ſcilicet eo mandato, res ad ius, & iuſtitiam relata cēſeretur. Et quia, vt credo, Collaterale Conſilium cognouerat, mentem eſſe Principis, vt conceſſa gratia permaneret, fuit dictum, quod exequatur gratia, die Lunç 7. Nouembris 1622. facta relatione in Collaterali per Dominum Regentem Vrſinum, interuenientibus Dominis Regente Conſtantio, Marchione Coroleri, Regente Valenzuela, & Regente Enriquez.

SVMMARIVM.

1 *Meliorationum exceptio confirmat ſētentiam.*

2 *Meliorationes ſi deducta ante ſententiam, executionem impediunt; ſecus ſi poſt ſententiam, nam tunc fiet executio cum cautione ex communi conſuetudine ita iudicandi in Sacro Conſilio, etiam ſi conſtarent ex aſpectu*, & num.4. & 5.

3 *Retentio conceditur pro meliorationibus ex aſpectu, vel aliter euidenter apparentibus, quod intellige vt* n. 8. & 20.

5 *Dictio*, indiſtinctè, *adiecta primæ parti orationis, repetita cenſetur in ſecunda.*

6 *Meliorationes ſi non allegauerit in lite victus, omninò ſibi præiudicauit, ſecundùm vnam opinionem.*

7 *Reclamationis in cauſa patiens procedere victum, ſibi præiudicat in executione ſententiæ Supremi Senatus.*

8 *Meliorationum probatio duo copulatiuè continere debet, quantitatem ſcilicet impenſam, ac quanti res ſit meliorata, & effecta pretioſior.*

9 *Melioratio fundi ſaxoſi, ac ſterilis præſumetur ex impenſa facta in extirpandis lapidibus.*

10 *Meliorationes attendi debent, liquidatis, ac deductis prius deteriorationibus præcedentibus, etiam in bona fidei poſſeſſore, ac deterioratione, vel melioratione facta in diuerſis rebus*, & num. 11.

12 *Meliorationum impenſa pro eo, quod damnum ſuperat, prætendi poteſt, non vltra.*

13 *Emphyteuta cadens ob deteriorationem ab emphyteuſi, non repetet meliorationes in eo, quod excedunt deteriorationem.*

14 *Emphyteutici fundi forma mutata, nō dicitur facta melioratio, ſed perempta rei ſubſtantia, etiam ſi in melius formæ mutatio abſq; domini conſenſu fiat*, & num. 15.

16 *Impenſa, quas dominus veriſimiliter facturus non fuiſſet, præſertim in re litigioſa, non dicuntur meliorare fundum, quia tunc non vtilitas perſonæ facientis meliorationes conſideratur, ſed impenſæ*, & num. 17.

18 *Meliorationum impenſæ aſcendentes ad maximam ſummam, nec neceſſariò, nec vtiliter facta dicuntur, maximè præcedente proteſtatione*, & n. 19. *idem ſi eſſent modici, vel minimi valoris*, & num. 23.

20 *Meliorationum valor debetur pro eo, quod expenſum eſt, ſi minus illud ſit, quàm*

quàm res meliorata; aliàs ſecus in beneficium eius, qui tenetur ſoluere; etiam ſi vti domini impenſas fecerint & num. 21. *ſi tamen contra eos iure dominij agatur, ſecus ſi ratione hypothecæ*, num. 22.

24 *Meliorationes debent proſpicere perpetuam rei vtilitatem, ſaltim duraturæ per decem annos, ex quibus percipiatur vtilitas non modica, aliàs non datur deductio*, & num. 25.

26 *Emptor rei emphyteuticæ ſcienter, abſq; domini conſenſu, eſt in mala fide, ex præſumptione iuris, & de iure.*

27 *Emptor ſciens, contractum validè geſtum poſſe reſcindi, eſt in mala fide.*

28 *Impenſæ facta contra iudicis præceptū, vel ſimplicem denunciationem, amittuntur à poſſeſſore.*

29 *Meliorationes etiam vtiles, malæ fidei poſſeſſor nō deducet, ſecus neceſſarias, & num.* 31.

30 *Sententiæ verba intelligenda ſunt, pro vt ius intelligit.*

32 *Iurium reſeruatio nihil ponit in eſſe.*

33 *Sententiæ executio, oblata cautione concedenda eſt, non obſtante exceptione meliorationum, quæ vel non ſunt ſoluendæ, vel omninò illiquidæ, & num.* 36. *vbi declaratur doctrina* Ann. conſil. 43.

34 *Meliorationum exceptio quando dicatur requirere altiorem indaginem.*

35 *Meliorationum exceptio, iuſta ſubſiſtente cauſa, puta actoris diuturnis litibus fatigati, non admittitur.*

36 Conſilium Ann. 43. *non obſtat ex pluribus.*

37 *Prælationis ius, ceſſionarius vtilis, ſicut directus, directa actione, exercere poteſt.*

38 *Dominium directum, tranſlatum in dubio non cenſetur, niſi apponatur in contractu*, & cum directo dominio.

39 *Dominium directum vnà cum annuo cenſu, ac iuribus dominicalibus, abſq; vtilis domini cōſenſu alienari poteſt, maximè ex cauſa dotis.*

40 *Ceſſibilia quæ non ſunt, tranſeunt tamē ad creditores, præſertim ex cauſa dotis, vt in* prag. de ceſs. liberantiæ.

41 *Subrogatum aſſumit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*

42 *Iuris tertij oppoſitio fieri non poteſt, tertio ipſo præſente, & non contradicente.*

43 *Emphyteuta, qui cadit in commiſſum, amittit etiam ius luendi, cenſum ſibi permiſſum in contractu; niſi idemmet dominus vendens prius rem vendat, deinde ab emptore in emphyteuſim recipiat cum pacto affrancandi, vt num.* 44. *ac de communi opinione n.* 50.

45 *Pactum redimendi in contractu emphyteuſis appoſitum, vti pars illius intelligitur, quamdiu emphyteuſis durauerit.*

46 *Moræ purgatio non admittitur contra dominum, qui declarauit velle rem iure deuolutionis, vel prælationis.*

47 *Emphyteuta delictum in committendo ob alienationem, irrequiſito domino, factam, vti grauius, quā in omittendo ſoluere cenſum, non admittit moræ purgationem.*

48 *Prælationis, & deuolutionis caſus inter ſe non differunt.*

49 *Dominus directus ex receptione tertiarum pecuniæ conuerſæ in emptionem, prouenīe ex pretio affrancationis cēſus, minimè ſibi præiudicat in prælatione.*

51 *Contractus approbatio ex ſpontanea ſolutione inducitur, ſecus ex receptione ſpontanea, & de ratione differentiæ.*

52 *Contractus approbatio non intelligitur ex perceptione eius, quòd in omnem euentum quis eſſet percepturus.*

53 *Ceſſio facta per fratrem pro altero fratre abſente, valet, ac transfert dominium; ſi abſens, vel pro dignitate feciſſet, vel facere debuiſſet.*

54 *Dos conſtitui poteſt à fratre pro altero fratre abſente, etiam vltra virilem, pro perſonarum dignitate.*

AR-

ARGVMENTVM.

Meliorationes non allegatæ, ſeù ante ſententiam non deductæ, an illius executionem impediant, ſi forſan ex aſpectu euidenter appareant. Et an per extirpationem arborum reddititiarũ, & perpetuarũ, aliàs modici redditus, & aliarũ plantationẽ, dicãtur factæ meliorationes? Quidue in poſſeſſore malæ fidei, & contra Iudicis prohibitionem impendente. Et an prælationis ius directo domino competens ſit ceſſibile, illudq; ceſsũ viro pro dote, an vxori competat. Et quando à poſſeſſore emphyteuſis, qui in commiſſum cecidit, iuris luendi pactum exerceri poſſit. Et num ſecuta declaratione domini volentis rem ratam habere, iure deuolutionis, vel prælationis, poſſit ab emphyteuta mora purgari. Et quid ſi dominus directus receperit tertias pecuniæ conuerſæ in emptionem, peruentę ex pretio cenſus ab emphyteuta ad hũc finem redemptionis depoſitæ, num ſibi in iure prælationis præiudicet.

Pro D. Diana de Batijs Terracina.

CONTROVERSIA XXXXVI.

DVplici iure eſt omninò tractanda executio ſententiæ Dianæ Terracinæ contra Baptiſtam Carolam.

Primò, virture Regiæ decretationis, qua nouiſſimo loco iuſſum fuit, vt de ſpolio tantùm, verbum fieret, ex qua vigor ſententiæ S.C. vt de iure debet, firmus, & inconcuſſus remanſit; vnde non tenetur actrix inſtificare ſententiam, cum ſint ſalua iura cõuẽto in cauſa reclamationis, nec poteſt de alio tractari, vt in nota facti.

Secundò, ex exceptione prætenſarum meliorationum per contentum allegata, quæ talis eſt naturæ, vt nedũ nõ impugnet, ſed expreſsè approbet,
1 & confirmet ſententiam tanquã benè latam, *Bart. in l. in fundo, num. 16. in fine, ff. de rei vindic. cum concordant. per Barboſ. in l. diuortio, §. fin. part. 2. n. 53. verſ. & ratio eſt, ff. ſolut. matrim.* ſed ex abundanti duo probabimus: Primò, aſſertam obiectionem retẽtionis pro melioramentis, nullo modo executionem impedire poſſe. Secundò, ſatisfaciemus adhuc obiectis partis aduersùs ſententiam, ad cautelam.

2 Quoad primum, cum iſtæ aſſertæ meliorationes non ſint allegatæ, nec deductæ ante ſententiam, debet S.C. eſſe memor ſuæ conſuetudinis iudicandi, dum eligendo meliorem, & æquiorem viam inter tam varias Doctorum ſententias in illo articulo, an exceptio meliorationum impediat ſententiæ executionem, an ſint liquidæ, vel illiquidæ, & iterum, an ſint de breui liquidandæ, vel ne, & an ſit certum, eſſe factas, & tantùm incertum ſit de earum valore, & an debeat deferri iuramentum parti, vel debeant ſolui, fieri ipſarum depoſitum, vel admitti cautio, necne, & an ſint inſpicienda verba ſententiæ, ſi dicat, deductis prius, vel habita ratione meliorationum, vel aliter; his enim reiectis illam probauit conſuetudinem paſſim iudicandi, vt ſi meliorationes ſunt deductæ ante ſententiam, indiſtinctè impeditur ipſius executio, donec ſoluatur pretium, ſin autem opponitur de eis poſt ſententiam, ſit executio ſententiæ cum cautione, vt teſtis eſt *Dom. de Franch. deciſ. 12. num. 16. & & 17. & deciſ. 527. in fin.* quæ deciſio eſt vſu recepta apud omnes ferè nationes, vt conſtat ex recentioribus, apud quos eſt canonizata, vt per *Barboſ. in dict. l. diuortio, §. fin part. 2. n. 34. ff. ſolut. matr. Carocc.* & alios infra citandos, vndè multò fortius Sacrum
3 Conſilium ei debet adhærere: nec dicatur, quod dicta deciſio non procedit, cum notoriè conſtat, iudici per aſpe-

pectum rei, vel aliter ade ſſe meliorationes, quia tunc eadem ratio viget, ac ſi eſſent deductæ, & proinde debet concedi retentio, ex congeſtis à *Maſcard. concluſ.* 1041. *num.* 17. *tract. de probat.*

4 Primò enim dicitur, quod cum inter alias DD. opiniones eſſet iſta, an de meliorationibus conſtare poſſet ex aſpectu, vel, ne dum Sacrum Conſilium alteram opinionem, & diſtinctionem elegit, cæteras alias reprobauit, & reiecit, argumento *l. cum Prętor, ff. de iudic.* & ad hoc videtur reſpicere *Dom. de Franch.* dum teſtatur, indiſtinctè hoc ſeruari in Sacro Conſi-
5 lio, quæ dictio indiſtinctè adiecta in prima parte orationis cenſeri debet, repetita in ſecunda, argumento *l. qui filiabus, ff. de legat.* 2. quamuis igitur de illis conſtaret per aſpectum, praxis Sacrj Conſilij excludit retentionem, idque non ſine ratione, cum *Mieres de maiorat. part.* 4. *quaſt.* 32.
6 *num.* 4. in ea fuerit ſententia, quod ſi victus non oppoſuerit in lite de meliorationibus, omninò ſibi pręiudicet, licet contrarium ſit æquius, & fortè verius, vt diſcurrit *Theſſaur. ium. qq forenſ. lib.* 1. *cap.* 79. vndè non eſt incongruum, quod ſibi præiudicauerit, ſaltim vt non impediatur, cum cautione ex contumacia rei non opponentis, exemplo eius, qui patitur, victum in cauſa reclamationis procedere, nam
7 ſibi pręiudicat in executione ſententię Supremi Senatus, vt teſtis eſt idem *Dom. de Franch. deciſ.*

Secundò dicimus, quod tametſi ex aſpectu conſtaret, conuentum aliquid impendiſſe, ei non ſufficit rei euiden-
8 tia, ſiquidem duo tenetur probare; primò ſcilicet, quid ſit impenſum, alterum verò, quod tanti ſit res meliorata, & effecta pretioſior, *text.* expreſſus cum *gloſſ.* vbi *omnes, in l. fundo, ff. de rei vendic.* quæ copulatiuè requiri, vt vnum ſine altero non ſufficiat, tradit *Neguſan. de pignor. in* 4. *membr.* 5. *part. num.* 11. *in* 4. *concluſ. Garſias de*
9 *melior. cap.* 24. & licet cum meliorationes ſunt factæ in fundo, quem conſtat, per prius ante meliorationes fuiſſe ſaxoſum, incultum, & ſterile in extirpando lapides, vel aliter poſſet fortè pretendi ex impenſa, eſſe in aliquo melioratum, iuxtà practicam, quæ elicitur ex *Iſern. in cap.* 1. *§. ſi vaſſallus, num.* 17. *hic finit. lex, cum alijs à Rolād. conſil.* 28. *num.* 20. *&* 21. *lib.* 1. hoc tamen non procedit cum fundus per prius erat cultus, plenus vitibus, & fructibus, vt conſtat in caſu noſtro; quia licet ex euidentia poſſet conſtare, aliquid impenſum, non conſtat tamen, eſſe melioratum, cum poſſit eſſe contrarium, & ſic probatio non concludens non releuat.

Et tertiò, hoc maximè ſibi locum vendicat in caſu pręſenti, vbi præceſſit deterioratio facta per hunc poſſeſſorem in extirpando omnes arbores, & vites producẽtes fructum, quod eſt tam habitum pro vero, & iudicatum in ſententia; vndè licet alias arbores
11 plantauerit, non debent attendi melioramenta, niſi habita ratione, & liquidatis priùs deteriorationibus, *l. ſi negotia*, vbi *Bart. ff. de negot. geſt.* etiam
12 ſi eſſet bonæ fidei poſſeſſor, & deterioratio, & melioratio eſſent in diuerſis rebus, *Curt. iun.* videndus *conſ.* 165. *num.* 14. & in ſpecie in vaſſallo, qui arbores extirpauit, & nouas loco illarum ſubrogauit, quod quanti impenſa, deſtructa, vel damna ſuperent, ſolū prætendere poſſunt, & non vltra, tradit *Roſenthal de feud. part.* 2. *concluſ.* 43. *num.* 86. ſequuntur *Intrigl. eod. tract. part.* 1. *quaſt.* 59. *num.* 14. *Maſcard. concluſ.* 1041 *num.* 11. *Petra de fideicomm.*
13 *quaſt.* 15. *num.* 289. ſed in emphyteuta, qui ex natura contractus rem emphyteuticam amittit ob deteriorationem, non repetit melioramenta, etiam in eo, in quo deteriorationem excedunt, *Iacob. Iaſ. num.* 8. *Dec. num.* 14. *in auth. qui rem, C. de ſacroſanct. Eccleſ.*
14 & faciunt tradita à *Tiraq.* de mutata forma fundi emphyteutici, quod non cen-

consequatur ex hoc melioratus, tanquã perempta rei substantia *in 2. retract. §.1.5.7.gloss.vnic. num.16.in fin.* & in
15 specie, quod emphyteuta non possit inuito domino syluam extirpare, & ibi vineam plantare, licet melior fieret domini cõditio, per *text. in l. vsufruct. nouum, ff. de vsufruct.* tradit *Ias. in l. 1. num. 99. C. de iure emph. Rebuff. in l. sylua cedua, in 10. vtil. ff. de verbor. signif. Rot. decis. 37. num. 29. part. 2. in nouiss.* vbi concluditur *num. 28. & seq.* non licere mutare formam, etiam in melius, nisi de expresso consensu domini, quod potissimè procedere debet in
16 casu nostro, vbi dominus verisimiliter non fuisset facturus has expensas in mutãdo redditũ vini in alios fructus, & præsertim in re litigiosa, quæ longo tempore fuit in controuersia, vt ex communi traditione *DD. in dict. l. in fundo*, considerat in specie *Curt. iun. dict. consil. 165. num. 14. versic. & eo maximè*, quia vt in nota facti ex
17 pluribus est deductum, ex hac mutatione plantationis, nulla vtilitas, sed potius damnum, & maxima deterioratio resultauit directæ dominæ, quãuis aliqua vtilitas potuisset resultare huic conuento, ratione sui exercitij, quæ non potest dici impensa vtilis fũdi, pro vt consideratur de iure vtilitas impensæ, quæ non consideratur in diuersa persona non aliàs factura, *Menoch. remed. 15. recup. num. 532.* & etiã ex alio non dicitur vtilis, cum prætẽ-
18 dat possessor, meliorationes ascendere ad maximam summam, quas cum non posset pauper vidua actrix commodè soluere, quatenus tales forent, tunc nec necessariò, nec vtiliter impẽsum videretur, *Tiraquell. 2. retract. §. 7. glos. 1. num. 5. Menoch. d. remed. 15.*
19 *recuper. num. 553.* & præcedente protestatione, vt hic, omninò non repetũtur, *Marzar. de fideicom. part. 3. q. 66. in fin. Carrocc. de locat. tit. de expens. conclus. 2. num. 13.* post *Bart. in dict. l. in fundo, num. 7. Buer. decis. 44. num. 8. Crauett. consil. 3. num. 19.*

20 Quartò, tunc euidentia rei posset in aliquo conuento suffragari, si de iure prætendere posset, sibi solui pretiã meliorationum, quanti hodie sunt, & alia supradicta, & infra dicenda non obstarent, sed cum vera, & magis cõmunis sit opinio, semper attendi prætium, quod minus est in beneficium eius, qui tenetur soluere, sequitur vt si minus expensum sit, quàm res meliorata, sufficiat illud minus soluere, quod est impensum ab initio, vt post *gloss. in dict. l. in fundo,* docet in specie *Negusan. dict. 4. membr. 5. part. quæst. 4. num. 11. & 16.* vbi id exemplificat, cuius opinionem veriorem, & magis cõ-
21 munem, tam in colono, & etiam emphyteuta, & alijs, qui velut domini fecerunt impensas, approbat *Dom. Capyc. decis. 93. num. 9. Dom. de Franch. decis. 38. in fin.* vbi id firmat, benè proce-
22 dere, quando agitur iure dominij, secus si ratione hypothecæ, *Menoch. in* specie *de arbitr. l. 2. centur. 3. casu 238.* & latissimè *Rimin. iun. consil. 411. n. 38. lib. 4. Marzar. de fideicomm. quæst. 65.* vbi ita refert iudicatum, & nouissimè optimè *Petra de fideicomm. quæst. 15.*
23 *num. 261. 271. & seq.* quæ impensa, cum sit modici, imò minimi valoris, inspecto tempore plantationis, & illiquida non debet sub illius prætextu impediri executio sententiæ, *Menoch.*
24 *dict. remed. 15. num. 552.* & maximè cũ in locum arborum, & vitium, perpetuò duraturarũ plãtauerit arbores fructuum pomorum, & aliorum, quinimò rosas, & alios flores, qui citò arescunt, & ex consequenti non dicuntur
25 prospicere perpetuam rei vtilitatem, quæ tunc huiusmodi dicitur, cum saltim est duratura per decem annos, *gloss. in l. 3. §. 1. de impens. in reb. dotal. cum alijs* per *Rimin. iun. dict. consil. 411. num. 25. lib. 4. Petra d. quæst. 15. n. 245.* & facit optimum consilium *Roland. 28. num. 25. & 27. lib. 1.* vbi post *Castr. Ruyn. & alios* constituit apertum discrimen inter plantationem vitium, aliarumq; arborum ad ipsarum sustẽ-

ta-

tationem, & olineti, ex quibus vtilitas
non modica percipitur, & plantatio-
nem aliarum arborum, in quibus non
eadē vtilitas, & patuus, vel quaſi nul-
lus labor, vel expenſa conſideratur,
concludens in hoc ſecundo caſu, ni-
hil pro eis eſſe deducendum.

Quintò, prætendit amplius Diana,
quod etſi res eſſet vtiliter meliorata,
idq; conſtaret, non teneri ad ipſarum
ſolutionem, ſiquidem ſūt factæ à poſ-
ſeſſore malæ fidei dupliciter: primò,
26 quia emit rem emphyteuticam ſcien-
ter, ſine conſenſu domini, & ſic abſq;
iuris requiſitis, vndè eſt in mala fide
ex præſumptione iuris, & de iure, ad-
uersùs quam nulla probatio admitti-
tur, vt iura cumulat *Menoch. de arbit.
caſu* 225. *num.*6. *&* 7. *& lib.*3. *de præ-
ſumpt. cap.* 130. *num.* 33. *Garſias de me-
liorat. cap.* 23. *num.* 22. in qua mala fide
eſt etiam is, qui validè contrahit, ſed
27 ſcit, contractum poſſe reſcindi, vt ex
infinitis probat *Surd. conſil.* 115. *n.* 16.
lib. 1. *Cornaz.* in terminis *dec. Luccenſ.*
99. *num.* 9. *&* 16. ſecundò, quia expē-
dit contra Sacr. Conſil. interdicta, &
plura iudicis præcepta, argumento
cap. qui contra, de regul. iur. in 6. arguen-
do à lege ad iudicem, & in terminis,
quod ſufficiat ſimplex denunciatio
vt poſſeſſor amittat expenſas, probat
Paris de Puteo de reintegr. §. *fuit facta
conceſſio, num.* 5. vndè abſolutum eſt,
29 quod is tanquam malæ fidei poſſeſ-
ſor ex duplici vinculo meliorationes
omnes, etiam ſi eſſent vtiles, non ne-
ceſſarias, nō deducat, ſūt textus aper-
tì *in l. domum, verſic. eius autem, C. de
rei vendicat. & l. fin.* §. *vlt. C. commu-
nia, de legat. Neguſ.* vbi ſup. *in* 9. *concl.
num.* 19. alios congerit *Menoch. de
recuper. remed.* 15. *num.* 540. *Garſias
cap.* 5. *num.* 1. 7. *&* 11. & omnium latiſ-
ſimè *Magon. deciſ. Luccenſ.* 33. nec ob-
ſtat, quod ſententia declarauerit, me-
30 liorationes deberi, quia verba ſentē-
tiæ debent intelligi, pro vt ius intelli-
git, *Dom. de Franch.* in terminis *dict. de-
ciſ.* 527. *num.* 12. & ſic de melioratio-
nibus neceſſarijs, ſi quæ ſunt, quas
etiam malæ fidei poſſeſſor deducit, vt
notat *Bart. in dict. l. in fundo, num.* 6.
præſertim cum loquatur in genere de
meliorationibus fortè factis, & fuit il-
31 la potius iurium reſeruatio, quæ nihil
ponit in eſſe, *Crauet. conſ.* 974 *num.* 17
Dom. de Franch. deciſ. 437. *in fin.*

Quibus ſtantibus, cum vel nullo
modo adſint meliorationes, vel ſi ad-
ſuut, nullò pacto ſunt deducendæ, aut
ſi ſunt ſoluendæ, ſunt omninò illiqui-
dæ, vt ex prædictis patet, eſt omninò
33 concedēda executio ſententię, obla-
ta cautione, etiam ſi conſtet, adeſſe
meliorationes, ſi ſunt liquidandæ, &
hæc eſt vera, & magis communis re-
ſolutio ferè omnium, etiam extra Re-
gnum, vt poſt *Bald. conſil.* 309. *in fin.
lib.* 2. concludit *Neguſ. dict.* 4. *membr.*
5. *part. num.* 10. *verſic. tertia concluſio,*
ibi, *ſi in ſententia, Benintend.* latè pro-
bans, & deciſum referens *deciſ.* 77. *per
totam*, tradens, exceptionem meliora-
34 mentorum tunc requirere altiorem
indaginem, cum occurrit dubium ali-
quod in facto, vel in eius reſolutione
venit vtilitas, & declarans, tunc cen-
ſeri reum habere probationes in prō-
ptu, ſi habeat inſtrumenta clara in
manibus, & non aliter, ex *Dec. conſil.*
424. *num.* 7. *& alijs*, & eandem ſentē-
riam probant *Gozad. Curt. iun. Socin.
iun. Alciat. Rebuff.* dicens ita iudicatū,
Berous, & alij, quos refert, & probat
latè *Barboſ. in l. diuortio*, §. *fin. part.* 2.
num. 3. *verſic. contrariam nihilominus,
ff. ſolut. matr.* qui ex *Cauale. deciſ.* 28. *in
addit. num.* 2. *& deciſ.* 44. *num.* 66. dicit
hanc opinionem communem, referēs
Marzar. de fideicōm part. 3. *quæſt.* 66.
dicentem, cum hac opinione eſſe re-
ſidendum, & idem *Valaſc. Garz. &
Gam.* per eum citatos, *Peregrin. de
fideicom. art.* 50. *part.* 3. *num.* 81. vbi re-
fert ita obtinuiſſe in facto, *& num.* 82.
verſ. contra verò, probat de cōi, *& in
verſ. ego in hac re*, id maximè locum
35 habere firmat, iuſta cauſa ſubſiſtente,
vt ſi conſtaret, actorem diuturnis liti

Ii bu-

bus fatigatum , & alia , quæ omnia hic, & maiora concurrunt, cum quo conuenit *decis. Auinionens. Hieron. à Laur.* 104.*in fin. & Putei decis.*371. & hanc esse veram,& magis communẽ, defendit latè *Flam. Cartar. decis. Genuens.*15.*à num.*16.vbi *num.*19.refert plures *Rot.decis. & num.*24. benè respondit ad *decis. Capyc.*17. nec dissentit in effectu *Carroc.de locat.& conduc. part.*4. *tit. de ex pen. num.* 20. iuncto *num.*27. vbi testatur de magis communi,& *Mastrill.decis.*98.*num.*9.qui-
36 bus non obsunt , quæ affert *Consiliarius de Anna cons.*43. is enim non negat plures adesse pro hac parte *n.*9. *& num.*12.*versic.in casu nostro* , *n.*15. *&* 17.*versic.cum ergo*,sed se fundat in eo , quod meliorationes erant deductæ,confessatæ , & oblata ipsarum solutio per partem,quę omnia cum cessent in casu nostro, & de iure generaliter meliorationum liquidatio difficilis admodum reputetur , vt notat *Mascard.dict.conclus.*1041.*num.*5.*Roland.dict.consil.*28.*num.*31. *lib.* 1.omninò erit exequenda sententia,vt in terminis respondit *Sac. ian. consil.*62. *num.*3. *&* 7.*lib.*1.

In hac materia meliorationum videndi sunt *Franch. decis.*38.112.191. 456.509.527. *Domin.meus Capyc.* vbi *add.decis.*93.*Ludouic.decis. Perusin.*24 34.*&* 58. *Anna singul.* 182. *Mastrill. decis.*98.apud quos ferè omnia;

Quoad secundum principale propositum,ac pro resolutione dubiorũ, quæ obijciuntur aduersùs executionem sententiæ latam pro Diana Terracina.

Nõ obest primum obiectum,quod ius prælationis competens directo domino, cedi non possit; hic enim fuit cessus annuus census cum censibus decursis , & cum iure prælationis,& sic non sumus in casu,vbi directus dominus solùm cesserit ius prælationis,quo voluerit vti pro amico , sed ex causa necessaria dotis sororis , fratres de Terracina alienauerunt ipsum censum , vnà cum prærogatiua directi dominij, quod nullo iure prohibetur, cum ipse census sit in bonis
37 nostris, & proinde ius prælationis exerceri posse per dominum directũ, actione scilicet directa,& ab eius etiã cessionario vtili actione , velut indubitatum tradidit *Castr. consil.* 335. *in fine*, quem ita expressè intelligit *Tiraquell.in primo retract.* §.12. *gloss.* 1. *num.*3.*in fine, vers. & idem de iure prælationis*, optimè *Ancharan.cons.*30. *Moder. Galli in tract. de vsuris, quæst.* 64.*num.*4.*& Vrsill.* expressè *dec.* 80. *num.*2.*& in fine*, post *Guid.Pap.decis.*
38 264.dat consilium,vt semper apponatur in contractu , vnà cum directo dominio , aliàs solum redditum haberet emptor, *idemq. Dom. Præses de Franch.dec.*615. vbi velut clarissimũ supponit , posse alienari à directo do-
39 mino dominium ipsum directum, vnà cum annuo censu,quod tam in contractu emphyteutico , quàm feudali, alienari posse directum dominiũ cum iuribus dominicalibus,absque assensu vtilis domini , tradit *Afflictus decis.*265.*numer.*33. *in vndecima fallentia* , dum citat *Isern. in feudis* , *& Speculat.* loquentem de emphyteusi : quinimò etiam si aliàs directum dominium,siuè ius prælationis cedi, vel alienari non posset, quod est omninò
40 falsum; potuisset tamen à debitore cedi,& insolutum dari creditori,præsertim ex causa necessaria, cuiusmodi est debitũ legale dotis,pro qua causa fuit hoc ius cessum, & insolutum datum in præsenti casu,quia etiam ea, quæ non sunt cessibilia, transeunt tamen ad creditores , latè firmat *Tiraquell.in primo retract.*§.26.*gloss.*1. *numer.*12.*versic.tertiò intellige*, potissimè ex causa dotis, quam constat esse debitum legale,& necessarium; vnde in Regno, prohibita cessione crediti fiscalis, vigore mandatorum , quas vulgò vocant,*liberãtias*,eadem *Pragmatica Regis Inuictiss. de anno* 1565. fuit excepta cessio ex causa dotis,vel al-

alterius piæ largitionis, vt *in prag.4. sub tit. de emption. & vendition. in nouiss. impress.*

Secundo non obest, quod cessio, siuè insolutum datio census cum iure prælationis fuerit facta per fratres de Terracina Io. Dominico de Nola viro, non autem Dianæ vxori, ergo ius prælationis competit viro, & eius hæredibus, non autem Dianæ. Primò enim dicimus, hanc assignationem, siuè insolutum dationem, fuisse factã per fratres Dianæ in locum aliorum censuum per prius in dotem datorũ, qui fuerant euicti coniugibus, vnde cum illi census primo loco constituti fuerunt assignati, viro pariter, & Dianæ vxori in dotem, pari modo cen-
41 sentur alij census subrogati, vtrisque assignati ex eadem causa, ex natura subrogationis, *ad l. si eum, §. qui iniuriarum, ff. si quis caut.* vbi *Bartol. Bald. Angel. & alij*, ac *Surd. decis. 35. num. 9. & decis. 306. num. 5.*

Secundò, Ioann. Dominicus vir ex pacto inito tempore contracti matrimonij cum Diana, promisit restituere eosdem introitus, & corpora sibi in dotem data, vel eorum æstimationem in pecunia, postea idẽ intẽtauit, & prosecutus est iudiciũ prælationis pro se, & vxore, & post eius mortẽ Diana prosecuta fuit, & obtinuit, cõsentiente, & assistente Hieronymo de Nola filio, & patris hærede, qui nomine matris cæpit possessionem ruris vigore sententiæ; vnde necessariò videtur elegisse restitutionem in eisdem corporibus, nec potest cõuentus opponere de iure tertij, quã-
42 do tertius vult, & præsens non contradicit, ex distinct. *Bart. in l. 2. ff. de except. rei iudic. l. si verò, ff. sol. matrim.*

Tertiò non obest, quod quamuis isti possessores ciciderint in commissum ob alienationem, irrequisito domino factam; non tamen ceciderunt à iure luendi, eis competenti, vnde cum fecerint depositum pretij, seruata forma pacti de affrancando, videtur, eos molestari non posse: dicimus enim conclusiuè in isto articulo, veram, & communem esse opinionẽ,
43 quod emphyteuta postquam cecidit in commissum, & ius quæsitum domino deuolutionis, siuè prælationis, perdit etiam, & amittit ius luendi sibi concessum in eodem contractu emphyteusis, vt propriè contingit in casu nostro. Et contraria opinio, tunc tantùm procedere potest, si domi-
44 nus prius rem propriam vendiderit, & deinde eam receperit in emphyteusim ab emptore, cum dicto pacto affrancandi in eodem instrumento, vel in alio separatim; quia tunc pactum affrancandi non censetur pars contractus emphyteusis, sed pars cõtractus emptionis, & venditionis primo loco celebrati; & proinde licet emphyteuta cadat à iure suo, non cadit à pacto diuerso, & separato, qui est appendix prioris contractus, qui resoluitur; ratio autem primi casus,
45 illa redditur, quod cũ dominus simpliciter cõcedit rem suam in emphyteusim cum iure luendi in eodem cõtractu, nullo præcedente alio contractu emptionis, & venditionis inter eos, hoc pactum redimendi est omninò pars contractus emphyteusis, & ab illo dependet, vnde resoluta emphyteusi ex pactis apponi solitis in huiusmodi contractu, resoluitur quoque, & annihilatur facultas redimendi, in eodem contractu adiecta; hæc enim clausula, & potestas redimendi, intelligitur, quandiù durauerit emphyteusis, & resoluta non fuerit ex pactis, & regulis emphyteuticis, *ex l. quæro, § inter locatorem, ff. locati*, quod quidem generale est in omnibus cõtractibus, & dispositionibus, etiam iuratis, ad tradita *per Tiraquell. in l. si vnquam, in præfat. num. 166. C. de reuocand. donation.* nec secuta declaratione domini, volentis rem habere iure deuolutionis, vel prælationis, lo-

Ll 2 cum

cum habere poteſt, moræ purgatio, quia lex ſtatim facit executionem ſecundum *Iaſ. in lib. 3. quæſt. 29. C. de iure emphyt.* *Cottam in memor. verbo, emphyteuta, Dec. conſ.* 146. & hoc præſertim lite conteſtata, vt in caſu noſtro, licet nulla requiratur ſententia Iudicis declaratoria, vt de communi teſtatur *Clarus* §. *emphyteuſis, quæſt.*
47 *nona.* & maximè vbi delictum emphyteutæ eſt in committendo, vt in caſu noſtro, ob alienationem factam, nedum irrequiſito, ſed prorſus contra expreſſam domini voluntatem, quod tanquam grauius, quam ſit nō ſoluere canonem, quod conſiſtit in omittendo, potentius excludit moræ purgationem, ſecundum *Iaſ. in dict. l. 2. num. 14. & 15.* pulchrè *Anton. Padill. in l. transigere, n. 107. C. de tranſact. Greg. Lop. lib. 10. gloſſ. fin. in fin. tit. 15. p. 7.* Ita has concluſiones vt communes, & receptas latiſſimè comprobat, & à contrarijs quamuis leuiſſimis defendit perpendens, & explicans DD. traditiones, trahens ferè omnes ad ſuum ſenſum poſt *Alex. conſ. 228. n. 5. lib. 6.* vbi *auth. damnat. Barthol Veron. Iaſ.* in pluribus locis *Barbat. Dec. Gozad. Alciat. Menoch. & alios* firmat doctiſſimè ſimul, & latiſſimè *Cuttier. conſil. 12. in 2. artic. à num. 13. & 19. vſque ad fin. artic.* & præcisè *num. 30.* vbi tanquam indubitatum tradit cōcluſionem procedere tam in caſu deuolutionis, quàm prælationis, inter quos caſus nulla potuiſſet alioquin conſiderari ratio differentiæ, & idem in effectu firmat *Dom. de Franch. decif. 267. num. 7.* necnon & *Corbul.* referens ad vnguem *decif. Rom.* ita expreſsè determinantem *in ſuo tract. de iure emphyt tit. de cauſa priut. ob cano. nōn ſolu. limit. 38. & in tit. de cauſa priuat. ob alien. irreq. dom. limit. 41.* quæ deciſio *Rotæ* legitur hodie inter nouiter impreſſas ſub *nu.* . . . & his ego addo etiam *Caphal.* qui *in conſil. 370. à num. 92. ad 98. lib. 3.* approbans communem, reſoluens contraria, quæ adduxerat *à num. 6. ad 9.*

Non obſtat quartò, quod Ioannes Dominicus, & Diana coniuges receperint tertias ipſis liberatas ex pecunia depoſita per emptores, & cōuerſa in emptionem cum ciuitate Neap. ex qua receptione videtur receſſiſſe à petita prælatione; hæc enim oppoſitio vltra reſolutiones, quæ eliciuntur ex facto, quod emptio fuerit facta, ne pecunia ſtaret otioſa ob aliorum intereſſe prætendentium habere ius ſuper pecunia, & receptio tertiarum ad alium finem, & cum reiteratis præſtationibus; dicimus præterea etiam ſi nō adeſſet proteſtatio ex receptione pretij, vel implementi contractus non induci contractus approbationem, ſed eſſe diſcrimen conſtituendum inter ſponte ſoluentem, & recipientem ſolutionem, vt ſponte ſoluēs cenſeatur contractum approbare, ſed recipiens videtur recipere implemētum, non vt ratificet contractum, ſed vt minus perdat vt ex *Innocent. Butr. Bart. & alijs* communiter diſtingui probat in ſpecie *Lanar.* videndus *conſil. 33. num. 9. Dom. de Franch. dec. 200 num. 21. & 22.* faciunt limit. *Vrſill. decif. 249 num. 9. ad fin.* non videtur enim contractum approbare, qui percipit, quod in omnem caſum, & euētum eſſet percepturus, ex traditis à *Dom. de Franch. decif. 373.*

Nō obeſt tandem & quintò, quod ceſſio cenſus cum iure prælationis facta per fratres de Terracina, ſit facta à duobus tantum ex tribus fratribus, altero abſente, pro quo promiſerunt de rato, & ſic non fuit integrum ius translatum; ſiquidem potuerunt fratres etiam pro tertio abſente actum efficaciter gerere, quod fortè frater pro dignitate feciſſet, vel facere debuiſſet, argumento *text. ſing. in l. item ſi filiuſfam. §. ſed ſi filiuſfam. patre ſuo relegato, ff. ad Maced.* per quem *text.* vt frater etiam pro fratre abſente dotem conſtituere poſſit, etiam vltra virilē pro perſonarū dignitate verum,

quin-

quinimò deciſum teſtatur *Franciſc. de Amicis feudor. interpres in ſua opere feud. cart. 5. num. 8.*

SVMMARIVM.

1 *Cauſa finalis ampliat, & reſtringit diſpoſitionem.*

2 *Præfationes dant intellectum legi, vel diſpoſitioni, & quod ex eis colligitur, dicitur expreſſè actum*, & n. 3. *amplius* num. 4.

5 *Finis trahitur ad ſuum principium, & ab ipſo regulatur.*

6 *Clauſula praecedens maioris eſt efficatia ad determinationem ſequentium, quàm ſequens ad praecedentium.*

7 *Clauſula antecedens non ſapit naturam ſequentis, ſequens autem antecedentis.*

8 *Mens ſupplicantis, & Regis concedentis, interpretari debet in ſubſequentibus clauſulis, qualis fuit in praecedentibus.*

9 *Dictiones diſtributiuæ tribuunt actus poteſtatem cuilibet, eodem tempore.*

10 *Conceſſio non debet retorqueri in odiũ ſupplicantis, & contra intentionem ipſius, & Regis concedentis.*

11 *Impugnandi propria iudicia, neminem viam elegiſſe, credendum eſt.*

12 *Interpretationum Regina, & quę alias tollit, quænam ſit?*

13 *Qualitas poſita in praecedentibus, cenſetur repetita in ſubſequentibus, maximè ſi adſit eadem ratio*, & n. 14.

15 *Deſtinatio non ſufficit, ubi factum requiritur.*

16 *Dictio*, inſuper, *idem operatur, quod* vltra, & hoc amplius, *vel* eo amplius, & *quin etiam, vel* & etiam, præter, & quoque, & num. 18.

17 *Dictiones*, inſuper, vltra, hoc amplius, *vel* eo amplius, *operantur repetitionem qualitatum praecedentium, etiam in diuerſa perfecta oratione.*

19 *Vſus dictionis in parte clara aperit, quomodo diſponens ea vſus ſit in parte dubia, etiam in alia ſcriptura diſponentis.*

20 *Nomina*, dicta, prædicta, *inducunt repetitionem perſonarum, & rerum cum omnibus ſuis qualitatibus.*

21 *Pronomina*, hic, *&c. ſunt ad oculum demonſtratiua.*

22 *Dictionis*, pro vt, *virtus tota conſiſtit in termino, ad quem fit relatio, ſi tẽpori futuro, ſtat limitatiuè, conditionaliter verò ſi ad rem, vel actum*, & num. 23.

24 *Dictio*, vt ſupra, *eſt repetitiua praecedentium cum omnibus ſuis qualitatibus*, & num. 25.

26 *Clauſula de per ſe ſtans, in quibus differat à relatiua.*

27 *Clauſula praecedens refertur ad omnes ſequentes, ſi ratia diuerſitatis non adſit.*

28 *Clauſula in oratione poſita declarat ſequentia, cum praecedentia ſunt certa, & clara.*

29 *Capitulum vnicum dicitur, quando circa idem diſponitur, etſi plures ſint diſpoſitiones, dummodo ſimul poſſint concurrere*, & num. 30.

31 *Prioritas non datur in his, quæ fiunt eodem tempore, & vnicus cenſetur actus.*

32 *Diſpoſitione non ſequuta, deficiunt omnes partes illam reſpicientes.*

33 *Clauſula in medio, ſiuè in principio, aut in fine poſita, refertur ad omnia capitula connexa, ſecus ſi in contextu vnius capituli, non in fine ſit poſita*, num. 34.

Priuilegium Inuictiſſimi Imperat. Caroli V. quo ſuper totius diſceptationis cum præſentis, tum trium ſequentium Controuerſiarum, cardo verſatur ad clariorem rei intelligentiam in calce vltimæ, ac tertiæ ab hac Controuerſiæ ſubijcitur.

ARGVMENTVM.

Priuilegium Imperatoris, Ciceo Loffredo S.C. Præſidi conceſſum, quid contineat, & clauſulæ ibi poſitæ anſtent de per ſe, vel acceſſoriè.

Pro Dominis Ianuenſibus, & alijs creditoribus Domin. Marchionis Treuici.

CONTROVERSIA XXXXVII.

PRiuilegium Inuictiſſimi Caroli Imperatoris, vt prætenditur conceſsũ Cicco Laffredo S.C. Præſidi, & Beatrici Caracciolæ coniugibus, cuius vigore intendit Ciccus iunior Treuici Marchio, excludere ereditores, qui ſuis parentibus pecunias crediderũt: nullo iure obeſſe poſſe ipſis creditoribus, eorum iura perſequentibus; quominus ipſis integrè ſatisfiat, pluribus de cauſis apertiſſimum fore ſperabimus, re diligenter, & accuratè perpẽſa, prout negotij grauitas expoſtulat. Quapropter; itẽq; vt res facili, diſtinctiorq; methodo exhibeatur, vniuerſus hic prægrandis ſanè iuris articulus, quatuor poſitis concluſionibus, quibus totidem eliciuntur cõtrouerſiæ, quatruplici ex capite validiſſimis pro creditoribus, examinabitur argumentis.

Primò ſcilicet ex ratione principalis diſpoſitionis, iuxtà priuilegium nõ ſequutæ.

Secundò, ex renunciatione ipſius priuilegij, ob contrarios actus impetrantium.

Tertiò, ex nullitate eiuſdem priuilegij, ob ſolennitatis non adhibitę defectum.

Quartò, & vltimò, ex exceptione rei pluries iudicatæ, quorum ſingulis comprobatis, creditorum iura in tuto conſtituentur.

Et ad primum: dicimus, priuilegiũ iſtud nil aliud principaliter continere, niſi facultatẽ cõceſſam ſupplicantibus diſponendi bona feudalia, etiã quærenda inter viuos, vel in vltima voluntate inter filios, & nepotem ad libitum: reliqua verò omnia, non ſtare abſolutè de per ſe, ſed acceſſoriè, & conſecutiuè ad hanc diſpoſitionẽ, vigore ipſius priuilegij faciendã, ita vt non ſecuta diſpoſitione, tanquam deficiente ſubſtituto, reliqua omnia, vti qualitates ipſius ſubſtituti euanuiſſe.

Quoad aſſumptum, primo probatur ex mente ſupplicantium, & Cæſaris concedentis, eaque depromitur ex verbis ipſiuſmet priuilegij, ponderatis etiam, cõnexitate orationis, dictionibus connexiuis, & repetitiuis præcedentium qualitatum; ſiquidem mens ſupplicantium, ex aſſertione ipſius Cæſaris in principio priuilegij colligitur, dum aſſerit, coniuges ſupplicantes expoſuiſſe plures habere filios, & nepotẽ ex primogenito, eoſq; ſupplicantes cupere, terras, caſtra, & alia bona feudalia, etiam quærenda æquis, vel inæqualibus partibus, aut pluribus, aut omnibus, aut dicto nepoti dare, diſponere, vel diuidere inter viuos, vel in vltima volũtate, prout ipſis melius videbitur, & placebit, ex quo deſiderio colligitur, ipſorum præcipuam intentionem fuiſſe, ſibi ipſis concedi facultatem diſponendi inter filios, & nepotem de feudis, & quærendis, ad eorum libitum, itavt eorum poteſtas non eſſet reſtricta à limitibus, & cancellis iuris feudorum, & potiſſimè Regni Conſtitutionibus, & iuris Frãcorum, cum verba in præfationibus, nedum diſpoſitiuè relata, vt ſic, ſed etiam ratiocinando, & enũciatiuè dicta, diſponentis, ſiuè exponentis voluntatem aperiant; quinimò
1 cauſam finalem oſtendant, ex qua diſpoſitio ipſa ampliatur, & reſtringitur *l. fin. vbi DD. ff. de hared. inſtitut.* latè *Pariſ. conſ. 83. num. 27. lib. 2. Roland. conſ. 49. num. 43. Card. Mantic. de con-*
2 *iect. lib. 6. tit. 13. n. 2.* illud enim quod col-

colligitur ex præfationibus, dicitur
expressè actum, & si id deficiat in di-
3 spositione *l. fin. ff. de testam. tutel.* &
præfationes dant intellectum toti le-
gi, vel dispositioni, & præstant lu-
men dispositioni, & per eas tollitur
incertitudo, *Socin. cons. 24. n. 3. lib. 4.*
4 & si in discursu magis generalia ver-
ba enunciarentur, ex præfatione tñ
restringi, & coarctari debent, *l. cum hi,*
in princ. iuncto fine, vbi in specie *Bart.*
& Castr. ff. de transact. latè *Molina de*
primogen. part. 1. cap. 5. num. 5. & seq.
& quamuis subnectat postea Impe-
rator, *Insuperq; cupitis,* & deindè, *cu-*
pitis insuper, dicta bona esse penes ve-
stros filios, & nepotem, &c. & ideò vul-
tis, vt dicta bona sint inalienabilia, &c.
& postea, *taliter in omnibus pradijs*
feudorum naturam mutando, &c. tamē
hæc omnia veniunt accessoriè, & cō-
secutiuè ad qualificandam ipsam di-
spositionem, & distributionem faciē-
dam per dictos supplicantes; nam cū
ipsi scirent ex sola facultate disponē-
di ad libitum inter filios, & nepotem,
non comprehendi has qualitates, ad
ampliandam facultatem disponendi
ad libitum, quam optabant, & reddē-
dam dispositionem magis efficacem,
& perpetuam, petierunt nedum fa-
cultatem disponendi, & distribuendi
ad libitum, sed quod, facta dispositio-
ne, vigore priuilegij, feuda essent pe-
nes eum, vel eos ex filijs, & nepote, in
quos disposuissent cum præfatis qua-
litatibus, quę omnes omninò cessant,
non sequuta dispositione principali.

Quod ex pluribus deducitur; &
5 primò, quia finis trahitur ad suum
principium, *l. si quis ex argentarijs, §. si*
initium, ff. de edendo, l. 3. §. scio. ff. de
minor. l. 1. C. de impon. lucrat. descript.
lib. 10. Crauett. consil. 461. num. 40.
quælibet enim dispositio iuxtà suum
principium regulatur, *l. regula, §. fin.*
ff. de iuris, & facti ignor. cum alijs à
6 *Surd. decis. 64. num. 6.* quinimò dispo-
sitio, vel clausula præcedens est ma-
ioris virtutis, & efficaciæ ad determi-
nationem sequentium, quàm sit se-
quens ad determinationem præce-
dentium, *l. quisquis, ff. de legat. 3. l. 3. §.*
ante hæredis, ff. de liber. & posthum.
7 & proinde antecedens non sapit na-
turam sequentis, contra verò sequēs
antecedentis, *Bald. in l. quoties, la se-*
conda, C. de fideicom. cū alijs ad propo-
sitū per *Tiraq. de retract. §. 1. gloss. 14.*
num. 25. Menoch. de præsumpt. lib. 5.
8 *cap. 178. num. 9.* & talis interpretari
debet mentio, & intentio supplican-
tium, & Regis concedentis in subse-
quētibus clausulis, qualis fuit in præ-
cedenti, & præsertim in principali, &
præcipua gratia, ad quam totus pri-
uilegij tenor subordinatur, *Bald. in*
cap. dilecti, num. 6. de dolo, & contum.
cum alijs à Crauett. consil. 882. num. 13.

Secundò deducitur ex illo versi-
culo priuilegij in verbis narratiuis,
insuperq; cupitis, dicta bona feudalia esse
penes vestros filios, coniunctis verbis
dispositiuis, ibi, *dicta bona esse penes ve-*
stros filios, & nepotem, & ibi, *si casu dicti*
vestri filij, vel ex eis aliquis, ex quibus
verbis necessariò habetur, quod hæc
omnia petita, & concessa sunt conse-
cutiua ad dispositionem faciendam
per ipsos supplicantes, cum absq; di-
cta dispositione, vigore priuilegij, nū-
quam potuisset accidere casus, quod
bona prędicta feudalia nimio tempo-
re essent penes plures filios simul, &
semel, & magis penes plures filios, &
nepotem, vt supponunt illa verba, *ex*
eis aliquis, vel eorum aliquis, attento
iure francorum, quo solus primogeni-
tus succedit, quod in Regno palàm
est vigere; dictiones enim illæ distri-
butiuæ attribuunt actus potestatem
cuilibet eodem tempore, *l. in hoc ar-*
ticulo, vbi *Bart. & alij, ff. de hæred. instit.*
l. qui filiabus, §. 1. ff. de legat. 1.

Tertiò, quia totum hoc priuilegiū
respicit fauorem supplicantium, vt
possent disponere pro eorum arbi-
trio voluntatis, & sic facta dicta di-
spositione vigore priuilegij, censeri
debet concessisse, vt feuda fierent al-
te-

terius naturæ, non aliter; ipsi enim preces porrexerunt, ipsisq; id fuit cōcessum, vt ex verbis dispositiuis priuilegij, ibi, *vobis iam dictis Cicco, & Beatrici concedimus, &c. & plenum poss imparimur, quod possitis, & valeatis, &c. pro vt melius vobis videbitur, & placebit, &c.* & paulò post, *quam dispositionem faciendam laudamus, & confirmamus, &c.* & ibi, *vt precibus, & votis vestris satisfiat*, quod iterum repetit in versiculo, *& insuper ad vlteriorls gratiæ cumulum, vtq; votis singulis, &c.* & iterum in fine, ibi, *prædictis Cicco, & Beatrici in omnibus, & per omnia obseruetis*, & hoc vt vnusquisq; ex filijs, ac etiam nepos, totum recognoscerent à disponentis gratuita liberalitate, nulla lege communi, municipali, vel inuestituræ tenore cogēte; si ergo clausulæ, *insuper cupitis, &c.* starent de per se, & suum operarentur effectum, nulla preambula dispositione dictorum coniugum, & feuda effecta essent ex tunc masculina inalie-
10 nabilia, & ex pacto, concessio retorqueretur in odium supplicantium, & contra intentionem ipsorum, & Regis concedentis, quæ fuit ampliare potestatem disponendi, non illam restringere, & sic contra regulam *l. legata inutiliter, ff. de legat. 1. cū alijs*, què in propria materia interpretationis priuilegij, affert *Ruin. conf. 84. n. 2.*
11 *lib. 3.* ac alteram, iuxtà quam, neminē est credendum, elegisse viam ad impugnanda sua iudicia, *l. miles, qui destinaucrat, ff de testament. milit. l. quo-*
12 *ties, ff. de rebus dub.* quam coniecturam, alijs omnibus potētiorem, quinimò reginam aliarum omnium interpretationum, affirmat *Ruin consil. 72. n. 4. lib. 2. Caphal. conf. 51. n. 38. & 39.* ita quod per eam aliæ tollantur, *Cardin. Mantic. latiss. lib. 3. tit. 2. & lib. 12. tit. 17. num. 13.* debent enim sermones nostri adaptari rebus tractatis ex eff. ctu fluentibus, *Bald. in rub. C. si quis aliquem testari prohib.* & proinde necessariò est fatendum, hæc omnia fuisse concessa in consequentiam necessariam futuræ dispositionis, faciendæ per supplicantes, quod manifestè suadent illa verba, *possitis, & valeatis disponere, &c. prout melius vobis videbitur, & placebit*, & sic, quod posset disponere iuxtà tenorem priuilegij, quo casu censerentur feuda ex pacto, & inalienabilia, & iure communi, quo inspecto, remansissent feuda in
13 sua natura hæreditaria, quæ debent censeri repetita in omnibus subsequentibus, *l. cum seruus, ff. de condit. instit. l. Seia, §. Caio*, vbi *Bart. ff. de fundo instruct. l. in repetendis, ff. de legat. 3.* præsertim, cum apertissimè constet
14 de mente supplicantium, & adsit eadem ratio ampliandi facultatem disponendi ad libitum, ex quo fit, vt omninò inducatur repetitio præcedentis qualitatis, etiam in casibus, vbi repetio non admittitur, *Bald. in l. 1. in fine, C. de liber. prater. Ruyn. conf. 84. lib. 2. Dec. consil. 190. Cardin. Mantica d. lib. 10. tit. 6. num. 15. Peregrin de fideicommiss. art. 16. num. 10. 26. & 38.* vnde cum dispositio non fit secuta,
15 omnia euanescunt; siquidem non sufficit destinatio, vbi factum requiritur, *l. 1. §. si defunctus, ff. de rebus eorum, Iason* optimè *conf. 231. col. 1. lib. 1.* latissimè *Gaylius, practic. obseruat lib. 2. cap. 11. n. 2. Intrigliol. de feud. part. 2. art. 57. num 9.* vbi de magis communi opinione.

Quartò, fundatur etiam assumptū ex mente Imperatoris concedentis, & oratione, & dictionibus connexiuis, & repetitiuis, quibus vsus fuit; nā enunciatis prius petitis per supplicātem, & recensitis ipsorum meritis, concedit facultatem disponendi, & distribuēdi ad libitum, quam ex tunc confirmat, & vt ipsa esset perpetua, stabilis, & firma, superaddidit aliquas qualitates inseperabiliter ipsam gratiam concomitantes, quod euidenter colligitur ex contestu orationis, & dictione, *insuper*, qua bis vtitur in affertiuis, ibi, *insuperq; cupitis, & cupitis insu-*

ſuper, & infra, *& inſuper ad vberiorem*,
16 quæ idem importat, quod *vltra, l. Se-ia, 3. ex parte, ff. de fundo inſtruct.*, quæ eſt repetitiua, & connexiua, *l. ſi vltra, C. de fideicõm. Bar. in l. qui ita, ff. de dote præleg. Cuman. cõſ.* 112. *Dec. conſ.* 290. *col.* 2. *&* 429. *col.* 1. & idem etiam importat, *inſuper*, quod dictiones, *hoc*
17 *amplius*, vel *eo amplius*, quas conſtat, eſſe adeo repetitiuas, vt operentur repetitionem qualitatum præcedentium, etiam in diuerſa oratione perfecta, *l. ſi tibi purè*, 52. vbi *Bart. ff. de legat.* 3. *l. auia, ff. de condit. & demonſtr. Iaſ. in auth. hoc amplius, C. de fideicom. Dec. conſ.* 190. *num.* 7. vt eſt & ſimilis dictio, *& plus, Bart. in dict. l. ſi tibi purè, in fin. Card. Mantic. de coniect. lib.* 10. *tit.* 6 *num.* 12. *in fin.* & dictio, *præterea*, *Dec. in auth præterea, C. vnde*
18 *vir, & vxor*, idemque operatur dictio, *quin etiam*, toties repetita in aſſertiuis, & diſpoſitiuis, quaſi dixerit, *& etiam*, quam ſimiliter operari repetitionem præcedentium qualitatũ, ſicut dictio, *hoc amplius, vltra, præter*, & ſimiles, firmat *Bart. in l. Seia, S. Caio, ff. de fundo inſtr. Ruyn. conſ.* 53. *n.* 2. *& conſil.* 61. *num.* 9. *lib.* 2. *Natta conſil.* 476. *num.* 8. poſt *Aret.* qui idem dicit de dictione, *quoque, conſil.* 158. *col. penult.* & præſertim in caſu noſtro ob illam dictionem, *quin*, antepoſitam, cuius quoque natura eſt ſuperaddere qualitatem, retento eodem themate, *gloſſ. in cap. iuriſgentium, S. quinimò, verſic. ſed dic*, vbi etiam *DD. ff. de pact.* quam dictionem, *quin etiam*, nõ ſtare de per ſe principaliter, ſed connexiuè in hoc priuilegio, quidquid aliàs importare poſſit, ex eo redditur clariſſimum, quod vbi primum Imperator hac dictione vtitur, in parte ſcilicet aſſertiua in *verſic. quin etiam ſi fœmina*, ea vſus fuit connexiuè, & incidenter correlatiuè, ampliando eandem qualitatem excluſionis fæminarum, non autem concedendo aliquam ſeparatam gratiam principaliter de per ſe, vt inde oſtenderet, ſe eodem modo, eadem dictione vſum
19 in ſequentibus, & nõ aliter; vſus etenim dictionis in parte clara aperit, & declarat, quomodo diſponẽs ea vſus ſit in parte dubia, *l. qui filiabus, ff. de legât.* 1. *Mantica* in ſpecie *lib.* 6. *tit.* 13. *num.* 13. optimè *Peregrin. de fideicom. Art.* 16. *num.* 108. vbi ampliat in verbis, etiam in alia ſcriptura eiuſdem diſponentis, *Crauett. conſil.* 231. *n.* 12. *idem Peregrin. art.* 25. *num.* 34.

Vtitur etiam Imperator pluries nominibus, *dictis, & prædictis*, tàm relatis ad bona, ibi, *cupitis inſuper dicta veſtra bona*, quàm ad perſonas, ibi, *eſſe penes dictos veſtros filios, nepotem, & deſcendentes*, & conſecutiuè illicò ſubiungit, *taliter in omnibus prædictis dictarum terrarum naturam mutando, &c.* & in diſpoſitiuis pluries repetit,
20 *quin etiam vt in dictis, &c.* quæ nomina conſtat inducere etiam repetitionem, & relationem perſonarum, & cæterum cum omnibus ſuis qualitati-
21 bus, ſicuti pronomina, *hic, &c.* quæ ſunt demonſtratiua ad oculum, *Bart.* & communiter *omnes in l. qui liberis, S. hac verba, ff. de vulg. Alex. conſ.* 173. *lib.* 5. *cum alijs à Peregrin. dict. cap.* 16. *num.* 25. & hoc maximè, cum in materia mutationis formæ feudorum de hæreditarijs in naturam pacti, legantur ea verba reſtrictiua, *& quoad prædicta, &c.* & iterum prope finem taxatiuè, *tantùm in prædictis dictarum terrarum naturam mutantes, &c.* & ſic præuia diſpoſitione, & non aliter.

Sed vt omnis abijciatur ſcrupulus, rogo ponderentur ea verba adiecta in parte diſpoſitiua ſtatim poſt conceſſam præcipuam gratiam ibi, *ſuccedant filij veſtri, pro vt vos diſpoſueritis, vt ſupra*, ex quibus Sole clarius patet, Imperatorem non aliter voluiſſe cætera concomitantia principalem gratiam ſtare de per ſe, ſed omninò vt acceſſoria, & clauſulas vel appẽdices ex toto regulari, & dependere debere à diſpoſitione facienda per ſupplicantes, qua non ſecuta, ea omnia cenſeri ir-

22 irrita,& effectu vacua;talis est enim natura dictionis, *pro vt*, vt eius virtus tota consistat in termino, ad quem fit relatio, quo deficiēte, deficit effectus, & modificatur, & restringitur ad terminos relati, *cap. Abbate sanè, § .porrò, de verbor. signific. Bald. in l. 2. pen. not. C. de error. aduoc. Bart. & Iaſ. num. 36. C. de edendo, Crauett. conſ. 987. n. 56. &* 57. vbi absurdum dicit, plus quem consequi ex scriptura referente, quàm ex relata, etiam cum eo *Curt. iun. con-*
23 *ſil. 94. num.* 10. relata enim hęc dictio, *pro vt*, tempori futuro, stat limitatiuè, *Bart. in Extrauag. ad reprim. verb. pro vt, verſic. ſi verò, Ruyn. conſil. 25. n. 9. lib.* 1. si verò sit relata ad rē, vel actū, stat conditionaliter, & nisi constet de relato, scriptura referens nihil operatur, vt ex *l. ſi ſic, ff. de legat. 1. & l. quod ſi venditio, ff. de hared. vel action. vendit.* tradit *Ripa reſponſ. 5. de diuerſ. reſcript. num. 5 & 6.* post *Alex. conſ. 66. col. pen. lib. 1. Dec. in l. 2. 2. notab. & in auth. ſi quis in aliquo*, post *num.* 40. *C. de edendo, Peregrin. dict. artic. 16 num. 23. &* 111. & cum dictioni, *pro vt*, adiungatur dictio, *vt ſupra*, tantò fortius dispositi in sequentibus, regulari debēt
24 à dispositione facienda; hæc enim dictio repetitiua est, & relatiua eorum, quæ in præcedentibus dicta sunt, *l. 1. §. deinde eſt, §. ex hoc edicto, ff. de poſtul. & in prohem. decret. §. ſanè*, adeo quod operatur restrictionem ad casum præcedentis dispositionis, & sic nullo modo subsequens dispositio operari potest effectum aliquem, nisi iuxtà terminos præcedentis, cui refertur, idq;
25 cum omnibus suis qualitatibus, & non aliter, *Rimin. ſen. conſ. 19. num. 9. & 19. & conſil. 119. n. 21. Dec. Alciat. Ruyn. Paris, Rimin. iun. Cephal. & Menoch.* congesti à *Peregr. de fideicomm. artic. 16. num. 23. verſic. item dictio.*

Ex quibus apparet resolutum totum aduersarij fundamentum, dum contendit, sequentes gratias stare de per se, nec vllo modo dependere à dispositione facienda per Ciccum, sed fuisse concessas tres præcipuas gratias, ponderando ea verba, *taliter mutando qualitatem, & naturam feudorum, &c.* & ibi, *ſuccedant ex praſenti noſtri priuilegij authoritate*, & ibi, *volumus, decernimus, & mandamus, &c.* quæ sunt noui iuris inductiua, & proinde, quod sola distributio fuit commissa Cicco, reliqua verò fecit, vt facere debebat ipse Princeps, cuius est feudi naturam mutare, nec decebat remittere ad voluntatem Cicchi vassalli; cum enim ex prædictis sit fundatum, subsequentes clausulas stare relatiuè ex contextu verborum, & tot dictionibus relatiuis, & præcipuè ex dicta clausula, *pro vt vos diſpoſueritis, vt ſupra, &c.* ex hoc sequitur, nullo modo dictas clausulas stare de per se, & absolutè, sed dependere ex toto
26 à præcedenti; hoc enim est discrimen inter clausulam absolutè positam, seu de per se stantem, & relatiuè, vt explicant *Bart. & Caſtr. in l fin. ff. de reb. dub. Bald. in l. 1. num. 12.* vbi etiam *Caſtr. vlt. oppoſ. C. de liber. prat. Iaſ. in l. 3. §. filius, num. 9. ff. de liber. & poſth.* in quo illud est summè notandum, dictam clausulam nō sine maximo mysterio adiectam fuisse in primo corollario proximè post primam, & principalem gratiam assensus super dispositione facienda sub *verſic. quin etiam volumus, &c.* vbi addit, quod succē-
27 dant masculi; cum enim nulla adsit ratio diuersitatis, cur clausula prædicta masculinitatis debeat stare relatiuè, & accessoriè ad primam, reliquæ verò sequentes duæ clausulæ stent de per se, & absolutè, necessariò sequitur, vt censeri debeāt pariformiter repetitæ, & qualificatæ omnes sequentes clausulæ, vt eodem modo à prima regulentur, vt notant *omnes in d. l. 1. C. de liber. preter. in l. talis ſcriptura, ff. de legat. 1. Panorm. et alij in c. ſecūdò*
28 *requiris, de appellat.* cum enim præcedentia sunt certa, & clara, tunc declarant sequentia, quæ sunt indeterminata, & dubia, *Bald. in l. legatorum, §. fin.*

§. *fin. in fine, ff. de legat.* 2. *Surd.* omninò videndus *decis.* 288. vbi à *numer.* 30. *ad* 35. format ſex argumenta optimè facientia ad iſtum articulum.

Tantò magis, quod & ſequentes clauſulæ habent etiam ſuas dictiones relatiuas, & connexiuas, vt ſupra, nec poſſunt dici capitula ſeparata de per ſe, quorum vnũ ſtet ſine alio, ſed, vel eſſet vnum capitulum tantùm, vel
29 ſaltim plura connexa, & quod dicatur vnum capitulum, optimè probatur ex doctrina *Bart. in l.* 3. §. *filius, num.* 31. *ff. de liberis, & poſthum.* dicẽtis, quod vnum capitulum dicitur, quando circa idẽ diſponitur, itaquod illæ diſpoſitiones circa illud poſſunt ſimul concurrere, ſecus quando non poſſunt ſimul concurrere, ſed vna in defectum alterius; tunc enim dicuntur diuerſa capitula, & ſequuntur *ibi, & in l. penult. ff. de iniuſt. rupto, Bald. Caſtr. Aret. Alexand. & alÿ,* & idem *Bart. in l. Aurelius,* §. *idem quaſiÿs, ff. de liber. legat.* dicit, tunc eſſe vnum capitulum, quando eſt vnum factum cum ſuis qualitatibus, vel cum ſunt plura connexa, eiuſdem rei, & perſonæ cauſa tractata; diuerſa autem capitula eſſe, vel quando ſunt plura facta diuerſis temporibus, vel etiam ſi incontinenti, ſi inter ſe non ſunt correſpecti-
30 ua, quod probat etiam *tex. in l. eum actum* 18. *verſic. planè, iuncta gloſſ. ver. non poſſit, ff. de negot. geſtis,* vbi connexum, & inſeparabile dicitur, quę circa eandem rẽ, & factum verſatur; quamuis ſeparari poſſet per Iudicis ſubtilitatem, & quod ex continentia facti ſeperationem non recipit, latè *Boer. deciſ.* 73. vnum enim ab altero deſcendit, ergo ſunt connexa, ita vt quidquid ſequitur, à præcedentibus determinationem recipiat, *gloſſ. in verb. audiendus, in l. etiam,* §. 1. *ff. de minorib. Crauett conſ.* 275. *numer.* 4. & vnumquodque venit vt conſequens alterius, *Boer. deciſ.* 243. *num.* 5. in his
31 enim quę ſiunt, vel cõceduntur vno, & eodem tempore, non datur prius, vel poſterius, & vnicus cẽſetur actus, *l. cum duo, ff. de in diem adiect. cum alÿs à Surdo dec.* 166. *num.* 3. *& conſ.* 217. *num.* 6. *&* 9. *Becius conſil.* 45. *num.* 34. vel melius dici poterit, quod eſt vni-
32 cus ſermo, ſiuè oratio priuilegij ex pluribus partibus conſtructa, & oẽs partes reſpiciunt diſpoſitionem faciendam, qua non ſecura, deficiunt omnes illæ partes, caſus, vt ſummat *Bartol. in l.* 2. *ff. de auro, & argen. legat.* vbi locatio reſpectiua deficit, deficiente perſona, vel qualitate illius, cuius reſpectu profertur; vndè cum
33 ſit, vel vnum capitulum, vel plura cõnexa, dubitari non poteſt, quin clauſula illa, *prout vos diſpoſueritis*, vt ſupra, referatur ad omnia, vt per *Bart. in l. talis ſcriptura,* §. *fin. ff. de legat.* 1. ſiuè ſit poſita in principio, ſiuè in medio, ſiuè in fine, vt latè per *Peregrin. d. art.* 16. *num.* 105. & quamuis clauſula po-
34 ſita inter vnum capitulum, ad illud tantùm referatur, notat *Bart. in d. l.* 3. §. *filius, in ſummar.* tamen *Panormit. in cap. ſecundò requiris, num.* 10. *in fin.* declarat, hoc procedere, quando ponitur intra, ideſt in contextu illius articuli, ſecus ſi ponatur in principio, vel in fine articuli, vt hic fuit poſita, quia tunc æquè refertur ad omnia, vt ſi eſſet poſita in principio, vel in medio, ſi aliud non repugnat.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium dicitur, quod à Principe concedente ſub priuilegÿ nomine conceditur.*

2 *Verba expreſſa, & propria ipſorum ſignificatio, in diſpoſitione Principis, Canonis, aut Aedicti ſunt attendenda.*

3 *Inueſtitura dicitur, quando feuda conceduntur, & ex ea contractus, vltro, citroq; obligatorius reſultat.*

4 *Conceſſio contra ius commune, Conſtitutiones, & Conſuetudines Regni, derogans inueſtituris, & natura feudo-*

rum,

rum, non nisi priuilegium dici debet.

5 *Priuilegium dicitur, quando Rex dispensat contra naturam feudorum, vel contra ius commune.*

6 *Priuilegio renunciatum, & derogatum censetur per vnicum contrarium actum, & num. 7. etiam ex quo tacita inducatur renunciatio, & n. 7. 8. & etiam si praecesserit protestatio, num. 9.*

7 *Priuilegium concessum fauore personae, personale censetur.*

8 *Priuilegium amittitur per vnicum actum contrarium; non tamen reiterabilem, & num. 9. secus si reiterabilis sit actus, nisi etiam longi temporis cursus concurrat, & n. 10. & 11.*

12 *Priuilegio potest impetrans renunciare etiam in his, quae fauorem aliorum, quibus ex eo priuilegio ius quaeritur, respiciunt.*

13 *Priuilegium lacerare potest impetrans antequam eo vtatur.*

14 *Disposita post mortem impetrantis priuilegium, in alterius beneficium possunt reuocari, eiisq; per eundem impetrantem renunciari.*

15 *Priuilegio concesso, quod de feudo fieret allodium per vnicum actum contrarium, vel per triginta annos possesso vti feudo, renunciatum censetur.*

16 *Renunciatur facilius iuri de futuro, & feudo quaerendo faciliùs praeiudicatur.*

17 *Priuilegium negatiuum per non vsum spatio triginta annorum, faciendo id, ad quod ex priuilegio non tenebatur, perimitur, & num. 28.*

18 *Priuilegium aliquid faciendi ex lapsu decennij, per non vsum perimitur, & num. 21.*

19 *Tempus datum ad disponendum per vltimam voluntatem, currit ex tempore salutis & num. 20.*

22 *Concessionarius potest successoribus praeiudicare, tam omittendo, quàm committendo.*

23 *Priuilegiū insigne, ac speciali nota dignū, si de eo, qui illud obtinuit, in suis non meminerit in dispositionibus, eo vti noluisse censendum erit.*

24 *Assensui impetrato super contractu faciendo, renunciare videtur impetrās, si deinde contrahit, saluo assensu impetrando, vel alium impetrat.*

25 *Vnicus actus contrarius perimit priuilegium quoad illum actum, non quoad alios, nisi fuerit vniuersalis & n. 27. & 28.*

26 *Feuda ex pacto & haereditaria, omnia differunt, & contradictoria sunt.*

29 *Haereditarius titulus est honorabilis.*

30 *Successio in feudo titulo haereditario, quid importet, & num. 35. & an feudum ex pacto, in primo successore sit haereditarium, vel habeat vim haereditatis, & num. 32.*

31 *Feudum ex pacto, dicitur feudum simplex, purum, & rectum.*

33 *Filius debet à patre institui in legitima titulo institutionis.*

34 *Verbum,* relinquo, *adiectum vniuersitati bonorum, importat haeredis institutionem.*

35 *Verba interpretāda secundum ius feudorum in feudis, & in defectum ad ius ciuile recurrendum.*

36 *Verba debent interpretari, vt aliquid operentur, ad maiorem tamen declarationem dicta censenda sunt, si nihil penitus operari possunt, n. 37. 38.*

39 *Testator iure communi in dubio testatus censetur, etiam si iure speciali disponere poterat, & num. 41. & quaratione, num. 40.*

42 *Acquirens feudum ex pacto, potest filijs successoribus praeiudicare, si contemplatione ipsius patris, fuerit concessum, & num. 45. & etiam formam feudi alterare, & num. 46.*

43 *Concessio feudi ex pacto praesumitur patris contemplatione, nisi proprijs filiorum nominibus designatis, aut praecedentibus ipsorum meritis.*

44 *Concessio in dubio praesumitur ex solis meritis supplicantium.*

47 *Assensus requiritur, ad hoc vt primus acquirens, ualeat successoribus in feudo praeiudicare, vel illius formam alte-*

ſtare facta ei conceſſione, beneficio Regis gratuito, ſecus titulo oneroſo, & num. 48. 49. 50. *&* 51.

52 *Inueſtitura primeua forma attendenda, & ad illam recurrendum.*

ARGVMENTVM.

Conceſſio facta à Principe quando dicitur priuilegium; & an poſſint, vel ex quibus cenſeatur, impetrantes priuilegio renunciare: feudorum ex pacto naturā in hæreditariam mutare, quādo poſſit vaſſallus abſq; conſenſu domini.

Pro iiſdem Creditoribus contra eundem Marchionem.

CONTROVERSIA XXXXVIII

SAtis, ſuperq; ſuperiori Controuerſia comprobatum extitit, omnia diſpoſita in priuilegio conceſſo Cicco Loffredo S.C. Præſidi, & Beatrice Caracciolæ ab Auguſto Carolo V. eſſe acceſſoria, ac principali gratiæ cohærere; qua, propterea non ſecuta, euanuiſſe: verumtamen ad vberiorem veritatis indagationem, concluſionis expetientiam, ac pro ſecundo iuxta ordinem aſſumpto, probabimus. Eſto, quod omnes illæ clauſulæ ſtarent de per ſe, illas tamen non operari ex tunc irreuocabiliter, ſed iuxtà naturam priuilegij, ſcilicet ita demum, ſi ſupplicantes tacitè per non vſum, vel expreſsè per cōtrarios actus priuilegio non renunciauerint. Quinimò etiam ſi ex tunc irreuocabiliter ipſe clauſulæ operantur, eſſetq; vigore ipſius priuilegij, feudorum quoque quærendorum natura alterata; attamen fuiſſe per ſupplicantem iterum in primeuam naturam hæreditariam feuda conuerſa, demonſtrabimus.

Ad quod probādum fundabimus: Primò, hoc eſſe merum priuilegium, ſiuè facultatem.

Secundò, potuiſſe omninò impetrantes illi renunciare expreſsè, vel tacitè.

Tertiò, & valuiſſe eos in præſenti caſu de iure, iterum feuda ex pacto in hæreditaria mutare, atq; vtrunq; eos multifariàm egiſſe.

Quoad primum, de hoc dubitari non poteſt; ſiquidem Imperator concedens, ita nō ſemel, ſed pluries priuilegiū expreſsè nominauit, & intitulauit, ergo non eſt recedendū ab authoritis, eiuſdemq; ſupremi Principis denominatione, *cap. ſi Papa*, §. *ſi autem Eccleſia, de priuil. in 6.* eo enim ipſo quod Princeps nominat eius gratiam licentiam, ſiuè quamlibet conceſſionem ſub nomine priuilegij, cenſetur ſtatim illam in vim priuilegij concedere, cū omnib⁹ qualitatib⁹ & iurib⁹ priuilegij, *Bald. in l. item lapilli*, poſt *n.* 5. *verſ. ego dico, ff. de rer. diuiſ. ex text. in l. quidam conſulebāt, in fin. ff. de re iudic.* nec enim

1

2 debet temerè recedi à verbis expſſis, & propria ſignificatione ipſorum in diſpoſitione Principis, canonis, aut ædicti; ſed ſemper illis eſt adhærendū, *Bald. in l.* 1. §. *ſi is qui, ff. de exercit. tex.* optimus *in l. ſi alij, ff. de vſufruct. legat.* & ille contractus, ſiuè actus cenſetur geſtus, quem forma verborum oſtendit, & quē partes nominauerint, *Natta conſ.* 194. *lib.* 1. nam talia ſunt ſubiecta, qualia prędicata demōſtrant, *l. non codicillum, C. de teſtam.* plura congerit *Maſcard. concl.* 607. *de probat.* & non poſſunt impropriare, vel alterare verba Principis, legis, vel ſtatuti, *l. quidam, ff. de adminiſtrat. tutor. l. quod de bonis*, §. 1. *ff. ad leg. falcid. Iſern. in cap.* 1. §. *donare, qualit. olim feud.* & in dubio ſtandum eſt aſſertioni Principis, *clement.* 1. *de probat. cum ſimil.* Et cum nomine concurrit natura rei, vel ipſius conceſſionis, quę

clarissimè ostendit, hihil aliud esse
posse, nisi purum priuilegium; siqui-
dem Imperator non concessit feuda
aliqua supplicantibus, vt inde prætē-
3 di posset, fuisse inuestituram, quę tunc
dicitur, & non aliter, quando feuda
ipsa conceduntur, ex quo resultat cō-
tractus feudi vltro, citroq; obligato-
rius, *cap. 1. quibus mod. feud. constitui
potest, cap. 1. in fine, de feud. cognit. Iser-
nia in cap. fin. in addit. num. 3. vers. sed
si dixit, ex quib caus. feud. amittat.* vbi
*Liparul. lit. D. Capic. in sua inuestitur.
verb. inuestientes, Bald. in §. inuestitura,
de noua forma fidelit.* sed concessio
ista nihil aliud continet, nisi facultatē
disponendi, & distribuendi feuda, etiā
quærenda, ad libitum inter filios, &
nepotem, & in casu dispositionis, vi-
gore dictæ facultatis, conceditur al-
teratio naturæ feudorū, scilicet, quod
efficiantur masculina, inalienabilia, &
perpetuò permansura penes descen-
dentes supplicantium, tanquam feu-
da ex pacto ad hunc finem tantùm
4 vnde hæc concessio Imperatoris cō-
tra ius commune, Constitutiones, &
Consuetudines Regni, & derogans
inuestituris, & naturæ feudorum, nihil
aliud, quàm priuilegium dici potest,
*Bald. in prælud. feudor. col. 5. versic. est
autem quæstio, & in cap. 1. col. 4. versic.
sed secus in restitutione, hic finitur lex,
& in cap. 1. §. inuestitura, de noua form.
fidelit. Ioan. Andr. in cap. olim, num. 10.
de verbor. significat.* & priuilegium est,
quando Rex dispensat contra naturā
feudorum, *Camerar. in l. Imperial. cart.
44. lit. L. Iason in præl ud. feudor. n. 16.*
5 *&* 17. vel quando alterat naturam
ipsorum, *Reg. de Ponte cons. 3. num. 91.*
cum generaliter quidquid concedi-
tur contra ius commune, sit priuile-
gium, *Bart. in l. 1. num. 12. C. de iuris, &
facti ignor. & in l. fin. num. 3. vbi Ias.
& omnes, ff. de Constitution. Prin-
cip. Bald in l. 1. num. 6. eodem tit. Came-
rar. vbi supra, & cart. 63. lit. G. Curt.
cons. 49. col. 3. in fine, & column. 7. Mi-
nad. in repetit. Constitut. In aliquibus,
in ver. aliquibus, num. 37. & seq. Frecc.
lib. 2. de subfeud. quæst. 35. num. 25. &
sequenti.*

Secundum verò principale propo-
situm perpaucis absoluam: quippe
quod ex prædictis necessariò infera-
tur; etenim cum non sit, nisi merum
priuilegium, & dispensatio contra
ius, & inuestituras concessa, nedum
ad partium supplicationem, sed vt vo-
tis, & desiderio petentium annueret
Imperator, & expresè dicitur in scri-
ptura, sequitur necessariò, ipsosmet
supplicantes potuisse dictę conces-
sioni renunciare, cum per vnicū actū
6 contrarium omninò censeatur dero-
gatum, & renunciatum priuilegio, vt
est *text.* clarus *in l. 1. C. de his, qui spon-
te public. muner. sub. lib. 10. vbi gloss. in
verb. ad executionem,* affert concordā-
tes, & ampliat etiam in actu, ex quo
inducatur tacita renunciatio, *l. penult.
§. fin. ff. de vacat. mun. & l. campanus,
ff. de oper. libert.* & maximè, cum hoc
priuilegium sit concessum intuitu, &
fauore personæ, seu personarum, scili-
cet ob seruitia, & merita supplicātiū,
7 & in ipsorum gratiam, quo casu cen-
setur priuilegium personale, prout in
dubio præsumitur, *cap. cum venissent,
cum gloss. in verb. personale, de instiut.
Bartol. & Alex. in l. & quia, ff. solut. ma-
trim. Alex. cons. 86. volum. 1. Bossius de*
8 *Principe, num. 243.* & censetur habere
conditionem annexam, dummodò
priuilegio per contrarium actum, etiā
vnicum, non renunciauerint, secundū
opinionem Tancredi, quam, pluribus
relatis, vltimo loco comprobat *gloss.
Bern. in cap. cum accessissent 8. in verb.
contrauenerint, in fine, ibi, Tancred. me-
liùs videtur dicere, de Constitut.* quam
in specie probat *Isern. in repetit. l. Im-
perialem, §. nec dominus, post num. 48.*
9 ibi, *sed secundum Bernardum sit,* vbi *in
versic. sed si cum.* ampliat, procedere
etiam si præcesserit protestatio, quia
etiā protestatione præcedente, tolli-
tur per contrarium actum, *l. quod quis*
10 *sciens, ff. de condict. indebit.* vbi etiam
re-

reſpondet *ad l. voluntariè 12. C. de excuſat. tutor.* vt illa lex procedat in priuilegio continenti aliquem actum ſui natura reiterabilem, vt tunc non amittatur per actum contrarium, niſi cum decurſu longi temporis, ſcilicet
11 triginta annorũ, ſecus verò in actibus, qui nõ recipiũt iterationẽ, cuiuſmodi eſt caſus noſter, vt feudum habeatur, vt hæreditarium, vel ex pacto; tunc enim per vnicam contrauentionem directò, etiam tacitam, amittitur priuilegium, *Panormit. in d. cap. cum acceſſiſſent, n. 7. & iterum in fine*, vbi *Felyn. num. 10. & 30. Dec. num. 63.* idẽ *Panorm. conſil. 60. num. 10. lib. 2. Alex. conſil. 190. num. 7. verſ. ſextò dato, lib. 2. Benintendus*, qui dicit, cõ nunem eſſe opinionem *deciſ. 41. num. 2.* vt etiam reſoluunt diſtinguendo *Bart. Luc. de Penn. Platea, Rebuff. & Andr. de Barulo in l. 2 qui publici, C. de ijs, qui ſpontè mun. lib. 10.* ſequitur *Guido Pap. deciſ. 387. Dec. Dom. Capic. & Aymon* relati per *Liparul ad Iſern. in dict. §. nec dominus, lit. I.* & vt communẽ, & indubitatam diſtinctionem probat *Viuius opinion. 641. in fine, numer. 10. Cacheran. deciſ 91. num. 21. Natta conſil. 446. numer. 16.*

12 Nec mirum, quia quilibet poteſt priuilegio à ſe impetrato renunciare, & repudiare quæſita de iure ſpeciali, nedum in his, quæ concernunt fauorem ſolùm impetrantis, ſed etiã aliorum, quibus ex eo priuilegio ius quęritur, *l. ſi Iudex circumuento 42. ff. de minorib.* vbi *Bald.* notat *cum infinit. à Tiraquell. in primo retract. ad fin. titul. num. 24. verſ. quarto quæro, & num. 26*
13 *& 28.* imò antequam eo vtatur, põt impetrans illud lacerare, *Innoc. n. 2. in fin. & 3. Ioann. Andr. num. 5. & 6. Butr. num. 12. & 13. Abb. num. 9. Imol. num. 9. in cap. ex conqueſtione, de reſtit.*
14 *ſpol.* & quod diſpoſita poſt mortem impetrantis priuilegium, in alterius beneficium poſſint reuocari, eiſq; per ipſum renunciari, ſunt *text.* expreſſi *in l. 3. ff. de ſeruis export. in l. ſi pecuniam, §. ſi ſeruum, ff. de condict. ob cauſam, Bart. Tiraquell. & alij in l. qui Romæ, §. Flauius, ff. de verbor. obligat.* plenè *Natta conſ. 475. num. 7. & 15. Petr. de Gregor. de conceſs. feudi, part. 3. q. 7. num. 11. & 43.* ea enim, quæ poſt mortem ad ſequentes, ſua voluntate tranſmittenda ſunt, ita tranſmitti debent, niſi is, qui tranſmiſſurus eſt, illa reuocauerit in vita, *l. cum quis, ff. de ſolut. l. fin. C. ſi mancip. ita alien. fuer.* quod voluerunt quaſi concordes *Bart. in l. ſi mihi, & Titio, ff. de verbor. obligat. & Iſern. in §. & ſi libellum, de alienat. feud. patern.* vt aduertit *Camerar. in l. Imperialem, 8. part. cart. 97. col. 1. in fine, & col. ſeq. litt. F.*

15 Et in materia feudali, quod ſi quis obtinuit priuilegium, vt aliquid de feudo fieret allodium, ſi poſtea ſemel fecerit vnum actum contrarium de directo, vel per triginta annos id poſſedit vt feudum, præſtando ſeruitium, & tenendo rem vt feudalem, videtur priuilegium renunciare ex eo, quia nunquam priuilegium habuit effectũ, & adeſt actus contrarius ſucceſſiuus, vt ex *Afflict. in tit. ex quib. cauſ. feud. amitt.* tradit *Liparul. ad Iſern. in c. 1. §. ille tamen,* poſt *n. 9. verſ. contraria, lit. P.* vbi & adde, quod de controuerſia apud pares, idemq; in vtroq; firmat perbellè *Anna* videndus *alleg. 9. n. 15. 16. & 17.* & maximè cum huiuſmodi priuilegium reſpexerit feuda quæren-
16 da, vnde tanquam concernens quærenda, & ius de futuro facilius renunciari potuit, *l. qui autẽ, ff. quæ in fraud. cred.* & facilius præiudicari in feudo quærendo, tradit *Andr. in c. 1. §. ſimiliter, in 2. addit. de Capit. qui cur. võd. Camer. in c. 1. in. 1. q. n. 56. an agnat. Iaſ. conſ. 108. & 236. lib. 1.*

Et vt concludamus in hoc puncto, *Doctiſs. Ioan. Garſias Gallecus* reducit hunc articulum amiſſionis priuilegij per contrarium vſum, vel etiam per nõ vſum ad tres caſus: primus. n. caſus
17 eſt ſecundùm ipſum *tract. de Hiſpan. nobil. gloſſ. 6. n. 39. verſ. quintò præmit-*

to, quando quis in actu momentaneo
non reiterabili, diſponit contra priui-
legium, & in hoc caſu nullo expecta-
to lapſu temporis, decem, viginti, vel
triginta annorum, priuilegium ipſum
funditus, & perpetuò perit, adeo vt
nihil amplius valeat, quod dicit pro-
bari iuribus, & rationibus, ita vt nulli
ſit dubium, & præcisè *ex not. in d.cap.
cum acceſsiſſent ex cap. pro illorum, de
prab. ex l.1. C.de iure domin.impetr.* &
etiam *ex l.* expreſſa *Hiſpan. in l.43.
tit.18. part.3.* ibi, *però la primera vez,
&c.* vt per eum in *verſ.ex quibus ver-
bis,in fin.fol.mihi*, 140. Secūdus eſt ca-
18 ſus in priuilegio negatiuo de aliquid
non faciēdo, & iſtud perit, ſi à die cō-
ceſſi priuilegij, conſtet elapſos eſſe tri-
ginta annos, infra quos impetrans nō
ſit vſus priuilegio non faciendi, quod
intelligitur, ideſt ſi fecerit, quod aliàs
ex forma priuilegij non tenebatur fa-
cere, & nihilominus fecit, vt loquitur
19 *Natta d.conſ.446.n.16.* Tertius caſus
eſt in priuilegio faciēdi aliquid, quod
perditur ex lapſu decennij ob negli-
gentiam, quia impetrans illud non fe-
cerit, quod facere poterat ex forma
priuilegij, iuxtà *l.1.ff.de nund.cum alijs*
per *Dec.conſ.638.n.14.& DD.cit.* per
vtrumq; *Ann.ſing.400.& Conſiliar.de
Anna cōſ.59.n.74.& conſ.129.num.8.
Garſias Maſtrill.* latiſſimè *dec.96.* nam
& committendo, & omittendo quis
pōt ſucceſſoribus præiudicare, *Iſern.in
c.fin.in princip.de capit.Corradi, Canon.
in c.2.in gloſſ. verb.in damnum, de do-
nat.* & hos tres caſus concludit Gar-
ſias, vltra infinitos *DD.* quos citat,
probari expreſsè *in l.Hiſpan.* excerpta
ex communi omniū recepta opinio-
ne in *l.42.tit.18.partit.3.* vbi latè
Greg.Lop. vnde cum omnibus his me-
dijs vſus fuerit Ciccus Loffredus, vt
prędicto priuilegio renūciaret, & om-
nes prædicti tres caſus, ſed præſertim
primus, applicari poſſint ad factū no-
ſtrum, priuilegium omninò erit extin-
ctum. Et ſic accedimus ad tertium, &
vltimum punctum huius ſecundi arti-

culi: in caſu autē noſtro cum Ciccus,
& eius ſucceſſores non ſolùm priuile-
gio vſi non fuerint, ſed expreſsè, dire-
ctò, & tacitè fecerint contrarios actus
repugnantes, & contradictorios priui-
legio, neceſſariò priuilegium erit ex-
tinctum; Ciccus enim non ſolum ſo-
lùm priuilegio dato ad faciēdum vſus
non fuit per decennium, & ſic dici
poſſet, priuilegiū euanuiſſe, iuxtà ter-
minos *l.1.ff.de nundin.* & ſi diceretur,
in priuilegio conceſſam eſſe faculta-
tem diſponendi in vltima voluntate,
& ſic cenſeri debet conceſſa poteſtas
diſponendi quovſq; vixerit: replicari
poſſet, nil repugnare, cur hęc poteſtas
cenſeri debeat conceſſa, iuxtà regulā
d.l.1. modò infra decēnium diſponat,
cum teſtamentum non ſolùm poſſit,
ſed debeat fieri tempore ſalutis, ne
mortis cogitatione perturbatus, im-
20 pediatur; nam & tempus datum
ad diſponendum per vltimam vo-
luntatem, currit tempore ſalutis,
iuxtà latè tradita à *Tiraquell. in repet.
l.ſi vnquam, verbo, ſuſceperit liberos,
num.173.C.de reuoc.donat.* quod ſciēs
Ciccus noſter prudēs teſtator, tēpo-
re ſalutis, non expectata mortis angu-
ſtia, ſcripſit teſtamentum ſua propria
manu, & compleuit, & proinde Regia
Pragmatica eiuſdem Caroli Impera-
toris cautum fuit, vt aſſenſus conceſ-
ſus ſuper contractu, vel diſpoſitione
facienda de feudo, includēs expreſsè
per verbum, *diſponere*, etiam vltimas
voluntates, irritetur, & extinguatur, ſi
infra tres menſes non curent contra-
here, vel diſponere, ſed cum iam eue-
nerit caſus mortis Cicchi in duodeci-
mo anno poſt obtentum priuilegiū;
quo caſu negari non poteſt, non po-
tuiſſe in aliud tempus protrahi animi
21 declarationem, cum ſaltim tunc in
extremo vitę ſpiritu non fecerit illud,
quod facere poterat vigore priuilegij,
neceſſariò videtur priuilegio renun-
22 ciaſſe: nec eſt mirum, quia omitten-
do potuit ſucceſſoribus præiudicare,
ſicut & committendo, vt diximus ex
Iſern.

Isern. in cap. fin. in princip. de Capit. qui Cur. vendid. Canon. in cap. 2. in gloss. verbo, damnum, de donation.

23 Nec est verisimile, qđ de priuilegio tam insigni, & singulari, obtento ob seruitia ab Imperatore respiciente dispositionem faciẽdam, quod erat speciali nota dignum, nec inter viuos, nec in testamẽto meminetit, si eo vti voluisset, igitut vti noluit, *l. item apud labeonem, §. ait Prator, ff. de iniur.* vbi *gloss.* affert concordantes, vt in fine huius articuli in terminis probabitur.

Renũciauit quoq; Ciccus exptessè ipsi priuilegio per actus directò contrarios, & contradictorios gestos tam inter viuos, quàm in vltima voluntate, vt latè in nota facti, & præsertim in vita donat Pirro secundogenito annuos ducatos tercentum feudales super terra Zunculi, adhibita clausula, *saluo assensu obtento, vel impetrando*, quem assensum cum effectu impetrauit à Prorege, & in donatione dicitur donare pro Pirro donatatio, & suis hęredibus, & successoribus in perpetuũ ad habendum, vendendum, & promisit Ciccus curare, quod Ferdinandus primogenitus, & eius vxor cederent Pirro omnia iura, etiã ex causa primogenituræ dotium, & iuriũ dotaliũ, legatorum, & fideicommissorum, &c. ex quibus plura resultant: primò enim cum haberet Ciccus tam singulare priuilegium, cuius immemor esse non poterat, disponit tamen de re feudali in filium, vt quilibet non priuilegiatus, cum clausula ordinaria, *saluo assẽsu, &c.* & quod magis est, impetrauit priuilegium à Prorege, vt apertè ostẽderet, se nullo modo velle vti dicto

24 priuilegio: si enim is, qui ante contractum obtinuit assensum super contracto faciendo, & deindè conttahit, & dicit, *saluo assensu impetrando*, videtur renunciare assensui iam impetrato, & nolle ipsius authoritate actum facere, quantò fortiùs is, qui habet assensum Regis, eoq; non vtitur, sed alium impetrat à Prorege.

Secundò, Ciccus supponit possidere feuda vt hæreditaria, quæ aliàs vigore priuilegij, vt pars contendit, fuissent effecta ex pacto, quamuis pro hæredibus quæsita, & de eis tanquam hæreditarijs disponit, & donat introitus feudales filio, pro vt penes eum erant sub qualitate hæreditaria, *pro se, & hæredib⁹ &c.* aliàs enim si habuisset feuda tanquam ex pacto, & voluisset mutare naturã, debuisset hoc in specie exprimere, nec potuisset impetrare à Protege, obstante Pragmatica vulgò dicta, *delli noui capi*, quinimò in assensu exptessè dictum fuit, *feudi natura in aliquo non mutata, &c.* & sic habuit feuda de nouo quæsita vt hæreditaria, & de ipsis vti hæreditarijs disposuit, priuilegio nõ obstante.

Tertiò voluit, vt peruenirent ad Pitrum, & eius hæredes liberè ad habendum, vendendum, &c. contra priuilegium, ex quo masculi descendentes tantùm in infinitum, etiam exclusis fœminis, nedum extraneis, vocabantur sub perpetuo fideicommisso, & prohibitione alienandi.

Quartò, non fuisset necessaria cessio Ferdinandi, & eius vxoris, si priuilegio vti voluisset, iuxtà quod, totum vni, vel alteri cõcedendo, ad libitum disponere potuisset; nec ea verba, *ex causa fideicõmissorũ*, potsũt intelligi de fideicommisso facto per Ciccum disponentem, sed maiorum, præsettim cum eo tempore in anno 46. Ciccus non fecerit adhuc testamentum, & in testamẽto nullum legitur fideicõmissum.

Et sic clarè apparet actus positiuus directò contrarius priuilegio in contractu, in quo licet fuerit dispositum de vno, seu super vno corpore

25 feudali, cum tamen ex eo apparet voluntas, quæ respicit vniuersalem dispositionem faciendam inter liberos, quæ erat aliter facienda, attento priuilegio, ex isto actu perditur totũ

priuilegium, *Bart. in l. 2. ff. de veteran. & milit. success.* quem adducit *Iaf. in l. fin. num. 58. ff. de constitut. Princip.* in actu verò morientium, & sic in testamento fortiùs adest expressa, & vniuersalis contrauentio quoad omnia feuda: Ciccus enim institutis hęredibus Ferdinando, & Pirro, dixit relinquere Ferdinando titulo hæreditario ferè omnia feuda, & similiter Pirro, enumeratis bonis, in quibus comprehendebantur quædám bona feudalia sibi donata in vita, vt supra dixit, illa sibi relinquere in partē suę hæreditariæ portionis; vnde cum ea feuda, quæ iuxtà partis assertionem erant peruentura penes filios, & descendentes, v tex pacto, quamuis pro hæredibus quæsita, relinquat filijs expresśè titulo hæreditario, euidenter patet, fecisse actum de directo cōtrarium priuilegio: siquidem hæ duæ

26 feudorum species, nedum diuersæ, sed omninò aduersę, & contradictorię sunt inter se, & vltra latè tradita per *Frecciam tit. de different. inter dict. feuda*, in specie implicare inter se contradictionem, probat *Dominus Regens de Curte in 1. part. sui diuersorij cap. 15. in princip.* & iterum *num. 35.* & latè *Petrus de Gregor. de concessione feud. part. 2. quæst. 10.* vbi *Mastrill. in addition.*

27 De iure autem, quādo quis in actu momentaneo non reiterabili, disponit contra priuilegium, vt propriè est casus noster, vbi agitur, an Ciccus voluerit eligere, quod feuda remanerent hæreditaria in sua propria natura, vel efficerentur ex pacto vigore priuilegij, quod intelligitur de primo actu, & non aliter, *text. regul. l. boues, §. hoc sermone, ff. de verbor. signific.* priuilegium ipsum funditus extinguitur, & euanescit, nullo expectato lapsu temporis decem, vel triginta annorum, vt latè de communi omnium sententia, probat *idem Garf. d. gloss. 6.* post *num. 35. vers. ex quibus, in fine*, ibi, *& hoc de lapsu triginta, aut decem annorum non intelligo de actu momentaneo non reiterabili*, citans inter alia *cap. pro illorum, de præbend. l. 1. C. de iure domin. impetr.* quod dicit esse expressum *in l. Hispania 43. tit. 18. part. 3.* & etiam si essemus in priuilegio

28 negatiuo de aliquid non faciendo, cum illud pereat, si à die concessi priuilegij constet, elapsos esse triginta annos, infra quos impetrans, vel eius hæredes non sint vsi priuilegio non faciendi, quod intelligitur, idest si fecerint, quod aliàs ex forma priuilegij non tenebantur facere, & nihilominus fecit, vt in soluente gabellas habente immunitatem non soluendi, & alijs, tradit latè *Natta consil. 446. n. 16.* & latè explicat *Garf. dict. loco, vers. de iure nostro, cū seq. fol. mihi 139. à terg.* adhuc esset amissum hoc priuilegium, cum ex facto constet, à Ciccο, & eius hæredibus satis vltra triginta annos feuda ista semper vti hæreditaria possessa. Nec dicat pars, prout audio, Ciccum reliquisse feuda Ferdinando titulo hæreditario, primò, quia se conformem reddere voluit, tanquam summus feudista, cū iure feudali, quo disponitur, vt feuda ex pacto in primo successore sint hæreditaria. vel & secundò, secundùm

29 ius ciuile dicere voluisse, se relinquere feuda titulo hæreditario, idest titulo honorabili institutionis, ex *tex. in §. igitur quartam, instit. de inoffic. testament.* Istæ enim oppositiones, tam vanæ sunt, vt iustè dicere possimus, quod de nobis iniustissimè dicunt aduersarij, nihil magis erroneū dici posse.

Quoad primum enim, primò dicimus, eò minus hanc intelligentiam posse applicari verbis scriptis in testamento Cicchi, quantò peritior erat ipse in hac scientia; siquidem si lippis, atque tonsoribus est notum feudum nouū ex pacto in primo successore habere vim hæreditarij, vt teneatur habere ratum illius factum, ad quid illa accurata verborum formula,

mula,& expressio, si illud tacitè ineat,vt infra, igitur non sine mysterio, argumento *notat.in l.3.ff.de legat.1.*

Secundò,aliud est,quod feudum in primo successore, ad finem vt teneatur ad onera,habeat vim hæreditarij,aliud verò,quod feudum ex pacto relinquatur à iuriscõsultissimo,titulo hæreditario. Primo enim casu,
30 feudum nõ desinit esse ex pacto, sed remanet in sua propria natura, licet temporaliter in persona primi successoris habeat vim, & similitudinem hæreditarij, ad certum effectum, & sic clarum est,non esse hæreditarium cum aliud sit esse tale, aliud verò haberi pro tali, sed succedere titulo hæreditario importat ipsum feudum habere insitam naturam, & qualitatem hæreditariam, quia succedit quis vt hæres,ex quo citra ius,& nomen hæredis haberi non potest, *Dom.Reg.de Curte part.1.cap.14.num.49.*ita vt faciat possessorem hæredẽ, in quo propriè consistit quidditas, & substantia feudi hæreditarij,vt ex *Isern.*in pluribus locis,probat *Frecc. de differ. inter feuda ex pact. & hæred. cap.16.* qualitas enim hæreditaria non potest potentiùs, nec fortius considerari, nisi cũ succeditur vt hærẽs,vel titulo hæ-
31 reditario, quod non est in feudo ex pacto, quod dicitur simplex,putũ,& rectũ absq; hæreditaria qualitate, vt docet *Camer.in c.1.an agnat.oppos.2.* post *num.33.vers.at feudum rectum.*

32 In quo sufficere deberet authoritas sola *Camer.* qui hoc benè probat in locis, vbi ad contrarium finem à parte citatur *n.15. in l. imperialem, cart.97.*seu rectiùs *cart.96.in fin.* vbi dicit hæc verba,*tertia species est,si cõsideramus occasionem primi,qui acquisiuit feudum,non vt ea ratione,quia occasione primi feudum habemus sit hæreditarium,magis autem,vt propter hanc occasionem habeat vim hæreditarij, &c. cart.97.col.2. in fin lit.K.* subdit. *sed quantumcumq; hæreditariũ nõ sit,vim tamen hæreditarij habet*,idemq; repetit *in cap.1.an agnat.part.1.num.32. oppos.2.*ibi, *non tamen vt sit hæreditarium, &c.*& paulò post ibi, *quã occasionẽ in primo,&c.*idemq; *in 1.quæst. ante num.25.vers.secundum caput*,ibi, *si cõsideras,&c.*& sic clarè firmat *Camer.*feuda ex pacto etiã in primo acquirente non esse verè hęreditaria, nec titulo,aut iure hæreditario venire,nec *Frecc.* dissentit *lib.2. auct.29. n.10.* vno verbo se expediens. Tertiò accedat, nullo modo posse sumi hanc coniecturam, vt Ciccus vsus fuerit his verbis, *titulo hæreditario*,vt obligaret Ferdinandum ad solutionẽ onerum: siquidem ipse, vt in facto notatur,nulla, vel parua reliquit debita, & legata, & ea, quę fortè reliquit, potuissent satisfieri ex burgensaticis maximi valotis, quæ eisdem Ferdinando, & Pirro reliquit.

Ad secundum motiuũ, quod hæc uerba sint intelligenda titulo institutionis, dicimus primò,nullo iure potuisse moueri Ciccum I. C.insignem exprimere ea verba,*titulo hæreditario* vt relinqueret filijs hęreditatem titu-
33 lo institutionis; siquidẽ hæc cautela cadit in patre instituente filium in legitima, vt eã relinquat titulo institutionis,de quo articulo latè *Molin.de primogen. lib.2.c.15. num.item 15.& 19.Ceuallos tract.comm.contra comm. cap.23. Facchin.controuers. iuris lib.4. cap.30.* at cum pater reliquit vni,vel duobus filijs vniuersam hęreditatem vt in casu nostro, tunc superuacua est hæc cautela,& quæ non congruit etiam iuris ignaro testanti in vrbe,& tantò magis Cicco, qui benè nouit,
34 ẽt verbũ, *relinquo*, adiectum vniuersitati bonorũ, importare hæredis institutionem, *Ias.de comm.in auth.nouissima,num.33.C.de inoffic.testam.*& maximè in institutione feudi,quę sui natura importat vniuersalitatem, cũ constet, feudum esse vniuersitatem, saltim facti,& præsertim in casu præsenti,vbi erat facta institutio plurium feudorum: secundò ante verba illa,

à Fer-

à Ferrante lascio titulo hereditario la Baronia, &c. procedit expressa institutio facta per Ciccum, qui propria sua manu scripsit vniuersales hæredes Ferdinandum, & Pirrum filios, vnde illa verba, *titulo hereditario*, nõ possunt vllo modo recipere illum sẽsum, quem pars effingit, scilicet titulo institutionis, cum iam per prius essẽt ipsi filij hæredes directò instituti, &
35 sic remanent hæc verba in suo proprio, & peculiari significatu, qui de iure feudorũ importat, vt feuda sint penes filios titulo, & iure hæreditario ad exclusionem qualitatis pacti, & prouidentiæ, vt tolleret dubium, quod ex priuilegio impetrato oriri potuisset, an voluerit feuda peruenire ad filios vti ex pacto necne, iuxtà tradita per *Isern. Afflict. & Camer. in c. 1. an agnat.* eundem *Camer. in l. Imperialem, §. preterea, cart. 96. lit. C. & D. Reg. de Curt. in 1. part. sui diuers. num. 9. cart.* 57. nec est à proprietate verborum temerè recedendum, ar-
36 gumento *l. non aliter, ff. de legat. 3.* immò cum simus in feudis, uerba illa, *iure hereditario*, necessariò sunt interpretanda secundùm iura feudalia, nec recurrere possumus ad ius ciuile nisi in defectum iuris feudalis, *cap. 1. cum ibi not. de feudi cognit.* & sic sileat is, qui magno labore perquisiuit *§. igitur quartam, instit. de inoffic. testam.* ciuilia enim sunt relinquenda ciuilistis, ut sæpè *Camer.* dixit, & sic remanere omninò debent hæc uerba iuxtà uerum, & germanum sensum iuris feudorum.

Accedat etiam, quod aliàs dicta uerba essent penitus superflua, cum
37 tamen in omni dispositione, & præsertim in uerbis testatoris nõ debeat esse uerbum aliquod, dictio, nec syllaba sine uirtute aliquid operandi, & maximè cum uerba possunt ita intelligi, ut aliquid importent, & operentur separatum à primo dicto, quia tunc ille intellectus est omninò recipiendus, *Roman.* in terminis *cons. 83. num. 2. cum alijs à Dec. cons. 48. num. 2. 627. n. 7. Crauett.* latè *cons. 297. n. 4.*
38 *Curt. iun. cons. 87. num. 4.* tunc enim superfluitas nullo modo toleratur, nec admittitur coniectura, quod sit dictum ex abundanti ad maiorẽ declarationem, nisi cum nihil penitus verba operari possunt, *Curt. iun. consil. 85. Ruyn. cons. 35. n. 4. lib. 2. Roland. cons. 61. num. 14. lib. 3. Hieron. Gabr. cons. 121. num. 52. lib. 1.* quinimò circumscriptis omnibus, quæ diximus circa non usum, & contrarium vsum,
39 cum Ciccus potuerit testari, & disponere iure communi, atq; etiã speciali, vigore priuilegij, in dubio, dum de priuilegio non meminit, iure cõmuni censebitur testatus, *l. quamquã,* vbi communiter omnes *C. de testam. milit. l. in testamento, la prima, C. eod. Ias. in l. centurio, num. 9. de vulg.* cum infinitis per *Molin.* in materia maioratus, *lib. 2. cap. 2. num. 14. & 17.* ea ex multis præcipua ratione, quod priuilegium tanquam ius quodam extraordinarium, in dubio nõ sit considerabile, iuribus citatis à *Tiraquell. 1. retr act. §. 32. gloss. 1. num. 58. & 64.* &
40 hoc pſertim vbi maior subest æquitas, vt ita interpretemur *Bald. in l. precibus, num. 26. C. de impub.* tradens exemplũ in substitutione facta à milite, vt ita interpretemur, ne mater excludatur, *Alciat. de præsumpt. reg. 3. cap. 36. num. 4. & 9.* & etiam eo casu, vbi si diceremus vsum iure speciali, plura priuilegia, & specialia concurrerent, *Menoch.* latè *de præsumpt. lib. 4 cap. 4. num. 7. 8. & seq.* vt planè esset in casu nostro, vbi infinita specialia, etiam iuxtà partis assertionem concurrerẽt in vsu priuilegij, & potissimè ad exclusionem fœminarum descendentium, etiam si essent filiæ, quod ferè inhumanũ est, & crudele, & tot creditorum, qui reperirentur decepti ex hoc ipso testamẽto Cicchi, ex quo videbatur exclusa omnis qualitas pacti, & prouidentiæ, omneq; fideicommissum, quod in dubio pronun-

nunciandum eſt non extare. Et nè
41 deſit in hoc punctualis doctrina, videatur rogo *Martinus Freccia lib. 2. quæſt. 45. poſt num. 2. verſ. debet ergo,* expreſsè firmans, & probans, quod habens poteſtatem de iure ſpeciali aliquid faciendi, neceſsè eſt ei, vt dicat expreſsè, illud feciſſe ex illa poteſtate, aliter quidquid agit, nulliter facit, auctoritate *Bald. & Affl.* dicentis, hoc eſſe ſummè notandum, tradẽs exemplum in priuilegio conceſſo Baroni, alienandi rem feudalem, vt burgenſaticam, vt ſi ex interuallo alienet ſimpliciter, nulla erit alienatio, neque hoc caſu eſſe ſumendam interpretationem, vt actus valeat, cum deficiat forma, ſupponens eſſe de forma, vt quis dicat, ſe vigore priuilegij actum facere, & ſic à fortiori in caſu noſtro, vbi in diſpoſitione, quæ erat facienda vigore priuilegij, expreſsè eſt illi renũciatum, faciunt dicta per *Card. Manticam de coniectur. tit. 17. num. 13. & 14.*

Quoad tertium tandem, & principalem articulum attinet, ſcilicet, eſto, quod ex nunc, ex vi ipſius priuilegij fuiſſet feudorum etiã quęrendorum natura mutata (quo nihil abſurdius) potuiſſe tamẽ in iſto caſu, de nouo in primam naturam feudi hæreditarij conuerti per vaſallum ſolum ſine cõſenſu Domini: dicimus, illud nullo modo in controuerſiam admitti poſſe; quod quidem etſi ex dictis iam arbitror in claris eſſe conſtitutum; nihilominus, vt res euidentiùs percipiatur, aliqua breuiter ad id roborãdum examinabimus.

42 Pro quo præmitto, poſſe primum acquiſitorẽ feudi ex pacto, illud alienare, & in eo ſucceſſoribus præiudicare, qui ob id contra factum ſuum venire nequeunt, dummodò contemplatione ipſius patris acquirentis ſit conceſſum, & non contemplatione
43 filiorum, quod eo ipſo conſtat, ſi non ſit expreſsè dictum, concedi contemplatione filiornm, vel præcedentibus filiorum meritis fuerit conceſſum patri, & filijs ipſorum, nominibus expreſsè deſignatis, ſecundùm *gloſ.* cõmuniter probatam *in cap. 1. § hoc quoque, in verbo, inueſtire, de ſucceſs. feudi,* quam ibi probat *Iſern.* in locis notatis *à Camerar. in §. præterea Ducatus cart. 97. column. 1. Anton. de Alexand.* inter *conſil. Loffred. conſ. 152. D. Reg. de Curte* latè *in 1. part. diuerſ. cap. 15. num. 12. & 16. cart. 58.* reprobata opinione *Cannetij* ferè ſolius contra ſententiis: in caſu autem noſtro dubitari non poteſt, nullum ius fuiſſe quæſitũ filijs Cicchi, quorum nec præceſſerũt merita, nec fuerunt eorũ nomina expreſſa in materia conceſſionis feudi, de qua non fuit actum, ſed ad finẽ concedendi tantùm licentiam Cicco diſponendi inter ipſos ex ſolis me-
44 ritis ſupplicantium, quod & in dubio præſumitur, vt ex *Iſern. Affl. & alijs* probat *Natta conſ. 475. num. 12. & 16.*

45 Adeò autem primo acquirenti licet diſponere, vt dixerit *Bald. in cap. dilectus, de fide inſtrument.* primum, quĩ feudi acquiſitionem induxit, corruptionem quoq; cauſare poſſe, cum æquum ſit, vt ab eiſdem, & per eoſdẽ detur generatio, & corruptio, ortus, & occaſus; refert deducens hoc ex regulis iuris ciuilis, & comprobans exemplo iuriſpatronatus, de operis libertorum, & alijs *Camerar. in d. cart. 97. col. 1. & 2.* vbi *litt. K.* dicit, quæ à primo acquirente iuſſa ſunt, deberi exequi, & omne pactũ, & onus obligare ſucceſſorem, idem *Camerar. in cap. 1. an agnat. quæſt. 1. num. 46. & 47.* & quod poſſit de feudo nouo diſponi, tanquam de re propria, *Reg. de Ponte de diuerſ. prouiſ. §. 1. num. 13. & 15.* poſt *Loffred. conſ. 1. num. 163. & conſ. 14. num. 62. & Præſ. de Frãch. dec. 368. num. 4.* Et quod ſicuti poteſt diſponere, & præiudicare huiuſmodi pri-
46 mus acquirens, poſſit etiam formam feudi alterare, & mutare, & feudum ex pacto efficere hæreditarium, au-

cto-

ctoritate *Isern.* in pluribus locis, &
Perni consil. 10. *&* 11. probat latissimè
Petr. de Gregor. videndus *de concessione
feudi, part.* 3. *quaest.* 7. *num.* 37. *&* 44.
47 Et quamuis hæc omnia debeant in-
telligi, Regis assensu interueniente, &
non aliter, vt possit primus acqui-
res hæc omnia facere cum Regis as-
sensu, vt *Isern.* & cęteri *omnes* lo-
quuntur, nec nos negamus: ta-
48 men id declaratur, procedere,
quando concessio feudi facta fuit pa-
tri, beneficio Regis gratuito, feudum
concedentis; eo etenim casu, cum
Regis beneficio feudum sit quæsitũ,
non potest sibi præiudicari; formam
feudi ampliando sine facto suo, *l. si post
mortem*, §. *fin. ff. de contra tabul.* in quo
vertitur interesse Regis, vt notat *Pern.
cons.* 7. secus autem esset, si titulo em-
ptionis, vel alterius contractus fuisset
feudum per patrem ex re ipsius patris
quæsitum, quia tunc solus pater pri-
mus acquisitor posset formam huius
concessionis mutare, cum non sit cõ-
siderabile interesse Regis, ita *Bald.* sin-
gulariter nuncupatim loquens in feu-
do *in l.* 1. *in fine, C. per quas person. nob.
acquir.* quam doctrinam vbiq; extol-
49 lunt DD. omnes, ciuilistæ, & feudi-
stę, vt *Aret. in l. cum seruus*, aliàs *l.
apud Iulianum*, §. *si quis alicui, col. vlt.
ff. de legat.* 1. *Ias. in l.* 2. *col.* 106. *versic.
adde quod, C. de iure emphyt. Corn. Be-
nedict. Capr. Gozadin. & Marian. Soc.*
quos sequitur *Tiraquell. in* 1. *retract.*
§. 11. *gloss.* 6. *num.* 26. *vers. sed & in*
50 *feudo*; & ita in terminis limitando
regulam, vt vtriusque consensus Re-
gis, & vassalli requiratur in mutatio-
ne naturæ feudi ex pacto, etiam noui,
concludit declarando doctrinã *Bald.*
præuia longa disputatione, insignis
Petr. de Gregor. loquens expresè in
feudo ex pacto *in d. tract. part.* 3. *que-
stion.* 7. *num.* 20. iuncto *num.* 15. 16. *&*
18. vbi refert *Curt. iun. de feudis in
4. part. in plurib. locis*, & meliùs *idem
Petr. num.* 50. *in* 3. *limit.* quod antea
firmauerat *eadem* 3. *part. quaest.* 6. *in
fine, num.* 19. *vers. sexto limito*, vbi *Ma-
strill. in addit.* quod secundùm Sicu-
los intelligitur esse ex pacto, etiam ex
eo, quod adsit clausula, *iuris Franco-
rum*, vt idem est testis, *part.* 2. *quaest.* 8.
num. 8. *& p.* 4. *quaest.* 13. de quo nihil
ad nos, sequitur *Intrigliol. de feud. cē-
tur.* 1. *quaest.* 10. *num.* 76. *& num.* 80. *&*
81. & hoc est, quod supra *num.* 71.
dicit, esse communiter receptum ex
Cannetio, & latissimè disputando, &
distinguendo casus *Cumia in c. si ali-
quem, verbo, antiquis, à num.* 143. 166.
169. *in fine, & num.* 182. dicens, esse
communem opinionem ante *vers. at
in contrarium*, & ita dicit, tenere om-
nes Patres regni, & esse omnium re-
ceptam opinionem *num.* 185. *in fine,
&* 186. dicens, plus esse feudum alie-
nare, quàm formam mutare; & do-
51 ctrinam *Bald.* vt elegantem veram, &
magni ponderis ad astra extollit *Nat-
ta* videndus *consil.* 475. *num.* 5. dicẽs,
Bald. ibi maturè loquutum, & *num.* 7.
8. 11. & post *num.* 14. *ad fin.* Vndè cũ
in casu nostro feuda sint acquisita ex
re, & pecunia Cicchi, non autem be-
neficio Regis concedentis, tametsi
concederemus ea fuisse quæsita, vt ex
pacto, & prouidentia, potuit omninò
Ciccus acquirens, circumscripta pri-
uilegij renunciatione, iuris auctorita-
te ipsorum naturam mutare; eò maxi-
52 mè reducendo illã ad primæuam for-
mam feudi hæreditarij, quæ erat pro-
pria horum feudorum natura, ipsis
insita ex tenore inuestituræ primæ
erectionis, ad quam semper est recur-
rendum, cum dicatur forma informãs
ipsam concessionem, & vna substantia
facta cum ipsa, *cap.* 1. *de duob. fratrib.
Pern. cons.* 4. *cum alijs à Petr. de Gregor.
d. part.* 3. *q.* 1. *& Intrigl. centur.* 1. *q.* 10.
vnde facilis est regressus ad primæuã
formam, *l. si vnus*, §. *pactus, ff. de pactis*,

SVMMARIVM.

1 *Pragmatica edita in anno* 1518. *quoad executoriationem priuilegiorum, non distinguit inter priuilegia, & alias concessiones expeditas à Rege absente, vel præsente, nec ex eius verbis colligi potest, & ideò non recipit restrictionem, vt non procedat in expeditionibus factis à Rege in Regno.*

2 *Vbi lex municipalis non distinguit, nec nos distinguere debemus.*

3 *Qui se fundat in exceptione, illam probare tenetur, aliàs regula erit inhærendum.*

4 *Causa finalis ex proœmio colligi solet.*

5 *Verba legis cum plures casus comprehendant, conuenire eis debet eadem dispositio, quamuis in vno casu sit maior ratio, quàm in alio.*

6 *Executoriatio, de qua loquitur Regia pragmatica, quæ est municipalis in hoc Regno, fundatur ex dispositione iuris communis.*

7 *Executio cui cõmittitur alicuius priuilegij, cognoscet etiã de impedimentis & obiectionibus aduersùs priuilegiũ, & affertur ratio, n.* 8.

9 *Executio priuilegij si commissa est Proregi, ab eodem sunt literæ executoriales obtinendæ, nec sufficit subscriptio Regentium Regiam Cancellariam, cum pro forma, Regia pragmatica exigat, vt à Prorege fiat.*

10 *Iurisdictio minoris Officialis non cessat per superuenientiam superioris, vel maioris, nisi quoad quædam honoris insignia, quæ minori deferri, nõ licet, præsente maiore.*

11 *Imperator Carolus Quintus fuit Cæsarum omnium decus, & ornamentum.*

12 *Clausula de stylo Regiæ Cancellariæ in litteris executorialibus, est quod assensus, & concessiones circa feuda registrentur etiam in Regia Camera, & fundatur ex alia* Reg. pragmat. Regni, *incip.* Carolus, &c. 9. sub tit. de feudis.

13 *Assensuum, & Priuilegiorum expeditionem in forma Regiæ Cancellariæ, nedum requiri ex dispositione* Regiæ pragm. 1. de priuileg. infra annum præsentandis, *sed etiam, vt exinde sequatur registratio in Regia Camera.*

14 *Registratio assensus, siuè priuilegij est necessaria, maximè ex clausula decreti irritantis, quod est indubitatum in assensibus importantibus dominij, vel iuris formati translationem, ex Pragmaticis, & Ritibus, num.* 15. *limitatur tamen in assensibus importãtibus simplicem hypothecam, n.* 16.

17 Domini Regentis de Curte *doctrina super forma, qua hodie in Regno assensus expediuntur, cautelam tribuẽs contrahentibus circa impetrationem, seù expeditionem assensus.*

18 *Feudi natura mutata de hæreditario in naturam pacti, & prouidentiæ, cũ agatur de translatione dominij, & non vna, sed plures censeantur donationes, quot sunt personæ, necessariò requiritur registratio in Regia Camera, cum intersit Regiæ Curiæ scire quomodo feuda possideantur, & sub qua natura.*

19 *Fideicommissum in feudis prohibetur omninò, etiam si fieret inter illos, qui essent vocati ad successionem, & affertur ratio, quia nulla valet, vel manet dispositio facta in feudis, & ratio affertur, num.* 20. ex D. Reg. de Curte.

21 *Culpa possessoris in feudo hæreditario præiudicat indistinctè, non sic in feudo ex pacto, & prouidentia.*

22 *Pragmatica edita ab Excell. Duce Offunæ, vbi præfigitur tẽpus, dispositionis lapsu temporis non obstante, re scilicet integra, & citra præiudiciũ iuriũ fisci, & aliorum, recensetur.*

AR-

ARGVMENTVM.

Nullitas Priuilegij, aliarumq; Regiarum conceſſionum, quomodo committitur ob defectum litterarum executorialium à Prorege non obtentarum, iuxtà diſpoſitionem iuris communis, & Regiæ Pragmaticæ, ac de eius intellectu, cuique competat dicta expeditio, quomodo, & qua forma hodie expediantur, & regiſtrentur aſſenſus.

Pro iiſdem Creditoribus contra eundem Marchionem.

CONTROVERSIA XXXXIX.

NVllitas ſanè Priuilegij obtenti à Cicco Loffredo, ex defectu litterarum executorialium à Prorege non obtentarum, quæ tertio loco, iuxtà thema, in idipſum priuilegium obijcienda venit adeò eſt inſanabilis, eoq; vehemens, ac potiſſima cauſa, vt quamuis nullum ex prædictis pro creditoribus contra iuniorem Treuici Marchionem aſſiſteret; hęc vna potens eſſet litem radicitùs decidere, ac integrum creditoribus ius ſuum tribuere: Siquidem Regia Pragmatica
1 edita anno 1518. non diſtinguit inter priuilegia, & alias conceſſiones expeditas à Rege abſente, vel pręſente, nec ex eius verbis vllo modo poteſt aliquo modo deduci reſtrictio, ſiuè limitatio, quam pars effingit, vt non
2 procedat in expeditionibus factis à Rege in Regno; ergo nec nos diſtinguere debemus, ſed generaliter Prag.
3 eſt intelligēda, & onus eſt partis, quæ ſe fūdat in exceptione, ſiuè limitatione illam probare, & interim inhærēn-
4 dum eſt regulæ; ex proemio enim, ex quo cauſa finalis colligi ſolet, apparet generaliter lex lata, ibi, *non curant ea noſtro Viceregi, &c. neq; executoriales ab eiſdem obtinere, imò penes ſe eas detinent ſecretas, ex quo ſequuntur multa inconuenientia, & damna Regia Curia, & ſubditis noſtris, &c.* vndè ſequitur, *ordinamus, vt omnes qui à manibus noſtris de cætero obtinebunt aliqua priuilegia, inueſtituras, confirmationes, & alias quaſcunque prouiſiones, litteras, & ſcripturas de negotijs, & rebus ad dictum Regnum, & ſingulas perſonas quomodocunque, & qualitercunque ſpectantibus teneantur eas præſentare Viceregi, & ex illis ab eo executoriales obtinere infra*
5 *annum*, vndè cum verba legis conueniant, & comprehendant tam caſum, vbi Rex eſt abſens, quàm etiā præſens; cōuenire quoq; debet diſpoſitio, quāuis in vno caſu ſit maior ratio, quàm in alio, *l.1. ff. de alea luſu, & aleator.*
6 Et maximè cum hæc ſolēnitas executoriationis faciendæ per Proregem ſit fundata etiam de iure communi, in *l.4. C. ſi contra ius, vel vtilit. public.* ibi, *& ſi non cognitio, ſed executio mandetur & de veritate precum inquiri oportet, vt ſi fraus interuenerit, de omni negotio cognoſcatur*, ex qua lege notant ibi DD.
7 quod is, cui committitur executio, cognoſcet etiam de impedimentis, & obiectionibus aduersùs priuilegium, ſiuè reſcriptum, ratione deſumpta ex
8 *l. meminerint, C. vnde vi*, ne ſcilicet ex reſcripto, vel iuſſu Principis, inauditis ijs, de quorum intereſſe agi poteſt, ſequatur iniuria, vt notat ibi *Paulus, & Iaſ.* qui dicit, ſe alibi neſcire ſimilem textum in vtroq; iure, quos ſequitur *Pinell. in rubr. C. de reſcind. vendit. c.2. num.28. verſ. hoc autem generaliter*, addens bonum *text. in l.2. in 2. part. C. de dilat.* quas literas executoriales alio vocabulo interinationes vocat, eaſq; neceſſarias eſſe ſupponit poſt alios *Morot. reſp.15. in fin. & Franc. Marc. dec.243. 2. part.* ex qua ratione conſiderata à iure communi, deducta eſt

etiam

etiam ratio Regiæ Pragmaticæ: vnde cum iſtius priuilegij executio ſit cōmiſſa Proregi, neceſſariò etiam ex iuris communis diſpoſitione eidē præſentandum erat, & ab eo literæ executoriales obtinendæ, & ſic non ſufficit ſubſcriptio Regentium, cum pro forma Pragmatica exigat, vt à Prorege fiat, maximè cum Regentes non cenſeantur ſubſcripſiſſe priuilegium, vt Collaterales Proregis Regni, ſed vt Collaterales Regis, loco Regentiū Supremi Conſilij Italiæ, qui Regi Inuictiſſimo proximi aſsident.

Et verè ſi à Prorege, eiuſq; Cancellaria eſſet executoriatum priuilegium, ceſſauiſſet fraus, & iniuria duplici de cauſa: primò, quia eſſet quod imputari potuiſset creditoribus, cur regiſtra Regiæ Cancellariæ non perquiſiuiſſent, quod non eſt in regiſtris rerum geſtarum ab Imperatore Neapol. quę nemini innotuerunt, cum per triēnnam, & obiter aliqua mandauerit, non impedita interim iuriſdictione Proregis, ſiuè Locumtenentis, vt iuris erat, §. nulla, in fine, auth.
10 de defenſor. Ciuitat. non enim ceſſat iuriſdictio minoris per ſuperuenientiam ſuperioris, ſiuè maioris, niſi quoad quædam honoris inſignia, quæ minori non licet deferre, maiori præſente, Bart. in l 4. §. ſi tam vicinum. ff. de damn. infect. & vt docet Imola in cap. volūtas 8. num. 7. de offic. legati, ex Hoſtienſi, præſente maiori ſilet ſolùm poteſtas reuerentialis quoad deferēda inſignia denotantia reuerentiam dignitatis, cap. denique 21. diſtinct. c. antiqua, de priuileg. c. vt Apoſtolicæ, de priuileg. in 6. Clement. vltim. eod tit. iuriſdictio verò contentioſa, quinimò & voluntaria non deponitur, etiam præſente maiore, l. cunctos, cū gloſſ. C. de metat. & epidem. lib. 12. l. nihil 4. cum gloſſ. C. de palatinis ſacr. largit. eod. lib. & vtrobique Platea, & firmat Affiict. in Conſtitut. Honorem, in 1. notab. prout ita obſeruari mandauit, & paſſus fuit Imperator ille maxi-
11 mus Carolus, Cœſarum omnium decus, & ornamentum, qui dum hanc Ciuitatem, & Regnum ſua præſentia decorauit, & lætitia affecit, cuncta ad Regni regimen pertinentia permiſit expediri per ſuum Viceregem, cum ſupremo eius Collaterali Conſilio, nulla mutatione facta per eius felicem aduentum, vt conſtat ex libro Pragmaticarum, & in Regia Cancellaria leguntur aſſenſus, & alia.

Et ſecundò in literis executoriali-
12 bus fuiſſet addita ſolita clauſula de ſtylo Cancellariæ, *quod aſſenſus, & cōceſſiones circa feuda, regiſtrentur etiam in Regia Camera*, quod propriè conſideratum fuit in altera *Reg. Pragm. in tit. de feudis*, incipiente, *Carolus*, *&c. Conſiderato il gran danno, &c. prag.* 85 *à terg.* quæ eſt 9. in ordine, *carta mihi* 85. *à terg.* ibi, *per non ſi farno li debiti notamenti in la Regia Camera della Summaria, per poſſer ſapere eſſa Regia Corte li feudi in poter di chi, &c.*
13 ex quo apparet, expeditionem priuilegiorum, & aſſenſuum in forma Regię Cancellarię, nedum requiri ex diſpoſitione *d. pragm. t. de priuileg. infra annum præſent.* ſed etiam, vt exinde ſequeretur regiſtratio in Regia Camera.

Ex quo oritur altera, & principalis nullitas, quia cum iuxtà partis aſſertionem, hic ſit mutata feudorum natura, & ſit ius, & dominium ex tunc quæſitum deſcendentibus, licet nos nunquam concedamus, ſequitur perneceſsè, hunc aſſenſum, priuilegium, ſiuè, vt pars contendit inueſtituram; debuiſſe regiſtrari in Regia Camera;
14 de hac enim regiſtratione requiſita ſub clauſula decreti irritantis, teſtatur *Affict. deciſ.* 335. *num.* 16. & velut indubitatum tradit *Dom. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. de Aſſenſibus Reg.* §. 4. *num.* 4. & iterum *de refutation. feudor. in prælud.* poſt *num.* 12. *verſ. hinc pragmaticæ, & ritus, fol.* 360. vbi hoc dicit
15 indubitatum in aſſenſibus importantibus dominij, vel iuris formati tranſ-

lationem,ex pragmaticis, & ritibus,
16 limitans dumtaxat a assensibus importantibus simplicem hypothecam,
17 & plus dicit *Dom. Reg. de Curte in 2. part. diuersor. feudor. cap.* 1. post *num.* 157. quod forma, qua hodie in Regno expediuntur assensus, est, quod expediatur in forma Cancellariæ, cũ omnibus solennitatibus, videlicet, appositione sigilli, cum subscriptione Proregis,& Regentium,& sic expeditus registretur in Regia Cancellaria in registris pro hoc deputatis, & paulò post subdit, *Et vt cautè contrahentes faciant contractum, requiritur, quod nõ tam expediatur in forma Cancellariæ, & registretur in eius registris, sed vlterius postea quam expeditus fuerit, registrari debeat in Camera, adhoc vt Fiscus suos sciat feudatarios.*

Vndè cum dubitari non possit, ex mutatione naturæ feudi de hæreditario in naturam pacti, & prouidentiæ, agi de translatione dominij,cum non
18 vna censeatur donatio,sed tot donationes,quot sunt personæ, & datum vni,durante vita, & alteri post viuentis mortem, vt toties ex *Isern. & Camerar. in l. Imperialem*, *cart.* 95. *litt. G.* pars,extra tamen terminos huius causæ decantauit,necessaria omninò fuit registratio in Regia Camera,vt tot insignes viri testantur,esse necessariam, etiam ex dispositione *Reg. pragm. & ritus Regni in d. tit. de refutat. feudor.* post *num.* 12. & apertè colligitur ex *d. pragm.* 9 *de feud. in nouit*,supra ponderata;& eo maximè,cum summopere interfit Regiæ Curiæ scire,quomodo feuda possideãtur,& sub qua natura,& maximum vertatur interesse Regis,quod potius fiat hæreditaria, quã ex pacto, vt in terminis docuit *Dom. Presid. de Curte in d. 2. part. cap.* 5. *num.* 170. his verbis, *Sextum denegauit casum,quando, vel in contractu, vel in testamẽto adest substitutio, fideicõmissum*
19 *in feudis prohibetur omninò, etiam si fierent inter illos, qui essent vocati ad successionem; nulla enim vel valet, vel mouet dispositio facta in feudo, cap.* 1. *de*
20 *success. feudi, & causa prohibitionis istius capitis fuit interesse Curiæ; si enim feudum, subiectum esset fideicommisso, non sic de facili deuolueretur, & vlterius incideremus in illam arduam, & controuersam opinionem, si tenens feudum committat crimen læsæ Maiestatis, contra dominũ feudi, priuetur, & illud amittat in præiudicium vocatorum ex fideicommisso*, hæc ille, de quo etiam latè per *eundem Authorem in* 1. *part. sui operis, cap.* 15. *num.* 42. *cum sequent.*
21 vbi in feudo hæreditario culpa possessoris præiudicat indistinctè, non sic tamen in feudo ex pacto.

Et quod registratio in Regia Camera sit necessaria, apparet ex his, quæ fuerunt notata in Sacro Consilio in processu creditorum Antonij Spinulæ,in banca ,vbi ad euitandam nullitatem registrationis,fuerunt producti plures casus, vbi super tali nullitate ante ius quæsitum parti, & litem motam, fuit interdum dispẽsatum sub clausula, *si aliud non deficit*, quæ dispensatio etiam supponit necessitatem,nam aliàs frustra precibus impetraretur,vnde denuò videatur di
22 spositio *Reg. pragm.* 26. *in nouis*, tempore Ducis Ossunæ, il r. 12. *Iulij* 1585. *fol. mihi* 129. vbi præfigitur forma dispensationis, lapsu temporis nõ obstante, re scilicet integra, & citra præiudicium iurium Fisci, & aliorum, & quod notetur in dorso, manu Regiorum Scribarum registri.

Decisio in calce sequentis capitis.

SVMMARIVM.

1 *Secundogenitus in feudo nouo habet electionem petendi vitam, & militiã, vel partem pretij, & num.* 3.

2 *Donatio contemplatione matrimonij pura est, non ob causam, & imputatur in debitum legitimæ, vel vita, & militiæ.*

Pars

4 *Pars pretij non debetur ſecundogenito, ſi fuerit contentio de portione certa, ei per patrem in teſtamento relicta.*
5 *Sententia lata cum primogenito poſſeſſore feudi, nocet omnibus ſucceſſoribus in infinitum, etiam non hæredibus primogeniti.*
6 *Sententia lata aduersùs vaſſallum in feudo ex pacto, præiudicat cæteris agnatis non natis, ſi abſque fraude factum ſit.*

ARGVMENTVM.

Exceptio rei iudicatæ quando obſtet in ſententia lata cum primo: an obſtet ſuccedenti in feudo.

Pro iiſdem Creditoribus contra eundem Marchionem.

CONTROVERSIA L.

HActenus optimis iuribus, varijſq; ex re deſumptis argumentis, ſtrenue, ni vehementer fallimur, pro creditoribus pugnauimus. Poſtremò, vt illud ex quæſtionibus in tutiſſimo ponatur, ex re hac eadem, aliàs iudicata, huiuſce magnæ diſceptationis circulum definimus: quo ſanè ſimul irrefragabiliter pro creditoribus concludetur.

Et obſtare Marchioni exceptionem rei pluries iudicatæ, fundatur ex ſententia Sacri Conſilij, referente Ioanne Andrea de Curte Sacri Conſilij Præſide immortalis memoriæ: cum enim Pirrus ſecundogenitus in iudicio moto contra Ferdinandum primogenitum, petijſſet portionem bonorum burgenſaticorum, vel ſaltim legitimam in bonis paternis, & maternis, & partem pretij feudorum nouiter quæſitorum per Ciccum, & Beatricē eius parentes, non obſtante teſtamento paterno, & fuiſſet in ſpecie oppoſitum per primogenitum de priuilegio prædicto Imperatoris, prætendēs Ferdinandus, attento priuilegio, nullum ius competere Pirro quoad prætenſam partem pretij ſuper feudis nouis, ſed tantùm vitam, & militiam: ſiquidem vigore priuilegij, ſecundogeniti excludebantur ab omni iure ſuper feudo, vel occaſione feudi, quomodocunq; & qualitercunq;, reſeruata dumtaxat vita, & militia, quam cōſtat eſſe valde minoris vtilitatis, quàm ſit pars pretij, quæ debetur in ſorte,
1 illa autem in fructibus, & ſic erat ſublata electio, quæ datur à iure ſecundogenitis petendi vitam, & militiam, vel partem pretij, iuxtà tradita per *Minad. in conſlit. In aliquibus, in verb. ſucceſſione*, Sacrum Conſilium protulit ſententiam, diſtinguendo inter hæreditatem Cicchi, qui deceſſit teſtatus, & Beatricis inteſtatæ; abſoluit enim Ferdinandum à prætenſis per Pirrum in hæreditate Cicchi patris, & condemnauit ad ſoluendum Pirro ratam dotium maternarum, ac ratam pretij terræ Montisfalconis empti per matrem, vel vitam, & militiam ad electionem Pirri, & ſic expreſsè contra priuilegium quoad feuda Beatricis. quo attento, nullo modo potuiſſet decerni, ſpectare partem pretij in feudis Beatricis, & vera ratio diuerſitatis inter hos caſus fuit illa, quia cum Ciccus fecerit donationem Pirro nō mediocris quantitatis contemplatione ma-
2 trimonij, quæ tanquam pura, & non ob cauſam imputatur in debitum legitimæ, ſiuè vitæ militiæ, neceſſarium, ex *conſ. Oldrad.* 5. quod eſt in ore omniū, & in pluribus alijs bonis ipſū hæredem inſtituerit in teſtamento cum clauſula, *quod illis eſſet contentus, nec poſſet plus petere*, adeò vt occupauerit vltra medietatem mobilium ſibi

relictam, reliqua omnia: ex quo eadē sententia condemnatur Pirrus ad restituendum medietatem mobilium Ferdinando, hac de causa iustissimè fuit absolutus Ferdinandus ab hæreditate patris, stante testamēto solēniter, & legitimè ordinato, & sic iure cōmuni ex facultate sibi à iure concessa, vt in dubio præsumitur, non autem ex priuilegio, alioquin necesse fuisset dicere, *stante priuilegio*, si fuisset ius in priuilegio, & non in testamēto, vt pars conatur glossare, siquidem dicendo, *stante testamento*, in quo nulla fit mentio de priuilegio nec directè, nec relatiuè, virtute relationis dici potest, sententiam respexisse ad priuilegium; quod enim sententia innitatur priuilegio, vel testamento, sunt nedū diuersa, sed aduersa, & repugnantia, vt supra in secundo articulo est latè probatū; at cum Beatrix decesserit ab intestato, non mirū si diuersum fuerit

3 decisū .s. competere Pirro vitā, & militiam in feudis maternis, vel partem pretij, ad quam de iure feudorum deducto ex principijs iuris Romani loquentis de collatione, tenetur primogenitus succedens in feudo, dum vult excludere secundogenitum, vt post alios benè probat *Consiliarius de An-*

4 *na consil.26.num.9.* quæ collatio, condito testamento, in quo pater disponat, vt secundogenitus sit contentus certa portione, vt fecit Ciccus pater, planè cessat, & sic prestario partis pretij, vt aduertit *Isern.* in eodemmet loco per partem citato *in l. imperialem, §. præterea, n. 39. versic. sed si pater*, vbi dicit, deberi conferri partem pretij, nisi pater prohibuerit citans textum clarum *in auth. ex testamento, C de collat. Loffred. in dict. §. præterea, rubr.64 col.4. in fin.* & hæc est vera, necessaria, & germana intelligentia, & discrimen inter primum, & secundum casum sententiæ, ex qua sequitur, Ciccum non fuisse vsū priuilegio, sed iure communi, quo datur electio, vt supra, & fuisse in specie decisum in feudis Beatricis, & nihil operari priuilegium, quod alioquin necessariò, si habuisset effectum, feuda quoq; Beatricis non minus, quā Cicchi, comprehendisset.

Ex quo notatur duplex magnus lapsus aduersarij dictis, quod circumscripto priuilegio, non potuisset donare in vita, feuda secundogenito, q est ridiculum, cum potuerit id facere cum assensu, sicut potuisset cuilibet extraneo cum assensu alienare, & de iure omninò ad Pyrrum spectauisse partem pretij in feudis emptis à patre, & sic non potuisse aliter testamētum Cicchi sustineri de iure communi, nisi ex priuilegio, contendens patrem, non posse expresse priuare filium parte pretij, relicta legitima portione, quæ est manifesta hæresis in iure, vt ex prædictis patet.

5 Quæ sententia cum primogenito possessore feudorum, tanquam lata cum legitimo contradictore, nocet omnibus successoribus in infinitum, quamuis non hęredibus primogeniti, adeò vt parauerit exceptionem rei iudicatæ aduersùs omnes, qui tali priuilegio vti prætendunt, vt in materia maioratus, siuè fideicommissi excludendi, vel includendi, latissimè congerit *Molina de primogen. libr. 4. cap.8. num.3. & seq.* & nouissimè *Peregrin. de fideicommiss. art. 53. num.40.*

6 & in feudo ex pacto, sententiam latā aduersùs vassallum tenētem feudum, præiudicare cœteris agnatis, vti veriorem, & magis communem, probat latè *Peregr. art.53. num.51.* & ex nostratibus *Consil. de Anna cons.17. n.41. & 42.* sed melius etiam ex intentione *Isern.* sententiam latam in feudo ex pacto, nocere alteri agnato non nato, quando sincerè, & sine fraude factum est iudicium, tenet *Reg Lanar. cōs.69. num.21.* omninò videndus, quia hoc firmat ex *Isern.* quamuis regulariter *Isern.* videatur tenere contrarium.

Ad

Ad prędictas quatuor Controuerſias appendix Controuerſia; qua tribus nouiſſimè partis aduerſæ motiuis occurritur: cuius in calce, Caroli V. Priuilegium congruentiùs ſubnectetur.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium contra ius conceſſum in dubio cenſendum perſonale, non reale.*

2 *Beneficium, & priuilegium præter ius conceſſum, cenſetur reale.*

3 *Priuilegium vtrum ſit reale, vel perſonale, cauſa ſpectanda eſt.*

4 *Cauſa ſpecialis, & immediata, eſt in qualibet diſpoſitione attendenda.*

5 *Priuilegium perſonale cenſetur, quando ipſius verba principaliter reſpiciunt perſonam, licet ſit conceſſum etiã reſpectu bonorum; vel effectus principaliter verificetur in rebus, & n. 6. quod in qualibet diſpoſitione procedit, num. 7.*

8 *Conceſſio in dubio, perſonæ, & non rei facta cenſetur.*

9 *Conceſſio propter benemerita, perſonalis cenſetur, & num. 10. etiam ſi aliàs cenſenda eſſet realis, n. 11.*

12 *Conceſſio facta rei, vel loco, ratione, vel contemplatione perſon , à perſona, non à re denominatur, & de ratione num. 13.*

14 *Dictiones,* ipſis, veſtris, & vobis, *priuilegium perſonale reddunt, quia ſunt relatiuæ perſonaliſſimæ, & ad oculum demonſtratiuæ.*

15 *Interpetratio, contra impetrantem priuilegium, & producentem teſtamentũ, ac contra verba, ad cuius fauorem fuerunt prolata, fieri debet.*

16 *Priuilegium perſonale ad ſucceſſores nõ tranſit, & declaratur num. ſequenti:*

18 *Priuilegium conceſſum bonis, contemplatione certæ perſonæ, ceſſat, ceſſante perſona.*

19 *Contractus innominatus reſcinditur ex defectu cauſæ finalis.*

20 *Priuilegium conceſſum pro ſe, & deſcendentibus, potius iudicandum perſonale.*

21 *Conceſſio feudorum alicui facta, & liberis ſuis, non expreſſis eorum proprijs nominibus, abſque dictione, hæredibus, dicitur ex pacto, & prouidentia.*

22 *Pater tanquam primus acquirens non poteſt filijs, in feudo ex pacto præiudicare, ſaltim ſine aſſenſu, ſiue attendatur conceſſio domini, ſiue ſtipulatio patris.*

23 *Prouidentia non excluditur, etiam ſi conceſſio ſit mediante pecunia.*

24 *Priuilegiatus poteſt à priuilegio recedere, etiam in præiudicium alterius, quod in omnibus iure ſpeciali quæſitis, procedit, & num. 25. ſecus in priuilegio, quod tranſit in contractum, & in ſpecie in feudo, n. 26. & 27.*

28 *Ius ex priuilegio aliquo, vel contractu alicui in futurum euentum, nullo proprio facto quæſitum ſola voluntate acquirentis remitti, atque reuocari poteſt.*

29 *Ius ex aliquo priuilegio, non irreuocabiliter, ſed in ſpe tantùm alijs etiam nominatis acquiritur, vbi nullum eorum proprium factum interuenit, patre acquirente, vel alio adhuc ſuperſtite, maximè vbi nulla merita deſcendentium præceſſerunt, ſed impetrantis, & num. 30.*

31 *Contemplatione alterius quid duobus modis quæri poteſt.*

32 *Ius irreuocabiliter ex priuilegio patri conceſſo, deſcendentibus non quæritur, niſi in conceſſione feudi ex pacto, quia potuit dominus in traditione apponere legem, & num. 33.*

34 *Inueſtituræ ſpecies vera, ſiuè realis, & abuſiua, ſiuè impropria, quid ſit.*

35 *Inueſtitura propriè eſt feudi noui trãſlatio, cum antiqui nulla ſit, ſed potius antiquæ conceſſionis confirmatio.*

36 *Inueſtitura eſt titulus, ipſius tenor ſẽper attendendus, & ex ea ſpiritus,*

& vita ipsi feudo dicitur assignari.

37 *Priuilegium an loco inuestitura habeatur, declaratur doctrina* Bald. in pręlud. feudor. num. 18. & in c. 1. §. 1. de nou. form. fidel.

38 *Discrimen inter inuestituram, & priuilegium.*

39 Ann. allegat. 11. num. 15. *defenditur.*

40 *Actum prohibitum faciēs ad hoc, vt ex aliqua speciali potestate validari possit, debet exprimi, virtute illius potestatis fieri.*

41 *Alienatio feudi simpliciter facta, si ex aliquo priuilegio fieri poterat, & non sit hoc expressum, non valet absque assensu.*

42 Frecc. lib. 2. q. 45. num. 2. vers. dicitur ergo, *explanatur, & num.* 43. *&* 45.

44 *Testamentum vbi non potest fieri, nisi de iure speciali, illo iure dicitur factum.*

46 *Testari videtur tacitè, qui non testatur expressè.*

ARGVMENTVM.

Priuilegium, quando reale, vel personale erit censendum: descendentes, quando contemplati dicantur, *Ioan. Vinc. de Anna alleg.* 11. *n.* 15. defenditur *à Freccia*.

Pro ijsdem Creditoribus contra eundem Marchionem.

CONTROVERSIA LI.

Tria audio nouissimè extolli, & exagerari ex parte Domini Marchionis Triuici contra creditores. Primò, priuilegium Imperatoris, quod nunc aduersarij conuicti, priuilegium nominari, & censeri debere non negant, esse priuilegium reale, & concessum rebus, dum illius vigore mutatur natura feudorum, non autem personale, inferentes ex hoc potentiùs operari, quàm inuestituram.

Secundò, fuisse contemplatam personam filiorum, & descendentium; quinimò ipsis fuisse concessum priuilegium, & proinde non potuisse impetrantem illi renunciare.

Et tertiò, non obstare dicta per *Ann. allegat.* 11. *& Frecc. lib.* 2. *q.* 45. & contrarium dicere eius, ad quod citatur.

Sed cœteris omissis, vt causæ victoriæ tantùm incumbamus, circumscripto articulo generali, vtrum priuilegium concessum à Principe, censeri debeat potius personale, quā reale, in quo verior, & magis com-
1 munis est opinio, vt priuilegium, quod conceditur contra ius, sit censendum personale, non autem reale, vt clarè decidit *gloss.* quæ à nonnullis falsò citatur in contrarium 25. *q.* 2. *in summa, circa med. vers. in dubio autem, gloss. in cap. cum venissent, verb. fuisse de instit. gloss. vlt. verb. perpetuas, in cap. tua, de his, quæ fiunt à Prælatis, Alexand. consil.* 86. *lib.* 1. *cum alijs* per *Dec. in regul. in omnibus causis,* 68. *num.* 3. *ff. de reg. iur. Boer. dec.* 227. post *num.* 27. *&* 28.
2 & in specie hanc distinctionem inter priuilegium, quod conceditur contra ius, vt in dubio omninò personale iudicari debeat, & beneficium, quod conceditur prærer ius, vt illud censeatur reale, post *Ang. Imol. & alios* probat *Natta cons.* 163. *num.* 3. *&* 16. *& cons. seq.* 164. *num.* 28. *& per totum, Decian. consil.* 56. *num.* 52. *& consil.* 83. *num.* 2. *lib.* 2. & in beneficio debet intelligi *gloss.* in contrarium citari solita *in l. forma,* §. *quamquam, ff. de cens. Oldrad. cons.* 257. *Anchar. cons.* 327. *num.* 3. *&* 4. vbi expressè loquitur in beneficio; & reliqui quotquot scripserunt, in dubio concessionem præsumi realem,

ita

ita expreſsè loquuntur, vt profitetur *Menoch.conſ.*1193. *n.*8. *& 9. lib.* 12. poſt *Burſat.conſ.*30.*lib.* 1. deueniendo ad particularia, dicimus, hic multis modis euidenter apparere, priuilegium hoc eſſe perſonale, non autem reale.

Et primò ex cauſa ipſius: cum enim ad cognoſcendum, vtrum priuilegium
3 ſit reale, vel perſonale, ſemper cauſa conceſſionis priuilegij ſpectanda ſit, nam ſi contemplatione perſonæ conceſſum ſit, cenſebitur perſonale, ſi verò contemplatione rei, vel actionis, cenſebitur reale, *dict.l.in omnibus*, 86. *ff.de reg.iur. Bald.conſ.*115. *verba,n.*1. *lib.* 1. *Alciat.reſp.*203.*num.*21. *Menoch. dict. conſ.*1193.*num.*9.*lib.*12. ſi enim cauſa priuilegij fuit perſona, cenſebitur perſonale, & per cõtrarium ſi cauſa principalis concedendi priuilegiũ fuit res, ſeu locus, cenſebitur reale, ex
4 eo, quia in qualibet diſpoſitione cauſa principalis, & immediata eſt attendēda, *l.ſocium qui in eo*, §.1.*ff.pro ſocio*, vt in terminis latè probat de communi *Barboſ. in l.quia tale*, 14. *n.*3.4. *& ſeq. ff.ſolut. matr.* facit elegans dictum de priuilegio conceſſo Duci Mediolani, eo quod eſſet Rex Francorum, relatũ à *Boſſio tit. de Princip.num.*343. quod ſequitur *Surd. de aliment. tit.* 9. *q.* 30. *num.*23. & communiter receptum teſtatur *Dom. de Ponte de poteſt.Proreg. de diuerſ.prouiſ.*§.1. *num.*40. vnde ſequitur neceſſariò, vt cum cauſa præcipua, & inductiua priuilegij fuerit fauor perſonæ Cicchi ſupplicantis, priuilegium hoc perſonale, non autem reale erit cenſendum, faciunt dicta per *Domin. de Ponte dict.* §.1. *numer.* 30.

5 Secundò erit perſonale, quia verba priuilegij principaliter reſpiciunt perſonam, non autem bona, quo caſu quando verba priuilegij referuntur ad perſonam, cenſetur omninò perſonale, quantumcunq; effectus ex illo reſultans, principaliter debeat verificari in rebus, vt ex *l.*1.§.*permittitur,ff. de aqua quot.& æſti.* probat *Fulgoſ.conſil.*222.*col.vlt. Aret.in l.ſi mihi, & Titio,num.*3.*ff.de verb.oblig. Aimon conſ.*
6 239.poſt *num.*4. vbi firmat, priuilegiũ conceſſum perſonis nominatis, eſſe perſonale, licet concedatur etiam reſpectu bonorum, *Alciat.reſponſ.*203.*à num.*1.aliàs *conſ.*7.*num.*16.*lib.*4.*Ioan. Circier.de primog.lib.*3.*quæſt.*1.*num.*3. quos ſequitur latè *Barboſ. in d.l.quia tale*, poſt *n.* 5. inferens ex hoc, quod extincta conceſſione quoad perſonã, cenſeri etiam debet extincta quoad res, ad quas erat extenſum priuilegiũ ratione perſonæ, & nedum in priuile-
7 gio, ſed in qualibet diſpoſitione, vt ex hoc cognoſcatur, an ſit perſonalis, vel realis, tradit *Garſ.de nobilit.gloſ.*6.poſt *numer.*39.*ſub verſ.ſecundò patet, cart. mihi*, 140. *à terg. col.*2. & ante ipſum *Tiraquell.de iur.primog.quæſt.*46.*n.*6. & huc ſpectat, quod docuit *Bart.conſ.* 189.*num.*3.*ad fin.ex l.pen.ff.de ſeruit.*
8 *legat.* quod conceſſio dubia, & quæ poteſt videri facta rei, & perſonæ, in dubio cenſebitur conceſſa perſonæ, ſequitur *Bald. in l. maritum,in fin.* vbi *Roman.num.*35.*& 36.ff.ſolut.matrim.* & ſic patet, non obſtare ea verba, *dum quoad prædicta tantum, & non aliter, feudorum natura mutari dicitur*.

Tertiò, erit neceſſariò hoc priuilegium perſonale, ex quo Rex fuit motus ob benemerita, & ſeruitia perſonę Cicchi ſupplicantis, expreſſa in ipſo priuilegio: vbicunq; enim exprimitur, conceſſionem fieri propter bene-
9 merita, indiſtinctè ea conceſſio debet cenſeri perſonalis; cum conſtet, merita perſonalia dediſſe cauſam conceſſioni, textus clarus *in l.*1.*in fin.ff.de conſtit. Princip. Ioan.Andr. & Anchar. in cap.priuilegium,de reg.iur. in* 6. *Iaſ. conſ.*89.*col.*2.*ad fin.verſ.ſecundò facit, lib.* 3. *Alciat. in prealleg. conſ. Syluan. conſ.*4. *num.*16. *Crotus in repetit.l. omnes populi*, *n.*228.*ff.de orig.iur. Natta d.conſ.*164.*num.*10.*verſ.ad iſta omnia Crauett.cõſ.*929.*in fin.* & quamuis aliqui

qui contrarium ausi sint tenere, priorem tamen opinionem vti veriorem, & frequentiori calculo probatam, tuetur *Barbos. in d.l. quia tale, num. 7.* dicēs eam fulciri text. claro, & ante eum *Natta d. conf.* 194. post *num.* 20. & verè
10 si causa, & contemplatio personæ totum facit, vt cognoscatur, an priuilegium sit personale, vel reale, *d.l. in omnibus, & l. priuilegia, de reg. iur. & l. 1. §. personis, ff. de iur. immun.* non video quomodo priuilegium concessum ob seruitia, & merita personæ, possit potius reale, quàm personale iudicari, maximè cum in ordine concessionis præcedat personæ mentio tàm in principio priuilegij, quàm in dispositiuis, ibi, *nos autem, &c.* quod satis quoque indicat priuilegij personalitatem, *Panorm. in cap. mandata, num. 1. de præsumpt.* quinimò amplius dixerūt DD.
11 quod concessio, quæ aliàs censenda esset realis, tamen si exprimeretur fieri ob benemerita, censeri deberet personalis, *Panorm. in cap. quoniam Abbas, num. 8. & in d. cap. mandata, num. 1. ad med.* vbi *Felyn. num. 2. de præsumpt. Crotus in d.l. omnes populi, num.* 229. quod si est verum, est maxima ampliatio: &
12 rursus magis in specie, etiam si concessio sit facta rei, vel loco, ratione tamen, & contemplatione personæ, non tamen à re, sed à persona denominabitur, vnde personalis erit censenda, non realis, vt ex *l. pen. ff. de seruit. leg.* docuit ibi *Alber. n. 1. ad fin.* idem *Alber. in l. mela, §. fin. num. 2. ff. de aliment. & cibar. legat. Bart. d. conf.* 189. *num.* 3. *ad fin. Roman. conf.* 503. *num.* 7. *versic. secundò probatur, Ias. conf.* 89. *col.* 2. *ad fin. lib.* 3. *Crauett. d. conf.* 239. *num.* 4. & iterum *consil.* 929. *num.* 29. *Ripa resp.* 31. & 24. quorum opinio ea ratione ful-
13 citur, quod concessum alicui alterius contemplatione, ei videtur præcipuè datum, cuius cōtemplatione concessum fuit, *l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pupill. Isern. in §. & si libellum, n.* 13. & 19. *de alien. feud. patern.* cum concordantibus à *Menoch. consil.* 81. *num.* 40. & *conf.* 161. *num.* 12. quæ opinio communis apparet ex relatis à *Barbos. in d.l. quia tale, num.* 14. quamuis ipse solus post *numer.* 15. *versic. sed vtique*, per verbum, *idetur*, contrarium pro viribus ingenij, disputandi gratia attentare visus sit.

Accedat quartò, quod in verbis priuilegij tam in principio, quàm in parte dispositiua Imperator vtitur illo pronomine, *vobis Cicco, & Beatrici*, & iterum in fine mandat illud seruari; *prædicto Cicco, & Beatrici, &c.* quæ pronomina, *ipsis, & vobis*, denotant
14 personalitatem, & priuilegium personale reddunt, non autem reale, ex quo dictiones istæ sunt relatiuæ personalissimæ, & ad oculum demonstratiuæ, *Bald. conf.* 304. *lib.* 5. *Natta d. conf.* 163. *in* 3. *fundamento, num.* 8. & *conf.* 164. *num.* 21. vbi ex *Anchar. in d. cap. priuilegium*, in specie probat de dictionibus, *vestris, & vobis*, facere priuilegiū personale, idem *Freec. lib.* 2. *quæst.* 47. *num.* 4.

Et tandem & quintò, ita debet interpretari contra descendentes Cicchi impetrantis, qui se fundant in ver-
15 bis, cum est quid imputetur Cicco, cur clariùs in impetratione priuilegij, & in testamento, si dubium esset, loquutus fuerit in necem tot creditorū, vt ex *l. veteribus, ff. de pact.* in terminis probat *Natta d. conf.* 163. *num.* 16. *in fin. vers. vltimò accedat, & consil.* 164. post *num.* 28. *vers. item cum descēdētes*, & verba deberi interpretari semper contra eum, ad cuius fauorem fuerunt prolata, latè *Surd. decis.* 322. *num.* 63.

Nec oberit si replicetur, frustra nos grauari onere probandi, hoc priuilegium esse personale: siquidem cū
16 priuilegium personale ex iuris notissima dispositione, ad hæredes, siue successores non transeat, *d. l. priuilegia, ff. de reg. iur.* vt supponunt omnes DD. supra citati, & cum illis *Barbos. in initio d.l. quia tale*, & in hoc priuilegio contrarium expressè pluries caueatur,

tur, vt feuda quæsita, & quærenda sint penes successores Cicchi, ergo priuilegium est reale, non personale; 27 siquidem duplici modo considerari potest priuilegium personale ad differētiam realis: primò, quatenus personale non sit ad hæredes, siue successores transitorium, cuiusmodi constat esse reale: secundò, quatenus non sit concessum principaliter rei, siue loco, sed personæ; cum autem hic diximus esse personale, non accepimus eo modo, ita quod ad hæredes non esset transitorium, quia aliter cautum est in ipso priuilegio, sed diximus illud esse personale quoad hoc, vt non duret priuilegium in rebus, quando aliqua iusta de causa cessauit in personis, vt hic per contrarios actus: esset enim satis absurdum, quod si extinctum esset priuilegium quoad personas, illud 28 duraret quoad bona, quia, cum bonis concessum fuerit respectu personæ, cessante persona, aut personali priuilegio, cessat quod contemplatione personæ concessum est, *l. clemens patronus, ff. de hæred. instit.* ita formaliter *Crauett.* verbis aureis *d. cons.* 239. post *num. 4. vers. non dico*, quod latius prosequitur, & addit post *num.* 5. verbum mirabile, quod quamuis priuilegium esset reale, tamen quia concessum nō simpliciter, sed ob causam, deficiente causa, facto eius, cui concessum est, cessare debet priuilegium, cum illa causa fuerit finalis, concernens commodum ipsius, iuribus, & authoritatibus per eum citatis, quibus addi possunt ea, quæ in vniuersum de cessante causa priuilegij, tradit *Tiraquell. de cessante causa, part.* 1. *num.* 104. *&* 203 29 & de rescissione etiam contractus nominati ob defectum causæ finalis, habetur *in l. ea conditione, C. de rescind. vend.* & per *Crauett. cons.* 192. *num.* 22. quæ omnia sibi locum vendicare debent in casu nostro, vbi causa fauoris, & desiderij ipsius Cicchi, in cuius gratiā omnia testatur Imperator moueri ad concedendum, vt eius votis annueret, cessauit ex contraria voluntate ipsius, verbis, & facto toties declarata, & geminata, vt in prioribus 20 controuersijs scripsi: accedat, quod priuilegium concessum alicui pro se, & descendentibus, tantum abest, vt non efficiat priuilegium reale, vt potius ex hoc iudicandum sit personale, *idem Crauett. consil.* 929. *num.* 10.

Ad secundum punctum, solùm scilicet fuisse cōtemplatas personas supplicantium, non autem descendentiū, licet in prioribus à me scriptis satis sit huic motiuo satisfactum, nunc clarius dico.

Primò, quod, quatenus in hoc priuilegio in principio in parte assertiua fiat mentio de filijs coniugum supplicantium, & nepote eorum nominibus proprijs quoque expressis, id non fuit ad alium finem, nisi vt ostenderent, inter quos erat facienda dispositio, seu distributio feudorum, & sic nihil conceditur ipsis filijs, nec de eis fit mentio, vt ipsis aliquid acquireretur ex tunc, sed gratia demonstrationis tantùm, vt indicarentur personæ, in quarum beneficium intendebant supplicantes disponere, qua dispositione iuxtà priuilegium non sequuta, nihil ex illa assertione filijs quæri potuit, & quamuis deinde in sequentibus gratijs, quas nos supponimus connexas, fiat mentio de filijs, ibi, *filij vestri masculi*, & iterum in prohibitione alienationis, *sint penes vestros filios, & descendentes, &c.* supposita prædicta cōnexione, omnia debent intelligi secuta præambula dispositione, iuxtà priuilegium, & non aliter, vt clarè colligitur ex illa clausula, *prout vos disposueritis, vt supra*, à qua sequentes etiā regulari debent, stante identitatis ratione, vt latè articulum connexitatis priuilegij in prioribus scriptis fundaui, licet alij sibi adscripserint, meo nomine suppresso, quod ipsi priusquam viderent à me scripta, nec degustauerant, sed circumscripto articulo connexionis clausularum, esto, quod essent

sent plures gratiæ de per se, vt pars supponit, quamuis falsissimum; vnquã tamen fundari poterit, filios, & descẽdentes fuisse vocatos ex dicto priuilegio, vt aliquod ius fuerit ex tunc ipsis quæsitum; siquidem tunc posset procedere partis oppositio, si Rex cõ-
21 cessisset ipsa feuda Cicco, & liberis suis simpliciter absq; dictione hæredibus, expressis, vel non eorum proprijs nominibus, secundùm veram opinionem *Isern.* tunc enim cum agatur de acquisitione dominij ipsius feudi, quod taliter concessum dicitur ex pacto, & prouidentia, cum non vna donatio dicatur facta primo, sed tot donationes, quot sunt personæ descendentium, etiam non natorum, pro quibus censetur pater stipulari, & vnicuique ad vitã, & alteri post ipsius mor-
22 tem, eo casu ista ratione pater non potest filiis præiudicare, saltim sine assensu tanquam primus acquirens, vt post *Isern. in cap.* 1. *an agnatus*, latè explicat ibidem *Camer. in* 1. *q. n.* 10. *vers. iterum præmitte, & num.* 13. siue attendatur concessio domini, siue stipulatio patris acquirentis pro omnibus in infinitum, vt per eundem *n.* 15. *&* 50. *Pistor. quæst.* 4. *part.* 1. *tom.* 2. *numer.* 18 *&* 20. & optimè *Dom. Consil. de Georg in alleg.* 19. pro me edita *numer.* 18. sed cum hic nulla fuit facta
23 feudi concessio gratis, neq; mediante pecunia, quo casu etiam prouidentia non excluditur, secundùm *Camer. d. loc. num.* 47. *in fin.* sed tantum fuit cõcessum Cicco, & Beatrici, vt feuda per eos quærenda essent talis naturæ penes eorum descendentes, & sic nihil cum descendentibus fuit actum, sed tantum dispensatum cum dicto Cicco, & Beatrice in forma priuilegij, & sic priuilegij natura est attendẽ-
24 da, à quo tanquam competenti de iure speciali, licuit quandocunq; recedere, & pœnitere impetrantes ab ipso iure concesso, etiam in alterius præiudicium, cui ius quæsitum videri poterat, vt ex *text.* singulari *in l. si iudex circumuento, ff. de minor.* quem *Bald.* ibi
25 dicit procedere in omnibus his, quæ sunt quæsita iure speciali, & extraordinario, tradit in terminis *Decian. resp.* 83. *n.* 7. *& seq lib.* 2. latè *Tiraquell. in* 1. *retract.* § *fin. q.* 24. *Mattiens. in noua recopil. ll. Hispan. tit.* 11. *lib.* 12. *gloss.* 2.
26 *num.* 8. quam distinctionem in specie inter concessionem feudi, quæ stat in forma beneficij, siue cõtractus, & cõcessionem priuilegij, tradit singulariter *Garsias* in loco à me in prioribus scriptis allegato, videlicet *de nobilit. gloss.* 6. post *num.* 40. post *vers. præterea vt singula, fol.* 142. *à terg.* post *Rimin. consi.* 388. *lib.* 2. vbi *num.* 15. 18. *&* 19. optimè resoluit satis distare, quod aliquid concedatur in feudũ, & sic quod res ipsa verè concedatur cum dominij translatione, vel res ipsa consistat in sola ratione priuilegij, quod melius, & plenius explicat idem *Rimin. consil. proxim. seq.* 389. *num* 1. *cum seq.* vbi iterum distinguit inter priuilegium, quod remansisset in finibus priuilegij, vt hic
27 vel quando priuilegium transiuisset in contractum, *& num.* 6. *ex Bald. in l. qui se patris*, post *num.* 10. *C. vnde liberti, & in l. liberti libertæq; in* 10. *quæst. C. de oper. libert.* dicit satis distare, an quid concedatur per viam simplicis concessionis, quod remanet in finibus meri priuilegij, quo casu quæritur, an sit realis, vel personalis, an autem feudum ipsum concedatur, ex quo resultat contractus ipse feudi, quia tum desinit esse priuilegium, & efficitur contractus, quod verè sentit *Bald. in. dict. l. qui se patris*, post *num.* 10. ibi, *sed si non est priuilegium, sed conuentio*, & paulò post *in versic. item in concessis*, vbi quamuis loquatur de extinctione priuilegij ob reuocationem factam à Principe, distinguens inter concessionem in vim priuilegij, & translationem quoad directum dominium, vel vtile per viam contractus, qui est irreuocabilis, eadem tamen, & maior ratio militat in extinctione per renunciationem impetrantis respectu de-

scen-

ſcendentium, vt benè applicant ad hunc caſum, *Riminald. & Garſias*, confert doctrina *Bartol. in l. qui Romę,*
28 *§. Flauius, ff. de verb. oblig.* quod ſi ex aliquo, nedum priuilegio, ſed contractu alicui tertio, nullo ipſius proprio facto interueniente, ius aliquod in futurum euentum fuit quæſitum, quod iſtud ius, ſola voluntate acquirentis remitti, atq; reuocari poſſit, quam eſſe communem, & receptam ſententiam in proprijs terminis teſtatur *Artman. Piſtor. quæſt. iur. part. 1. tom. 2. quæſt. 4.*
29 *num. 33.* & hoc modo ius non acquiri in alijs, etiam nominatis irreuocabiliter, ſed in ſpe tantum, patre ſcilicet acquirente, vel alio adhuc ſuperſtite in eadem ſententia perſeuerante non aliter, docet *Imol. in cap. potuit, col penult. locuti, Barbat. conſ. 66. col. 6 lib. 4. Iaſ. in l. 2. num. 207. verſ. non obſtat etiam, C. de iure emphyt. Natta conſil. 475.* poſt *numer. 17. verſic. vel ſi volumus:*
30 Et hoc maximè procedit in caſu noſtro, vbi, nedum nulla ſeruitia, aut merita filiorũ, & deſcendentium Cicchi præceſſerunt, & è contra, nedum conſtat de ſeruitijs, & meritis Cicchi, ſed expreſsè apparet, Imperatorem motum ad concedendum priuilegiũ ob ipſius merita, & ſeruitia, quo caſu, nullũ ius alijs, & deſcendentibus quæri potuit, cum totum contemplatione perſonæ Cicchi cenſeatur conceſſum, doctrina eſt *Iſern.* in fortioribus terminis *in c. 1. §. & ſi libellum,* poſt *n. 13.* ibi, *nam ſi filius inde ſeruiſſet,* & melius poſt *num. 16. verſ. multò magis, de alien. feud. patern.* de quo aliquid *Afflict. deciſ. 393. num. 5. in fin.* ſequitur *Menoch. conſ. 161. num. 32.* qui egregiè decla-
31 rando *num. 3.* docet duplici modo quid poſſe fieri alterius contemplatione; primo enim modo ob cauſam, ſcilicet ſingularem benemeritorum præcedentium, vel ſingularis affectionis, de qua loquitur *Iſern. in dict. §. & ſi libellum, & Alex. conſ. 8. n. 10. lib. 3.* altero verò modo dicitur quid fieri alterius contemplatione, ſcilicet ex ſpeciali aliqua cauſa, vt res. ſ. quæ cõceditur, ſit perpetuò penes deſcendẽtes alicuius, vt in familia conſeruetur ſplendor quidam, iuxtà tradita per *Caſtr. conſ. 343. lib. 1. Iaſ. in §. Diui, num. 26. lect. 1. Ripa num. 4. Dom. Capycius dec. 108 num. 4. & 5.* quem vltimum modũm, etiam iuxtà DD. quos allegat, non aliter intelligit procede-
32 re *Menoch.* niſi, cum res ipſa conceditur, vel donatur, vt propriè contingit in conceſſione feudi ex pacto, & prouidentia, de quo agitur per DD. quos poſt omnes feudiſtas congerit *Dom. meus de Curte cap. 15. num. 9. cum ſeq. 1. part.* & ſic extra conceſſionem feudi nuſquam poterit conſiderari caſus, quo deſcendentibus ius quæratur irreuocabiliter ex priuilegio patri con-
33 ceſſo: nec mirum, quia in conceſſione feudi ex pacto id tolerari videtur, quia potuit dominus in traditione rei apponere legem, quam voluit, *l. traditionibus, C. de pact.* cum alijs apud *Becciũ conſ. 101. num. 15. & ſeq.* quę ratio ceſſat in priuilegio, quod conceditur cõtemplatione petentis tantum, non aliorum, quamuis aliquid ius ſecundò ex perſona impetrantis in alios deriuare poſſit irreuocabiliter: ex quibus euidenter patet, longe diſtare priuilegium iſtud ab inueſtitura, & proinde huiuſmodi priuilegium nec re, nec nomine poſſe inueſtituram appellari, nec inueſtituræ effectus producere;
34 ſiquidem conſtat vtramq; inueſtituræ ſpeciem veram, ſiue realem, & abuſiuam, ſeu impropriam, nihil aliud eſſe, niſi traditionem poſſeſſionis ipſius feudi, vel per actum corporalis inſiſtentiæ in preſentia rei, vel verba enſem, vel anulum, ſumpta metaphora ab homine, qui veſtibus veſtitur, vt latè explicant *Aluar. Afflict. & alij in cap. 1. quid ſit inueſtitura,* cum alijs cõgeſtis à *Roſenth. cap. 6. concl. 2. num. 4. & ſeq. Intrigliol. part. 1. quæſt. 55. n. 1. & 36. cum ſeq. & Dom. meo de Curte*
35 *in 1. part. cap. 11.* quæ inueſtitura propriè eſt feudi noui translatio, cum an-

tu-

tiqui feudi nulla sit inuestitura, sed potius antiquæ concessionis confirmatio, siue renouatio, prout ex *Aluarot. & alijs* notat *Intrigliol. d. cap. 55. n. 67.*
36 inuestitura enim est titulus, vt benè aduertit *Dom. Consiliar. de Georg. alleg. 12. num. 45. & 46.* & hæc est, cuius tenor semper est attendendus, ex qua dicitur assignati spiritus, & vita ipsi feudo, ad latè tradita per *Afflict. dec. 195. Dom. de Curte d. cap. 11. in fin. Dominum de Ponte de potest. Proreg tit. de reformat. inuest.* vnde cum hic non fuerit actum de concessione, nec traditione feudi realiter, nec verbaliter nullo modo hoc priuilegium poterit
37 inuestitura appellari: nec obstat, quod priuilegium sit loco inuestituræ, imò quod potentius operetur, ex *Bald. in præl. ud. feud. num. 18. & in cap. 1. §. 1. de noua form. fidel. Bald.* enim *in primo loco* expressum constituit discrimen inter inuestituram, quam dicit fieri, cum feudum iure communi conceditur, & priuilegium, quod est, cum aduersùs iuris regulas à feudi natura receditur, sed concedit ex larga significatione etiam inuestituram, & omne, quod emanat à Principe posse vocari priuilegium, *& in tit. de noua form. fidel.* tunc demum concedit priuilegium habere vim inuestituræ, cum ex ipso priuilegio, non solùm ipsum feudum conceditur, sed enixè constat de voluntate Regis, quod ex verbis ipsis priuilegij transferatur ipsum feudum, hoc enim casu inquit *Bald.* cum certum sit excedere notissimam feudi naturam, & transite in priuilegium, non mirum, si absq; alia apprehensione feudum quæratur, & sic retorquetur hæc doctrina contra partem, quod priuilegium non habeat vim inuestituræ, nisi per eum concedatur, & tra-
38 datur ipsum feudum, & discrimen hoc inter inuestiturã, & priuilegium, & *Bald.* sensum pulchrè explicat *Dominus Capycius in verb. feudorum inuestituræ, vers. nota ergo*, in terminis *Natta* in sæpè citato *cons. 164. num. 14. &*
16. dicens inuestituram tanquam beneficium esse fauorabilẽ, priuilegium verò odiosum, & restringendum, cum ab ipso recedatur à propria natura feudi, sicut è contra interpretatio, per quam fit regressus ad ius commune, probat esse fauorabilem, & extendendendam *dict. num. 14. & cons. praced. 163. num 15.* plura *Felyn. in cap. cum accessissent, num. 5. de constitut. Guttier. lib. 3. pract. cap. 18.* post *num. 3.* sequitur *Surd. dec. 272. num. 34.* & ante illos in specie *Frecc. lib. 2. quæst. 44. in fin.* addens, quod omne priuilegium, & dispensatio est personalis, & sequitur *Intrigliol.* qui plura cumulat *centur. 1. quæst. 18. num. 33. ad 40.*
39 Et ex his apparet omninò defensa doctrina *Ann. allegat. 11. num. 15.* vbi aduersarij nullum congruum potuerunt accomodare responsum; ibi enim per priuilegium concessum Roberto Bonifacio, erat alterata, & mutata natura ipsius gabellæ de feudali in burgensaticam, sed quoniam impetrans eo non fuerat vsus, quinimò per contrarios actus contrauenerat priuilegio, concludit *Anna* fuisse præiudicatum, & gabellã remansisse in sua pristina natura, qui propriè est casus noster, & quoad dicta per *Frecc. lib. 2. q. 45. num. 2. versic. debet ergo*, nos vtimur doctrina *Afflict.* per eum citata, qui *in cap. 1. §. item sacramenta, §. incip. in gloss 4. num. 36.* in valde fortioribus terminis authoritate *Bald.* in dicto loco *num. 19. vers. sed si Rex*, optimè
40 firmat, quod si quis facit actum de iure prohibitum, si actum illum ex aliqua speciali potestate validum facere potest, debet exprimere se virtute illius potestatis actum facere, ex quo infert *Afflict. num. 37.* quod si Rex cõ-
41 cedat Baroni priuilegium, quod possit rem feudalem alienare, vt burgensaticam, quod si is ex interuallo alienat feudum simpliciter, nõ valet alienatio sine assensu, nisi expresserit se virtute priuilegij actum facere, quod latè probat iuribus, & rationibus vsq;
ad

ad *num.46.* & quamuis *Frecc.* videatur contrarium attentare ſub dubio tamẽ dum vtitur his verbis, *poſſet tamen dici, quod hæres, &c.* vltra quod longe verior eſt opiñio *Afflict.* & rõnes, quas in contrarium affert *Frecc.* cuiq; rectè intuenti apparent valde fragiles; ta-
42 men, ſi rectè ponderentur eius verba, non omninò improbat doctrinam *Afflict.* in omni caſu, ſed in eo dumtaxat, cum iuxtà opinionem *Afflict.* interpretando, quod diſponens non fuerit vſus priuilegio, is omninò indebitè feudum amitteret, quandoquidem feudum non poſſet remanere penes alienantem iam defunctum ſine ſucceſſore ſanguinis, nec iure cõmuni poſſet ſubſtineri diſpoſitio; cum enim *Afflict.* fuerit generaliter locutus de alienatione, quæ poterat intelligi tam inter viuos, quàm in vltima voluntate, licet magis propriè inter viuos, quo caſu alienans feudum in Regno, illud non amittit, cum poſſit alienationem iure proprio per *Conſtitut.* reuocare; *Frecc.* cum myſterio
43 ponit caſum in eo, qui habens priuilegium teſtandi de feudo, ſcilicet in extraneum, contendit ipſe in hoc caſu cenſeri, teſtatorem, voluiſſe in vniuerſali inſtitutione, diſponere in hunc hæredem, etiam de feudo, & reddit rationem, quia alioquin ex hoc priuaretur feudo, quia de eo ſpecialiter nõ meminiſſet, quod eſſet crudele, & impium, vt per eum *in verſ. nemo prudens, & ſapiens vir arbitrari poterit caducatum eſſe feudum, & ad Curiã reuer-*
44 *ſurum, &c.* & inferius ſubdit, *quod cum non potuiſſet facere, niſi de iure ſpeciali, ex illo dicetur diſpoſuiſſe*, citat *Innocent. in cap. innotuit, de electiõn.* & addit, *quod non eſt credendus quiſquam, genus teſtandi eligere ad impugnanda ſua iudicia*, *l. 3. ff. de milit.*
45 *teſtam.* his igitur ceſſantibus, cum per alienationem feudum non amittitur, & quis poteſt actum facere, nedum iure ſpeciali, ſed iure communi, & eligendo ius commune, non impugnatur eius iudicium, ſed feuda remanẽt pariter penes filios, ſecundũ ius Francorum, & Conſtitutionum Regni, vt in caſu noſtro; potius iure communi, quam priuilegio, quis cẽſebitur vſus, etiam ex intentione *Frecc.* & ſic opinio *Baldi, & Afflict.* non eſt impugnata per *Frecc.* in caſu noſtro, ſed in eo tantum caſu, cum aliter interpretando, vltra nullitatem actus, daretur ammiſſio feudi, & euerſio ſupremi iudicij, quæ omnia hic ceſſant; & ex hoc colligitur vera reſponſio ad motiuum partis, quod Ciccus non diſponendo videtur diſpoſuiſſe iuxtà priuilegium,
46 forte ex eo, quod qui non teſtatur expreſsè, videtur teſtari tacitè, vocando ſucceſſores ab inteſtato, *l. codicillis, §. matre, ff. de legat.* 2. hoc enim applicari non poteſt ad caſum noſtrum, cum hic Ciccus deceſſerit teſtatus, non inteſtatus, & in teſtamento diſpoſuit contra priuilegiũ, vt in prioribus controuerſijs fundauimus.

DECISIO.

Die 4. Februarij 1614. per Sacrum Conſilium iunctis aulis, referente quond. Conſiliario Gaſpare Palatio, fuit deciſa hęc controuerſia, & quoad bona feudalia remanſa in hæreditate quond. Cicchi de Loffredo ſenioris, olim Præſidis Sacri Conſilij, & Regẽtis Regiam Cancellariã, fuit abſolutus Ciccus de Loffredo modernus Marchio Treuici à prætẽſione creditorũ, ſtante fideicommiſſo, ſiue maioratu, obtento per Ciccum ſeniorem; quo verò ad bona feudalia remanſa in hæreditate quond. Beatricis Caracciolæ vxotis dicti Cicchi ſenioris, obtinuerunt creditores, præſtandam eſſe aſſiſtentiam ſuper Terra Montisfalconis, & alijs bonis feudalibus ipſius, ſalua prouiſione quoad alia deducta pro parte eorũdem creditorum. Nec mirum, quod diſpar fuerit exitus eiuſdẽ priuilegij, quoad bona Cicchi, & Beatri-

tricis coniugum, quippe S.C. sibi persuasit, priuilegium sicut impetratum, sic acceptatum à Cicco, non item ab vxore: fuit causa hæc definita ob rei, & personarum amplitudinem, & articulorum difficultatem vnitis omnibus classibus Sacri Consilij, & vnus ex Senatoribus Dominus Consiliarius Georgius doctissimus feudorum Interpres *in to. cap. suarum repetit. feudal.* longe postea impressarum, cum de hac ageretur cõtrouersia, non grauatus est aduocatorum labore vti, inserendo præcipua, & lectissima vtriusque partis motiua, & mihi postea, vti Consiliario referenti in Sacro Consilio, cõtingit sub die 19. Aprelis 1627. distribuere pretium terræ Montisfalconis inter creditores suo ordine; licet enim fuerim aduocatus pro creditoribus ad exclusionem fideicommissi, licuit mihi postea, finito illo articulo, iudicare super alijs punctis, vbi de fideicommissi validitate amplius non agebatur, iuxtà notorium stylum Sacri Consilij iuri subnixum, & millies decisum, præsertim in consessu iudicum delegatorum ad varia negotia fiscalia, in quibus ipse interueni vt fiscalis, & etiam in multis vt iudex, coram Illustrissimo Domino D. Francisco Antonio de Alarcon Supremi ordinis Regalis Consiliario, Hispaniarum Senatore doctissimo, & integerrimo, ac Regni generali Visitatore, & Regij patrimonij Protectore vigilantissimo, deq; me optimè merito.

Priuilegium Inuictissimi Caroli Quinti Imperatoris.

Carolus, Diuina fauente clementia, Romanorum Imperator semper Augustus, Rex Germaniæ, &c. Ioanna eius mater, idem Carolus eius filius, Dei gratia Castellæ Aragonum, vtriusque Siciliæ, Hierusalem, Vngariæ, Dalmatiæ, Croatiaeque, legionis Nauarræ, Granatæ, leti, Valentiæ, Galletiæ, Maioricarum, Hispalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corsicæ, Murtiæ, Giennis, Algarbij, Algeziræ, Gibraltaris, ac Insularum Canarum, necnon Insularum Indiarum, & terra firma Maris Oceani, Archiducis Austriæ, Ducis Burgundiæ, & Brabantiæ, Comitis Barchinonæ, Flandriæ, & Tiroli, Domini Bizcaiæ, & Molinæ, Ducis Athenarum, & Neopatriæ, Comitis Rossilionis, & Ceritaniæ, Marchionis Oristanni, & Goceani; Vniuersis, & singulis, præsẽtium seriem inspecturis, tàm præsentibus, quàm futuris, Magnificis, viro Cicco Loffredo Sacri nostri Consilij, nostri Regni Siciliæ, citra farum, &c. Præsidenti, Consiliario nostro, & Beatricæ Caracciolæ coniugibus, Neapolitanis Patritijs, fidelibus nostris carissimis salutem. Sanè Maiestati nostræ fuit per vos nuper expositum, qualiter habentes plures filios, & legitimos, & naturales, quos vobis Altissimus comendauit, videlicet Ferdinandum, Henricum Capudaquensis Episcopum, Ioannem Antonium, Pirrum, & Philippum Loffredos, & Ciccum, ex dicto Ferdinando vestro filio primogenito, nepotem; cupitisq; terras, castra, casalia, etiam inhabitata, & annuos reditus feudales, ac alia quacumq; bona vestra feudalia, tàm quæ habetis, quàm quæ in futurum habebitis, æquis, aut inæqualibus partibus inter viuos, vel in vltima volũtate, pro vt vobis videbitur, & placebit vni ex dictis vestris filijs, aut pluribus, aut omnibus, aut dicto nepoti dare, donare, & concedere, relinquere, vel diuidere, & de eis disponere, pro vt vobis melius videbitur, & placebit; Insuperque cupitis, vt in dictis vestris, tàm quæ habetis, aut in futurum habebitis, bonis feudalibus, & eorum successione, masculi, ex vestris corporibus descendentes, semper fœminas excludant, etiam si masculi in vlteriori gradu, aut linea existerẽt, quin etiam si fœmina superesset in gradu, secundum Regni constitutiones, & capitula successibilis; masculus autem in gradu, secundum dictas Regni constitutiones, & capitula non successibilis, quod talis ma-

maſculus legitimus tamen, & naturalis, qui inuiit non ſucceſſibilis, & in remoto gradu, & lineã exiſtens excludat dictas fœminas dictis bonis feudalibus exiſtentibus in hæreditate eius, de cuius ſucceſſione tũc tractabitur, & indicatur, et fœminarum ſucceſſibilium locũ, & gradũ ſubintret; ita tamen, quod fœminæ de paragio debeant maritari, & prædicta non tantum in ſucceſſione veſtra, veſtrorumque filiorum ſeruari cupitis, ſed etiam omnium, ex dictis veſtris filijs, deſcendẽtium vſque in infinitum; ita tamen, quod inter maſculos, ex veſtris filijs deſcendentes, maior natu alios excludat, militari vita contentus; cupitiſque inſuper dicta bona veſtra feudalia, & redditus feudales, quæ habetis, & in futurum habebitis, eſſe penes veſtros dictos filios, nepotem, & alios ex eis deſcendentes legitimos, & naturales, & ideò vultis, vt dicta bona feudalia, & feudales redditus, habita, & habenda, nullo vnquam tempore poſſint alienari, aut obligari, nec alteri quocunq; titulo concedi in totum, nec in partem in perpetuum, vel ad tẽpus ex quauis cauſa, etiam fauorabili, aut neceſſaria, etiam pro cauſa dotis, aut pro redimenda perſona domini ab hoſtibus, etiam in feudalibus, niſi in caſu dotis conſtituendæ, aut reſtituendæ, tunc quando occurret neceſſitas pro dote conſtituẽda, vel reſtituenda, poſſint fructus duorũ annorum tantum à dictis bonis, & redditibus feudalibus percipiendi, obligari, & non vltra, itaque ſi quantitas, pro qua in dictis caſibus dotis conſtituendæ, aut reſtituendæ, dicta bona, & redditus feudales obligabuntur, excederet valorem fructuum dictorum duorum annorum, in eo in quo excederet, obligatio ipſa ſit nullius roboris, & momenti, taliter in omnibus prædictis, dictarum terrarum, caſtrorum, feudorum, & redditũum feudalium naturam mutando, non obſtante, quod virtute priuilegiorum, conſtitutionum, & capitulorum Regni, iuriſque communis feudorum alterius eſſent naturæ, & alijs quibuſcunque in contrariũ facientibus non obſtantibus. Nos autem conſiderantes merita veſtræ deuotionis ſinceræ, & fidei, ac ſeruitia per vos Ciccum. Regi Catholico nomine indelebiliſſimo, & patri noſtro colendiſſimo, ac nobis præſtita, & impenſa, tam in bellicis rebus, quam in iuſtitia regenda, & miniſtranda, & per prædeceſſores veſtros Loffredæ familiæ, Sereniſſimis Regibus domus Aragoniæ, noſtris, in iſto Regno, prędeceſſoribus, & de bono ſemper in melius continuatione laudabili ſe præſtiturum ſperamus, de certa noſtra ſcientia, & ex gratia ſpeciali, matura, noſtri aſſiſtentis Conſilij, deliberatione præcedente, vobis iam dictis Cicco, & Beatrici concedimus, & plenum poſſe impartimur, quod poſſitis, & valeatis omnes veſtras terras, caſtra, & bona feudalia habitata, & inhabitata, & annuos redditus feudales, quos, quas, & quæ habetis, & in futurum habebitis, cum caſtris in perpetuum, & iuriſdictione, & omnibus alijs iuribus, authoritatibus, præeminentijs, priuilegijs, & prærogatiuis, cum quibus dictas terras, caſtra, redditus, & feudales, ac alia bona habetis, & tenetis vigore veſtrorum titulorum, & priuilegiorum, aut alias quomodocunq; & qualitercũque, & in futurum habebitis, dictis veſtris filijs, & nepoti, aut eorum vni, aut pluribus ex eis, in totum, vel in partem donare, & concedere, largiri, dimittere, legare, aut alias quouis modo, tam inter viuos, quam in vltima voluntate, pro vt vobis melius videbitur, & placebit, dum tamen non fiat diuiſio feudorum, ac de eiſdem bonis, in dictos veſtros filios, & nepotem, diſponere, mandare, & ordinare, donare, inſtituere, & legare, tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate diſponere, quam diſpoſitionem, ordinationem, & voluntatem, tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate faciendam, ex nunc, pro vt ex tunc, & è conuerſo, laudamus, confirmamus, & approbamus, & in ea, vel eis conſentimus, decretumq; pariter interponimus, eaſq; noſtræ approbationis, laudationis, aſſenſus muniminе roboramus; quin etiam volumus, decernimus & mandamus, vt in dictis veſtris terris,

castris, annuis redditibus, & bonis feudalibus, tàm habitatis, quàm inhabitatis, quas, & quæ habetis, & in futurum habebitis, filij vestri masculi legitimi, & naturales, pro vt vos disposueritis, vt sup. & filij masculi, & filiorum vestrorum, & deinceps ex eis, & eorum descendentibus nascituri, legitimi, & naturales, gradus tamen, lineæ, & primægenituræ inter eos prærogatiua seruata forma, fœminabus exclusis, succedant etiam si fœminæ essent priores, etiam potiores in gradu, & linea; ita vt si dictis vestris filijs, aut alicui ex eis, vel eorum descendentibus in infinitum morientibus, aut moriente superstite filia fœmina, vel neptis in quocunque gradu, & linea descendenti, vel collaterali, talis fœmina excludatur à masculo descendente ex vobis, vestris descendentibus, etiam si masculus esset in remotiori gradu, & linea collaterali, vel transuersali, excludat fœminas, etiam existentes in linea descendente, vel ascendēti, & gradu priori, quin etiam, vt precibus, & votis vestris satisfiat, volumus, vt à dictis vestris filijs, aut alicui ex eis, vel eorum descendentibus morienti, vel morientibus, non superesset masculus descendens, aut collateralis, qui secundum formam Constitutionum Regni succedere posset taliter morienti, vel morientibus, sed superesset aliquis masculus in gradu non successibili, secundum dictas Constitutiones, & superesset fœmina successibilis, in tali casu, masculus à vobis descedens, de iam dicta domo, & familia Loffreda, etiam quod sit in gradu non successibili, admittatur, & succedat taliter morienti in dictis bonis feudalibus, exclusis fœmina, vel fœminabus, etiam si esset, vel essent filiæ, & eo casu, talis masculus subintret in locum, & gradum fœminæ successibilis, vbi verò alicui ex dictis vestris filijs, aut ab eis descendentibus, non superesset aliquis masculus descendens à vobis, & dictis vestris filijs, sed tantum fœminæ in gradu successibili, tunc autem ne simus accusatores naturæ, volumus fœminas admitti ad dictorum feudorum successionem, si verò taliter morienti nō superesset masculus, nec fœmina secundū Constit. Regni successibilis, tunc & eo casu nolumus iuribus Fisci nostri aliquod præiuditium inferri, sed Fiscus noster iure suo vtatur: quandoquidem masculos in gradu successibili non existentes, ad talem successionem in exclusionem, & locum fœminarum, à vobis, vestrisque filijs, & descendentibus, descendentium, in gradu successibili existentium, admittimus, & subrogamus; non tamen in Fisci nostri præiuditium, Volumus tamen, & mandamus, quod fœminæ, tàm descēdentes, quàm collaterales, qui succedent in dictis feudis, castris, bonis, & redditibus, debeant secundum paragium maritari, & secundogeniti vitam habeant militarem; Declarantes etiam, vt per nostra prædisposita in masculorum fauorē, & fœminarum exclusionem, eos tantum masculos comprehendant, qui à vobis, & dictis vestris filijs, & descendentibus per masculinum sexum legitimè orientur, & sint de domo, & familia Loffreda, Et insuper ad vberiorem gratiæ cumulum, vtique vestris singulis annuamus, & vt dictæ terræ, castra, casalia, feuda, & redditus feudales, quæ habetis, & habere poteritis in futurum, sint, & perpetuò, altissimo concedente, penes vestros filios, & descendentes ex eis in infinitum, volumus, decernimus, atque mandamus, prædictas terras, castra, casalia, & annuos redditus, esse penes dictos vestros filios nepotem, & ex eis descendentes perpetuò, & in infinitum, successione tamen gradus, & lineæ, ac primogenituræ inter eos prærogatiua seruata, & vt Terra, Castra, feuda ipsa, & annui redditus, vllo vnquam tempore possint per dictos vestros filios, nepotem, aut ab eis descendentes in infinitum, aut eorum aliquem, modo aliquo donari, vendi, permutari, obligari, aut quocunq; alio modo in aliū transferri, aut submitti, nec concedi, nec super illis, vel ipsorum aliquo, seruitus imponi, in totum, vel in partem, perpetuò, vel ad tempus, sed penes ipsos sint successionis iure, ex præsentis nostri priui-

uilegij authoritate ex pacto, & prouidētia de uno in alium transitura, nec modo aliquo possint grauari, quacunq; dispositione, tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate, ex quauis causa vrgenti, & vrgentissima, etiam pro causa dotis constituendæ, vel restituendæ, etiam pro persona vtili, et omnia dictorum bonorum ab hostibus etiam infidelibus redimenda; nec ex quauis alia causa quantumuis fauorabili, verum vbi occurret casus pro dote constituenda, vel restituenda, nec possit aliunde prouideri, tunc, & eo casu, fructus dictarum terrarum, castrorum, & feudorum, ac reddituum percipiendi tamen infra duos annos, & non vltra, possint obligari, & si in dictis casibus dotis constituendæ, vel restituendæ, obligatio fieret, excedens summam, & valorem dictorum fructuū infra duos annos percipiendorū, in eo plurimo, quod obligatio ipsa, dictorum fructuum valorem excederet, sit nulla, nulliusque efficaciæ, roboris, & momenti, & si casu dicti vestri filij, vel ex eis aliquis, vel ex descendentibus in infinitum, vel eorum aliquis ad alienationem, permutationem, obligationem, aut submissionem, concessionem processerit, aut si in eis, & qualibet ipsarum alienatione, nostrum, seu nostrorum felicium hæredum, & successorum in Regno, vel nostrorum, & prædictorum felicium hæredum, Locatenentium, seu Vicegerentium, assensus, & consensus interueniret, talis concessio, vel alienatio, aut permutatio sint nullius roboris, & momenti, & liceat ei, qui ex præsentis nostri priuilegij dispositione in dictis terris, castris, casalibus, feudis, & redditibus dictis alienatis, ab intestato succederet, talem alienationem, permutationem, aut obligationem, vel concessionem, proprio iure, & authoritate illicò reuocare, itaq; nec alienatio ipsa, durante vita alienantis valeat, nec teneat, & vbi ille, qui esset immediatè successurus, non reuocaret, volumus per alios sequentes successores posse effectualiter reuocari, ita quod masculi, prædicto ordine, in bonis prædictis succedentes, & suo casu fœminæ vsque in infinitum, quamdiù vixerint, & possederint bona prædicta, sint, & intelligantur tantum durante eorum vita, vsufructuarij, & domini dictorum bonorū, eisque defunctis, ius eorum, quod habebant in bonis prædictis, sit, & intelligatur ipso iure, ipsoque facto deuolutū, & extinctum, & id immediatè successuro sit, & intelligatur acquisitum, & quoad prædicta, & ne bona ipsa alienari possint, censeantur bona ipsa nedum ex pacto, & prouidentia, licet & pro hæredibus quæsita, sed omni alio strictiori vinculo affecta; ita vt semper, & omninò sint inalienabilia, etiam quod successor, omissa inuētarij confectione, hæreditatem adierit, & prædicta seruari volumus, & mandamus, non obstante, quod dicta terræ, castra, casalia, & annui redditus sint alterius naturæ, tantum in prædictis omnibus, dictarum terrarum, castrorum, feudorum, & annuorum redditūum qualitatem, & naturam mutantes; Constitutionibus, & Capitulis Regni, ac feudalis iuris dispositionibus, & alijs quibuscunque, quatenus præmissis contrariarentur, non obstantibus quoquo modo; in alijs tamen omnibus, vltra præmissa, dicta bona, & feuda suam pristinam retineant naturam; itaq; quoad superiùs expressa tantum, & non in alijs, dictorum feudorum natura alterata, & mutata intelligatur. Illustriss. propterea Philippo Austriarum, & Gerunde Principi, filio primogenito, nepotiq; nostro charissimo, ac in omnibus Regnis, & Dominijs nostris, Deo propitio, immediato hæredi, & legitimo successori, intentum aperientes nostrum, sub paterna, auitæq; benedictionis obtemptum dicimus, eūq; rogamus Illustribus, Spectabilibus, & Magnificis huius nostri Regni præsentis ViceRegi, Locumtenenti, & Capitaneo nostro Generali, Magno Camerario, Prothonotario, Magistro Iustitiario, eorumq; Locatenentibus, Sacro Consilio Sanctæ Claræ, & eius Præsidenti, Præsidentibus, & Rationalibus Cameræ nostræ Summariæ, Regenti, & Iudicibus Magnæ Curiæ Vicariæ, Scribæ portionū,

Theſaurario generali, ſeù officia prædicta Regentibus, cæteriſq; demum vniuerſis, & ſingulis Tribunalibus, Officialibus, & ſubditis noſtris maioribus, & minoribus, quocunq; titulo nuncupatis, titulo, authoritate, poteſtate, & iuriſdictione fungentibus præſentibus, & futuris, dicimus, & diſtrictè præcipiendo, mãdamus, quatenus, ſeruata forma omniũ, & ſingulorum contentorum in præſenti noſtro priuilegio, illam, prędictis magnificis Cicco, & Beatrici coniugibus, in omnibus, & per omnia obſeruetis, & exequamini, ac obſeruari, & exequi faciatis per quos decet, omni dubio, difficultate, & contradictione ceſſantibus, & contrarium nullatenus tentari, aut tentaturi permiſſuri, ratione aliqua, ſiue cauſa, pro quanto gratiam noſtram caram habent, ac pœnam ducatorum auri duorum mille cupiunt euitari, in cuius rei teſtimoniũ præſentes fieri iuſſimus, noſtro magno, negotiorum Siciliæ citra pharum Regni; ſigillo impendenti munitum datum in Caſtro nouo Neap. die 22. menſis Martij, anno à Natiuitate Domini noſtri 1536. Imperij noſtri XVI. Regnorum autem noſtrorum XXII. Aregonum, vtriuſq; Siciliæ, Hieruſalem, et aliorum XXI. Regis verò omnium XXI. To el Rey. Teq.' Protbonotario, & Magnifico Camerario. Vidit de Colle Reg. Vid. Figueroa Reg. Vid. Mayranus Reg. Vid. Alphonſus Sanchez Generalis Theſaurarius. Hieronym. Locumtenens. Nil ſoluit, quia ViceProtbonotarius, & Præſidens, Salt.ius pro taxatore. Sacra, & Catholica Maieſtas mandauit mihi Berardino Martirano; In Priuileg. 4. f.167. Io. Monetratus p.p.to Die 12. Ian. 1591. Neap. pñtata per magnif. Horatiũ Troctam procuratorem, cum poteſtate relaxandi copiam, etc.

S V M M A R I V M.

1 *Remedij retinendæ poſſeſſionis ex interdicto uti poſſidetis vis, & effectus.*

2 *Interdictum retinendæ poſſeſſionis exigit ſpecialem probationem præſentis poſſeſſionis.*

3 *Interdictum retinendæ, cum poſſeſſorio ſummario in probatione præſentis poſſeſſionis, exęquantur, & n. 4.*

5 *Poſſeſſio rerum incorporalium amittitur ex negligentia non vtendo per biennium.*

6 *Poſſeſſionis retinendæ animum, ex obliuione, quis habere deſinit.*

7 *Poſſeſſio ex curſu decennij amittitur.*

8 *Poſſeſſio amittitur ex rei peremptione, & quaſi.*

9 *Molendini reficiendi ius, ex quibus amittatur, & cautela, ex qua conſeruetur, n. 10. & 15.*

11 *Pedagia Pontis amittuntur deſtructo ponte.*

12 *Flumina, & eorum vſus de iure gentiũ publica.*

13 *Flumina de iure Regni inter regalia reputantur.*

14 *Molendinum in Regno non fit ſine cõceſſione Regis, vel Baronis.*

16 *Ius ducendi aquam pro molendino ex priuilegio amittitur ex curſu decem, vel vinti annorum.*

17 *Dominium aquarum acquiritur ex cõceſſione Caſtri ſpeciali, cum quis, aquarumq; decurſibus.*

18 *Aqua ipſius eſt, in cuius territorio naſcitur, & ea quis vti non poteſt contra voluntatem Domini.*

19 *Damnum infertur, cum quis vult vti aqua contra voluntatem Domini.*

20 *Vaſſallis plurima tribuuntur, quæ extraneis denegantur.*

21 *Aquæ dominium quæritur per ſolam inueſtituram, uacante poſſeſſione feudi.*

22 *Inueſtitura feudi parat Domino inueſtita interdicta poſſeſſoria.*

23 *Molendino deſtructo extinguitur titulus molendini.*

24 *Superficie diruta, ſi reficiatur, cenſetur nouum ædificium.*

25 *Interdictum, quod datur ad rem reficiendam non conceditur ei, qui iure, uel dominio caret, & n. 26.*

27 *Aedificium funditus deſtructum, ſi reficiatur nouum cenſetur.*

28 *Fortellitium, quod non poteſt fieri ſine li-*

[tibi] licentia Regis, si destruatur, refieri nō potest sine illius permissu.

ARGVMENTVM.

De vi, & effectu interdicti retinēdæ possessionis, quæ habeat docere, vt quis obtineat, & in quo conueniat cum possessorio summario. De possessione rerum incorporalium, an ex cursu tēporis, ex rei peremptione, & extinctione tituli amittatur: plura de molendinis, eorumq; refectione; de fluminibus, & aquis, aquarumq; decursibus, & pedagijs.

Pro Sereniss. Ranuccio Farnesio Duce Parmæ.

CONTROVERSIA LII.

MOlendinum clandestinè factum annis elapsis à Monacis Carthusianis, iustè deuastatum, nec posse de nouo fieri, & iustissimè reformandum decretum, latum contra Sereniss. Ducem Parmæ, contra quem, nedum lite pendente super constructione noui molendini, nihil fore innouandum; quinimmò etiam in proprietate non competere amplius aduersarijs, prætensum ius reficiendi molendinum, ex subscriptis luce clarius patebit.

Er primò presuppono ex serie libel-
li ipsius Monasterij, & contextu ver-
borum, non esse dubitandum quin re-
medium retinendæ possessionis ex in-
terdicto vti possidetis, fuerit intenta-
1 tum; in hoc enim ipsius vis, & effectus
consistit, vt aduersarius à molestatio-
ne desistat in præsenti, & in futurum,
Bart in l 1. §. hoc interdictum, num. 5. ff. uti posfid. cum alijs per Ruyn. consil. 164. num. 14. & cons. 165. num. 1. uolum. 5. Menoch. de retinend. possess. in prælud.

Vt autem quis obtineat in hoc in-
2 terdicto, necessariò debet probare
possessionem tempore litis contesta-
tæ, aliàs omninò succumbit, *§. sed ho-
die instit. de inter. DD. omnes in l. 1. C. uti posfid. in cap. licet. causam, de probat.* adeò vt regula *text. in l. siue possidetis, C. de probat.* vt ex præterito possessio præsumatur in præsenti, non habeat locum in hoc interdicto vti possidetis, quia omninò requiritur specialis probatio præsentis possessionis, *l. 1. §. 1. ff. utrobi*, alias aduersarius est absoluendus, vti actore non probante extrema necessaria ad suam intentionem, vt formaliter tradit *Gratus cons. 50. num. 22. uersic. itaq; præmitto, & num. 43. lib. 1.* & sic
etiam pariter in alio possessorio sum-
mario, quod alij summarijssimum ap-
3 pellant, nemo potest obtinere, nisi
probauerit possessionem de præsen-
ti; hoc enim possessorium summarijssimum, licet aliquantulum distet ab interdicto ordinario retinēdæ possessionis; tamen in hoc omninò exæquantur, vt per *Ioann. Fabr. Castrens. Curt. sen. Paris. Gratum, Dom. meum Capyc. Aufrer. Masuer. Rebuff.* & alios congestos per *Couarr. cap. 1. pract. qq.* post initium, & iterum *num. 3. uers. secundò cauere debet*: impossibile enim est
4 obtinere in vtroq; ex prædictis posses-
sorijs, tàm ordinario scilicet, quam sūmario, quod aliter *interim* nuncupatur, nisi de præsenti possessione doceatur, vt præter congestos per *Couarr.* tradunt *Franc. de Curte iun. in l. admonendi, num. 302. ff. de iureiur. Cagnol. in l. in pari, num. 6. & 7. ff. de reg. iur. Plot. in l. si quando, num. 106. C. unde ui.* cum igitur Monasterium in suo libello exposuerit velle reficere quodam molēdinum dirutum, prope alia duo molendina eiusdem Monasterij, de quo molendino diruto notoriè constat, nō adesse hominum memoriam; ex hac eius assertione, & confessione apparet, Monasterium non possidere de presenti, imò à possessione, si qua fuit, quam

quam tamen verè nunquam habuit à tempore dirutionis, & sic immemorabili, cecidisse; vnde omninò succūbere debuit, & debet in hoc iudicio, ex quo, nedum non probauit, se nunc possidere, sed ex propria confessione, & facti notorietate, de contrario constat: vera est enim iuris propositio, possessionem rerum corporalium
5 omninò amitti propter negligentiam non vtendi, in quo licet pleriq; DD. dixerint, requiri longum tempus, spatium, scilicet decem annorum, vt ex eo verisimiliter præsumatur obliuio, per quam possessionis amissio inducatur, secuti *gloss fin. in l. licet, C. de acquirend. possess.* quos referunt *Socc. Sen. consil.* 38. *uers. nam per decennium, lib. 1. Gozadin. consil* 9. *num.* 35. tamen alij multi voluerunt, temporis huius diffinitionem remittendam arbitrio Iudicis, qui arbitrari debet, negligentiam biennij sufficere ad amittendam possessionem; quia olim biennio etiā dominium amittebatur, argumento *l. 1. C. de vsucap. transform.* vt auctoritate *Innocent. in cap. querelam, de elect. & Bald in l. 1. n. 43. de seruit. & aqua,* tradunt *Castr. Imol. & Roman. in l. si de eo, §. si fortè, ff. de acquir. possess.* cum alijs per *Crauett. consil.* 241. *col. vltima:* ex obliuione enim, quæ ex tempore
6 inducitur, quis animum retinendæ possessionis habere desinit, *l. furtum, §. 1. ff. de vsucapion.* & per negligentiā quis respuit rei possessionem, quod facilè accidit, *l. si quis vi, §. differentia, ff. de acquirend. possession.* vt formaliter inquit *gloss.* per illum *tex. in §. quod autem, institut. de usucap.* Et quamuis prima opinio, vt ad amis-
7 sionem possessionis requiratur cursus decem annorum, videatur aliquibus magis communis, vt patet ex cōgestis per *Tiraq. de præscription. §. 1. gloss. 4. ante finem, uers. sed multò plures, & Menoch. de arbitrar. lib. 2. centur. 1. casu* 24. *&* 26. tamen dicta conclusio limitatur pluribus modis, inter quos præcipuus est, cum talis sit negligentia, ex qua res pereat, vel etiam quasi pereat; tunc enim etiam ciuilis possessio, quæ animo retinetur, amittitur ex sola negligentia, quæ ex rei perem-
8 ptione colligitur, nullo alio lapsu tēporis expectato, ita *Bart. in d. l. si de eo, §. si fortè, num.* 4. *uers. quandoque quis negligit,* vbi eum sequūtur *Castr. Imola, Roman.* & latius *Alexand. num.* 4. 5. *&* 7. *uers. limitatur & secundo.* diruta enim domo, vel molendino (quæ certum est æquiparari; cum omnia ex diuersis corporibus construi constet, secundum *Ripam in l. quominus, num.* 126 *ff. de usucapione*) eo ipso possessor desinit possidere domum, vel molendinū, & omnia ex quibus domus, vel molendinum cōstabat, *l. eum qui ades,* vbi omnes DD. præsertim *Imola n.* 3. *ff. de usucap.* si igitur sufficit, quod res quasi pereat, vt possessio amittatur, nec aliquis vltra requiritur cursus tēporis, quantò fortiùs in casu nostro, Monasterium amisit possessionē huius molendini? nedum pęnitùs à fundamentis diruti ab immemorabili tēpore, itaut nec vestigia aliqua supersint; quinimmò adfuisse molendinum aliquod, etiam vltra ducētum annos, nō aliter constat, quàm ex sola aduersariorum assertione: pręterea dato (citra tamen veritatis præiudicium) aliquando hoc tertium molendinū fuisse à Monasterio possessum; nihilominus ex subscriptis apparebit, nedum possessionem, sed etiam ius ipsum reficiendi pænitus ammissum fuisse, & sic Serenissimum Ducem etiam in causa pprietatis, si de illa hodie ageretur, obtinere debere.

Quod primò probatur ex doctrinā *Bart. in l. quominus, q.* 15. *num.* 29. *uers. nunc ad quæstionem propositam, ff. de flum.* vbi decidit, eum, qui habuit mo-
9 lendinum in flumine publico, molendino destructo, amittere ius reficiendi molendinum, seu alteri præferendi, duobus concurrentibus: primò, quod ædificium sit in totum dirutum, ita quod aqua receperit primum suum cur-

cursum: secundò, quod tanto tempore differat quis reficere ædificium, q illam possessionem ducendi aquam videatur dereliquisse, & ita dicit probari in *l. fin. ff. de usucap.* dicens sufficere si per annum, aquam in suo naturali cursu labi permiserit, aut etiam si prior æstas transierit, argumento *l. 1. in princ. & §. ait enim Prætor, ff. de aqua quotid. & æstiu. & l. 1. ff. de fonte, & Bart.* sequuntur in *dict. l. quominus, Ias. num. 97. Ripa num. 103.* qui testantur de communi, & idem *Angel. Imol. Cuman. & Castrens. in d. l. fi. ff. de usucap.*
10 qui amplius addunt cautelam, vt dominus molendini diruti protestetur publico instrumento, quod intendit locũ molendini, & cursum aquæ possidere, & circundet locũ palis ligneis; sic enim non censebitur habere locũ pro derelicto, & saltim ex palis affixis conseruabit ius suum, alioquin omninò censebitur amisisse ius reficiendi molendinum, & sequitur *Cepoll. cautela 327. Ripa in dict. l. quominus, n. 109.* & plura optimè in proposito, tradit *Franc. de Curte sen. consf. 26. Surd. consil. 127. num. 80. lib. 1.* sicut etiam destructo Castro, Ponte, Monasterio, & alijs amittuntur iura Castri, Mona-
11 sterij, & pedagia Pontis, vt per *Ripam* latè vbi sup. *num. 105.* & prædicta sequuntur *pract. Pap. in forma libelli, in actione confess. pro seruit. in uerb. seruitus aqueductus, n. 10. Menoch.* post *Conna. & alios de retinend. possess. remed. 6. numer. 149. Vrsill. ad Afflict. dec. 388. n. 6. & dec. 392. num. 4.* vbi latè *Rum. consil. 45. col. 3. uers. secundò pro hoc adduco, uolum. 4.*

Nec obstat si dicatur, quod *Bart. in d. l. quominus, q. 15.* loquitur in molendino constructo in flumine publico, in quo consideratur ius præoccupationis, & ideò psupponit, post destructũ molẽdinũ, alterũ præoccupasse aquã, quod secus est in casu nostro, vbi molendinum prætenditur fuisse constructum ex priuilegio Regis, nec aquã fuit ab altero post diruptionem molendini præoccupata, & sic *Bart.* loquitur in casu diuerso; dicimus enim *Bart.* sic scripsisse, gratia exempli, vt loqueretur de molendino licitè facto, vel acquisito de iure communi, quo iure attento, quilibet potest facere molendinum in flumine publico non nauigabili, & vti illius aqua, absque tamen vicinorum iniuria in iure quæ-
12 sito authoritate iurisgẽtium, quo iure flumina, & eorum vsus sunt publica, *l. riparum, ff. de rer. diuis.* & declarat idem *Bart. in dict. l. quominus, quæst. 2. num. 5.* cum alijs per *Alex. consil. 194.* cõsideratis *lib. 2.* quod secus est de iure Regni, vbi flumina publica, & om-
13 nes aquæ in publico solo orientes, vt propriè est aqua, de qua nos agimus, sunt Regis, & successiuè ex priuilegijs, vetusta consuetudine sunt Baronum, etiam ex concessione regalium, sub quibus aquæ comprehenduntur, vt vltra tradita per *Isern. & Afflict. in §. flumina, quæ sunt regal.* scribit etiam *Bart. in rubric. ff. vt in flum. publ. nauig. liceat*, & latè per *Loffred. consf. 13. n. 11. D. Capyc. in inuest. in verb. fluminibus*, qui in specie dicit, idem esse in aquis fontium, & riuorum publicorum, præcisè in materia molendinorum, quia dicta de fluminibus habent locum, & in fontibus, & riuis publicis, cum DD. promiscuè his nominibus vtantur, vt per eundem *D. Capyc. in verb. fontibus, riuis, &c. verb. in generali autẽ, & Præs. de Franch. decis. 183. in fin.* & sic paria sunt accipere aquam ad vsum molendini de flumine publico de iure communi, iure præoccupationis, quod de
14 iure Regni vti aqua fluminis, fontis, aut riui publici, ad vsum molendini ex concessione Regis, vel Baronis, sine quorum licentia hæc in Regno fieri non possunt, vt vltra *Loffred. & Dom. Capyc.* tradit latè *Præs. de Franch. dict. decis. 183. per totum*, sicut igitur de iu-
15 re communi, diruto molendino constructo de aqua publica, & aqua ab altero præoccupata, ammittitur ius reficiendi molendinum, concurrentibus duo-

duobus requisitis per *Bart.* vbi supra, sic pariter in Regno, molendino constructo de aqua fluminis, vel fontis publici, de Regis licentia, si molendinum postea destruatur, ammittitur ius illud reficiendi, concurrentibus requisitis à *Bart.* quæ hic certum est cõcurrere, nec alia aquæ præoccupatio requiritur; nam præoccupatio præsupponit aquam esse in nullius dominio, vt verè sunt aquæ fluminum publicorũ de iure communi, § *fluminum*, § *riparum*, iuncto §. *litorum instit. de rer. diuis.* & notat *Bart. in d. l. quominus*, *q.* 5. & 15. quod secus est in Regno, vbi omnes aquæ sunt Regis, & successiuè Baronũ ex prædictis: quinimò vt omnis tollatur scrupulus, dicitur, quod *Bart. in dict. quæst.* 15. *in sua dist.* tradit
16 etiam casum in eo, qui habet ius ducendi aquam pro molendino ex priuilegio, vel antiqua consuetudine, quam aliàs ducere non liceret, quod ipse appellat ius comperens per modum iuris debiti, quod dicit transire in proprium, & tamen dicit hoc ius non vtendo ammitti spatio decem, vel viginti annorum, vt per eum *n.* 26. *vers. primum scilicet aquam*; extincto igitur in damnũ Monasterij hoc prætenso iure reficiendi hoc tertium molendinum, nedum per lapsum anni, sed annorum ducentum, & vltra, & facta concessione ciuitatis Castri Maris Serenissimo Duci in anno . . . in specie cum aquis, aquarumq; decursibus, molẽdinis factis, & faciẽdis, est
17 acquisitum Duci dominium omniũ aquarum in territorio sistentium, vt tradunt *Boer. decis.* 125. *col. vlt. vers. & prædictam communem, & dec.* 352. *n.* 4. & 5. *D. de Anna sing.* 35. *D. de Ponte* accuratè *cons.* 97. *num.* 1. & maximè istius aquæ, de qua agimus, cuius caput scilicet vbi illa oritur, est proprius locus sub dominio Ducis, quo casu
18 propria aqua ipsius esse dicitur, in cuius territorio nascitur, & propterea nemo ipsa aqua vti potest contra ipsius domini voluntatem, *l. si quis diuturno*, § 1. *ff. si seruit. vindic.* plura *Loffred. d. cons.* 13. *num.* 11. *in fin. vers. quod*
19 *fulcitur, & num.* 13. in quo damnum maximum domino inferri dicitur, cũ alter contra ipsius volunratem vult vti eius aqua, argumento *l. fin. ff. de vsu, & habit.* quam Dux obtinuit ex satis oneroso titulo emptionis ciuitatis prædictæ, qua præsertim ratione testatur *Præs. de Franch.* ita passim, & pluries decisum in S. C. pro Baronibus, etiam contra proprios vassallos
20 in *d. decis.* 183. *num.* 16. quibus tamen vassallis plurima tribuuntur in eorum terris, quæ extraneis denegantur, vt per *Frecc. lib.* 2. *auth.* 46. *de subfeud.* & tradit *Dom. de Ponte d. suo cons.* 96. *n.* 4. & nedum dominium acquisiuit Serenissimus Dux, sed possessionem istius aquæ eo tempore, quo notorium est, quod huius tertij molendini non supererant signa, nec vestigia aliqua, &
21 sic æquè dominium, & possessio liberè, quoad hoc tertium molendinũ fuit illi quæsita, arg. *l. loci corpus*, §. *si cõpetit, ff. si seruit. vendic.* vacãte possessione generali ipsius feudi, quo ca-
22 su absq; dubio per solam inuestiturã acquisiuit possessionem, quæ parauit Duci inuestito interdicta possessoria, vt per *Isern. in cap.* 1. *quid sit inuestitura, & Afflict. decis.* 299. *n.* 29. vbi *Vrsill. in princ.* quam etiam possessionẽ acquisiuit, & hodie retinet, etiam sub vniuersali possessione aliarum rerum, & iurium sibi concessorum in venditione Castrimaris, licet non ostenderet specialiter hanc aquam possedisse, ex doctrina *Bart. in l.* 1. §. *hoc interdicto, num.* 1. *ff. de itin. act. priuat. cum alijs per Crauett. de antiqu. temp. part.* 4. *numer.* 58. & *seq.* præterea, tametsi Monasterium haberet titulum huius tertij molendini ex Regis concessione,
23 tamen destructo molendino, titulus extinguitur; intelligitur enim priuilegium, & concessio durare quantum manet primum ædificium, quo diruto, non licet concessionario nouum molendinum ædificare, vt ex regula *l. bo-*

l.boues, §. *hoc ſermone*, *ff. de verb. ſignifi.* & alijs multis, probat latè *Afflict.* in caſu conceſſionis factæ per Regem Ferdinandum I. de turri cum fano in portu ciuitatis Neapolis, vbi, ita deciſum teſtatur per S. C. concordi omniũ voto, quamuis in eo caſu remanſiſſent fundamenta inferiora, ædificij *in deciſ. 392. in 1. dub. à num. 4. ad 15.* probar enim *num. 12.* non eſſe in conſideratione fundamenta, ſed dumtaxat ſu-
24 perficiem, qua diruta, ſi reficiatur, nonum cenſeri ædificium, *l. ſolum, ff. de contrah. empt.* quod melius probatur in *l. 1. §. opus nouum, ff. de oper. nou. nũciat.* quam deciſionẽ latè ibi exornat *Vrſill.* qui amplius *num. 4.* loquitur in ſpecie de molendino, & applicat tradita per *Bart. in d. l. quominus, queſt. 15.* & reſpondet ad obiecta, & idem in molendino, tradit tàm reſpectu poſſeſſionis, quàm etiam dominij, *Loffred.* omninò videndus *d. conſ. 13. num. 20.*
25 *& ſeq.* dicens interdictum, quod datur ad rem reficiẽdam, habere admixtam cauſam proprietatis, & propriè non concedi ei, qui iure, ſeu dominio caret, *l. final. ff. de riuis.* Quinimò qui hoc interdicto vtitur, duas res debet docere, & hoc anno ſe vſum, & ei ſeruitutem compete-
26 te, cœterum ſi deſit alterutrum, deficit interdictum, nec immeritò verba ſunt I. C. loquentis in terminis in interdicto ad rem reficiendam in *l. 3. verſ. itaque qui hoc, ff. de itin act. priu.* qui paulò poſt ſubdit, *enimuerò qui vult reficere, aliquid noui facit, neq; debet ei permitti id moliri in alieno, niſi verò habeat ſeruitutem*, & alia verba adijcit optima, qui *textus* ſolus determinat hanc cauſam. Quæ deciſio optimè tandem comprobatur ex communi theorica, & diſtinctione *Bartol. & Doctor. in l. 1. §. ſi quis ædificium. & in l. de pupillo, §. ſi quis riuos, ff. de oper. noui nunciat.* vt quando
27 vetus ædificium funditus ſit deſtructum, rectè poſſit reficienti nunciari opus nouum, quia nouum ædificium cenſetur, quamuis fundamenta ſupereſſent, licet aliud ſit, ſi vetus ædificiũ iam adhuc manens fulciatur, ex quo inferr *Iaſ. in d. §. ſi quis ædificium, num. 3. et 6.* quod fortellitium, quod non poteſt fieri ſine licentia Regis, ſi deſtruatur; nec etiam poterit refici abſque illius permiſſu, & ſic etiam in qualibet alia re, vel diſpoſitione, in qua Regis aſſenſus requiritur, quod idem repetit *in l. ius ciuile, ff. de iuſtit. et iure*, de quo etiam plura per *Boer. dec. 44. num. 5.*

Ex quibus, omninò ædificium iuſtè deſtructum, vel per interdictum noui operis, iuxtà *l. prætor ait, in princip. et §. 1. ff. de noui oper. nunciat.* vel ſaltim per interdictum, *quod vi, aut clam factum eſt, reſtit.* (quod etiam ad iam facta opera extenditur, *l. 1. in princip. & §. 1. ff. eodem tit.*) non erit de nouo conſtruendum.

Deciſio haberut in calce ſequentis Cõtrouerſiæ.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſorium ordinarium intentatum, dicitur, cum quis petit aduerſarium à turbatione deſiſtere, retinendæ ſcilicet attentis verbis, vel ẽt quandocunque recuperãda poſſeſſionis, attẽto effectu, cum petit in priſtinum reponi, & n. 2.*

3 *Poſſeſſionis autem probatio eſt baſis, & fundamentum vtriuſq; ex prædictis interdictis poſſeſſorijs, & n. 4. & 5.*

6 *Aſſiſtentia iuris in fauorem vnius ex litigantibus, & reſiſtentia contra alterum prodeſt, vt quis interdum, donec lis ordinetur, in poſſeſſione conſeruetur.*

7 *Terminus probationis neceſſarius eſt in huiuſmodi interdictis, vbi de poſſeſſione non conſtat.*

8 *Titulus eſt neceſſarius priuato prætendenti habere regalia intra fines feudi alterius vaſſalli, & poſſeſſio interdum ſine titulo nihil operatur, num. 46.*

Præ-

9 *Præscriptioni innixus aduersus vtilē dominum feudi, qui habet concessionem Principis, dicitur habere iuris resistentiam.*

10 *Titulus est valde vtilis, vt quis obtineat in interdicto retinendæ.*

11 *Notorium facti, releuat ab onere probandi.*

12 *Dominium, & possessio aquæ deducitur ex eo, quod quis possideat locum, vnde caput aquæ oritur, & discurrit.*

13 *Titulus ad colorandam possessionem, debet esse iustus, non autem discoloratus.*

14 *Ius aquæ ducendæ ad vsum molendi acquiritur expressa concessione, & præscriptione.*

15 *Dominium non probatur ex titulo, nisi probetur, quod author sit dominus etiā in Ecclesia, num. 18. limita in concessione facta à Principe, num. 21. & 33. Et qualiter probetur dominium authoris, num. 17.*

16 *Dominium non probatur per instrumenta.*

19 *Scripturam præsentans penes acta, si monitus non exhibeat originalem, quā retinuit, præsumitur falsa.*

20 *Assensus non probat contractum, nec priuilegium probat instrumentum, quamuis sint inserta.*

22 *Dominium in antiquis, qualiter probetur ex instrumentis, & num. 32.*

23 *Transumptum factum à Notario, qui non dicit se interfuisse in rogatu, non probat, & quæ probatio requiratur, vt fidem faciat, num. 24.*

25 *Instrumenti exemplatio qualiter præsumi debeat solennis ob temporis antiquitatem.*

26 *Verba enunciatiua solennitatis necessariæ in exemplo instrumenti, quando faciant illud præsumi solenniter celebratum.*

27 *Solennitates vbi deficiunt, cessat præsumptio insurgens ex antiquitate.*

28 *Antiquitati non debet tanta vis tribui, vt omnia solennia suppleat, præsertim, cum non apparet authorem instrumenti originalis fuisse tabellionem, & num. 29.*

30 *Trāsumpti solennitates necessariæ, tam iure communi, quàm iure Regni.*

31 *In priuilegijs sunt item necessaria solennitates in ipsis exemplandis.*

34 *Clausula*, cum iuribus spectantibus, & pertinentibus, *restringit præcedentia, importat conditionem, & resoluitur in relatiuum.*

35 *Relatiuum restringit, & maximè quia subintelligitur clausula*, si quæ, vel si qua sunt, *de cuius effectu de iure communi, et ex Pragmatica Caroli V. ibid.*

36 *Territoria, et loca intra fines feudi, præsumi ad feudum spectare quidam intelligunt, quoad iurisdictionem tantum.*

37 *Feudum habens membra in territorio diuersorum feudorum, non habet certos fines, nec ambitum.*

38 *Titulus vitiosus non prodest ad manutenendum, et num. 45. Et dicitur vitiosus, si contractus fit de parte, et assensus de toto, vel vniuerso, maximè vbi uiuitur iure Francorum, n. 39.*

40 *Ius Francorum in successione feudorum præsumitur in Regno.*

41 *Diuisio feudi non præsumitur in Regno, maximè, stante Pragmatica vulgo dicta, nouem capitum.*

43 *Assensus diuersus à contractu vitiatur.*

44 *Indefinita in feudis æquiparantur vniuersali.*

47 *Præscriptio vsus aquæ ad molendum, non extenditur vltra necessitatem, nec de re ad rem, aut de casu ad casum, num. 81.*

48 L. ex meo, 24. ff. seruit. rustic. præd. & l. 1. §. illud labeo, ff. de aqua quotid. & æstiu. *quę videbantur aduersari in hac specie extendendi vsum aquæ iure seruitutis, quęsitum conciliantur, & num. 49. 50. 51. 52. & 53.* & glos. in dict. l. ex meo, *declaratur, n. 63.* & text. in dict. §. labeo, *declaratur, numer. 66. 71. & 72.*

54 *Aqua iam ingressa fundum meum, vtrum de ea possim disponere, vel illam efficcare ad præiudicium inferioris, num. 55. 56. & 57.*

In

58 *In Aquaeductibus duo praecipuè conſiderantur, locus vnde aqua oritur, & loca vnde decurrit, ex* Bald.
59 *Aluei, & meatus publici, ſunt illius, cuius locus publicus eſt.*
60 *Seruitutem habens aquaeductus, non poteſt mutare curſum aquae per alium modum, num. 61. & 62.*
64 *Intereſſe voluntatis eſt conſiderabile.*
65 *Dominus aquae ſi altus habet ſeruitutem, & vſum aquae ad certum ſeruitium, poteſt ſalua ſeruitute debita, uti aqua, tanquam ſua, quinimò & alteri concedere, num. 66.*
67 *Seruitus aquaeductus ſi mihi competat, vetor aquam cum alia immiſcere, neque alium molendinum conſtruere ob aquarum copiam, num. 69.*
68 *Dictio,* et, *ponitur inter diuerſa.*
70 *Dominus ratione dominij gaudet praerogatiua erga alios.*
73 *Limitata cauſa in re, limitata cenſeri debet in tempore,* l. non modum, ff. *ampliatur.*
75 Dec. *refellitur* conſil. 243. à Ruyn. *conſulente in eadem cauſa, teſte* Menoch.
79 *Aquae uſus, utrum extēdi poſſit ad aliud molendinum, diſtinguitur per* Annam. ſenior. *& ita pluries deciſum per Regiam Cameram, num. 78. & de ratione, num. 79.*
77 *Opinio diſtingens eſt ſequenda.*
80 *Rei ſuae, ad ipſum liberè pertinentis, unuſquiſque eſt moderator, & non aliter.*
82 *Actus noſtri uoluntarij, qui ex aliquo facto arguuntur, reſtringuntur ad limites ipſius facti.*

ARGVMENTVM.

Terminus probatorius neceſſarius in interdictis retinendae, & recuperandae poſſeſſionis, niſi ius vnum foueat, & alteri reſiſtat, vel ſimus in notorio. Titulus valde vtilis, imò interdum neceſſarius, vt quis obtineat in iſtis poſſeſſorijs, praeſertim ſi praetendantur regalia intra fines alterius feudi, & quod non debeat eſſe vitioſus, nec diſcoloratus. De iure aquae ducendae, ad vſum molendini, ex conceſſione, vel praeſcriptione; & maximo diſcrimine inter iſtos modos, cum acquiſita ex praeſcriptione extendi nequeant, & in ſpecie De ſeruitute aquaeductus reſtringēda, ad cauſam, & finem deſtinatum explicatae, & conciliatae plures leges, in materia de legitima probatione dominij, etiam ex titulo authoris, & quando probetur per inſtrumenta, ſaltim in antiquis. De iuribus antiquitatis circa probationes, & praerogatiua, ratione dominij: De tranſumpto inſtrumentorum, & priuilegiorum exemplatione, & ſolennitate neceſſaria: Aſſenſus non probat contractum, & ſi eſt ab ipſo diſformis, & alia.

Pro eodē Sereniſs. Ranuccio Farneſio Duce Parmae.

CONTROVERSIA LIII.

VT euidenter appareat notoria iuſtitia Sereniſſimi Ducis Parmae, & omninò reformandum decretum domi latum, & poſtea, inaudito Duce, cōfirmatū per S. C. in fauorem Monachorum Carthuſienſium, illud in primis repetere expedit, iudicium intentatum à Monachis de anno 603. exponentibus, quod dum reficere intendebant quondam eorum molendinū, ſitum iuxtà alia molendina fuerūt impediti in fabricādo, petierunt propterea declarari, quod Dux deſiſtat à turbatione, & via facti non moleſtet, nec vllum impedimentum afferat Mona-
1 ſterio; eſſe hoc iudicium abſq; dubio poſſeſſorium ordinarium intentatum, *cap. inter dilectos, de fide inſtrum.* vel recuperandae poſſeſſionis, attento effectu, dum fatentur molendinum dirutum

tum, petendo permitti illius refectio-
nem,& sic in pristinum statum reponi,
§.recuperandæ, instit. de interdict. l. 1. §.
deijcitur, ff. de ui, & ui arm. vel saltim
2 retinendæ possessionis, attentis ver-
bis, dum in eo concluditur, quod ad-
uersarius à molestia,& turbatione illa-
ta in fabrica molendini desistat, iuxtà
notata per *Bart. Abb. Felyn. Socc. Beroü,*
Angel. Aret. Dec. Socc. iun. & alios con-
gestos per *Menoch. de retin. possess. re-*
med. 3. quæst. 58. num. 455. Couarr. cap.
17. pract.

In vtroq; autem hoc interdicto, ba-
sis, & fundamentum ipsius est proba-
3 tio possessionis, quam constat, absque
termino, & probationibus fieri non
posse, siquidem in interdicto recupe-
randæ, hoc est absolutum, vt omnimo-
4 do vtens hoc interdicto, doceat se
possedisse, & à possessione cecidisse,
nec aliter possibile est agentem obti-
nere, quia priuatio præsupponit habi-
tum præcessisse, vt respondit *Corn. cõ-*
sil. 8. num. 2. lib. 1. & cons. 117. num. 7.
lib. 4. Menoch. in prælud. de recuper. In
5 altero retinendæ in prioribus scriptis
impressis satis fundaui, opus esse do-
cere de possessione tempore litis mo-
tæ, vel præparatæ, nisi cum alteri ex li-
6 tigantibus, ius omninò assistat, aduer-
sario autẽ planè resistat, quo casu, pe-
tente illo, cui ius assistit, vt interim,
donec lis ordinetur, in possessione
conseruetur, solet dari terminus in
causa possessorij ordinarij, & interim
mandari, quod is in possessione ma-
nuteneatur, & hoc ex regula *cap. cum*
persona, de priuileg. in 6. vbi non est spe-
ciale in odium exemptionis, sed in
fauorem iuris communis,& in odium
præscriptionis, vt declarant *Ancharan.*
Gemin. Franch. & alij relati per *Do-*
min. de Ponte cons. 97. num. 20. post
Dominum Capye. decis. 13. 55. 77. 96.
189. & 209. Lanar. consil. 27. num. 8.
Cum autem in casu præsenti, hic or-
do minimè seruatus fuerit, sed nullo
termino impartito, nec testibus, aut
alijs probationibus receptis, qui ter-
7 minus necessarius est in hoc iudicio,
vbi de possessione non constat, vt per
Rebuff. in comment. ad consti. Gall. tom. 3.
de matern. possess. artic. 3. gloss. 1. Ferret.
cons. 95. n. 2. Menoch. de retin. remed. 3.
num. 448. sed ex abrupto fuerit cõces-
sus terminus decẽ dierum, & interim
(nec vlla præcedente Monachorũ in-
stantia circa prouisionem super pos-
sessorio summarijssimo, de quo nec
verbum quidem in processu, quod est
inauditum) decretũ fuerit, licere Mo-
nasterio perficere molendinum, aper-
tissimi iuris erit decretum prædictum
manifestum continere grauamen, &
proinde simpliciter esse terminum
concedendum. Eò maximè dum
Monachi ex chartulis productis,
nullum titulum validum, vel co-
loratum deduxerunt, vt infra, &
8 latiùs in nota facti, qui titulus est eis
necessarius, cum prætendunt habere
regalia intra fines feudi, alterius Do-
mini, seu Baronis, etiam in interdicto,
vti possidetis, vt tradit *Menoch. de*
retin. remed. 3. q. 73. n. 590. sed vti so-
9 læ præscriptioni innixis limitatæ quoad
vsum duorum molendinorum, mani-
festè ius eis repugnet, quod potissimè
assistit,& fauet Duci, habenti, vt Baro
titulum validum cum aquis, aquarũq;
decursibus, molendinis factis, & facien-
dis, quo casu ipso Duce petente, ex
dict. cap. cum persona, erat omninò in-
terim conseruandus in possessione
aquarum, & libertate amplioris serui-
tutis, præsertim, quia in interdicto re-
10 tinendæ etiam in pari causa obtinere
debet, qui iustum titulum ostendit,
Bart. in l. si duo, ff. uti possid. cuius pro-
ductio non dicitur in hoc possessorio
impertinens, latè *Menoch. de retinend.*
possess. remed. 3. numer. 733. & 735.
Potissimè, cum ex notorietate facti
11 permanentis, quod releuat ab one-
re probandi, iuxtà *gloss. in l. ciues, C. de*
appell. nedum constabat, Ducem esse
dominum, & possessorem loci, seu
montis, vbi caput aquæ oritur virida-
rij, aliorumq; locorum circum adia-
cen-

centium, & loci vbi profluit, & diſcurrit per cunicula ſub via publica vſque in locum Monaſterij, ex quibus domi-
12 nium, & poſſeſſio deducitur *l. 1. §. caput aquæ, ff. de aqua quotid. & æſtiu.* iuſtis his, quæ dicit *Bart. in l. quominus, q. 12. verſ. aut duco per fundum, ff. de fluminib.* sed ex relatione omnium ſeniũ Caſtrimaris, & incolarum loci ſatis liquebat, nunquam, hominũ memoria, adfuiſſe hoc tertium molendinũ, quod ex quibuſdam chartulis ab ipſomet Monaſterio productis ante decretum, apparebat ab annis circiter 230. duo ſola molendina adfuiſſe.

De chartulis autem ipſis à Monaſterio productis, ex quibus titulum, & dominium aquæ fundare prætendit, tunc erit agendum, cùm ſua iura proponet in petitorio, in quo Duci com-
13 petet defenſio, maximè, cum titulus, qui deducitur ad colorandam poſſeſſionẽ, debeat eſſe iuſtus, & legitimus, non autem diſcoloratus, vt tradit *Menoch. de retin. remed. 3. q. 73. num. 304.* & ex hoc ſolum circa ordinem, remanet articulus abſolutus: ſed ex abundanti, non ex neceſſitate victoriæ, vt liqueat etiam in petitorio, ſi illud hodie eſſet terminandum, Monaſterium debere ſuccumbere, cum ius ducendi
14 aquam ad vſum alicuius molendini, altero ex duobus modis quæratur, expreſſa. ſ. conceſſione ab eo, quem cõſtet eſſe dominum aquæ, vel tacita. ſ. præſcriptione, quæ ex poſſeſſione, & longæuo vſu quæritur, vt poſt *Veron. de ſeruit. ruſtic. præd. cap. 4. de aquaduct. num. 24. & 54. verſ. ſed dubitatio,* tradit *Menoch. de retin. poſſeſ. remed. 6. num. 12. verſ. ius autem,* neutro modo probabo, Monaſterio hoc ius competere poſſe ad vſum huius tertij molendini.

Vt primò igitur oſtendam ex ſcripturis exhibitis, nullum titulum, neque dominiũ aquarum poſſe à Monachis prætendi: in primis illud ſuppono in-
15 dubitatum, dominium non probari ex titulo, niſi probetur, quod author ſit dominus, quia non ſolum titulus, ſed authoris dominium probari oportet *l. cum res, C. de probat. l. ſi ſic, §. ſi mihi,* vbi *DD. ff. de legat. 1. Afflict. dec. 40. n. 3.* cum alijs per *Contard. in l. vnica, in 1. oppoſ. num. 17. C. ſi de moment. poſſeſ. & Maſcard. concluſ. 536. num. 2.* ſicut non
16 probari dominium per inſtrumenta, tradit *Angel. in l. officium, ff. de rei vend.* quod communiter recipi tradit *Curt. iun. conſ. 158. num. 1. & 22. Maſcard. concluſ. 541. Surd. deciſ. 260. numer. 11.*
17 adeò vt dominium authoris non probetur per famam, communẽ opinionem, nec per poſſeſſionẽ ipſius authoris, ſed debet probari per veras cauſas *Caſtr. Bellam. Socc. Ripa,* & alij citati per eundem *Maſcard.* qui refert *deciſ. Rot. Roman. concluſ. 537. num. 5.*
18 Hinc dicunt DD. quod ſi Eccleſia oſtendat inſtrumentum conceſſionis, ſibi factæ à Comite de iure, quod habet concedens in tali caſtro, nullus titulus transfertur, niſi probetur de iure concedentis, *Bart. in l. emptor fundi, ff. pro emptore, Felyn.* poſt *Innoc. & Card. in cap. de quarta, num. 26. de præſcript.* cum concordantibus per *Boer. dec. 42. num. 25.* & vt dicit *Bald. in cap. 1. in fin. de feud. guard.* in probando dominio, debent probari duo termini, & ambo veri, ſcilicet terminus referens, & terminus ad quem fit relatio, quia aliàs vbi nullum eſt ſubiectum, corruit relatiuum in caſu autem noſtro ſecunda ſcriptura, quam pro titulo producunt aduerſarij, qui eſt quidam aſſenſus Reginæ Ioannæ I. ſuper venditione facta à Comite Ludouico de Arco Comiti Iacobo Arcuccio, nedũ minimè pro-
19 bat, ſed omninò pro falſa eſt habenda, cum aduerſa pars exemplum in actis reliquerit, & authenticum ſibi ſumpſit, & deinde monita vt authenticum exhiberet, id facere recuſauit, vt eſt caſus *in l. fin. C. de fide inſtrumentor.*
20 Secundò, aſſenſus non probat contractum, quamuis in eo contractus tenor inſeratur, vt de inſtrumento inſerto in priuilegio Principis tradit in terminis *Crauett. de antiquit. temp. part. 1.*

Sixtaua datur limitatio, num. 19. versic. quid si in instrumento, quod esse generaliter verum, & decisum in S.C. restatur *Affict. decis.* 2 3. & *Surd.* latissimè *cons.* 413. *num.* 2. & 3. *lib.* 3. qui limitat *num.* 21. *et* 23. solum cum instrumentũ, quod refertur, pendet à voluntate referentis, & non aliter, quod non est in casu nostro.

Tertiò, tunc ex instrumento proba-
21 tur dominium, cum producitur priuilegium concessionis factæ à Principe supremo; tunc enim non est necesse probare, & producere aliud instrumẽtum, cum ipse Princeps habeat potestatem, & dominium transferendi, secus in concessione facta à priuato, *Angel. in dict. l. officium, num.* 2. cum alijs per *Gram. decis.* 59. *Boer. d. dec.* 42. *num.* 28. modo tamen Princeps donet, vel aliter in vim priuilegii concedat, secus si vendat, vel aliter contrahat, quia tũc est necessaria traditio ad dominij acquisitionẽ, vt ex *Isern. et Bald.* tradit *Bellug. in specul. rubr.* 22. §. 1. *n.* 8. & aliter id restringit *Mascard. cap.* 541. *numer.* 9. *et* 11. *conclus.* 401. Nec obstat, quod fimus in antiquissi-
22 mis, nedum in antiquis, quo casu ex instrumentis probatur dominium, sicuti per famam, & alia indicia, *l. indicia, C. de rei vendit.* cum multum antiquitati tribuatur per ea, quę in proposito deducit *Paris. cons.* 104. *num.* 45. *et* 46. *lib.* 1.

Primò enim respondetur, quod istæ scripturæ exhibitæ non sunt authenticæ, & sic etiam dicimus, ad tertiam scripturam donationis factæ per Comitem Iacobum, Monasterio cum assensu eiusdẽ Reginæ de anno 1379. quia Notarius non dicit se interfuisse
23 in instrumento, sed solum fecisse transumptum, quo casu nihil probat sine præsentia iudicis, & partis citatione, vt in specie in instrumento antiquissimo loquitur *Affict. dec.* 324. *num.* 15.
24 & insuper requirebatur probatio, semper fuisse habitum pro authentico, maximè cum est præiudiciale tertio, aliàs nullam facit fidem per ea, quæ subijcit idem *Affict. ibid. n.* 16. & limitat in casu suo, vbi erat facta exẽplatio de consensu partium, confitentium esse vera contenta in instrumento *dict. num.* 15. *vers. nam ad hoc*, quo non obstante Sacrum Consilium iudicauit non facere plenam probationem, sed tantum adminiculari, vt in fine ipsius decisionis legitur.
25 Nec obstat, exemplationem instrumenti præsumi ex temporis antiquitate, solenniter factam, scilicet de mãdato iudicis parte citata, & alijs adhibitis per ea, quæ latè tradit *Menoch. libro* 2. *de præsumpt. cap.* 80. primò enim dicimus illud procedere, vbi exemplũ antiquum est transcriptum à tabellione, notæ fidei, & in eo enunciantur solennitates à iure requisitæ; tunc enim
26 hæc verba enunciatiua propter se prolata in eo actu in quo verisimile est interuenisse præsumuntur, cũ sint enunciata, & non aliter, vt distinguẽdo casus resoluit *Couarr. cap.* 21. *pract. n.* 7. *vers. quartus subijcitur*, sed hic non sũt enunciata, igitur cessat præsumptio, quam opinionem optimè defendunt *Dec. in auth. si quis in aliquo, col.* 5. *in* 7. *fallent. C. de edendo, Guid. Pap. q.* 118.

Secundò, cessat præsumptio, cum
27 omnes solennitates deficiunt, quia vt inquit *Corn. cons.* 304. *col.* 8. *lib.* 3. nõ
28 debet inesse tanta vis, & potestas antiquitati, vt oĩa prorsus solennia intercessisse præsumantur, quam *Corn.* sententiam defendit *Couarr. dict. loc. vers. quintus casus*, & dicit in dubio procedere, cum non apparet authorem ori-
29 ginalis tabellionem fuisse, nec ipsum traductorem, nec de citatione, nec de mandato iudicis constat, qui *Couarr. in vers. septimum deinde*, addit neque præsumi ex antiquitate solennia, cum non cõstat communi opinione, nec fama illum, qui confecit originale fuisse tabellionem, nec id enunciatur in traductione, etiam si Notarius traducens esset notæ fidei, hic autem nec traducentem apparet fuisse Notariũ, ne-

nrdum non fuiſſe notæ fidei, verum penitus fit vlla mentio de Notario, qui confecit originale, nec ex quo loco tranſumptum extraxerit, & ſic deficiũt
30 omnes ſolennitates requiſitæ de iure communi, & municipali huius Regni, & relatæ ab *Afflict. in Constit. Baiulos, à num.* 58. *& Conſt. Conſuetudinem, à Paride in tract. de reaſſumpt. inſtrum.* & opinionem *Corn & Couarr.* nouiſsimè defendit optimè *Magiſter meus Pirrus Alphanus in d. auth. ſi quis in aliquo, poſt num.* 110. cum non ſit mentio, inſtru-
31 mētum ſumptum iudicis authoritate, id quod procedit etiam in priuilegijs, aliàs mille fraudes committi poſſent, vt tradit *Crauett. de antiquit. part.* 1. *§. octaua datur, num.* 18.

Tertiò dicitur, tunc ex inſtrumentis
32 antiquis probari dominium, cum plura ſunt inſtrumenta antiqua facta inter plures, & diuerſas perſonas, ex quibus probetur, tale fuiſſe dominum alicuius rei, & vti tale habitum; ex illis .n. pluribus inſtrumentis rẽſultat fama, ex qua probatur titulus in antiquiſsimis; ſecus verò, quando illa plura inſtrumēta continerent aſſertionem vnius perſonæ, vel etiam plurium, quę habentur loco vnius, vt in caſu noſtro in venditore, & eius authore, vt per *Bald. in l. cum aliquis, C. de iure delib. Aret. in cap. cum cauſam, de probat.* & declarat in ſpecie *Crot. conſ.* 34. *num.* 17. *lib.* 1. *Boer. d. dec.* 42. *num.* 11. & ita procedit *conſil. Dec.* 428. *vbi num.* 4. clarè ſe fundat in pluralitate inſtrumentorum neceſſaria, vt inde poſſit oriri fama, & ſic etiam loquũtur reliqui congeſti per *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *cent.* 1. *caſu* 42. vt expreſsè limitat *Maſcard. concl.* 541. *num.* 15. *& concluſ.* 547. *num.* 2. *& concluſ.* 394. *num.* 12. *cum ſeq.*

Præterea ad ſecundam ſcripturam vēditionis factæ à Comite Ludouico, in qua dicitur ſimpliciter, *cum aquis, aquarumq; decurſibus*, quamuis illa eſſet vera, & authentica, pro vt eſt falſa, nullum titulum ex ea potuiſſet prætendere Comes Iacobus ēptor quoad aquas Caſtrimaris, quia ea verba includunt
33 tantummodo conceſſionem iurium, quæ concedens habeat eo tempore, ex regula *l. nemo plus iuris*, & quamuis concedens fuiſſet Princeps, debebat de iure concedentis aliter conſtare, quia talis conceſſio continet incertitudinem, nec probat, concedentem aliquod ius habuiſſe, ſed aliter id probari debet, *Bart. in l. ſi ſic, vbi Iaſ. num.* 18. *ff. de legat.* 1. cum infinitis alijs à *Surd. cōſil.* 127. *num.* 29. *lib.* 1. *Burſat. conſil.* 41. *in princip. lib.* 1. & præſertim, cum dicitur, *ad dictum feudum ſpectantibus, &*
34 *pertinentibus*, quæ clauſula, etiam in fine orationis conſecutiuè determinat omnia præcedentia, *Anna conſil.* 53. *num.* 102. & eſt participium reſtringens præcedentia, quia importat conditionem, ſcilicet, *ſi competat*, vt *ex gloſ. in clem.* 1. *in fin. de prębend.* probat *Alex. cōſ.* 119. *num.* 3 *lib.* 1. *Papienſ de ſentent. diffin. verſ. abſoluimus, n.* 2. *Roſenth.* latè *lib.* 2. *c.* 12. *concl.* 15. *num.* 58. *de feud.* & reſoluitur in relatiuum, ac ſi dictum eſſet, quæ ſpectant, & pertinent, ſecũdùm *gloſſ. in clem.* 1. *de præb.* relatiuum
35 autem adiectum qualitati, quæ non conuenit cuilibet de genere, reſtringit diſpoſitionem, *l. ea tamen adiectio, ff. de leg.* 3. latiſſimè idem *Surd. dict. cōſil.* 127. *n.* 46. *cum ſeq. lib.* 1. maximè, quia regulariter in huiuſmodi conceſſionibus omninò ſubintelligi debet clauſula, *ſi qua, vel ſi qua ſunt, Alex. conſ.* 142 *in fin. Vrſill. ad Afflict. deciſ.* 334. *ſub num.* 6. *&* 388. *num.* 4. & iuxtà iuris diſpoſitionem ſuit publicata Pragm. 16. ſub tit. *de Baronib.* immortalis memoriæ Caroli V. qua declaratum eſt, clauſulas inueſtiturarũ, nihil importare ad beneficium Baronum, quibus conceſſæ ſunt inueſtituræ, nec aliquid noui inducere, niſi probent, prius adeſſe illa corpora, & in ſpecie rempore conceſſionis, *l. ſi ſic, §.* 1. *vbi Bart. ff. de legat.* 1. *Reuert. deciſ.* 76. *lib.* 6. Neoterici noſtri, quos nunc lego, dũ hæc reuideo de anno 1634. ſc l ce: *Borrell. lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 51. *de mag ſtr.*

& Doctiss. Dom. iudex Capiblanc. super d. Pragmat. num. 6. & 7. post *Rimin. iun. cons.* 19 *num.* 49. *lib.* 1. & potissimè in casu nostro, vbi hoc assertum feudũ de Cancellaria, asseritur consistere in diuersis membris, & iuribus, sitis in pluribus terris, & ciuitatibus sub dominio diuersorum existentibus, & sic cum dicitur, *cum aquis*, non potest intelligi potius de aquis Castrimaris, quàm Schifati, qui est vnus ex locis nominatis, aquis superabundãs, vndè cessat illud argumentum, quicquid est
36 intra fines feudi, præsumi ad feudum spectare, quamuis id procedat quoad iurisdictionem, non quoad dominiũ, vt per *Afflict. decis.* 267. cum concordantibus à *Mascard. conclus.* 553. hoc
37 enim assertum feudum nullis est finibus designatum, nec descriptum, sed varia asseritur habere membra in diuersis locis, ad quod videtur accedere, quod ex *cons. Socc.* de duabus communitatibus cõtendẽtibus super pascuis, tradit *Bossius de Princip. n.* 243. vbi *num. seq.* nonnihil prędicta confirmat.

Vltimò, nedum scripturæ Monasterij non fundant titulum, sed ex eis
38 apparet titulus vitiosus, & inualidus; siquidem asseritur, Comitem Iacobũ donasse quædam corpora particularia, scilicet molendina, & domos; assensus verò subsequens Reginæ Ioannæ confirmat concessionem totius feudi Cancellariæ, quæ continẽt maximam diuersitatem in substãtia, quia conceditur pars, & confirmatur concessio totius, quo casu non valet assensus in feudis, pro vt docuit *Isern. in cap. Imperialem, num. 4. in addit. in fin.* iuncto *num. 5. uersic. rigor tamen, qui consueuit seruari*, pro vt optimè mentem *Isern.* interpretatur *Freccia lib. 2. q. 5.* post *num 6.* vbi citat *Aluar.* quendam alium Doctorem *Gallum, et Curt. in 4. part. tract feud. q.* 17. ita cum ipso sentientes, & iterum idem *Frecc. lib. 1. cap. 1. num. 3. uersic. sicut si Rex*, & eum sequitur *Dom. de Bott. in addit. ad Constit. Diuæ memoriæ, num. 60. uersic. sed quid si tametsi, Camerar. fol. 42. col. 3* & latiùs *fol. 47. uersic. sexta conclusio*, aliter pro affirmatiua opinione intelligit *Isern.* quam opinionem ante ipsum confutauit *Dom. Capyc. in dict. cap. Imperialem, col.* 105. in paruis, eãq;
39 limitauit non procedere in feudis, in quibus viuitur iure Francorum, cuius-
40 modi præsumuntur in dubio in Regno, & asseritur esse istud feudum, vbi dicitur successisse primogenitum in scriptura anni 1375. quam limitationem fundat *Dom. Capyc.* ratione ineuitabili, ex quo Rex non habuit hanc
41 intentionem, vt feudum diuideretur; nam si alienetur pars, essent postea duo feuda, & ratio *Camer. dict. fol. 47.*
42 *col. 3. lit. O. hodie Curiam passim consentire alienationi feudorum iuris Francorum, etiam diuidendo ipsa*, confunditur ex Pragmatica Caroli Cæsaris, vulgò dicta *nouem capitum*, & confirmatur opinio *Frecc.* ex his, quæ de
43 nullitate assensus ob diuersitatem inter ipsum, & contractum, tradunt, idẽ *Frecc. lib. 2. q. 16. Dom. de Franch. decis. 48. et 154.* quam procedere constat, quamuis in assensu non sit dictum totum feudum, sed simpliciter feudum, vt *Frecc.* & alij supponunt, &
44 comprobatur ex eo, quod in feudis indefinita æquipollet vniuersali, idem *Camer. fol. 53 lit I. et fol. 63. lit. P.*

Si igitur titulus productus, & cui se
45 fundat Monasterium, est nullus, vitiosus, & à iure reprobatus, nulla pdest, etiam lõgissimi temporis pręscriptio, tanquam apparente primordio nullo, & inualido, iuxtà doctrinam *Innoc. in cap. dudum de decimis, Castr. consil. 83. sub num. 3. lib. 2. et cons. 423. sub numer. 7.* quam exornant *Crauett. de antiquit temp. part. 4 §. absolutis, n. 59. q. 12.* & latiùs *in §. materia ista, à n. 6. ad 16.* & nouissimè *Felic. de cens. lib. 2. cap. 1. num. 25.* & latissimè *Mascard. concl. 1377. à num. 63. ad 82.* vbi *n. 76.* id dicit potissimum procedere in his,
46 in quibus possessio sine titulo nihil ope-

operatur, cuiuſmodi eſt interdictum de aqua quotidiana, & æſtiua, cum in eo in primis de iure quæratur, *l. §. ult. ff. de aqua quotid. et æſtiu. cum alijs à Menoch. remed. 6. retin. num. 4. et 11.*

Quoad ſecundum articulum, præſuppoſito, Monaſterium nõ habere expreſſam conceſſionem aquæ, ſed tantum præſcriptione quæſiuiſſe illius vſũ, illicò ex hoc infertur, vſum extendi nõ
47 poſſe vltra neceſſitatem molendinorum, pro quibus ab initio fuit quæſita ſeruitus, *l. 1. ff. de usu, et habit. §. 1. Inſtit. eod.* plenè *Ioan. Coraſ. in l. 1. num. 3. ff. de ſeruit.* vt in aqua conceſſa iure ſeruitutis loquitur in terminis I. C. *in l. ex meo,*
48 24. *ff. de ſeruit. ruſtic. p ad.* qui textus, excluſa cauillatione, decidit caſum noſtrum, *ex meo aquæductu, Labeo ſcribit, cuilibet me poſſe vicino commodare; Proculus contra, vt, ne in meam partem fundi, aliam, quàm ad quam ſeruitus acquiſita ſit, vti ea poſſim, Proculi ſententia verior eſt;* cum igitur ſeruitus ducendæ aquæ ſit acquiſita Monaſterio pro ea parte fundi, vbi ſũt conſtructa molendina, non poterit in aliam partem eiuſdem fundi aquam deriuare ad vſum alterius molendini. Nec obſtat, ſi dicatur, quod *gloſ. unica in dict. l. ex meo,* declarat, & reſtringit textum prædictum, vt locum ſibi ven-
49 dicet, antequam aqua ingreſſa ſit eam partem, cui ſeruitus eſt acquiſita; ſecus verò poſtquam ingreſſa eſt eam partẽ, pro qua ſeruitus ab initio eſt ſtatuta; quia tunc concedit *gloſ.* ad alias partes duci poſſe, & hoc timore contrarij ſcilicet *text. in l. 1. §. illud Labeo, ff. de aqua quotid. et æſtiu.* quo loco generaliter dicitur, aquam ſemel fũdum alicuius ingreſſam poſſe illam ad libitum alibi deriuari, niſi ei nocitum ſit, ex quo aqua ducitur; quamuis enim hæc ſit maxima reſtrictio, & violatio ad illũ textũ, & potuiſſet *gloſſ.* aliter, & verius reſpõdere ad *text. in d. §. illud Labeo*, vt eadẽ *gloſſ. inibi in uers. eiuſdem*, & fortè melius perpendit, quod ille textus proce-
50 dit, quando toti fundo ſeruitus debetur, vt apertè illius verba indicant, dum dicitur, *omnes partes illius fundi, in quem locum aqua ducitur eiuſmodi eſſe*, vt ſubdit *glo.* & eſt ſenſus, vt fũdo debita, omnibus partibus fũdi debeatur, citãs cõcordãtes *in l. uia conſtitui, 23. §. fin. eod. tit. ff. de ſeruit. ruſtic. præd.* vbi id benè probatur, ſecus verò, cum parti ipſius fundi eſt acquiſita, vt loquitur *text. in d. l. ex meo*, inter quos caſus longa eſt, & euidens ratio diuerſitatis, cum plenius ius conſequatur is, qui ſeruitutẽ quæſiuit pro toto fundo, & proinde prohiberi non debet, quin ea reſtrictè vtatur pro parte, cum ius habeat in toto. Tamen ſit vera limitatio, & reſtrictio gloſæ à qua, tametſi liceat, non decet recedere, cum in caſu noſtro Monachi prætendant diuidere aquam priuſquam ingrediatur eam partem fundi ipſorum, vbi molũt duo antiqua molẽdina, & ſic in loco publico ipſius Ducis, vt pars ipſius aquæ, relicto ſolito curſu per antiquas fiſtulas, per quas rectà linea aqua fluebat in eum locũ, vbi ſunt ſita duo molendina, quæ eſt illa pars fundi, cui ſeruitus apparet acquiſita, nouiter ducatur ad nouum vſum alterius molendini conſtruendi per aliam, & tertiam fiſtulam, cuius hucuſq; nullus fuit molendi vſus, ſed tantum vſi fuerunt, vt vulgo dicitur, *per ſuentaturo*, dum molæ aptarentur, ex hoc patet nos in præſenti caſu non
51 verſari in terminis, *§. idem Labeo*, & limitationis, quam tradit *gloſ.* ſed in proprijs terminis regulæ probatæ à *Pomp. in d. l. ex meo*, maximè cum certum ſit ſeruitutem, ſi qua eſt, Monachis debitã non apparere ipſis quæſitam, niſi illi parti fũdi, in qua aqua vſi ſunt pro ſuis molendinis iuxtà limites poſſeſſionis, vt ex ſupradictis patet, & probat in ſpecie *Ruyn. conſil. 41. numer. 36. verſic. ſed iſtis non obſtantibus, lib. 1.* Quo ſuppoſito facto, patet prima ſolutio ad *text. in §. idẽ Labeo*, & ad ea, quæ tradunt *DD. poſt Bart. in l. quominus, q. 14. n. 25.* quod poſtquam aqua li-
52 citè intrauit fundum meum, id eſt in eam

eam partem fundi, cui seruitus est acquisita, vt declarat *gloss.* possum de ea disponere; isti enim Monachi non prætendunt de aqua disponere, eamq; diuidere in tria molendina, postquam aqua est ingressa in locum antiquorum molendinorum, & pro ipsis aqua vsi sunt, quia fortè inferius subtus dicta molendina vellent tertium construere, sed volunt à loco publico priusquam fundum ingrediatur, illam deriuare ad tertium, quod construere intendunt inæquali loco ad latus antiquorũ, versus portam Castrimaris, quod nullo iure licet, & in his terminis loquuntur *gloss. pen. in fin. in l. aquam, 4. C. de seruit. & aqua.* dum citat *d. l. ex meo, & §. illud Labeo, Bald. ibi in fin. Salyc. num. 2. Paul. num. 4. vers. item quid si tu,* qui loquitur
53 expresè in habente aquam iure concessionis, *Bald. in cap. cum omnes, num. 21. de constit.* dum loquitur de il-
54 lo, qui aquam iam ingressam in suis prædijs velit desiccare, vel disponere in præiudicium inferioris, *& Bald.* sequitur *Alex. in consil. 108. num. 2. lib. 2.* qui manifestè le restringit, vt ita demũ aqua efficiatur priuata, & possit de ea disponere, postquam incępit currere per locum priuatum, *d. l. 1. ff. de flumin. idem Ias. cons. 150. col. pen. versic. non obstat in quantum*, vbi citat *Bald. in dict. cap cum omnes*, & limitat multis modis *d. §. idē Labeo, Bertr. cons. 351. lib. 1. p. 2. & Dec.* latè *in cons. 223. in quæstione proposita*, vbi loquens in casu sui consi-
55 lij in eo, qui aquam habet non iure seruitutis, sed iure suo proprio, quia illam accipit à flumine publico non nauigabili authoritate iurisgentium, vt ipse expresè dicit *col. pen. versic. tertiò non obstat*, qui casus est satis diuersus ab eo, qui habet aquam iure seruitutis, ex traditis per *Menoch. dict. remed. 6. q. 24. num. 118.* quamuis latè defendat, quod postquam est ingressa in propriũ fũdum possit illa vti ad libitum, quod ampliat post *num. 7. vers. secundò respõdeo*, etiam si fuerit limitatè concessa; tamen hoc declarat pluries id repetē-
56 do procedere, postquam aqua iam ad prius molẽdinum peruenit, eaq; is vsus est pro vsu destinato, *num. 4. ibi, quam licitè habuit, &c. & num. 7. vers. secundò responderi potest, idemq; Cepoll. de seruit. rustic. præd. cap. 4. de aquæduct. num. 31.* distinguens plures casus, *Pract. Pap. in forma libell. act. confess. in verb. seruitus aquæductus, num. 17. vers. sed nunquid, Boer. decis. 352. num. 5.* & ita loquitur *Paris. cons. 116. num. 12.* vbi in tantum
57 dicit licere conuertere ad alium vsum postquam aqua est ingressa molendina illorum, quibus est aqua concessa, & nõ aliter, & loquitur, vbi cõcessio fuit facta pro molendinis faciendis, vt supra *num. 4.* & optimè *Ioann. Coras. in repetit. l. 1. C. de aquęduct. num. 125.* vbi benè in *vers. tu verò clarius, ff. de seruit. & Menoch d. remed. 6. q. 24. num. 117.* qui in omnibus sequitur *Cepoll. Surd. decis. 9. num. 11.* confirmatur etiam hæc conclusio ex eo, quod in istis aquæductibus
58 duo considerantur: primum, locus vnde aqua oritur, scilicet principiũ, aliàs caput aquæ: secundum, loca vnde decurrit aqua, & aluei, & meatus vnde pertransit, & vetustissimus aquæ cursus, & secundum eorum qualitatem de vsu aquæ iudicare debemus, verba sũt *Bald. in cap. 1. §. si quis de manso, num. 9. de controu. inuest.* vnde cum tàm caput aquæ, quàm illius aluei, & meatus sint publici, & sic Ducis, cum illius aluei
59 publici sint, cuius locus publicus est, vt dicit idem *Bald. in d. cap. cum omnes, de const.* sequitur, non posse habentem
60 seruitutem aquæductus, aliter aquam hodie ducere, quàm ducere consueuerit, *l. 1. §. illud tamen, ff. de aqua quotid. & æstiu. vbi gloss. in ver. alias*, declarat idest per alium modũ, quod latiùs explicat I. C. *in l. 3. §. pen. in ver. reficere; ff. de itin. actuq; priu.* quem citat *gloss.* ibidem *in ver. neq; amplioris, & Bald.* tradit *in l fin. C. de leg. Aquil.* dicens, quod
61 aqua, in qua priuatus ius habet, debet deduci per locum solitum, nec potest à suo solito cursu deuiari, *Iason* latè *in d. l. quominus, num. 95. & 173. Veron.*

*ron.§.de aquaeduct.num.*47.49.*ante fin.* *& num.*50. 100. 101. & 102.vbi hoc modo docet eſſe concipiendam formam libelli in hoc interdicto,quem in omnibus probat *Menoch*,videndus *de retin.remed.*6.*num.*13.76.158.*et* 159,
62 quibus addo *text.in l* 1.*ff.de riuis*,ibi, *dum ne aliter,&c.& in l.ſi cui,*9.*ff.de ſeruit.*vbi I. C. ſubijcit in fine aurea verba ad propoſitum; & rationem affert *Menoch.* à ſufficienti enumeratione,quæ optimè ad caſum noſtrum aptatur,*d.remed.6.quaſt.*25. *numer.*119.

Secundò, ex alio non obeſt *d.§.idẽ Labeo*,nec limitatio *gloſ.in d.l.ex meo*, põt ad caſum noſtrum applicari,quia
63 *text.& gloſſ.*prædicta ſublimitãtur nõ procedere, cũ nocet domino loci, ex quo aqua ducitur;tunc enim non licet aquam,etiam proprium fundum,& locum,cui debetur ſeruitus ingreſſam, ad aliam partẽ fundi applicare:dupliciter autẽ intereſt Ducis non fieri noua molendina,eiq; ſatis nocere,& dãnum afferre videtur monachorũ præ-
64 tenſio:primò,ob intereſſe voluntatis, vt alij in proprio feudo,& loco ſuę iuriſdictionis vtãtur eius aqua,ſatis oneroſo titulo quæſita contra ipſius voluntatem,quod intereſſe, & damnum eſt ſatis à iure cõſiderabile, maximè in huiuſmodi magno Pñcipe,cum & in quolibet priuato ſatis lucrari dicamus illum,qui implet ſuam voluntatẽ,*l.fin.* *ff.de vſu & habitat.cum alijs* per *Tiraquell.in* 1. *retract.in præfat.numer.*25. *Neuizz.conſ.*74.*num.*13. *Grammat.cõſil.*22.*num.*2. *Surd.deciſ.*270.*num.*21.
Secundò, ob intereſſe etiam pecuniarium, ſiquidem,etiam ſi monachi haberent legitimũ titulum ex Regis cõceſſione,à quo Dux cauſã habet vſus huius aquæ; poſſet nihilominus Dux noſter non ſolum alia molendina cõ-
65 ficere,& vti eadem aqua ſua propria, quam, vltra vſum competentem pro duobus molendinis,monachi ſupereſſe fatentur, vt docuit *Bald.in dict.c.*1. *§.ſi quis de manſo*, *num.*8. & ſequitur *Iacob.in inueſt. in verb. & cum molendinis,num.*2.*Surd.conſil.*127.*num.*37. *lib.* 1. ſed etiam alteri eiuſdem aquæ
66 vſum concedere,quia diſpoſitio *dict.* *§.idẽ Labeo*, non procedit in præiudicium alterius, cui competit aqua ex priuilegio,ſtatuto, vel conſuetudine, vt poſt *Bart.in l.quominus,q.*14.*ff.de flumin.* tradunt congeſti per *Surd.* in terminis *conſ.*130.*num.*9. *lib.*1.& iam in primo proceſſu de anno 1594. apparet Ducem petijſſe conſeruari in poſſeſſione aquarum, & non turbari in poſſeſſione conſtruendi noua molendina cum proprijs aquis,& preſertim in ſpecie cum aqua, quæ deſeruit ad vſum monachorum,non diminuto tamen ipſorum vſu pro duobus molendinis, quæ molendina omninò Dux conſtruere intendit ſublato monachorum impedimento.

Tertiò,principaliter,circumſcriptis omnibus, quæ iam diximus, præſuppono, etiam quod nulla fieret mutatio, vel innouatio à monachis extra locum ſeruitutis debitæ,nihilominus, ipſos nullo modo poſſe vti etiam eadem aqua ad vſum tertij molendini conſtruendi, deciſio eſt punctualis,& indiuidua *Angel.in l. is qui duos*, 29.*ff.* *de ſeruit.ruſtic.præd.*vbi argumento illius textus dicit primò,eum,cui debe-
67 tur ſeruitus aquæductus,non poſſe cum ea aliam immiſcere, addit q; & eſt optimum argumentum, quod ille, qui habet talem ſeruitutem, non poterit propter aquarum abundantiam aliud molẽdinum conſtruere, de quo *Bart.*dicit eſſe caſum, *C.de ſeruitut.& aqua,l.non modus*,& vt oſtenderet loquutum fuiſſe ẽt cum ſine admixtione nouæ aquæ hoc facere vellet, ſubdit iterum,repetendo, quod ſupra dixerat, *& eodem modo non poteſt aliam aquam immiſcere,vt ſuum molendinum ſit melius macinans,vt hic*, diſtinguens
68 expreſsè caſus per dictionem,*et*,quæ ponitur inter diuerſa, iuxtà *gloſſ. in rubr. ff. de iur. & fact. ignor.* & verè
69 *Bart.*doctrina *in d.l.per agrum*, nõ eſt minus punctualis, nam ex ea infertur,

ne-

nedum monachos, non posse nouum
molendinum cõstruere, sed illud per-
mitti Duci, cui licere debet vti eadẽ
aqua, si tanta est, vt supponit *Bart.* vt
sufficiat vtriq; quod Dux in alio iu-
dicio sibi licere petijt, idq; in fortio-
ribus terminis, cum loquatur *Bart.* in
aqua, quæ ab vtroq; ducebatur à flu-
mine publico, in quo æquale ius vtri-
que competebat, cum hic Dux sit do-
70 minus aquæ, cui ratione dominij ma-
ius ius competere clarum est, *l. 2. C. de*
metat. & epidemet. lib. 12. maximè que
ponderanda est ratio generalis, quam
affert *Bart* quæ omnes casus, tanquã
species sub suo genere comprehẽdit,
dum ait, *deberi inspici modum ab initio*
sumptum, quia tantum pro vno molen-
dino ducebas, &c. ex quo patet Bart.
non restrinxisse eius dictum ad exem-
plum, quod tradidit & optimè *Salyc.*
in dict. l. non modus, vbi postquam in
1. *oppos.* vt responderet ad §. *illud La-*
beo, intelligit primò illum *text.* quãdo
71 quis volebat aquam in maiori quan-
titate, sed statim recedens à dicto sẽ-
su, tradit aliũ veriorẽ, vt debeat *text.*
intelligi, quãdo vult vti aqua in eadẽ
quantitate, nec vult plus solito, vt di-
72 stinguatur; aut aquæductus fuit sim-
pliciter, & indefinitè concessus, & ha-
beat locum §. *illud Labeo*; aut limitata
causa adiecta, pro irrigando tale præ-
dium, & tunc non liceat vti pro alijs
pdijs, quæ vel tũc habebat, vel postea
quæsiuit, iuxtà *lect. Petri, & Cyn.* & ra-
73 tio, quia limitata est in re, limitata est
etiam in tempore, vnde cum in casu
nostro non appareat de concessione,
ita vt aduersarij se fundẽt in præscrip-
tione, idẽ est, ac si appareret de limi-
tata cõcessione, vt infra dicemus, iux
tà naturam præscriptionis, & has de-
cisiones amplectitur, & optimè tue-
tur *Ruyn. d. cons. 41. num. 36. in fin. vsq;*
ad num 38. lib. 1. qui in specie *d. n. 36.*
vers. præterea in fin. cum seq. defendit
74 *d. l. non modum*, procedere etiam si is,
qui habens antiquum molendinum,
& volens nouum construere, non in-
digeat maiori aqua, sed velit eadem
aqua etiam, ex expressa concessione
quæsita pro vsu vnius molendini, pro
altero nouo vti, & addit *in vers. quam-*
uis, quod sicuti non potest impediri
concessionarius vti aqua ad molen-
dinum, cuius contemplatione fuit fa-
cta concessio, tãquam pro illo debea-
tur seruitus aquæ ducendæ, ita ei nõ
licet vti dicta aqua, nec illam tangere
ad alium vsum, sicut nec alia qualibet
re alterius, ex quo resoluuntur omni-
nò rationes *Dec. in d. cons. 243.* contra
75 quem respondisse *Ruyn.* aduertit *Me-*
noch. dict. remed. 6. num. 78. & hãc opi-
nionem amplectitur fœdere optimæ
distinctionis ex nostris *Anna sen. alleg.*
91. num. 6. vbi dicit, quod aut aqua
76 conceditur in modum seruitutis, &
non potest quis vti aqua, nisi in quã-
tum est concessa, & proinde si quis
ducebat aquam pro vno molendino,
& postea vult augere molendina, non
potest; aut quæsita fuit aqua iure do-
minij, & tunc licet; & ita testatur fuis-
se plures decisum in Regia Camera
tempore doctissimorum virorum; &
nouissimè hanc opinionem latissimè
defendit *Borgnin. Caualcan.* post hæc
scripta visus in suis nouis *decis. part. 5.*
decis. 6. num. 36. vers. quanto all'vltimo,
omninò videndus, & huic sententiæ
Petri, Cyn. Bart. Angel. Salic. Ruyn. Ann.
& aliorum, quos citat *Caualc.* non
obstant rationes supra citatæ *DD.*
dum sequuntur *gloss. in d. l. ex meo*, tum
quia ipsi non distinguunt, quinimò
maior pars ipsorum loquitur in aqua
iure præoccupationis, vel aliter quæ-
sita iure dominij; vnde cum isti DD.
77 distinguant, illorum opinio est atten-
denda, veluti magis particularis; tum
etiam, quia illorum opinio, si qui sũt,
qui loquũtur in aqua debita iure ser-
uitutis, debet declarari, cum seruitus
78 non recipit augmentum extrinsecum,
vt contingeret hic ex constructione
noui molendini; cum enim agitur de
augmentu extrinseco, seruitus nullo
modo recipit ampliationem, ita *Bald.*

in

in d.l. non modus, num. 2. verſ. & ideò tu dic, & num. 3. Salyc. num. 4. latè, & pulchrè *Angel. in l. ſi ſeruitus, col. 3. num. 7. verſ. conclude,* vbi tradit exēpla vtriuſque augmenti ſatis ad rem noſtram accommodata, *ff. de ſeruit. vrb. præd.*

Ratio autem diuerſitatis inter ca-
79 ſum, in quo aqua eſt quæſita iure dominij, & iure ſeruitutis, eſt multiplex, & vnam tradit *Florian. in d. l. ex meo,* poſſe enim quem diſponere de re ſua
80 tunc procedere, cum res illa eſt ſua, liberè, ſecus, cum ſibi eſt conceſſa, vel ab eo quæſita ſub certa forma, quia ab ea diſcedi, nec illa mutari poteſt, & ita declarari dicit regula *l. in re mandata, C. mandati,* cum ſimilibus, & ſequitur *Menoch. d. remed. 6. quæſt. 24. num.* 118. altera eſt illa, quæ ex peculiari natura præſcriptionis oritur: abſolutum enim eſt, eatenus quæri ex præſcriptione dominium, quatenus extenditur vſus; nam probata poſſeſſione certi actus, in illo tantum actu procedit præſcriptio, quam non extēdi vltra limites poſſeſſionis, ex qua
81 præſcriptio procedit, nec de caſu ad caſum, nec de re ad rem, &c. quia tātum habet de potentia, quantum de vſu, & actu facti, & proinde nullā extenſionem recipere, etiam vti iuti cōmuni repugnantem, ex diſtinctione Bart. *in l. 1. §. ſi quis hoc interdicto, ff. de itin. actuq. priuat.* tradunt infiniti congeſti à *Menoch. de retin. remed.* 5. à *numer. 58. ad 64.* Cuius, & ea redditur ra-
82 tio, quod actus noſtri voluntarij, qui ex aliquo facto tacitè arguuntur, reſtringi debent ad limites ipſius facti, & eatenus præiudicat voluntas tacita, quę ex ſcientia, & patientia aduerſarij producit præſcriptionem ſeruitutis, *l. 2. C. de ſeruit. et aqua, l. quoties la ſeconda, ff. de ſeruit.* quatenus extenditur factum, ex quo voluntas colligitur, vt pulchra iura citant *Crauett. de antiquit. part. 4. §. materia iſta, n.* 102. *Surd. deciſ. 33. num. 10. deciſ. 84. n. 10. deciſ. 267. num. 5. & 285. num. 2.* Ex quibus omninò manifeſta redditur iuſtitia Sereniſſimi Ducis etiam in petitorio: addo dum hæc reuideo menſe Auguſti 1634. nouiter occurriſſe ſcripta de aquis, earumq; decurſibus per *Steph. Gratian. tom. 3. diſceptat. forenſ. cap.* 480.

DECISIO.

Die 28. Maij 1613. referente Conſiliario D. Aloyſio Xaraua Hiſpano, decreto Sacri Conſ. prouiſum eſt, q detur terminus in cauſa, & interim liceat Monaſterio reędificare molendinum aliàs dirutum intra proprias domos, cum cautione de demoliendo ad omnem ordinem Sacri Conſilij in quacunq; parte iudicij: verùm non liceat immutare, vel innouare aliquid in aqua, vel in curſibus ipſius, pro vt ad præſens reperiuntur, vt ex decreto in actis penes Borrellum Actorum magiſtrum, nunc Franciſcum de Martino. Vnde licet monachi obtinuerint poſſe reædificare molendinum, cum tamen Sacrum Conſilium habuerit pro vero, dominium aquarum eſſe penes Sereniſſimum Ducem, vti feudatarium Regis noſtri, & ex prohibitione de aliquid non immutando, nec innouando in aquis, & curſibus, quod erat ipſis neceſſarium ad reficiendum molendinum, decretum fuit inutile; adeò vt poſt reclamationem interpoſitam pro Duce à primo capite decreti, & longam litem, poſt plures ad eūdem locum acceſſus; cum quædam nummorum ſumma, ac nonnulla bona ſtabilia oblata fuerint pro licentia conſtruendi aliud molendinum Ducis Miniſtris, quippè quibus animo nil aliud eſſet, quàm dominium aquarū, & iuriſdictionem tueri, ne à monachis occuparentur, conditionem viſum eſt non reſpuere; ſciebant enim Ducis in voluntate, tanquam magni Principis, non eſſe, noua aliorum molendinorum conſtructione, nouos ſibi quęſtus comparare, ſed munificentiæ ſuæ fructū omnibus impertire, & ſic demū

res

res pro voto vtriuſq; partis compoſita eſt, intercedente etiam Illuſtriſſimo Cardinali Odoardo Farneſio Ducis fratre, Carthuſiani Ordinis Protectore.

SVMMARIVM.

1 *Ponderum, & menſurarum cognitio ad Regiam Curiam Siclæ ſpectat in locis immediatè Regi ſubiectis.*

2 *Dolia vini, ſiuè menſuras adæquari, & adæquata ſignari de iure etiam diuino eſt cautum, & num. 6. & 52.*

3 *Relatum in ſtatutis, continetur in referente.*

4 *Ius ponderum, & menſurarum, ſicut Regiæ Siclæ competit in toto Regno, ita Baronibus in terris proprijs.*

5 *Barones, & feudataij ſunt Procuratores in rem propriam directi domini.*

7 *Menſuris falſis vtentibus, pœna quæ ſint inflicta*

8 *Augmentum intrinſecum, ſiuè extrinſecum rei conceſſæ ex quacumq; diſpoſitione per nomen collectiuum accedẽs, ad ceſſionarium an ſpectet, & num. 9. 11. 19. 20. 22. & 34. & ex quibus rationibus, num. 10. & 18. & fortius per nomen vniuerſale, num. 21.*

12 *Conceſſio generalis regalium, regalia omnia comprehendit.*

13 *Ponderum, turtum, & menſurarum indefinita conceſſio, mixti Imperij ius comprehendit.*

14 *Emolumenta futura, etiam ſi rei conceſſæ non accederent, ex indefinita conceſſione comprehenduntur.*

15 *Decimarum remiſſio indefinitè comprehendit poſſeſſiones de nouo quærendas, & latè interpretatur etiam ad præiudicium tertij, n. 17. 32. & 33.*

16 C. cum nobis, ſcilicet ſo. de decimis, *in quo caſu loquatur.*

18 *Princeps poteſt dirictus introituum baronalium in terris vaſſallorum diminuere.*

23 *Gabellæ augmentum perueniens facto domini venditoris, ſiuè locatoris, an pertineat ad conductorem, vendita ſimpliciter gabella, & num. 35.*

24 *Fructuario incrementum latens conceditur, ſecus patens.*

25 *Feudatario conceditur incrementum latens, ſiuè patens, & num. 37. & 50. idem in emphyteuta, num. 28. & qua ratione differt à fructuario, num. 26. & an ſit neceſſè petere pro his inueſtituram, num. 29. & 30.*

27 *Feudum limitatum, & taxatum conceſſum non habet ius accreſcentiæ, ſecus ſi confinibus ſit demonſtratum.*

30 *Feudum eſt Vniuerſitas facti, nõ iuris. Ampliatur, num. 31.*

36 *Feudalis quæſtio terminanda ſecundum caſum conſuetudinis feudalis.*

38 *Conceſſio feudi non comprahendit ius tertiariæ vini, impoſitum poſt conceſſionem, & qua ratione non iudicatur de hoc iure, pro vt de incremento feudi, num. 39. & 40.*

41 *Rex cenſetur concedere iuriſdictionem cum ſolito, & conſueto dirictu; ſi tamen certi fuerint à principio dirictus taxati, excluduntur augmenta, n. 42. ampliatur, num. 43.*

44 *Princeps ſtatuendo etiam in loco vaſſalli, dicitur plantare, & ſeminare nomine vaſſalli.*

45 *Ad feudatarium, etiam redditus extraordinarij ſpectant.*

46 *Pœnæ, & mulcta ex edicto Principis de nouo ſtatuta, etiam ſi de nõ delicto fiat delictum, applicantur Fiſco, non autem Baronibus infeudatis, ſed contraria opinio verior, n. 47. & 49. quæ non militat in pœnis ex edictis concurrentibus annonam in Regno, num. 48. ſed opiniones diſtinctione conciliantur, num. 51.*

53 *Dirictus noui exactio, quando nouum vectigal dicatur.*

54 *Immunitas conceſſa Ciuitati Neapolis à Sereniſſimis Regibus, non includit ius ponderum, & menſurarum.*

55 *Immunitas gabellarum conceſſa, non extenditur ad gabellas poſt conceſſionem impoſitas.*

AR-

ARGVMENTVM.

Augmentum ſuperueniens intrinſecum, ſiuè extrinſecum, rei conceſſæ accedens poſt conceſſionem, ad ceſſionarium ſpectare, & proinde ad Baronē, ſiuè vaſſallum, cui inter regalia reperitur conceſſum ius ponderum, & menſuratum, pertinent noui diriđus generaliter additi per dominum directum, occaſione dicti iuris conceſſi in territorio infeudato. De ponderibus, & menſuris, ipſarumq; adæquatione. De pœnis, & mulctis, quæ ex nouis ædictis Regijs, ſubditis Baronum iniunguntur, an ad ipſum Baronem, vel Regem ſpectent: & quando immunitas extendatur ad nouas gabellas, & alia.

Pro eodem Sereniſsimo Duce Parmę cōtra Ciuitatem Caſtrimaris.

CONTROVERSIA LIV.

SVpposito facto veriſſimo, in conceſſione facta Sereniſſimo Duci Parmæ ciuitatis Caſtrimaris ab Inuictiſſimo Carolo Cæſare ex titulo oneroſo, de anno 1541. inter regalia conceſſa, in ſpecie contineri iura ponderum, & menſurarum: itemq; ſpeciali ædicto Excellentiſſimi D. Petri à Toleto Regni Proregis ſub die 15. Iunij 1549. ad inſtantiam Regiæ Curiæ Si-
1 clæ, ad quam in locis immediatè Regi ſubiectis, ſpectat cognitio ponderum, & menſurarum, vt notat *Afflict. in Conſtit. Ad legitima pondera*, *Niger in cap. item prædicti decreti*, ob publicam vtilitatem generaliter cautum fuiſſe, vt dolia, ſiuè vegetes, quibus vinum venditur in Regno, adæquarentur ad iuſtam, & communem mēſuram duodecim cadorum. pro qualibet vegete ad cuirandum fraudes: cuius ædicti obſeruantia, & executio fuit in ſpecie iniuncta de anno 1559. per ſucceſſorem Proregem Excellentiſſimū Ducem de Alcalà Gubernatori Caſtrimaris, vbi maior pars vegetum ad vinum vendendum, tam infra, quàm extra Regnum conſtruitur: cum deinde de anno 1573. alter Prorex Cardinalis Illuſtriſs. Granuelanus, inſtante eadem Curia Siclę, ſtatuerit, & mandauerit, inconcuſſè ſeruari prædeceſſorum ædicta, quibus in toto Regno, & in ſpecie à ciuitate Caſtrimaris, vbi maius erat periculum ob frequentiorem vſū, dolia adęquarentur, & ęqua-
2 ta ſignarentur, aliàs eorum vſus eſſet interdictus, qđ qdem eſt iuri communi conforme, vt monemur ex *l. 2. C. de frument. Alex. lib. 11.* vbi *Platea, Rebuff.* & cæteri, & pro dicta adęquatione ſoluerentur denarij quindecim: Iuſtiſſimè petijt Sereniſſimus Dux decerni, licere ſibi, velut Baroni in terra ſua, exigere dictū ius, ſiuè directum, quod ſolui generaliter ſtatutum eſt ob bonum publicum, & exigere ſolita eſt Curia Siclæ in terris demanij, & ob id exequendam eſſe ſententiam Sacri Conſilij pro Duce latam, non obſtante in integrum reſtitutione implorata per ciuitatem Caſtrimaris; cum omnis læſio deficiat, ſtante notoria iuſtitia ſententiæ, qua nullum grauamen fuit illatum, ex quo excludenda eſt reſtitutio; & quoniam Dominus Dux Sereniſſimus fundatā habet intentionem in prædictis ędictis, quorum primum de anno 1549. expreſsè loquitur in toto Regno, & ſic pariter tertium, in quo virtute relationis, dum omninò ad primum ſe
3 refert, omnia in relato ſtatuta cenſentur in referente expreſſa, *l. ait Prætor*, *§. ſi iudex*, *ff. de re iudic.* & præſertim exiſtente ſecundo reſcripto interme-

dio Ducis de Alcalà, quo id in specie seruari præcipitur in dicta ciuitate Castrimaris, quod tāquam in medio positum influit in extrema, ac si specialiter fuisset ordinatum, vt dictum ius exigeretur in dicta Ciuitate; Si-
4 cuti enim Regiæ Siclæ, tanquam ordinario Iudici in toto Regno circa pondera, & mensuras, competit ius exigendi dictum ius; ita etiam Baroni, qui in Terra sua ex concessione Regis habet idem ius ponderum, & mensurarum, debet idem ius competere, argumento *tex. in l. quæ de tota, ff. de re iudic.* cum concordantibus *per*
5 *Euerard.* cum constet, Barones, & Feudatarios esse procuratores in rē propriam directi domini, *Affl. in cap. si vassallus feudum, num. 3. si de feud. defunct. milit.* *Dom. Reg. de Ponte de potest. Proreg. de prouis. fieri solit.* §. 4. *num.* 62. & Regii dicuntur Officiales, vt per *Frecc. author.* 10. *Baron. & Petr. de Gregor. de concess. feud. par.* 5. *q.* 10. *num.* 14. & præsertim, cum eadem omninò ratio vigeat publicæ vtilitatis, quinimò necessitatis in adæquatione prædicta, vt fraudes plures (de quibus in nota facti) vitentur, ex quo
6 iure etiam diuino prohibetur, iuxtà illud, *nec erit in domo tua modius maior, & minor; pondus habebis iustum, & verum, & modius æqualis, & verus sit tibi, Deuter. c.* 25. *Prouerb.* 16. *& Leuit.* 19. & iure Canonico est *tex. in cap. vt mensuræ*, vbi *Panorm. & alij de emption. & vendit. & in authent. de collat.* §. *cos*, quem *tex.* citauit *Guid. Pap. quæst.* 490. vbi benè probat quantum ad publicam vtilitatem spectet mensurarum vsus, *ex l. modijs, C. de suscept. præpos. & arear. lib.* 10. vt de liquidis rebus, vt est vinum, meminerunt, &
7 pœnis, quibus falsis mensuris vtentes, plectuntur, *Coppin. de deman. Fräcia lib. 3. cap.* 22. & sequitur ex nostris *Marc. Anton. Surg. de Neap. Illustr. lib. 1. cap. 7. num.* 8. 11. & 14. non erit ob id nullo modo discrimen constituendum inter loca, & terras Baronum, & Regis. His probatis, vis erit tantum in resolutione obiectorū, ex qua clarior apparebit iustitia Ducis; & omissis obiectis in facto consistentibus, quæ similiter ex vero facto, ex processu elicito, facili negotio diluuntur.

Primò in iure obijcitur, hanc noui iuris, seu dirictus exactionem fuisse decretam, siuè inductam post priuilegium Duci concessum, & sic censeri concessum ius ponderum, & mensurarum cum solito dirictu exigendi vnam vegetem pro apotheca, non autem extendi ad ius futurum de nouo superueniens post concessionem, præsertim in terris Baronum.

Secundò, hoc esse nouum vectigal, à quo ciuitatem tam Castrimaris, quā Vrbem Neap. esse immunem. Sed re perpensa, leuissima apparebunt obiecta, & contra communes, & receptas DD. traditiones: siquidem quoad pri-
8 mum vera est conclusio, quodcumq; augmentum sequens intrinsecum, siuè extrinsecum rei concessæ accedēs ad concessionarium spectare in quacumq; dispositione per nomen collectiuum, vt in grege legato, si grex augetur, quia idem grex subcrescit, ad legatarium spectat augmentum, *l. grege, ff. de leg.* 1. *l. peculium, ff. de legat.* 2. *l. grege, ff. de pignor.* & in dispositione particulari, legatum liberationis comprehendere etiam debitum vsurarum post testamentum decursarum, tanquā accessorium, *l. fin.* §. *fin. ff. de liber. legat.*
9 & de augmento extrinseco, quod rei concessæ postea iunctum, & adiectum fuerit; quod in dispositione iam facta comprehendatur, *l. si ex toto, l. quod in rerum*, §. *si quis post, ff. de leg.* 1. *l. cum fundus, ff. de legat.* 2. augmentum enim
10 sequens non est quid separatum, sed tanquam accedens rei concessæ, eadem res fit, *l. inter*, §. *cum inter, ff. de pact. dotalib. l. etiam, C. de iure dot.* quod
11 magis procedit in augmento intrinseco latenti, vt per alluuionem, quod noua apprehensione non indiget, *Bar. in tract. de alluuion. verb. acquiruntur*, ex

ex quo dicitur pars prædij, vt tradit *Hyppol. Rimin. conſ.* 237. *per totũ, lib.* 3. latiſſimè *Theſſaur. deciſ.* 140. optimè *Surd. deciſ.* 88. *num.* 11. in conceſſionibus, ſiuè priuilegijs indefinitè conceſſis, cuiuſmodi eſt caſus noſter, vbi
12 ſub generali regalium conceſſione, & ipſorum ſpecifica enumeratione, conſtat ex mente, & verbis, regalia omnia fuiſſe conceſſa, iuxtà *conſ. Rom.* 271. *Loffred. conſ.* 24. & latiſsimè *Reg. Lanar. conſ.* 34. *Menoch. de arbitr. lib.* 2.
13 *caſu* 84. ſub generali, & indefinita cõceſſione iurium, ponderum, & menſurarum, ius eſſe mixti Imperij; & de regalibus affirmat *Afflict. in Conſtit. ad officium baiulorum, n.* 4. *Renat. Coppin. de deman Franciæ, lib.* 2. *rubr.* 22. & ex noſtris *Ann. alleg.* 52. *n.* 8. *& ſing.* 388. nemo dubitare poteſt, quin ſub huiuſ-
14 modi indefinita conceſſione, futura, emolumentum, & fructus, ex eodem iure conceſſo prouenientes, compræhendantur, cum etiam venirent, tametſi penitus eſſent ſeparati, & rei conceſſæ non accederent; ea ratione, qđ concedens potuit excipere, & non excepit, & in beneficijs pleniſsima ſit interpretatio facienda, nec debet vna, eademque ſubſtantia diuerſo iure cẽſeri, vt eſt *text.* apertus *in cap. quia cir-*
15 *ca,* 22. *de priuil.* vbi fuerat facta remiſſio decimarum epiſcopalium indefinitè, dubitabatur ſi illa intelligeretur reſpectu poſſeſsionum illius temporis, vel poſſeſsionum de nouo quærendarum: deciditur, illam comprehendere non ſolum poſſeſsionem illius temporis, ſed etiam futuri; & tamen ius decimandi prouenit ex re, quæ non erat tempore priuilegij, vbi *gloſſ. fin.* addit, quod in priuilegijs verbum generale, & indefinitè prolatum ad futura extẽditur, & circa mediũ diſtinguit, quod aut certa, aut determinata verba ponuntur, & eo caſu non extenditur ad alia, aut verò verbum generale ponitur, & ad omnia appellatiua extenditur, *c. ex multiplici, Extrauag. de decim.* vnde cum hic ſint conceſſa iura ponderum, & menſurarum generaliter, & indefinitè, nihil prohibet, quod omne ius etiam futurũ ex ipſa re proueniẽs comprehendatur, cui non obeſt *text.*
preſsè declarant *Menoch. d. conſil.*604.
*n.40. & 44. verſ. reſpondetur, & Surd.
dict. conſ.*152. *num.*36. *verſ. declinatur
& ſextum*, vnde cum hic fuerit ſtatu-
tum in iure conceſſo ponderum, &
menſurarum, non aūt in reſeruato, res
de plano procedit, & nihil obſtat: vl-
tra quod hic ſumus in caſu fortiori,
quia non agitur de fructu prouenien-
te ex pœna indicta pro delicto, quod
non erat delictum de iure communi,
ſed nouiter ſit factum delictum ex
Principis edicto, ſed in delicto, quod
fuit

fuit delictum inductum iure connaturali, & diuino, ut supra, & latè tradit *Doctiss. Consiliar. de Georgio allegat. 42.*

Ad secundum principale obiectũ, tanquam leuissimum facilis est respõsio; dicimus etenim, iam iudicatum
53 fuisse in hac eadem causa in Collaterali Consilio de anno 604. hãc noui dirictus exactionem, velùti in locum veteris subrogatam, & quæ debetur officiali ratione laboris personalis, hoc suadente necessitate, & publica vtilitate, non esse nouum vectigal, sed rẽ fauorabilem, vt in simili in exactione, ratione lanternæ pro nauigantibus, tradit *Afflict. decis. 392. n. 9. & 21.* nec quatenus fuisset, posse has ciuitates contradicentes prætendere ab hoc dirictu immunitatem; siquidẽ, cum Vrbs nostra Neapolis, quæ plura habet priuilegia immunitatis concessa à Serenissimis Regibus Aragoneis comprehensis in Pragmatica edita Thori, opposuisset exceptionem dictę Pragmaticæ, prætendens de causa tractari non posse, obstãte immunitate concessa, fuit dictum, non obstare exceptionem dictæ Regiæ Pragmaticæ, & sic in indiuiduo contra dictas ciuitates hoc fuit decisum, & resolutum: nec mirum, quia immunitas gabellarum concessa, nõ extenditur ad nouas gabellas post concessionem impositas, *Afflict. in §. vectigalia, num. 199. quæ sunt regalia, Rouit. consil. 111. viso processu, numer. 17. volum. 5.* cum huiusmodi priuilegia sint restringenga, *Lanar. cons. 76. num. 24. Cacher. decis. 95. numer. 53.*

SVMMARIVM

1 *Regis est proprium liberalitatem exercere erga benemeritos.*

Regię largitiones, seù liberalitates multis sunt condecoratæ priuilegijs; maximè si sint factæ iusta ex causa, vtpotè ob benemerita, & n. 6.

2 *Regijs tutoribus permissa sunt donationes, quæ regulariter alijs tutoribus sunt vetita.*

Regiæ munificentiæ argumentum est non vulgare, immunitatis concessio à publicis muneribus.

Præmiorum spes homines ad benè operandum angit, atq; impellit.

3 *Parmæ Dux condignis laudibus, & præconijs effertur.*

4 *Adhoa in Regno recens exactio, quomodo differat à prisca eiusdem, præstatione.*

5 *Contractus, vltimæ voluntates, & rescripta, præcæteris, in quo differant amplius inter se.*

6 *Adhoa, seu seruitij immunitas à Rege indulta, dicitur beneficium, duplici ratione, & num. 7.*

7 *Beneficium à priuilegio, in quo distinguatur.*

8 *Donatiua, seù aditutoria, quæ fiunt de biennio in biennium, continentur sub adhoa, seù adhoamento.*

Et quamuis hoc nomen præseferant, sunt tamen inuoluntaria, & de necessitate præstantur, & exoluuntur, prout ipsum seruitium, vulgò, adhoa, nũcupatum.

9 *Adhoæ immunitas concessa, infert ad exemptionem à donatiuis.*

10 *Feudum potest esse francum ab adhoa, & donatiuis, & de ratione.*

11 *Regis est electio in hoc Regno, an velit, vt vassallus seruiat de persona, vel loco seruitij expetat subuentionem in pecunia.*

12 *Seruitium non est de substantia, sed de natura feudi.*

13 *Feudum esse francum ab omni seruitio exceptis contentis in iuramento fidelitatis, nec ius resistit, nec feudi substãtia abhorret, aut refragatur.*

14 *Feudi seruitium circa promissionem, & remissionem, regulatur à pacto.*

15 *Feudi simplex concessio, non infert ad præstationem seruitij extrinseci, vltra contenta in iuramento fidelitatis,* idq;

idq; dupliciter extenditur, & ampliatur.

16 *Conſuetudo patrisfamilias, vel regionis in dubio regulariter vt plurimum valet.*

17 *Immunitas patri conceſſa non contra ius, & ſic ex priuilegio, ſed ſecundùm ius, & ſic ex beneficio, legitimè in filios deriuatur, maximè ſi ſit conceſſa ex iuſta cauſa, vtpote ob benemerita in ſeruitiorum remunerationem.*

18 *Immunitas quatenus eſt beneficium aduersùs concedentem, latiſſimam recipit interpetrationem.*

19 *Salarium à Comitatu Poteſtati ſoluendũ non poteſt diminui ex eo, quod vni villæ ſit conceſſa exemptio, ſed à reliquis Comitatibus villis erit perſoluendum, ſecundùm* Bart. *traditionẽ, quam* Ang. l. & Imol. *admittunt cũ diſtinctione, vt num.* 24. *ſed alij damnant, vt num.* 25.

20 *Donatiuorum ratas, quæ ab Vniuerſitatibus inhabilibus effectis, vel à baronibus exemptis exigi non poſſunt, alijs habilibus adcreſcere aduotauit* Dom Regens de Ponte.

21 *Immunitas ab oneribus alicui conceſſa, quo pacto ſit ſeruanda, & num.* 22. *&* 23.

26 Bart. *traditio* in l. ab omnibus, ff. de legat. *communiter refellitur.*

27 *Vniuerſitas quando aliqua de cauſa vnum ex ciuibus eximit ab oneribus, tunc exempti portio cedit damno eiuſdem communitatis eximentis.*

28 *Tributi impoſitio quandoque ſingulorum capita, & interdum reliquod corpus in vniuerſo reſpicit, & vtroque caſu immunitas conceſſa concedentem tantùm lædit, non autem cæteros non exemptos, & ita paſſim iudicatum, & num.* 29.

30 *Vniuerſitates ſi temporis curſu reddantur inhabiles ad ſoluendum, quod à toto Regno ſoluendum eſt, quomodo tũc erit facienda exactio.*

31 Regentis Moles *notabilis deciſio cenſetur.*

32 *Immunitas ſapit donationem, & qui donat, videtur recipere.*

33 *Immunitas conceſſa à donatiuis, poteſt dupliciter contingere; & inter vnum modum, & alterum non leuis intercedit differentia.*

34 *Immunitas à donatiuis ordinarijs, qua ex priuilegio, & non de iure communi potiuntur Officiales, cedit in damnum Fiſci.*

35 *Donatiua, quę per hoc Regnum fiunt noſtro Inuictiſſimo Regi, eam expreſſam continent legem, ſeu conditionem, vt nemo ſit immunis.*

36 *Donatiuum factum Regi, quando non recipiat diminutionem ex immunitate per Principem alteri conceſſa.*

37 *Immunitas quandoq; contingit ob impotentiam, & interdum ex priuilegio, & inter vtramque ſpeciem non eadem cernitur ratio.*

38 Dom. Regens de Ponte *redarguitur de confuſione, & compilator* Capyc. & Dom. Regens Moles *in præſenti materia.*

39 *Populi ad conſtitutionem quid requiratur ſecundùm* Bald.

40 *Aeſtimi noui cauſa efficax eſt inopinata paupertas.*

41 *Regni numeratio, quod tempus debet eſſe lapſum, vt iterum fiat.*

42 *Vniuerſitas non mutatur, nec per mutationem perſonarum, nec per bonorum diminutionem, aut augmentum.*

43 *Princeps poteſt immunitatem concedere etiam in tertij præiudiciũ, cum modificatione tamen, de qua hic.*

44 Immunitas *conceſſa à Principe maximo, diſtat interuallo ab ea, quæ ſit ab inferioribus* Dominis.

45 *Immunitatis priuilegium, vt fortiùs obtineat, quæ ſit adhibenda conſideratio, ſeu cautela.*

46 *Immunitatẽ, legitima ſuggerente cauſa, concedere poſſunt Decuriones, nedum Doctoribus, & Medicis, ſed etiam alijs perſonis.*

Re-

47 *Remunerationis cauſa habet multa ſpecialia.*

48 L.ſi forte, ff. de caſtrenſ. pecul. *quo pacto limitetur.*

49 *Iudicis, vel Officialis geſta habent pro ſe iuris præſumptionem, non ſic in priuatis.*

50 *Immunitatis conceſſio ob benemerita non importat priuilegium, ſed beneficium à iure communi profluens, quod eſt multis refertum prærogatiuis.*

51 *Clauſula,* motus proprij, *etſi omiſſa, quando nihilominus cenſeatur appoſita.*

52 *Perſonæ qualitas eſt multum attendenda.*

53 *Donatio remuneratoria non eſt gratuita, ſed compenſatio quædam, & titulus dicitur onerosus, hodie ad heredes eſt tranſitoria, ac futura pariter complectitur.*

54 *Immunitatis conceſſio facta à Principe ob benemerita, adeò efficitur irreuocabilis, & perpetua gaudet firmitate, vt nec etiam per ingratitudinis labem poſſit infringi.*

55 *Principis conceſſio quandoque manet in meris, & puris priuilegij finibus, & interdum pertranſit in aliquam contractus ſpeciem.*

ARGVMENTVM.

De conceſſione immunitatis à ſeruitijs debitis occaſione feudi; adohis; donatiuis ordinarijs, & extraordinarijs; ſiuè ſuperindictis largè interpretandis, ex qualitate maximi Regis concedētis, & ſpectatæ fidei, & meritis conceſſionarij. Et quando immunitas à tributis, functionibus fiſcalibus debitis à fumantibus, cedat in damnum ſolius concedentis, ſiuè eximentis, vel accreſcat rata remiſſa ad onus aliorum; & an ſit faciendum diſcrimen inter onus in capita ſingulorum diſcretò, vel in onere impoſito, aut dono facto à ciuitate, vel Regno tanquam ab vno corpore in vniuerſo, vel potius inter immunitatem conceſſam ante, vel poſt donatiuum, & onus impoſitum. Quid verò in remiſſione facta ex cauſa neceſſaria depauperationis fumantium ex aduerſa fortuna. De modo præſtandi ſeruitium in Regno ſub donatiuo, ſingulo quoque biennio. Plura de ſeruitio, feudo franco. De æſtimo pro exoluendis functionibus fiſcalibus. De generali Regni numeratione, ſiuè deſcriptione. Qui poſſint immunitatem concedere, & quando perpetua ſit, & irreuocabilis.

Pro eodem Sereniſsimo Duce Parmę super conſultatione facięda S. Maieſtati, &c.

CONTROVERSIA LV.

REX noſter Inuictiſſimus progenitoribus Sereniſſimi Ducis Parmę pluries, attenta ſanguinis coniunctione, & ipſorum meritis, & obſequio nō vulgari erga Coronam, vt notiſſimum eſt, immunitatem conceſſit ab adohis, donatiuis, alijſque impoſitionibus extraordinarijs pro feudis Regni, quæ ex titulo dotis, alijſque oneroſis titulis in Regno poſſidet, qua immunitate potiti ſunt Sereniſſima Margarita, & Dux Alexander filius, & dum S. Maieſtas intendens eandem concedere immunitatem moderno Duci, ſuis Regijs geminatis, & repetitis literis annorum præteritorum, & iterum de præſenti iniunxerit Excellen. Proregi, vt communicato negotio cum tribunali Regiæ Cameræ, referret quāti-

titatem, ad quam aſcendebant prædi-
cta ſeruitia, ſiuè adoha, & donatiua,
& ſi aliquod occurrerit inconueniēs,
quod ipſum Regem à prędicta immu-
nitatis prorogatione dettahere poſ-
ſet, & vt interim ſuperſederetur in il-
lorum exactione per duos annos,
oſtēdens ex hoc propenſam, quinimò
enixam voluntatem id concedendi,
dum pendente conſultatione, an ſit
concedēda immunitas, voluit vt Dux
immunitate interim frueretur, vt in
ſimili ponderat *Roland. inſ. citat. conſ. num. 21. in princip.*

1 Supereſt, vt pro facienda conſulta-
tione conſiderent ſupremi Iudices,
proprium eſſe Regis, & maximè Mo-
narchæ tot Regnorum liberalitatem
execere erga illos, qui meritis, & ſer-
uitijs affluerent argumento eorum,
quæ congerit de Regum, & Nobilium
liberalitate *gloſſ. Marin. in Conſtit. Mi-
noribus, poſt num. 50. verſ. poſito enim
quod mulier, de iure balij*, vnde dicebat
Bald. liberalitatem, & largitionem de-
cere Reges, & Principes, indeque eo-
rum largitiones eſſe multum fauora-
biles, ex *l. 1. C. ſi liberal. Imper. ſocius,
2 lib. 10.* adeò vt etiam tutores Princi-
pum donare valeant, quamuis aliorū
tutores ſint prohibiti, vt latiſſimè de
Regum ampliāda liberalitate ex Poe-
ta, et politioribus authoribus latiſſimè
tradit *Tiraquell. cap. 37. de nobilitat.
ex num. 42. cum ſeq.* & pulcherrima
tradit *Tholoſ. de Republic. lib. 22. c. 13.*
& in puncto inter alia digna, & inſi-
gnia liberalitatis, & Regiæ munificē-
tiæ ſigna connumerari conceſſionem
immunitatis, etiam à muneribus non
obſtantibus, *l. vacuatis, C. de decur.*
cum ſimilibus in terminis latiſſimè
probat *Surd. in famoſo conſ. 140. n. 36.*
& maximè propter merita illis, qui vi-
gili cura, & incomparabili fide diuer-
ſa negotia Principis maximis labori-
bus vtiliter pertractarunt, vt idem
Surd. diſcurrit ibidem ex *num. 34. &
ex num. 44. cum ſeq. vſque ad fin. lib. 1.*
vbi eſſe homines inuitandos ſpe præ-
miorum ad benè operandum, & ar-
dua pro Regibus perficiendum, & ad
hoc vt premijs ad exemplum trahan-
tur, *l. et virtutum, C. de ſtatuis, & imag.*
3 *Surd. dict. conſ. num. 54.* inter alios au-
tem, qui obſequiorum magnitudine
ex progenitorum continuata ſerie;
ac inuiolabili fide de
noſtri Monarchæ Corona ſunt opti-
mè meriti credam ex omnibus ferè
Italiæ regulis nulli Ducem noſtrum
fore ſecundum, cum nemo ſit, qui ſin-
ceriori deuotionis affectu, nec maio-
ra optauerit, nec feliciores progreſſus
omni conatu tentauerit, & ardua
plura perfecerit pro conſeruando, &
augendo ſtatu Regnorum Regis: inde
cum in remunerationem obſequij ve-
lit antiquas prorogare, vel renouare
immunitates ſeruitiorum in leue dā-
num ipſius Regis, cui præſtatur ſerui-
tium, ſiuè adoha, quę hodie in Regno
non exigitur, pro vt prius exigebatur,
ſed actio ſit ſub donatiuo, quod ſingu-
lis quibuſque duobus annis exigitur
toto Regno, incluſis Baronibus iuxtà
taxam ſeruitij, vt declarat *Dom. meus
Regens de Curte in 1. part. de feud. c. 13.
num. 53. & 54. & Dom. de Ponte dec. 3.
num. 15. & 20.* hoc ſimplex beneficiū
cenſendum eſt, quod in contractibus
plenè, & in vltimis voluntatibus ple-
nè, in reſcriptis verò, quæ à prope di-
uina eius indulgentia proficiſcuntur,
quam pleniſſimè interpretari debe-
mus, *vulg. l. beneficium quæſt. 3. vbi glo.
& DD. ff. de conſtit. Princ. & gloſſ.* ibi
hoc in ſpecie procedere docet in cō-
ceſſione immunitatis, dum citat *l. 4.*
ibi, *in perpetuum ſuccedentibus durant,
ff. de iur. immunit.* concordantes affert
*Georg. Acac. de priuileg. lib. 2. cap. 4. n. 9.
& lib. 3. cap. 8. num. 34.*

Beneficium autem eſſe conſtat dupli-
5 ci ratione: primò, quia quicquid ſecū-
dum legem conceditur, dicitur bene-
ficium, ſicuti priuilegium, quod con-
tra legem datur, *Iaſ. in. l. fin. num. 27.
ff. de conſt. Prin.* At conceſſio immuni-
tatis ſeruitij, ſiuè adohæ in feudo, ſub
qua

8 qua adoha, siuè adohamento comprehenduntur etiam donatiua, siue adiutoria, quæ fiunt singulis duobus annis, quæ etsi fiant sub nomine donatiui, constat tamen esse inuoluntaria, & non minus ex necessitate solui, sicut ipsum seruitium, quod adoham nuncupamus, vt benè probat *Frecc. in 3. auth. Bart. lib. 2. num. 26. Petrus de Greg. de cõcess. feud. part. 7. q. 8. n. 35. & ex Isern. Oldrad. Afflict. Capyc. & alijs* latè fundat *Regens de Ponte decis. 3. ex*
9 *num. 8. 14. 16. & 21.* vbi quod concessa immunitate adohæ, censetur etiam concessa immunitas à donatiuis; cer-
10 tum est autem, quod feudum sit francum à seruitio, & consequenter à donatiuis, non esse contra ius, nec contra substantiam ipsius feudi, cum seruitium, cuius loco præstari solet in
11 Regno subuentio in pecunia, non tamen sublata electione Regi, an velit permittere solutionem in pecunia, vel cogere vassallum vt seruiat de persona, vt post alios notat *de Ponte dict.*
12 *decis. 3. num. 7.* non est inquam seruitium de substantia feudi, sed de natura feudi, adeò vt quod feudum sit frã-
13 cum ab omni scilicet seruitio, exceptis his, quæ continentur in iuramento fidelitatis, non est contra ius, nec
14 contra substantiam feudi, quia sicut pacto permittitur seruitium, ita pacto remitti potest, vt post *Isern.* & alios, latè probat *Camer. in repetit. l. Imper. cart. 34. per totam, & cart. 35. col. 1. vers. enimuero, & per totam, 3. col.* quod
15 adeò verum est, vt si in feudi concessione, tempore ipsius erectionis nulla fiat seruitij mentio, sed simpliciter dominus in feudum concedat, non veniat seruitium extrinsecum vltra illud, quod in iuramento fidelitatis continetur, & nec ad illud, quod dominus concedens solitus est apponere in similibus concessionibus, nec quod solet communiter in loco præstari, quã-
16 uis aliàs consuetudo patrisfamilias, vel regionis plurimum attẽdi debeat, vt ex communi, magis recepta, & veriori opinione, quam firmauit *Isern. in cap. 1. §. huius autem generis, in quibus caus. feud. amitt.* validis rationibus, & DD. authoritate, aduersùs *Cannet.* & alios, apertè demonstrat *Dom. meus de Curte dict. cap. 13. ex num. 14. cum seq.*
17 immunitas autem, quæ nõ est contra ius, & sic non ex priuilegio conceditur, sed ex beneficio, latissimè est interpretanda, adeò vt simpliciter patri concessa transeat ad filios, *Bart. in l. fin. num. 4. ff. de seruit. legat.* vt latè post *Imol. Alex.* & alios, probat *Surd. decis. 123. num. 6. & 7. Cephal. cons. 58. n. 28. lib. 1.* quod maximè procedit in immunitate, quæ conceditur ex iusta causa, scilicet ob benemerita, & seruitiorũ, vel obsequij remunerationem: quandoquidem inter infinita priuilegia, quibus concessiones ob benemerita sunt decorata, illud est ad rem nostrã pertinens præcipuum, vt immunitas, quæ aliàs neq; ex rescripto Principis, neque consensu ciuium concessa prodest, de qua in *l. vacuatis, 19. C. de decur. lib. 11.* vbi, quod concessio immunitatis à legalibus muneribus est Ipso iure nulla, rationibus, de quibus per *Molfes. quæst. 4. dubit. 5.* valet tamẽ si ob benemerita concedatur alicui, vt benè probat *Dom. meus Capyc. in inuest. tract. de collect. in §. priuilegiatus,* & infra latius.

Est & secundò hoc beneficium,
18 quia neminem lædit, nisi ipsum Regẽ concedẽtem, & proinde latissimè interpretandum, & extensione coadiuuandum, vt in specie loquitur de immunitate *Alex. cons. 125. num. 7. lib. 2.* & generaliter *Ias. in dict. l. fin. num. 29. Crotus in l. omnes populi, num. 236. ff. de iust. & iur.* vnde rectè *Seneca lib. 2. de benefic. cap. 28. nullum est,* inquit, *tam plenum beneficium, quod non vellicare malignitas possit, nullum tam angustum, quod non bonus interpres extendat,* refert *Afflict. dict. lib. 2. de priuil. cap. 4. n. 9.*

Et quoniam considerari posset, vtrum in hoc aliquod occurrat incõueniens ex eo, quod iustè dubitetur por-

portionem, ſiuè ratam donatiui Ducis noſtri exempti, fortè cedere poſſe in damnum aliorum Baronum, & feudatariorum Regni, ex doctrina *Bart. in l. ab omnibus, ff. de legat.* 1. vbi docuit,
19 quod ſi comitarenſes tenentur ſoluere ſalarium Poteſtati, ſi vna villa eximatur, non ideò minus diminui debet ſalarium, ſed hoc nõ obſtante, integrũ eſt à reliquis villis Comitatus perſoluendum ſalarium: quod expeditum eſſe in oneribus, ſiuè donatiuis, quæ ſoluuuntur à Regno in vniuerſo, vel à Comitatu, vt omninò cedere debeāt in damnum aliarum Vniuerſitatum, quoties Regni ipſius eſt onus, ſiuè ab ipſo, velut ab vno corpore vnito factum eſt donatiuum, quo caſu licet aliquæ Vniuerſitates deficiant, vel ſint effectæ inhabiles, quod tamen accreſcat onus cœteris habilibus, cum remaneat idẽ Comitatus debitor oneris, vel donatiui, ſiuè accreſcat, vel decreſcat, & ideò illud integrũ exigendũ eſt à corporeRegni, ex *dec gloſſ. Odoffr. Ioān. de Platea in l. 4. gloſſ. compenſetur, C. de cenſ. & cenſit. & peræquat. lib* 11. *gloſſ. & Bartol. in l. 2. C. de apoc. public. lib.* 10. *vbi Luc. col.* 1. *verſic. circa hoc,*
20 *Platea, & Rebuff. num.* 4. ex quibus, loquendo in donatiuis factis à Regno, quoad Vniuerſitates, quæ poſtea efficiuntur non ſoluendo, poſt longũ diſcurſum, infert in ſpecie *Reg. de Ponte tit. 4. de regal. impoſit.* §1. in ſpecie idẽ practicari cum Baronibus in donatiuis, vt creſcat, & decreſcat ipſorũ reſpectu donatiuum ſecundùm numerũ Baronum, ita vt, licet ſuboſcurè, velle videatur, deficientium ratas alijs habilibus accreſcere.

21 Sed vt appareat, nullum conſiderari poſſe probabile inconueniens, qđ Regem trahere poſſit ab huius immunitatis conceſsione, quinimò hoc eſſe ſimplex beneficium, non priuilegiũ, cum non ſit in tertij præiudicium, ſed ſolius concedentis, & proinde latisſimè interpretandum, veluti reale, & ad hæredes tranſitorium, vt in terminis in conceſsione immunitatis, probat *Alex. conſ.* 106. *lib.* 2. *Soc. conſ.* 84. *n.* 12. *cum ſeq. lib.* 3. *Feſtaſ. Sylu. Alciat. Anch. iun.* & infiniti alij, quos latisſimè hoc diſputãdo, & contrarijs reſolutis, probauit *Surd. ſup. citat. conſ.* 140. *ex n.* 48. *&* 53. *vſque ad num.* 67. *in princip. vbi num.* 55. reddit rationem huius fauoris, & latisſimę interpretationis, quia reducit nos ad ius commune, & ad primæuam libertatem, & præſertim quando ſit ob benemerita, vt ex *n.* 34. *ad* 42. & iterum ex *num.* 52. *ad* 58. & iterum ex *num.* 71. 72. *vſque ad n.* 80. ſunt diſtinguendi plures caſus.

22 Primus namq; , quoties cenſus, ſiuè collecta, aut onus ſiuè impoſitum à Principe, ſiuè à Regno, vel ab Vniuerſitate oblatum, eſt ſoluendũ ipſi Principi, & tunc ſi Princeps poſt onus impoſitum, vel à Regno oblatum, ſiuè donatum, aliquos faciat immunes, & tunc nullo modo portio ex emptorũ cedit ad onus aliorum, ſed ſolius ipſius Principis, cuius facto aliqui fiunt exempti, & ita firmauit *Luc. in l. actores* 4. *vbi gloſſ. vlt. C. de exact. tribut. lib.* 10. dicens, quod conceſſa per Regem alicui immunitate à collectis in aliqua ciuitate, non tenẽtur portionẽ exempti, reliqui ciues ſoluere, & hanc opinionem firmat *Luc.* expreſsè, improbato *Bart. in l.* 2. *C. de apoc. public. lib.* 10. & hic primus caſus eſt indubitabilis, quia ſi contrarium diceretur, ſequi poſſet, vt pluribus de Vniuerſitate, conceſſa immunitate, paucis exceptis, totum onus paucis non exemptis accreſceret, quod abſurdum, iniuſtumq; eſſet, & quandoq; impoſsibile, & pro hoc benefacit dictum *Caſſiod.* 2. *variar. epiſt.* 17. quod viuis rationibus, & ex *Specul. Gulielm. Alber. Bald. Angel. Roman. Caſtr. Alex. Alber. Brun. Pariſ.* & alijs, de communi probat *Roland. conſ.* 76. *num.* 4. *cum ſeq. lib.* 2. accedat ſolenne *conſ. Barbat. ex facto contingenti*, ex *n.* 1. *vſq; ad* 14. præſertim *num.* 3. 8. *&* 9. *lib.* 2. optimè *Ripa in repetit. l. ſi ſe non obtulit, n.* 36.

ff. de re iudic. censetur enim, concedere Principem immunitatem, quam de iure potest, Caphal. cons. 58. num. 53. in princ. doctiss. & consummatiss. Reg. Carol. Tap. in rubr. ff. de constit. Princip. cap. 4. num. 31.

Secundus est casus, vbi onus impo-
23 situm, vel donatiuum oblatum, alteri est per ipsum Principem assignatum, vel solui iussum similiter antequam Princeps faciat aliquos exemptos, & hoc casu licet Bart. in l. ab omnibus, ff. de legat. 1. ponendo exemplum in salario soluendo, seu solui assignato Potestati per illos de Comitatu, dicat, quod si Princeps eximat, siuè immunē reddat vnam ex villis Comitatus, cœteri de Comitatu tenentur soluere integrum salarium, vbi eum sequitur Ang. & Imol. licet cum distinctione, & Anchar. citatus per Ias. loco infra citando, & ex modernis Cephal. cons. 6. di-
24 cens in fin. neminem ex DD. dubitare quin exemptio, vel immunitas hoc etiam casu concedi possit, vel quod immunitatem exemptus consequi debeat; sed præsupposita immunitate in omni casu pro constanti, solùm quærunt de rata exempti, an sit diminuenda de quantitate soluenda ad præiudicium eius, cui solutio est facienda, vel potius non exemptis accrescere debeat, præsupposita semper exemptionis validitate, siuè ageretur de eximētis solū, & sic alicuius tertij præiudicio, cū si tertio Principis cessionario fieret præiudicium, salua sibi essent iura contra Principē suū authorem, ex notatis per Soc. cons. 72. visis statutis, prope fin. lib. 4. vt formaliter Cephal. subdit in fin. dict. cons. idemque cum Bart. sentit Roland. dict. consil. 76. n. 6. in fin. in vers. secunda cōclusio, atta-
25 mē contra Bart. etiā in casu, quo tertio esset persoluendum onus, vt nullo modo ad onus aliorum cedat, sed solius Principis, ex eo quod priuilegiū vni concessum non debeat in aliorum damnum cedere, ex vulgari regula l. nec auus, C. de emancip. liber. & ita firmare Gulielm. Specul. tit. Ioann. Andr. Rayn. Alber. Bald. Angel. Ludou. Roman. necnō Butr. Panormit. Card. Alexand. & alios, testatur Ias. in l. auus nepotis, 33. num. 8. & seq. licet ipse num. 11. in fin. sequatur Bart. ff. de pact. optimè Ripa omninò videndus in dict. l. si se non obtulit, num. 36. ff. de re iudic. & cum communi opinione residere videtur Iacob. de homag. num. 38. vbi post Bart. in l. ab omnibus, 107. ff. de leg. 1. & Panormit. in cap. accedentes, de rescript. distinguendo inter onus incumbēs pluribus pro virili ex contractu, ex vltima voluntate, ex dispositione iuris, vel consuetudinis, affirmat in onere debito ex contractu, pro vt est casus noster, vbi constat præstari adoham, vel adiutoria occasione feudi, vel ex donatione etsi coacta, iuxtà tradita per Reg. de Ponte dict. decis. 3. indistinctè immunitatem vni concessam, cœteris non præiudicare, sed Principi solùm, qui immunitatem concessit, ex l. vnic. C. vt nullus ex vicaneis pro alienis vicaneorum debitis teneat lib. 11. ibi, graue est non solum legibus, verum etiam æquitati naturali contrarium pro alienis debitis alios molestari, subdens Iacob. opinionem Bart. in dict. l. ab omnibus, procedere, vbi non ex contractu, sed virtute statuti, onus reperitur im-
26 positū, & hanc opinionem esse quoque hodie communem, contra Bart. etiam post Caphal. & Roland. probat Aluar. Valasc. consult. 12. post numer. 5. vers. non obstat, vbi omnibus relatis, & in specie Castr. dicente, hanc opinionem vidisse de facto obseruari, & esse benigniorem, subijcit Valasc. tam in onere imposito ex dispositione statuti, quàm in cœteris alijs oneribus, seu censibus etiam Vniuersitatibus impositis, si Princeps aliquos faciat exemptos, æquius esse indistinctè, vt nec tertio, cui reperitur à Principe onus assignatum, nec cœteris non exemptis videatur præiudicatum per priuilegia exemptionis de nouo quibusdam cōcessa, sed soli ipsi Principi concedenti:

ti. Vnum tantùm caſum, dumtaxat excipiẽdum putauit ipſe *Valaſc.* vt cedat rata oneris eorum, qui immunes
27 facti ſunt, aliorum damno, quãdo ipſa eadem Vniuerſitas, ſiuè communitas aliquem ex ciuibus iuſta de cauſa exemerit; ſiquidem tunc iuſtè portio exẽpti cedere debet damno Vniuerſitatis met eximentis, vt innuit *Bart. in l. ſi duas, §. fin. ff. de excuſat tutor.* idque contingit eadem ratione, vt ſicut immunitas conceſſa à Principe, cui eſt onus impoſitum perſoluendum, cedit in damnum ipſius Principis eximentis particulares; ſic pari ratione per contrarium, immunitas conceſſa ab ipſa Vniuerſitate, quæ ſolutionem facere debet, cedere debet in damnũ ipſius Communitatis debitricis, quæ exemptionem concedendo, licet ex cauſa, in ipſius præiudicium concede-
28 re cenſetur, non alterius. Et iſte caſus procedit tàm in onere impoſito, ſiuè dono facto Principi ab ipſo Regno, prouincia, vel ciuitate, in capita diſcretꝗ, cuiuſmodi ſunt functiones fiſcales diſcretæ, ſingulis quibuſq; fumãtibus impoſitæ, quàm etiam in onere, ſiuè dono facto ab ipſo Regno, ſiuè à ciuitate, tanquam ab vno corpore in vniuerſo, vt latiſſimè firmat *Valaſc. in loco præcitato*, qui licet *num.* 5. ponderare videatur concluſionem ab ipſo firmatam, vt immunitas à Rege conceſſa, non cedat aliorum damno, quia agebatur de tributo iugationis, hoc eſt impoſito pro duobus bobus, quod tanquam diuiſum per capita, propterea portio exemptorum cœteros aggrauare non debeat, ex doctrina *Bald. in cap. 2. requiris, in fin. de appellat.* Attamen indiſtinctè affirmat *Valaſc.* in
29 quolibet onere, nedum ſingulis quibuſque ciuibus per capita diuiſo, vel diſtributo, ſed etiam ipſi Vniuerſitati impoſito, tanquam vniuerſo, & ſic in communi, integræ Communitati, ꝗ adhuc immunitas aliquibus conceſſa, cedat in damnum ipſius ſolius Principis concedentis, non autem aliorum non exemptorum, ſiuè Vniuerſitatis, vt clariſſimè ipſe ſubijcit poſt *num.* 5. *verſ. non obſtat item*, vbi de communi, & benigniori ſententia in praxi recepta, hoc generaliter verum eſſe ſtatuit in quibuſcunque oneribus, ipſis Vniuerſitatibus, ſiuè Communitatibus impoſitis, excepto caſu, vbi ipſamet Vniuerſitas aliquos exemerit, vt ſup. Et de hac extenſionis veritate hodie non eſt dubitandum, cum & ipſam, & veriorem, magis communem, & in praxi in Regno receptam, ac ſecundũ eam pluries in Regia Camera iudicatum, & longæua conſuetudine approbatam, teſtetur inſignis ille vir, omni æuo commendandus, *Regens Moles* poſt hæc ſcripta viſus, qui *quæſt. 2. dec. item 2. ſub rubr. de immunit. funct. fiſcal.* præmiſſa diſputatione, vtrũ Rex cõcedens immunitatem à functionibus fiſcalibus alicui Vniuerſitati, huiuſmodi immunitatis conceſsio cedat in damnum Regis concedentis, vel potius ipſe Rex valeat portionem ciuitatis exemptę à reliquo Regno exigere, decidit, quod licet poſt conceſsionẽ immunitatis idem Regnum remaneat in vniuerſo obligatum ad idem debitum, ex quo videretur dicendum, ratã terrarum immunium exoluendam fore à reliquo vniuerſo, ſicut in ſimili
30 dicũt in caſu impotentię, vt ſi aliquę Vniuerſitates deficiant, ſiuè reddantur ex impotentia inhabiles ad ſoluẽdum, quod à reliquo vniuerſo Regno ſupplendum eſt, quod ab ipſis ex inopia exigi nõ poteſt, vt ex *l. ſicuti, §. fin. ff. quod cuiuſq; vniuerſ. nom.* & ex traditis per *Bart. in l. 4. §. actor, num. 4. ff. de re iudicat. & in l. 2. C. de apoc. public. lib. 10. vbi Luc. col. 1. Platea, & Rebuff. num. 4. in l. ſi ſe non obtulit, num. 35. ff.*
31 *de re iudicat.* nihilominus reſoluit *Moles*, his, & alijs non obſtantibus, Regiam Cameram tenere contrariũ, & ita paſſim iudicare, ea potisſimum ratione, quia Rex concedẽdo immunitatẽ, videtur recipere id, quod aliàs ab Vniuerſitate exempta fuiſſet exac-

Pp 2 tu-

32 turus; qa remittere est donare,& donãdo recipere videtur, ex traditis per *Isern. in §.sed nec alia iustior, in addit. n. 42. quæ sit prima caus. benefic. amitt.* & est *text.* expressus *in l. vir ab eo, in fin. ff. de iur. dot.* optimè *Ripa vbi supra, num. 36.* Et licet subijciat *Moles in dict. decis. 2. circa medium, in versic. qua conclusio*, hanc conclusionem non
33 procedere in donatiuis, quæ fiunt à Regno ad certam summam dimidij millionis, vel pluris in anno, vt hodie fit in Regno,& idem in effectu reincidit, & est potius limitatio, siuè declaratio, quam ipse tradit sub notabili,& verissima distinctione, vt scilicet idem fit in donatiuis prædictis, quæ fiunt à Regno ipso, tanquam ab vniuerso ad
34 certam summã, vt si Rex post donatiuum ipsum factum, siuè oblatum, cõcedat immunitatem, si Rex immutat, concedendo immunitatem, illa rata Vniuersitatis exemptæ, absque dubio cedit in damnum Regis, à quo donatiuum factum censetur, rebus in eodẽ statu permanentibus, *vulg. l. quod Seruius, ff. de condict. ob caus.* vt ipse tradit *in fin. decis. in vers. qua omnia*, secus verò si immunitas reperiatur concessa à Rege ante factum donatiuum, puta quia aliquæ Vniuersitates fuerint factę immunes, etiam à donis futuris; tũc illa immunitas non nocet Regi, quia cum Regnum donat, certam summam donat, & idem Regnum est, etiam q aliquę Vniuersitates sint perprius immunes, & in donatiuo nullus censeri potest habitus respectus ad Vniuersitates perprius iam exemptas, sed ad non exemptas, & tunc, inquit *Moles*, militat doctrina *Bart. in d. l. 4. §. actor, & in l. 2. C. de apoc. public.* & hanc esse veram opinionem cum distinctione *Bald. in l. etiam, post num. 15. versic. sed pone rõnibus antedictis, C. de exequut. rei iudic.* quam ab omnibus recipi, vbi immunitas à functionibus fiscalibus fuerit concessa, nõ ciuitati, vel castro, sed particularibus ciuibus, vt si vnus, vel plures ex ciuibus alicuius terræ sit ex priuilegio exempti, & ita iuridicè discussum, & iudicatum in personis *cons. Scalaleon. de Teano, & cons. Iulij Girard. Nolani*, & in pluribus alijs casibus, refert idem *Moles quæst. 3. dec. 2. per totam*, & iterum *quæst. 5. dec. 6. in vers. quo verò ad donatiua*, addit idem *Moles*, immunitatem à donatiuis ordinarijs, à quibus Officiales non iure communi, sed ex priuilegio sunt im-
35 munes, cedere in damnum Regis, qa hodie in donatiuis Regnum donat, ea cõditione adiecta, vt nemo sit immunis,& quia aliter Regnum nõ donaret; verum quia acceptato donatiuo, Rex æquissimus mandat, hoc non obstante, seruari immunitates, ideò immunitas cedit in damnum Regis, ac si de nouo esset concessa immunitas post donatiuum factum, vt ex traditis per *Bald. in dict. l. etiam*, & ita generaliter decisum in omnibus, qui ex diuersis nostrorum Regum priuilegijs sunt immunes à functionibus fiscalibus, quos ipse refert *quæst. 9. decis. 10.* vt pro rata deducantur in beneficium Vniuersitatum, latiùs refert idem *Moles eadem quæst. 9. decis. 10. in princip.* & ante ipsum optimè *Dom. meus Capyc. in inuestit. §. collectis, verb priuilegiatus à Principe*, vbi expresè reprobat *Bart. in dict. l. 2. C. de apoc. public.* idemque probat *Præsid. Mut. Surg. in addit. ad opus fratris de Neap. Illustr. cart. 385. vers. quocirca*, & ita passim generaliter obseruari, velut pro regula, in donatiuis, quæ fiunt per Regnum, vt quantitas illa, siue rata, quam aliàs exoluissẽt Vniuersitates, nisi fuissent ex priuilegio Regis immunes, cedat in damnũ
36 ipsius Regis, licet aliter fuerit decisũ in casu diuerso, vt quantitas scilicet offerri donata per Regnum ex conuẽtione cum Rege nostro, pro augmẽto, quod contingere potuisset in noua numeratione Regni, integrè, & indiminutè Regi præstaretur, nulla habita ratione, quod à summa donata detrahenda esset rata Vniuersitatum immunium; siquidem Regnum certam sum-

ſummam obtulerat, ſciens, & præuidens, adeſſe Vniuerſitates immunes, & dum potuerat legem apertius ſibi offerendo dicere, tacuit,& è contra Rex habuit reſpectum ad integram ſummam oblatam, aliter forte non conceſſurus, vt concordans cum diſtinctione *Regentis Moles*, latè tradit *Dom. meus Auunculus,& Magiſter Reg. de Curte in 1. part. tract. feud. cap. 9. §. redeundo igitur, numer.* 32.& hanc opinionem, vt ſiue onus iniunctum, vel donatiuum oblatum, ſit exoluendũ, facta diſtributione pro numero fumãtium, & ſic onus ſit diſtributum per capita, ita vt ſit debitum particulariũ, non autem totius Regni in vniuerſo; ſiue ſit onus pertinens ad Regnum,& ſoluendum ab ipſo, tanquam ab vno corpore, quod reſpectu portionis immunium ex priuilegio id ſolùm ſit attendendum, vtrum immuniias fuerit conceſſa ante donatiuum, vel poſt,& ita iam pluries fuiſſe,concordatis opinionibus diſſidentibus inter *Bart. & Luc.* idque eſſe indubitatum in caſu immunitatis, teſtis eſt *Regens Rouitus*, qui doctè ex more diſcurrit *in conſult. pro Fiſc. poſt conſ. ex num.* 41. & propriè *num.* 23. & 24. & iuxtà prædicta
37 ſunt neceſſariò intelligenda, quæ tradit *Regens de Ponte de Regalib. impoſit. §. 1. de exact. & execut. funct fiſcal. per totum*, qui licet loquens in ſatis diuerſo caſu, non immunitatis ex priuilegio conceſſæ, ſed impotentiæ, ſiue depopulationis, aut depauperationis ciuitatis, ſiue incolarum,& ſic de iure cõmuni; qui diuerſam habet rationem, vt infra ex hoc inferam, vt in donatiuis, quæ fiunt de quantitatibus certis in vniuerſo, licet fiat diſtributio pro rata focul ariorum, ratione facilioris, ſiue commodioris exactionis; tamen illa integra exigenda eſt à corpore Regni, cũ nihil diminui poſſit à quantitate certa ſponte donata, ſed illa indiminuta eſt ſoluenda, ſiue diſtributa ſit in multos, ſiue in paucos, ex *tex. in l. 4. vbi gloſſ. verb. compenſetur, Odoffr. Luc. Platea, & reliqui C. de ceſſ. & ceſſit. et peræquat. lib.* 11. Ex quo perſunctoriè infert *de Ponte num.* 21. ita etiam practicari cum Baronibus in donatiuis, quorum certa pars ipſos tangit; nam etſi ſoluant ad formam adohæ, tamen creſcit, & decreſcit eorum reſpectu ſecundùm numerum Baronum, quod ſecus eſſet, ſi ageretur ſimpliciter de ſeruitio taxato, & de iure debito pro feudis in caſibus à iure ſtatutis, quod cum ſit debitum à ſingulis, quibuſque Baronibus, vnus pro altero nõ
38 teneretur: patet enim primò, *de Ponte* nullo modo loqui in caſu immunitatis, de quo in toto diſcurſu illius §. 1. licet nimis cõfusè, & per ſaltus ex more loquatur, nihil omninò dixit, ſed tantùm loquutus fuit de exactione, & excuſatione ſolutionis functionum fiſcalium ex cauſa diminutionis, ſiue depauperationis ciuium, vel incolarũ; negari autem nõ poteſt, caſum impotentiæ ſuperuenientis in perſonas ciuium, ſiue occaſione mortalitatis, ſiue ex aduerſa fortuna, diuerſam habere rationem à caſu immunitatis conceſſæ ab ipſo Principe poſt factum donatiuum; cum in primo nulla conſiderari poſſit Principis culpa, neque factũ; ſecus verò in caſu immunitatis, in quo pro illa rata Princeps videtur donaſſe, & donando, cenſetur pro parte immunium, ſatisfactus, vt longè ante decif. *Moles* tradidit *Ripa in dict. l. ſi ſe non obtulit, num.* 36. & proprerea non eſt mirum, ſi *de Ponte* loquens in caſu ſuperuenientis impotentiæ, ſiue depauperationis ciuium, vel incolarum affirmet in donatiuo, adhuc integrum Regi deberi: Et hic erit tertius caſus prĩcipalis, vt facto donatiuo à Regno, vel ciuitate, caſus impotentiæ, contingens ex poſt facto, quia ciuitas ſit diminuta ciuibus ex morte, vel ipſorũ depauperatione, cedat in damnum ipſiuſmet ciuitatis,& ſic reliquorum ciuium viuẽtium,& habilium; dummodo nõ ſit in totum deſtructa, etſi pars ciuium ſit aliò translata, cum in loco

nouæ translationis non posſint face-
39 re populum, cum nequeant conſiderari collectiuè aſſumpti de per ſe, quod neceſsè eſſe ad conſtituendum populum, aduertit *Bald.in dict. l.etiã, n.11. verſ. nec obſtat*, C.*de execut.rei iudicat.* & diſtinguit *Dom.* Rouit. *dict.conſult. num.27.& 28.* benè *Clapper. in deciſ. fiſcal.part.1. cart.27.quæſt.1. num.27.* Et retentis iiſdem terminis impotentiæ, ſiue diminutionis extendit *de Ponte* hoc ad Barones *d.nu.21.& 22.* ita intelligi debet, quod ponderat *n.20.ex gloſſ.in dict.l.4. verb. compenſentur*, vt idem iuris ſit, ſiue diſtribuatur in plures, ſiue in multos ex cauſa ſcilicet diminutionis, ſiue impotentię, de quo loquitur in toto illo diſcurſu, vbi nihil meminit de caſu conceſſæ immunitatis, in quo eſt diuerſa ratio: idque eſſe veriſſimum, nec vnquam aliter voluiſſe *Reg.de Ponte*, apparet ex eo, qđ licet in toto illius diſcurſu in *d. §.* ferè oĩa mutuatus ſit à *D.meo Capyc. in inueſt. §.collectis, verb. vidua, & verbo, priuilegiatus*, imitatus morẽ *Lipar.* qui idem in ſpecie fecit in caſu præſenti, vt ſolet, *in §. vt plauſtrorum, poſt num.55.* & plurima etiam à *Reg.Moles* per eum citato, cuius deciſiones manuſcripta pluſquam triginta annis ante editum à ſe *tract. de poteſtat.Proreg.* per manus omnium circumferebantur, nihilominus *de Ponte* omiſit citare inſignem locum *Bald.in dict. l.etiam, num.17. in fin.C.de exeq.rei iudicat.* ex quo eſt deſumpta prædicta communis omnium diſtinctio, quod aut immunitas conceditur poſt onus, vel donatiuum, aut antea, quod ſi eius intentionis fuiſſet de immunitate verba facere, verecundum ipſi fuiſſet, de cardinali hac diſtinctione, & de *Bald.* doc-
40 trina minimè meminiſſe. Vnde licet regulariter alleuiatio fumãtium mortuorũ, vel impotentium cedere deberet in damnum Fiſci, nõ autem Vniuerſitatum; quia pauperes, quorum manifeſta eſt paupertas, videlicet qui decimo laborant pro victu quærendo, vel depauperati, ad inopiam ſcilicet redacti, ſiue facultatibus lapſi, non debent ſoluere, vnde propter depauperatos fit nouum æſtimum, vt ſunt *gloſſ.* quas citat *Bald.in dict.l.etiam, poſt num.18.* ibi, *pauperes enim*, C.*de exeq.rei iudic.* cum alijs, quos congerit poſt *Dom. Capyc.* vbi ſupra *Liparul.ad Iſern.dict. §.& plauſtrorum.poſt numer.55. in fin.* cum diſtinctione tamen, quam facit *Ripa* circa ſolutionem collectarum in *dict.l.ſi ſe non obtulit, numer.35.* & ob id in Regno ſingulis quibuſque 15. annis fit noua numeratio, qua de-
41 ſcribuntur fumantes, vt Vniuerſitates ſoluant iuxtà verum numerum ipſorũ, & ita practicatur, vt pauperes cedant in damnum Curiæ, contra opinionem *Luc.* vt plenè diſcutrit *de Ponte d. §.1. num.6.7.& 8.* *Anna allegat.16.num.2. infra citand.deciſ. Tholoſ.349.num.9.* doctè, & pleniſſimè inſignis *Regens, & Præſes noſter Valenzuela conſ.99.n.43. cum ſeq.* vbi pulcherrima in materia etiam ex capit. Regni curioſè conſi-
42 derat: poſt tamen factam deſcriptionem, ſiue numerationem, cum focagium efficiatur onus Vniuerſitatum, licet ſoluatur pro ciuibus, & ciuium cauſa, ideò interim quouſque fiat numeratio, durabit & onus, cum non mutetur Vniuerſitas per mutationem perſonarum, ſiue bonorum diminutionem, ſicut è contra nec pluris ſoluet interim, etiam auctis ciuibus, vt benè probat *Clapper. dict.cart.27. q.1. num.11.* quem non citat *de Ponte dict. §.1 num.7.8, 15.16.& 18.* & hac eadem ratione in donatiuo in caſu impotentiæ, ſi poſt factum donatiuum aliqui efficiantur impotentes, eorum rata cedit in damnum aliorum diuitum, non autem Regis, quod ſecus eſt in conceſſione immunitatis, vbi omnes DD. vnanimiter volunt, ſeruandã eſſe diſtinctionem *Bald.in dict.l.etiam,*
43 à qua etiam ſi rectè perpendatur, nec recedit *Boſſ.de Princip.num.164.* dum relatis DD. ex ipſorum dictis elicit poſſe Principem immunitatem con-

ce-

cedere, etiam in tertij præiudicium, ſalua tamen facultate tertio recurrendi ad Principem, vt mox latiùs dicemus; & inde ſubdit, ſe vti fiſcalem, dum peteretur approbatio,cā fieri nō permiſiſſe, niſi prius facta grauaminis deductione,ſcilicet in beneficiū tertij; quò verò ad imponēda per Vniuerſitates in ſuis neceſsitatibus,ne approbarentur feciſſe, quia vt credo, ſine iuſta cauſa Communitates id facere prohibentur, vt infra ſubijciam.

Vltimò & tandem (eſto citra tamē veri præiudicium) hanc immunitatis conceſſionem cedere ad onus reliqui ordinis baronum, & feudatariorum Regni,adhuc nullum poſſe in præſenti caſu concurrere inconueniens cōſiderabile, quod remouere poſſit Regem à concedēdo,ex eo patet, quod ex doctrina *Ioann. Andr. in cap.peruenit,de immun.Eccleſ.*communiter DD. eliciunt,poſſe indiſtinctè ſupremum
44 Principem huiuſmodi immunitatem concedere; quinimò & idem poſſe dominos inferiores, quamuis ſub hoc diſcrimine, vt conceſsiones Imperatoris,ſiue Regum iura habentium Imperatoris, omninò citra controuerſiā ſeruanda ſint, pro vt ſonant, niſi ſint per ambitioſam importunitatem petentium, quibus merita non ſuffragātur, obtenta, & cuſtodienda ſunt, etiam ſi grauiter lædant,cum tamen grauitet læſis ſuperſit remedium recurrēdi ad ipſum Principem,vt læſionem emendet,teſtringendo, vel reuocando priuilegium, quod incipit grauiter lædere, ex remdio *cap. ſuggeſtū, de decimis*, quod remedium cum non competat pro modica, vel tolerabili læſione, idcircò debet Vniuerſitas æquanimiter ferre modicam læſionē, cum generalitet pro modico non ſit reſtitutio facienda: conceſsiones verò aliorum inferiorum indiſtinctè ſoli concedenti præiudicant, non autem Vniuerſitati, vel alteri, ita verbis formalibus,declarando doctrinam *Ioan. Andr.*ex communi DD.ſententia,tradit *deciſ. Cappell. Tholoſ.* 349. *item pone, quod Præſes,num.7. & 8. vſque ad*
45 *fin.* vbi ſubijcit,priuilegium immunitatis concedendum eſſe vel *motu proprio*, vel cum clauſula,*non obſtante*, *l.vacuatis*, 19.*C.de decur.lib.* 10.cum hæc poſterior priori æquipollear, & eandem diſtinctionem pluribus comprobat *Barbat.d.conſ.*13.*n.*5.6.7.*&* 8. *in fin.* & melius *in dict.l.ſi ſe non obtulit,numer.*37. optimè *Cæphal.conſ.*58. *num.*49.*lib.*1. idemq; *Roland.* infra citandus *conſ.*5. *num.*52. *in fin.lib.*1.vbi ſubſtinendam eſſe conceſsionem,niſi aliorum facultates nullo modo ſufficerent, vel cum magno ſcandalo ſuppeterent, ſecus vbi poteſt, licet incomodè per alios ſubſtineri. Et quod Rex noſter, ſiue alius non recognoſcens ſuperiorem,poſsit concedere priuilegium immunitatis alicui particulari, vel etiam Vniuerſitati, ex quo non immodicè Regnum læditur, ex doctrina *Ioan.Andr.& aliorum in cap.peruenit*, & alijs,in puncto probat *Regens Moles q.*2.*deciſ.* 2. *cart.* 1. *verſic. quæ maximè*,& iterum *q.*3.*deciſ.*3.*in princ.* vbi teſtatur, ſe vidiſſe in regiſtro Caroli I. in Regia Sicla, conceſsiones immunitatum de omnibus ſubuētionibus, & collectis impoſitis, & imponendis,cum declaratione, quòd non intelligantur conceſſæ in damnum Regis,ſed Vniuerſitatum. & maximè
46 hoc procedit, vbi aliqua iuſta cauſa fiat immunitatis conceſsio; ſiquidem huiuſmodi immunitatem etiam inferiores à Principe,& ſubditæ ciuitates (ſiquidem de liberis non eſt dubium) concedere poſſunt,imò ipſi Decurionnes,Doctoribus,& Medicis immunitatem, aliàs regulariter ipſis concedi prohibitam, ritè concedunt, *l.*1. *C.de decret. Decur. lib.* 10.quæ aliàs à ſolo Principe decerni ſolet, vt notat *gloſ. in dict.l.*1.*de decretis,ex l.vnic.C.de his qui à Princip. vacat. accep. eod. lib.* 10. idemq; poſſunt Decuriones alijs etiā ex iuſta cauſa concedere, etiam extra iuris Peritos,& Medicos,qui exempli gra-

gratia recenſentur, vt ex *Alex. Felyn. Iaſ. Dec. Ruyn.* & alijs, probat *Roland.* in ſuo pleniſſimo *conſ.* 5. *num.* 8. *lib.* 1.
47 & hoc potiſſimè procedere, vbi Regentes ciuitatem, ſiue Decuriones ipſi immunitatem concedunt ex cauſa remunerationis, cuius remunerationis cauſa, multa à iure permittuntur, quæ aliàs non concederentur, vt per *Iaſ. in l. iam hoc iure, ff. de iuſtit. & iur.* vt in ſpecie valere immunitatis conceſſionem etiam factam à Decurionibus ex cauſa remunerationis; quinimò non
48 eſſe neceſſarium hoc caſu, quod de meritis aliunde conſtet, ſed ſufficere ipſorum Decurionum aſſertionem, & proinde limitari regulam *l. ſi forte, ff. de caſtr. pecul.* in aſſertione meritorum facta à Regētibus, vel Electis ad regimen Vniuerſitatis, & quia *dict. l. ſi forte*, non habet locum in Officialibus, cum in dubio præſumatur pro geſtis à Iudice, vel Officiali, quia lex non ita
49 ſuſpicatur de Iudice, vel Officiali, ſicut de priuato, *l. 2. C. de offic. ciuil. iud.* latiſſimè ſimul, & doctè probat *Rolād. in d. conſ.* 5. *in* 1. *dub. ex num.* 8. *ad* 26. vbi *num.* 17. probat, donationem, ſiue
50 immunitatis conceſſionem ob merita non eſſe contra ius commune, nec aliter fieri prohibitam per Decuriones, & *num.* 22. *in fin.* citat *Dec.* & alios innumeros ſigillatim loquētes in materia immunitatis, quam donationis eſſe ſpeciem, probat *num.* 10. idemq; optimè, & vberrimè tradit in indiuiduo *Surd. dict. conſ.* 140. vbi de extendenda immunitate ob merita conceſſa, & de eius fauore, omnium latiſſimè ſcripſit ex *num.* 34. *ad* 42. vbi affirmat, eſſe omninò hoc beneficium, & irreuocabile tanquam non ex cauſa lucratiua, ſed oneroſa, vt laboris merces conceſſum, *num.* 38. & 90. & ob id largè interpretandum, & de facili concedendum, & in eo ceſſare diſpoſitionem *l.* 1. *in fin. ff. de iure immunit.*
51 & ſimiliter ex *num.* 48. & in eo eſſe ſubintelligendam clauſulam, *motus proprij*, & cenſeri adiectam etiam ſi in conceſſione non legatur, cum facta eſt conceſſio in remuneratione meritorum, & præſumi iuſtè factam con-
52 ceſſionem, & ob merita ex qualitate perſonæ, licet alioquin in ſimplici cōceſſione videtur neceſſaria dicta clauſula, vel ſimilis, vt per *Surd. num.* 60. 61. *vſque ad* 66. *iuncto num.* 59. ſupra, & iterum ex *num.* 71. 72. *vſque ad* 80. vnde immunitatis conceſſionem, vt fauorabilem, nemini dubium eſſe, fieri per ſupremum Principem Regem noſtrum Monarcham, ex *Bart. in d. l. vacuatis, et in l.* 1. *C. de decret. de Decur.* cū infinitis aliis formalibus verbis probat *Roland. ibid. num.* 19. ſicut ſufficere ab ipſo Principe immunitatis ab inferiore factam confirmationem cum clauſula, *non obſtante*, vel cum clauſula *de certa ſcientia, aut de poteſtatis plenitudine*, quarum eadem eſt virtus, vt tradit ibidem idem *Roland.* quinimò & hoc poſſe Principem, etiam ſine vlla cauſa facere, probat *Cæphal. dict. conſ.* 158. *num. item* 58. & 59. *in fin.* & proinde *Ripa in dict. l. ſi ſe non obtulit, num.* 73. dum loquitur de cauſa legitima, aduertenter loquitur in conceſſione inferiorum, & potiſſimè quando in coniecturis conſtat de enixa Principis concedere volentis, intentione, idem *Roland.* ſubijcit *d. conſil.* 2. *num.* 20. & 21. & *numer.* 54. quo caſu extendi immunitatem etiam ad onera, quæ imponuntur ratione belli, & à quibus etiam immunes aliàs non excuſantur, probat *Roland. in eod. conſil. in* 2. *dubit. num.* 26. & 35. *Cæphal. dict. conſ.* 58. *ex num.* 8. *cum ſeq. iuncto n.* 5. donatio enim ex cauſa meritorum nō
53 eſt gratuita, ſed compenſatio quædā, & titulus oneroſus dicitur, *l. Aquilius regulus, ff. de donat.* vt exinde gaudeat infinitis priuilegijs, congeſtis à *Tiraq. in l. ſi vnquam, verb. donatione largitus, ex num.* 11. *ad* 54. immunitas autem conceſſa, vel concedenda ex titulo oneroſo latiſſimè eſt interpretanda, cum fortior ſit, & magis obſeruanda, vt exinde etiam ad hæredes tranſire

de-

debeat, & extendi debeat etiam ad acceſſoria,& ad futura,*Caphal.ex Baldo, Alex.Iaſ.& alijs,dict.conſ.*58.*n.*38. *in princ.Surd. dict.conſ.*140.*per totum.* Et cum remunerationis gratia ſit facienda conceſsio, & ſic ad Principis commodum, ſatis cenſeri debet ob publicam vtilitatem facta, cum de Principis commodo debitum ſatisfacientis agatur, *l.*1.*iuncta gloſſ.verſ.ad me, C.ex quib.cauſ.maior.* cum cõcordantibus per *Caphal. dict. conſil.* 58. *num.*63.*&* 64. quinimò adeò erit hoc priuilegium, ſiue conceſſio fauorabilis ex cauſa remunerationis,vt cẽſeatur tranſire in contractum onerosum, adeò vt perpetua firmitate gaudere debeat,& ex hoc effici irreuocabilem
54 ſicut cœteri contractus Principis; vt in puncto in priuilegio immunitatis à Principe conceſſo, alioquin reuocabili, quod ob benemerita efficiatur irreuocabile,etiam ob ingratitudinẽ, latiſsimè explicat *Tiraquell.in d.verb. donatione,num.*13.*Surd.dict.conſ.*140. *ex num.*38. *ad* 42.nec quidem de ab-
55 ſoluta Principis poteſtate, quando priuilegium tranſit in contractum,vel fuit pars contractus, quicquid ſit in mera conceſſione, quæ ſtat in meris, vel puris priuilegij finibus,nec etiam in iure quærendo, latiſſimè *Caphalus dict. conſ.*58.*ex num.*78. *cum ſeq.*præſertim *num.*82. *&* 85.*vſq; ad num.*90.

Ex quibus vndique apparet legitima, quinimò & debita hæc Sereniſſimo Duci,vti meritorum,& priuilegiorum, ſuis progenitoribus conceſſorũ, legitimo hæredi, & ſucceſſori, immunitatis iam quaſi facta prorogatio.

DECISIO.

18 Duci ad obtinendum, quod produceret, vt produxit, antiquas ſententias de anno 65. 87. & 95. latas cõtra eoſdem poſſeſſores pro eiſdem territorijs diù tranſactas in rem iudicatam longè ante ſententiam Domini Epiſcopi, vt ex hoc doceret de iure ſuo, vt in ſpecie docet *Iaſ. in d. §. ſi ſuper rebus, poſt num. 18. verſ. ſecundò limita, Lud. d. deciſ. 26. n. 14* ſiquidem inter duos,
19 qui contra eoſdem obtinuerunt ſententias, is præferendus eſt etiam in executione, qui prius ſententiam obtinuit, etiam ex regula *l. is à quo, ff. de rei vindic.*

Quod potiſſimè in caſu noſtro locum obtinere debet, vbi Dux vigore ſententiarum fuit, & eſt in pacifica poſſeſſione exigendi, audito, & ſuperato ſemper Epiſcopo, qua neceſſariò priuandus veniret, ſi ſententia Epiſcopi eſſet exequenda. In quo rogo aduertatur, non obſtare motiuum partis dum obijcit, Ducem non habere directum dominiũ, nec iura dominicalia ſuper his territorijs, ex quo Regia Curia non transtulit de anno 1507. in perſonã Alphonſinæ Vrſinæ, à qua
20 conſtat Ducem habere cauſam, niſi cenſus annuorum ducatorum tercentum, quo caſu non cenſetur translatũ directum dominium, niſi expreſsè dicatur, ex *deciſ. Guid. Pap. 264.* relata per *Vrſill. deciſ 80. in fin.* ſiquidem primò dicitur ſufficere Duci, Fiſcum dediſſe inſolutum Alphonſinæ cenſus, & in ſpecie redditum debitum ab Alphonſo Coppula annuorum ducatorum quorundam pro modijs mille territorij, eo modo, & forma, pro vt ipſe habebat, & pro vt ad ipſum Fiſcũ peruenerant ex emptione facta à Cardinali de Roha; vnde cum aduerſarij non cõtrouerterint, nec inficiare poſſint, à dicto Cardinali fuiſſe factam cõceſſionẽ Alphõſo Coppulę in emphyteuſim ex clariſſimis verbis con-
21 tractus, & ita directum dominium iã erectum, & formatum fuiſſe penes

Qq Car-

Cardinalem, & successiuè penes Fiscum, necessariò virtute relationis transiuit in Alphonsinam, & successiuè in Ducem eius successorem, ex regula *l. ait Prætor, §. si iudex, ff. de re iud.* cum alijs per *Surd. dec. 91. n. 18.* & in specie in concessione, & translatione iurium, *Anna alleg. 62. num. 21. Mastrill. ad Petr. de Gregor. de concess. feud. part. 7. quæst. 2. lit. C.*

Et hoc præsertim procedit indubiè in casu nostro, vbi Rex Catholicus insolutum dedit Alphonsinæ hos census in excambium ciuitatis Hostuni dictæ Alphonsinæ iam venditæ, ad cuius traditionem tenebatur; non enim est verisimile, Regem, nec pariter Alphonsinam, loco ciuitatis, & feudi tam insignis, dedisse, nec recepisse insolutum annuos census ad rationem sex pro centum, absque iure directi dominij, quod penes Fiscum erat, & ferè inutile remansisset eo tēpore, quo census simplices communiter frequentabantur ad rationem nouem, & decem pro centenario; ex
22 qualitate enim pretij, & rei in contractum deductæ, arguitur, quid in venditione, aut in datione insolutū, quæ venditioni proximè accedit, cōprehensum sit, *gloss. in l. 1. §. qui superficiem, vbi Bart. ff. de superfic.* cum alijs per *Crauett. cons. 627. Surd. decis. 257. num. 6. & 146. num. 14.*

Secundò dicit Dux, quod vt ipse
23 audiatur, & supersedeatur in executione sententiæ, sibi sufficere docere de tam antiqua possessione exigendi cēsus, quos ipsum exegisse, vt canones emphyteuticos ratione directi dominij, & non vt simplices census nudos à iuribus dominicalibus; in promptu pro nunc ostēdit ex instrumentis emptionum, & acquisitionum factarum per hos possessores, in quibus omnibus legitur clausula, *saluo assensu Serenissimæ Margaritæ directæ domina*, vnde cum acquisitio, & exac-
24 tio præsumatur facta iuxtà formam tituli, & ex titulis preambulis, iuxtà *text. in l. quadam mulier, 76. ff. de rei vindic.* iustè prætendit Dux, ex dictis instrumentis declarari, se esse in possessione exigendi census vt canones
25 emphyteuticos; nam licet simplex assertio posfidentis, fundum esse de directo dominio Titij, regulatiter nō probet, Titium esse directum dominum, vt per *Guid. Pap. decis. 24.* fallit
26 tamen, quando subsecuta est solutio canonis, idemq; author, à quo caussam habet emptor, qui id asserit, perantea solitus erat recognoscere, & canonem soluere, vt adnotauit *Ranchin. ibid. in addit.* & latius explicat idem *Pap. decis. 271. vers. sed præmissis*, vbi plenè re discussa, concludit, quod licet per huiusmodi recognitiones
27 non transferatur dominium, tamen probari concedit directum dominiū, & maximè concurrente solutione canonum longæua, vt ibi scribunt addentes, & melius *Afflict.* & ibi *Vrsill. num. 6. & 7. dec. 164.* & præsertim
28 in casu nostro, vbi plura sunt instrumēta antiqua, & moderna, in quibus fiunt eiusmodi recognitiones, quæ fundant intentionem Domini Ducis, quod sit in possessione exigendi vt directus dominus, cum talis in instru-
29 mento nominetur; ex verbis. n. etiam assertiuis plurium instrumētorum resultat plena probatio, vt contra *gloss. penult. in l. cum aliquis, C. de iure delib.* plenè probat de communi sententia *Mascard. de probat. conclus. 394. incip. confines*, nec vt supra dictū est, tene-
30 tur Dñs Dux deducere, & probare titulum, quia sufficit docere de possessione exactionis census, & apparenter, quod in hac possessione sit tanquam directus dominus, quod satis ex dictis instrumentis colligitur, vt *Couarr.* docet *in d. cap. 16. post n. 4. vers. primum vsque, ad vers. decimò ex his constat*, & tandem hæc omnia dicta sunt ex abundanti; siquidem fuisse in specie in cōcessione facta per Regem, & eius Fiscum Alphonsinę, trāslatum, & concessum directum domi-

nium

rium cum omnibus iuribus dominicalibus, eſt nouiter in facto notatum, ita vt nulla penitus ſupereſſe poſſit in hoc dubitatio.

Tertiò, & in hoc rogo omninò aduertatur, quod tametſi in Alphonſinam nullum directum dominiũ fuerit translatum ex conceſsione anni 1507. nec Dux poſſet, pro vt omninò in termino etiam aliunde probare offert, in eum fuiſſe plenè directũ dominium translatum, & omnia iura dominicalia; ſiquidem non dicitur ti-
31 tulus vitioſus, cum quid in ſcriptura non continetur, ſed aliunde ex alia ſcriptura apparere poteſt, vt poſt *Ancharan.conſ.* 136. *& Caſtr.conſ.* 81. *n.* 7. *lib.* 2. probat *Tiraquell. de præſcript. verſic.* 39. *& Molina de primog.lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 73. *et* 74. & interim ſufficit
32 Duci allegare titulum cum translatione directi dominij, illumq; probare ex poſſeſsione, & exactione canonum facta, tanquam directo domino, vt cauti aduocati facere ſolent, iuxta *conſil.* relatum per *Camerar.in l. Imperialem, cart.* 8. *col.* 1. *lit.* C. *& Dom.meum de Curte in* 1. *part.de feud. cap.* 16. *num.* 130. *& cap.* 17. *num.* 12. attamen non minus Dux habet intereſſe formatum, ſi ipſe ſit directus dominus, quàm ſi in illum ſola cenſuum exactio ſit translata; ſiquidem ſit, vel ne cenſus, in cuius poſſeſsione eſt Dux ab iſtiſmet poſſeſſoribus, & pro eiſdem territorijs, vt eſt plenißimè in facto probatum, emphyteuticus, vel ſimplex cenſus abſque iuribus dominicalibus, pari modo ſi ſententia Epiſcopi eſſet exequenda, priuaretur Dux ipſo cenſu pro præterito, & in futurum, & ex conſequenti non minus ipſius intereſt ſententiam non exequi vno, vel altero modo.

Quod enim cõtrouertitur nil aliud eſt, niſi quod cum in perſonam Alphonſi Copp[illegible]læ fuerint vnitæ duæ conceſsiones à diuerſis authoribus, videlicet vna, licet in duabus vicibus modiorum mille conceſſorum in anno 1502. à Cardinali Rothomacenſi, à quo cauſam habere Ducem eſt indubitatum; altera verò modiorum ſexcentum eidem facta à Cardinali Aragoneo Epiſcopo Auerſano de anno 1504. quæſtionis eſt hodie inter Ducem, & Epiſcopum, vtrum iſti rédentes, & territorium, ſuper quibus obtinuit Epiſcopus, inaudito Duce, ſint de territorijs conceſsis Alphonſo à Cardinali de Roha, vel à Cardinali Epiſcopo, vnoquoque ex eis cõtendente, eſſe de comprehẽſis in ſua conceſsione.

Vnde cum tituli nedum ſint omninò diuerſi, ſed aduerſi, contradictorij, & repugnantes, qui inuicem ſe nullatenus compatiuntur; cum ex diuerſis omninò cauſis, & fontib⁹ oriãtur; ſiquidem certum eſt, dominium
33 non poſſe acquiri ex pluribus titulis, iuxta notata *in l.* 3. *§. ex pluribus, ff. de acquir.poſſeſſ.* nec duo poſſunt eſſe
34 domini directi, nec vtiles inſolidum *l. ſi vt certo, § ſi duobus, ff. cõmod. Surd.* in terminis *dec.* 288. *num.* 22. neceſſè ſequitur, rendẽtes vni tantùm ex cõpetitoribus ſubijci, & correſpondere, & ſic ſi ſunt emphyteutæ Epiſcopi, illicò ab eis nullus cenſus etiam ſimplex deberi põt quoquo modo Duci, & ſic priuaretur omninò Dux cenſibus futuris, & teneretur ad reſtituendum magnam pecuniarum ſummam exactam pro præterito; maximè cum cautione, vltra quod amitteret etiam ſaltim prætenſionem directi dominij, & iurium dominicalium, in quorum poſſeſſione prætendit eſſe, media cẽſuum, ſiuè canonum exactione, & ſic ſit, vel ne in Ducem translatum directum dominium, æquale, & pari modo habet intereſſe, & imminet ſibi damnum notabile amiſſionis cenſuũ pro præterito, & in futurum, & ſic nihil intereſt, ſit, vel ne Dux directus dominus, vel dóminus, & poſſeſſor ſimplicis cenſus.

Non obeſt ſecũdò motiuum partis, quod Dominus Dux ſciuerit, cau-

ſam agi inter Epiſcopum, & rendentes, ex quo in illa comparuit de anno 1588. vnde ratione ſcientiæ, ſen-
35 tentia debet ſibi obeſſe, ac ſi cùm eo lata eſſet, ex regula *l. ſępè, verſ. ſed ſcientibus*, & contendit, hoc dicere *Couar. & alios*, miror enim valde quomodo pars aduerſa contra communes, & receptas ſententias ſic loquatur; ſi-
36 quidem *dict. verſ. ſed ſcientibus*, declaratur procedere, vbi tertius ſciuit, nec curauit aliud facere; ſecus verò ſi comparuit, & contradixit, ſuſcipiendo litigãtis defenſionem pro ſuo intereſſe; tunc enim nõ valet, quod inde fit, eo non citato, videlicet vt ei, nec acta poſtea facta, nec ſententia præiudicet, vt in puncto declarando *dict. l. ſæpè*, docuit *Bald. in l. duobus, §. igitur ſi quis, poſt princip. ff. de iureiur.* ſequitur *Alex. in dict. l. ſæpè, num. 16. in fin.* & velut indubitatũ tradit *Oſaſch. deciſ. 157. poſt num. 7.* dum firmat ad
37 hoc vt ſcientia præiudicet, requiri, quod tertius habuerit ſcientiam litis motę, & ſe non oppoſuerit, citans *Ang. in l. ſi perluſorio, §. fin. ff. de appell.* optimè *Gail. lib. 1. pract. obſeru. cap. 70. n. 25. & 26.* qui amplius voluit, ſufficere proteſtationem huius tertii etiam extraiudicialem, dum innoteſcat parti, vel iudici, facit etiam deciſio *Dom. Capyc. 197. num. 6.* vbi concludit, teneri actorem cum venditore authore laudato ſuſcipere iudicium, vt ſententia ei præiudicet.

Secundò, ex alio ſententia non
38 obeſt; vt enim ſcientia noceat, tria copulatiuè requiruntur: primò ſcientia illius, cui nocere debet ſententia; oportet enim vt is ſciat cauſam agi, & & tractari: ſecundò, quod huius litis, & controuerſiæ defenſio, & actio primo loco, & præcipuè, ac directè ſpectet ad hunc tertium ſcientem, non ad litigantem, etiam ſi eius interſit victoriam obtinere: tertiò, quod in hac lite tractetur de iure, & dominio litigãtis, à quo velut ab authore proprio cõſtat ius, vel dominium ipſius, qui patitur, rem iſtã cum alio tractari, vt ex mente ferè omnium poſt longã examinationem concludit *Couarr. cap. 13. pract. poſt num. 7. verſ. tandem in ſumma*, quod clariùs explicat *in fin. dict. num. in verſ. quo fit non eſſe, & in verſic. attamen*, ita pariter intelligens *text. in cap. pen. de ſent. & re iudic.* vndè licet in præſenti caſu Dominus Dux ſciuerit de anno 1588. litem motam, ignorauit tamẽ poſtea, ab eo tempore litem agi, & tractari vſque ad annum 1611. quo ipſo non vocato, fuit tractata cauſæ expeditio: nec pariter primo loco cauſæ defenſio propriè, ac directè ad ipſum ſpectauit, ſed è contra potius ad poſſeſſores, vel ſaltim æquali iure: nec minus actum fuit de iure illo, quod is, qui ſcit, & patitur cauſam agi, habuit à litigante, vel defendente, ſed potius ipſe litigans ab ipſo Duce ſciente; vndè cum prędicta deficiant, non obſtat omninò ſcientia, ſecundùm requiſita *dict. l. ſępè, & dict. cap. pen.* & ſequitur *Ioſeph Ludouic. dict. deciſ. 26. num. 17. & 18.*
39 dicens, tunc ſciẽtiam tertio nocere, quando ex qualitate negotij ſententia lata contra vnum, nocet tertio, vt in ſententia lata cõtra hæredem, quæ nocet legatarijs, quorum ius ex toto dependet à iure hæredis victi, vt in puncto docuit idem *Couarr. cap. 15. poſt num. 4. verſic. nam legatarij*, & in alijs caſibus, in quibus ſententia ex ſua propria vi, & natura, licet cũ vno lata, multis alijs præiudicat, ſcilicet vbi lis tractatur cum legitimo contradictore, à quo aliorum ius in eadẽ deriuatur, & oritur, vt in cauſa filiationis, in qua à patre ius in omnes deriuatur, ac procedit, & in cauſa ingenuitatis, & alijs, vt exempla tradit, & proſequitur idem *Couarr. d. cap. 13. num. 5.* quo loco ſe remittit *in d. c. 16. verſic. ſed etſi tertius, in fin.* ſecus verò cum ius tertij ab alio, cum quo lata eſt ſẽtia, in eadem re minimè oritur, neq; dependet: & quod ſcientia litis
40 non noceat alijs coęquale ius habenti-

tibus,quorum ius non dependet à iure victi, in terminis *l.ſæpè*, latè comprobat *Loffred.conſ.*10 *ex num.*8.*verſ. ſed eſto,vſq; ad num.*16.

Tertiò ne deficiat deciſio in ter-
41 minis,omiſſa diſputatione an ſententia lata contra feudatariũ,vel emphyteutam, noceat directo domino, in quo latè diſtingunt *Iſern. & DD. in cap. ſi vaſſallus de feudo ſuo, ſi de feudo defunct. milit. controu. fuerit*, in quo *Iſern.*notatur ſibi contrarius his,quæ dixit *in cap.*1.*de controu. inter vaſſall. & alium*,de quo per *Martin.Laudem. in rubr.ff.de rei uindic.num.*18.*col.*2.vt diſcurrit *D. Capyc.dec.*20.*n.*19. *&* 20. tamen in caſibus, in quibus ſententia poſſet præiudicare domino ſciẽti, qui tamẽ non comparuit, ſed ſimpliciter, & omninò omiſit cauſæ defenſionẽ, ſupra;declaratur tamen procedere,
42 quãdo emphyteuta, vel vaſſallus cõuentus eſt pro ſuo vtili dominio, pro quo tantum habet legitimam perſonã ſtando in iudicio quoad naturalem poſſeſſionem,ſecus autem ſi alter cõuentus fuerit circa concernentia directum dom nium domini, quem cõſtat ciuiliter poſſidere, quia tunc ſententia nullo caſu præiudicare poteſt domino,vt ex *Bald. Aluar. & alijs poſt Alex. in d l.ſæpè,num.*109.*verſ.ſed advertè*,probat optimè *Loffred.videndus conſ.*10.*num.*23. qui & ſecundò limi-
43 tat,vt ſententia tunc poſſit præiudicare directo domino, quando velit feudum vendicari ex perſona vaſſalli iam victi, ſecus ſi dominus illud vendicet tanquam ſuum principaliter ex perſona propria, *Loffred.ibid.ex Iſern. Bald.& Aluar.*

Tertiò ſententia lata contra vaſſal-
44 lum,vel emphyteutam poteſt interdũ præiudicare directo domino ſcienti; & ſimpliciter patienti,in poſſeſſione tantum, non autem in proprietate, vt ex *Innoc.in cap.cum ſuper,de re iudicat.* vti communem tradunt *Panorm.Fely. Alex.Iaſ.Imol. Bellamer. Ficard. Gail.* *author damnatus,Couarr.& alij congeſti per Roſenth. tom.* 1. *de feud. cap.* 9. *concl.*23.*num.* 13.Et nec etiam in poſſeſſione domino ſcienti fit præiudiciũ,
45 ſi dominus directus in poſſeſſione fuerit,quia quoad iura, in quorũ poſſeſſione dominus reperitur, etiam ſi ſciuerit iudicium cum ſubdito agi, ei poſſeſſionem ſuam non eſſe adimendam,probat *Couar. dict.cap.*13.*pract. poſt num.*9.*verſic.cæterum quod dominum, poſt Abb.in dict. cap. cum ſuper, nu.*17.*&* 18.*vbi Felyn num.* 12. ſequitũr contradicens *Alex.*qui & ipſe ſe corrigens *Abb.* ſequitur *in dict.l.ſæpè, num.* 104. vbi hanc opinionem communem aſſerit idem *Abb. conſ.*3.*n.*7. *part.*2.*& conſil.*87 *part.*1. *Caſſan. in conſuet. Burgund.de feud.* §.8.*in verbo, ex alienatione,nu.*25. Vnde cum Dux ſit in poſſeſſione exigendi cenſus,ſententia prædicta nec quoad prælationem, & relaxationem bonorum, quæ concernit petitorium;nec quoad poſſeſſionem exigendi cenſus præiudicare debet, & ſic vel in totum ſuſpendi debet ſentẽtiæ executio quoad iſtos, quos eſſe emphyteutas Sereniſſimi Ducis eſt in promptu maniſeſtiſſimè probatum,vel ſaltim ſi aliquod dubiũ ſupereſſet,eſt concedendus terminus ſaltim ſummarius, ſuſpenſa interim ſententiæ executione.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio iudicis ordinarij nunquam cenſetur adempta:* cap.nullum, de teſtib. *expenditur, & declaratur.*

2 *Iuriſdictio dicitur conceſſa cumulatiuè, vbi conceditur de re ad iuriſdictionem alterius pertinente: limita in baronibus, quibus conceduntur caſtra cum iuriſdictione in dominium, & num.*21.

3 *Iuriſdictioni ordinarij non derogatur, licet ſpecialiter concedatur alicui iuriſ-*

risdictio, & num. 4. vbi subnectitur ampliatio.

5 Praeuentioni locus est, vbi iurisdictio conceditur pluribus cumulatiuè, & num. 6. vbi ponitur extentio.

7 Praeuenire est appropriare sibi iurisdictionem, quae pluribus competebat.

8 Praeuentione facta per vnum ex iudicibus, alter iudex pendente, vel finita causa se non potest intromittere, argumentum rectè ducitur à mãdato Procuratoris ad mandatum iurisdictionis ibidem.

9 Processus alterius iudicis est nullus iurisdictione inchoata per alium ex praeuentione, nec validatur si iudex praeueniens assentiret verbum, neque exeludit omnem potestatem, seu potentiam, ibid.

10 Iudex licet aliàs minor, per praeuentionem efficitur maior.

11 Iudex omnia potest, quae ad tutelam suae iurisdictionis pertinent.

12 Praeuentionis effectus est substantia, in quo supponatur.

13 Iudex in quibus casibus possit reiterato delinquentem punire.

14 Falsi crimen est mixti fori, & potest puniri ab ecclesiastico, & seculari Iudice iure communi.

15 Poena legalis non tollit poenam canonicam, & num. 16. & 17. text. in cap. de his de accusat. quomodo limitetur.

18 Praeuentio inducitur per citationem verbalem, & realem.

19 Iurisdictio alterius iudicis cessat iurisdictioni alteri concessa abdicatiuè, & priuatiuè.

20 Barones in vassallos habent iurisdictionem priuatiuè, & num. 21.

22 Praeuentio non habet locum aduersus barones, nec in territorijs vassallorum.

23 Iudex, cuius aures sunt offensae, non potest de eodem delicto inquirere, nec delinquentem punire, vbi iurisdictio alteri fuit concessa priuatiuè, et abdicatiuè, & num. 24.

24 Decisiones Sacri Consilij sunt veluti leges seruandae.

25 Testis semel punitus extra ordinem de falso à iudice, cuius aures offendit, non poterit iterum puniri à suo iudice, & num. 26.

27 Poena minor imposita tollit maiorem, & quando numer. 31. 42. & 51. 52. 64. 66. 68. & 78.

28 Praeuentioni non est locus, postquam vnus iudex cognoscere coepit.

29 Iudex praeueniens, in pari causa praefertur.

30 Punitus poena corporali licet non sufficienter, non potest iterum puniri alia poena corporali.

32 Glosa loquens ambiguè non numeratur inter Doctores.

33 Actionum poenalium vbi vna est ordinaria, altera est extraordinaria indistinctè, altera tantum exerceri potest.

34 Poena vnius impositione altera tollitur, vbi plures imponuntur à diuersis legibus.

35 Iudicia vbi duo tendunt ad vindictam vnum tollitur per aliud.

36 Sententia absolutoria parit exceptionem rei iudicatae absolutae sicuti condemnato.

37 Crimen semel dimissum, iterum in vltionem non venit, & num. 63.

38 Poena tendit ad vindictam, quando ex ea petitur illud, quod iudici, vel accusatori non abest, & reo non adest. Poena, de qua in dict. l. nullum, ex corporis afflictiua, & datur ad vindictam, & num. 47.

39 Verbum, animaduertere, de sui natura poenam corporalem importat, & interdum etiam mortis.

40 Poena legis Corneliae tendit ad vindictam, l. 2. C. de sportulis, variè exponitur, & declaratur vsq; ad num. 48.

41 Poena maior imponi potest, vbi delictum non fuit sufficienter punitum ex incapacitate, & defectu iurisdictionis primi iudicis.

43 Poenae impositio ante sententiam iudicis arbitrio reseruatur.

44 Poena pecuniaria imposita, non cessat cor-

corporalis,vbi in vna,eademq; lege ambæ ponuntur.

45 *Multa differt à pœna,quia conſiſtit ſolum in pecunia, pœna verò qualibet correctio eſt.*
Multandi modus variatur ex diuerſitate, & dignitate iudicum.

46 *Pœna corporalis ſi commutatur in pecuniaria, adhuc dici poteſt pœna non multa.*

47 *Pœnæ duo criminales pro vno,eodemq; delicto imponi non debent.*

48 *Pœna ſtatuta à iudice cenſetur impoſita ſubrogatiuè ad pœnam legalem. ſubrogatum ſapit naturam illius, in cuius locum ſubrogatur*, text. in cap. fælicis, §.ſi quis, iuncto §. per hoc quoque de pæn. *tripliciter declaratur,& num ſeq.*

49 *Sacrilegus punitus in vno foro, in alio puniri non poteſt.*

50 *Punitus* l.Iulia *maieſtatis minori pœna maiori non punitur.*

58 *Cautela datur condemnato mitiori pœna, vt illam ſtatim ſoluat, ad hoc vt grauiorem euitet,& numer. ſeq. vbi præfata cautela commendatur, extēditur, & limitatur.*

54 *Abſolutus æquiparatur condemnato, facta ſatisfactione.*

55 *Pœnam maiorem non euitat, qui minorem ſibi imponi affectauit.*

56 *Beneficium à iure conceſſum non prodeſt illud affectanti,vel procuranti.*

57 *Per pœnam nouæ legis abrogatur pœna iuris antiqui, & vna impoſita licet minor, altera imponi non debet, & num.67.*

58 *Via vtraque agi poteſt, quando tendit ad intereſſe, ſecus ſi ad vindictam.*

59 *Condemnatus pecuniaria pœna pro homicidio vigore ſtatuti non condemnatur pœna legis Corneliæ.*

60 *Actio rei perſecutoria non tollitur per pœnalem, cum competat ad diuerſa.*

61 *Actio ciuilis competens ad vindictam, præiudicat criminali, & num.62.*

63 *De delicto eiuſdem hominis pluries queri non debet quoad pœnam, ſed ſolum quoad damnum, & intereſſe partis.*

65 *Condemnato ſequuta pœna ſatisfactione, licet minori competit exceptio rei iudicatæ.*

68 *Punitus pœna ordinaria legis Corneliæ non poterit iterum puniri extraordinaria à iudice, cuius aures fuerunt offenſæ.*

69 *Punitus extra ordinem de falſo non prohibetur puniri ordinariè.*

70 *Sententia iuſta præſumitur, licet iudex imponat pœnam pecuniariam, vbi eſſet imponenda corporalis.*

71 *Cauſa iuſta præſumitur in eo,qui iure publico vtens, aliquid exequitur.*

72 *Iudex ex cauſa minuere poteſt pœnam delicti.*

73 *Iudex poteſt recedere à pœna legali. Iudex non tenetur exprimere cauſam in ſententia tam in pœnis à ſtatuto inductis,quam à lege impoſitis.*

74 *Officiales baronum habent merum, & mixtum imperium.*

76 *Pœnæ arbitrari ſolent ſecundum iuris rationem pro modo qualitatis facta, & perſonarum conditione.*

77 *Iudex dicitur viua vox legis, & factum ab ipſo dicitur factum à lege.*

79 *Vim vi repellere licet etiam aduerſarium occidendo pro tutela tam perſonæ,quam bonorum.*

80 *Iudici extraiudicialiter agenti impunè reſiſtitur,& in quibus alijs caſibus,num.83.*

81 *Iudex dicitur extraiudicialiter procedere, quando non ſituas modum, vel procedit ſine cauſa cognitione.*

82 *Iudex ritè,ac rectè proceſſiſſe non dicitur,cum procedit ad actum facti contra non citatum, vel quando infert grauamen irreparabile, licet iudicialiter procedat.*

84 *Vim vi repellere licet nō expectata turbatione, dummodo adſit terror armarū.*

85 *Grauamē impatibile an debeat eſſe certum, adhoc vt reſiſti poſſit iudici inferenti.*

86 *Nuntio excedenti in exequendo impunè reſiſtitur.*

87 *Pœna pecuniaria ex faciliori exactione plus exemplum timoris adducit.*

AR-

ARGVMENTVM.

Iurisdictio iudicis ordinarij an & quando cesset; quando dicatur cumulatiuè concessa; & quid operetur concessa eum clausula, *priuatiuè, & abdicatiuè.* de iurisdictione Baronum in vassallos: de præuentionis diffinitione, effectu, & substantia, quomodo inducatur, aduersùs quos, & quando illi derogetur. Declaratur, & limitatur *text. in l. nullum, C. de testib.* & an & quando punitus ordinariè, possit extra ordinem puniri. De mulcta, in quo differat à pœna: an per pœnam nouæ legis abrogetur antiquæ. Et an ciuilis actio competens ad vindictam, præiudicet criminali; & an & quando iudex possit pœnam minuere, & quando illi impunè resisti liceat.

Pro eodem Serenissimo Duce Parmę cōtra Fiscum Regij Patrimonij.

CONTROVERSIA LVII.

CVm quidam particulares terrę Leonissę status Aprutini Ducis Parmę commiserint quandam prætensam rèsistentiam, dum erant eis intimandæ quædam prouisiones expeditæ per Curiam dictæ terræ pro obseruantia quarundam prouisionum Regiæ Cameræ: Auditor generalis dicti status præuenit assumendo informationem, citando, & capiendo delinquentes, quos demum condemnauit etiam per viam compositionis ad soluendum Ducali Curiæ ducatos 250. & secuta satisfactione, Fiscus Regiæ Cameræ asserens eius aures offensas, prætendit ex integro de eodem delicto cognoscere, & delinquentes punire, ex regula *text. in l. nullum, C. de testib.* sed vt pateat iustitia Ducis petentis, decerni hos suos subditos amplius de hoc delicto nec inquiri, nec puniri nullo modo posse. De tribus pręcipuè erit agēdum, in quorum primis duobus articulis fundabitur quicquid ad victoriā obtinendam opus erit; tertium verò articulum, qui longiorem tractationē exegit, ex abundanti potius, vt nihil intactum remaneat, afferemus.

Primò, vtrum per *tex. in d. l. nullum,* iurisdictio sit concessa priuatiuè, vel cumulatiuè quoad ordinarium iudicē, & præsupposito, quod sit cumulatiuè concessa, videndum est, an fuerit locus præuentioni, & de ipsius præuentionis effectu.

Secundò, an ex clausulis concessionis iurisdictionis priuatiuè, & abdicatiuè contentis in priuilegio Ducis, cesset dispositio *text. in dict. l. nullum.*

Tertiò, videndum est, posito (citra tamen veri præiudicium) præuentionē factam Duci non opitulari, nec minus claululas prædictas iurisdictionis, *priuatiuè, & abdicatiuè,* cōcessę, nunquid inspecto iure communi, postquam isti fuerunt puniti à suo iudice ordinario, qui principaliter cognoscendo ad delicti punitionem processit, inferendo pœnam, quam is condignam fuit arbitratus, iterum valeant ab altero iudice, cuius aures offenderunt, pœna extraordinaria puniri, virtute *d. l. nullum.*

Quoad primum, non est opus immorari; quandoquidem casus est in-
1 dubitabilis, vt nullo modo censeatur adempta iurisdictio iudicis ordinarij; vt velut clarissimum supponunt omnes *DD. in dict. l. nullum,* vbi in specie hoc tradunt *Bald. num. 6. in fin. vers. & non solum iudex, & Salyc. n. 7. vers. quod facit, Bartol. in l. hoc iure, §. aqua, ff. de aqua quotid. & astiua,* Mar. *Soc. in cap. proposuisti, col. 3. versic. quæro verum, de foro compet.* & alij innumeri inferius allegandi in tertio articulo, & ita fuisse de-

deciſum per Sacrum Conſilium,teſtã-
tur Afflict.deciſ.219.numer.3.& Dom.
Præſes de Franch. deciſ. 147. quod illa
ratione confirmatur, quia quælibet
iuriſdictio, quæ alicui conceditur de
re ad iuriſdictionem alterius pertinẽ-
2 ti, ſemper dicitur cumulatiuè conceſ-
ſa,non autem priuatiuè, niſi in ſpecie
de contrario appareat, l. 1. C. de offic.
Præfect.vrb.c.ap. dudum de præb.in 6.li-
cet enim alicui concedatur iuriſdictio
3 etiam ſpecialiter,non ex hoc tamen
cenſetur derogatum iuriſdictioni or-
dinarij,cap.ſuper,de hæred. in 6. clem.1.
eod. cum alijs latè congeſtis per Rom.
in conſil. 393. præſens conſultatio,Aret.
conſ.101. ſpectabilis Domine Collatera-
lis, & Felyn.in cap.paſtoralis,num.2.de
offic.ordin.Dom.meus Capyc.dec.9.n.16.
verſ.licet alias, etiam ſi per dictionem
4 taxatiuam,tu ſolus procedas, iuriſdictio
demandata fuerit, vt ſingulariter tra-
dit Angel.in l.1.C.vbi,& apud quem,
quod tamen dictum Angel. eſt apud
DD.controuerſum,vt latè per Dec.cõ-
ſil.3.& 664.viſo eleganti, Cotta in me-
mor.in ver. ſolus,Gram.deciſ.30.n.2.9.
& ſeq. cum alijs per Vrſill. ad Afflict.
dec. 41. apud quos apparet,principale
dictum ab omnibus approbari, vt etiã
habetur apud Foller.in praxi crimin.in
verſic. audiantur excuſatores, num.66.
verſ.ex quibus, & num. 67.

Vnde cum per text. in l. nullum,
non priuatiuè,ſed cumulatiuè ſit con-
ceſſa iuriſdictio, igitur oportet fateri
locum eſſe præuentioni; vbicunque
enim iuriſdictio conceditur pluribus
5 iudicibus cumulatiuè,ſtatim inter eos
locus eſt præuentioni, vt traditur per
Angel. Aret.in l.1.§.ſi quis in appellatio-
ne ff.de appellat. Gemin. in cap.felicis,§.
per hoc,de pæn.in 6.Iohann.de Anan.in
cap.excommunicamus, §.volumus,de
hæret. & latè Gram.deciſ.30.num.5.&
Foller.in d.verſ.audiantur,num.68.qui
6 hoc tradit etiam reſpectu iudicis infe-
rioris ad ſuperiorem, & Carauit.ſuper
ritu 295.num.18.& in indiuiduo in ca-
ſu dict.l.nullum,C.de teſtib. locum eſſe
præuentioni, tradit Dom.de Franch.d.
deciſion. 147.numer. 5. & plures citat
Dom.Conſiliar.Fab.de Anna conſ.107.
num.7. nihil enim eſt aliud præuenire,
7 niſi iuriſdictionem, quæ pluribus, &
ſic cumulatiuè competebat, vel com-
petere poterat,ſibi ſoli appropriare,&
in perſonam ſuam firmare, ſeu conſo-
lidare in cauſa præuenta, vt probatur
in l.ſi quis poſtea,ff.de iudic.in l.ſi pluri-
bus,ff.de legat. 1. vt per hæc verba for-
malia deſcripſit præuentionem Mar.
Soc.in cap.propoſuiſti,in 2. princ.artic.
de foro compet.vbi latius,& pluries hoc
ipſe comprobat in diſcurſu: ex quo &
illud neceſsè ſequitur, vt conſequẽs
neceſſarium, & inſeparabile, quod dũ
per text.in d.l.nullum, iuriſdictio con-
ceditur cumulatiuè, & ſic locus eſt
præuentioni, quod facta præuentione
per vnum ex iudicibus, non poterit
amplius alter iudex,pendente,vel fini-
8 ta cauſa, ſe intromittere eo modo, ac
ſi ei nunquam talis iuriſdictio conceſ-
ſa fuiſſet; hoc enim operatur præuen-
tio,vt eſt text in cap.cum plures,verſic.
porrò vno,de offic. deleg. in 6. ibi, porrò
vno eorum negotium incboante commiſ-
ſum,alij nequibunt ſe vlterius intromit-
tere de eodem, vbi optimè gloſſ. in dict.
verb.de eodem,id comprobat exemplo
procuratorum inſolidum datorum,
l.pluribus,ff.de procur.cum concordan-
tibus, arguendo à mandato procura-
toris ad mandatum iuriſdictionis,& l.
quia,ff.de iuriſdict.omn.iud. cum ſimi-
libus:& propterea infertur, quod pro-
ceſſus alterius iudicis non valeret, iu-
riſdictione inchoata per alium, prop-
ter præuentionem iam factam, idque
ipſo iure, quãuis nullo modo hæc ex-
ceptio nullitatis opponeretur, quia-
9 imò etiam ſi primus iudex,qui præue-
nit, vellet hoc habere ratum, & con-
ſentiret, vt poſt gloſſ.in dict. verb.de
eodem, in fin. firmant in dict.cap. cum
plures,Archid.Ioann.Andr.Anchar.La-
pus, & Gemin. quos latius ibi recenſet
Franc.num.2.verſ.tertiò nota,qui pon-
derant verbum,nequibunt,de quo in
text.

tex. quod excludit omnem poteftatē, feu potentiam, *cap. iudex*, *eod. tit. de offic. deleg. in 6. cum fimilib.* quem *text. in dict. cap. cum plures*, cum alijs multis ad hoc idem affert *Mar. Soc. in d. cap. propofuifti, col. 2. verf. circa primum, & col. 9. in 5. artic.* dum tradit diffinitionem, & effectum præuentionis, & addit *col. 10. in verf. tertius effectus, & col.*
10 *12. verf. quoad fecundum*, quod quando Officiales recognofcūt iurifdictionem ab eodem domino, quod refpectu caufæ præuentæ, dicitur præueniēs effe maior, quamuis aliàs effet minor, & propterea fi alius iudex fe impediret, aut vellet in dicto negotio procedere, poffet præueniens fuam iurifdictionem tueri, etiam inhibendo alteri iudici, ne procedat, ex eo, quod omnia
11 poteft iudex, quæ ad tutelam fuæ iurifdictionis pertinent, vt in *cap. 1. & c. præterea, de offic. deleg.* & in Barone, tradit *Frec. auth. 46. num. 2.* quæ comprobātur ex traditis per eundem *Soc. ibi d. col. 2. in 2 principali artic. & col. 4. verf. circa tertium, & col. 9. verfic. circa quintum, & in verf. fecundus effectus*, quem ibi fequitur latè *Barbat.* & hanc effe
12 præuentionis fubftantiam, & effectum fupponunt *gloff. & DD. in l. fi quis poftea*, vbi in fpecie *Angel. num. 3. in fin. verf. vnde malefactore capto, ff. de iudic. poft Ioann. Andr.* quem allegat *in c. 1. de obligat. ad ratioc. Marf. in l. fin. ff. de iurifdict. omn iudic. 204. & Couar. c. 11. pract. qq verf. fexto in hoc tractatu*, ibi, *his equidem*, & colligitur ex traditis per *Dom. de Franch. decif. 37. num 3. & decif. 505. num. 4. & feq.* Quibus non refragatur, quod tradit *Afflict. dec. 219.*
13 is enim fatetur in terminis, nullum locum effe præuentioni, & licet *n. 3. verf. benè tamen*, concedat in cafu fuo, nedum fecularem, fed ecclefiafticum iudicem poffe procedere, & punire; attamen fi rectè infpiciatur, illud dicit fieri ex eo, quia pœnæ illæ funt diuerfi fori, & propterea punitus pœna legis ciuilis, non negātur, quin iterum puniatur pœna fpirituali, feu canonica, vt

in fpecie fe declarat *num. 4. verf. benè verum*, dum reddens rationem, fubdit hæc verba, *quia pœna falfi imponenda à iudice laico, non tollitur pœna imponenda per ecclefiafticum*, & iterum *num. 6.* exprefsè hoc declarat, & reftringit, dū ait, *nec per hoc impeditur iurifdictio iudicis ecclefiaftici, qui fimpliciter pœna canonica poterit illos falfos teftes punire, vt eft fupra dictum*, & fic apertè, fecus effe fentit *Afflict.* vbi vtraque pœna effet ftatuta à iure ciuili, & propterea à iudice temporali effet inferenda, quia tunc vna impofita, altera omninò ceffaret, & fic cafus per *Afflict.* relatus, eft limitatio regulæ, quam fupra probauimus, quæ duplici ratione fpeciali fundatur, quas apertè innuit idē *Affl.* ex quibus refultat regula in contrariū, & quod oppofitum habuit pro vero Sac. Cōfiliū, his rationibus fpecialibus ceffantibus, ceffare debeat, argumēto *l. quod verò contra, & l. ius fingulare, ff. de legib.*

Prima, quia crimen falfi in eo cafu erat commiffum in caufa fpirituali, fcilicet matrimoniali, quo cafu hoc cri-
14 men falfi efficitur mifti fori, & puniri poteft ab vtroque iudice, ita vt pœna ab vno illata, non excludat alterum, *Anan. in cap. ad falfariorum, de crimin. falfi, Boff.* optimè *in tit. de falfis, n. 108. uerf. & ad prædicta facit*, & ita in fpecie intelligit dictam *Afflict.* decifionē *Vrfill. in addit. in princip.* & declaratur ex traditis per eundem *Afflict. in Conftit. Multa leges, num. 5. verfic. fed iuxtà hoc quæro, & feq.* in iftis autem criminibus miftis fpeciale eft, vt licet quis
15 fuerit condemnatus, vel etiam abfolutus à iudice temporali à pœna iuris ciuilis, poterit tamen reiteratò puniri pœna fpirituali, & è contra, vt præter *Afflict. in d. Conftit. Guid. Pap. & Crau.* relatos per *Vrfill. in d. dec.* tradit *F. ac. in cap felicis, § per hoc, de pœn. in 6. in princip.* ibi, *nota, quod pœna legalis non tollitur per pœnam canonicam*, & latè *Couarr. lib. 2. uariar. refolut. cap. 10. uerf. undecimò, &c.* & ita dicit limitari *text. in*

in cap. de his, de accuſ. quo diſponitur, vt de his criminibus, de quibus abſolutus eſt accuſatus, non poſſit accuſatio replicari, idemque ſequitur *Foller. in praxi crim. verſic. pœnis debitis, n.* 49. *Carrer.* latè *in pract. tit. de haret. n.* 165. *verſ. ſed an ex quo.*

Secunda ratio eſt, qua fundatur *Afflict.* deciſio, quia ſecundum magis
16 communem opinionem, nedum in delictis miſtis, ſed generaliter pœna impoſita à iure ciuili non tollit pœnã iuris canonici, & è conuerſo in quibuſcunque delictis; temporalis enim pœna non tollit ſpiritualem, quod proce-
17 dit ex diuerſitate fori, vt de communi teſtatur *Felyn. in d. cap. de his, num.* 13. *in* 11. *limitat. de accuſat. Dec. in cap. de cauſis, num.* 17. *de offic. deleg. Afflict. in dict. Conſt. Multæ leges, & in Conſt. Patarenorum, n.* 57. *verſ. & ideò dicimus,* cum alijs per *Tiraq. de pæn. cauſa* 25. *num.* 4. *& cauſa* 28. *num. item* 4. *Foller. ad ſpec. Marant. par.* 4. *diſt.* 1. *num.* 27. *& idem Marant. part.* 6. *num.* 97. *verſ. limita nonò, poſt Aret. conſ.* 58. *numer.* 8. quamuis in hoc vltimo plerique teneant contrarium, quos refert *Franc. in cap. felicis, §. per hoc quoque, num.* 4. *de pæn. in* 6. *Boer. deciſ.* 289. *num.* 9. *verſic. vbi ponit quid.*

Ex quibus apparet, quod cum in caſu noſtro, Officialis Sereniſſimi Ducis nedum præuenerit per citationem verbalem, & realem per capturam de-
18 linquêtium, quomodo inducitur præuentio, iuxtà tradita per eundem *Mar. Soc. in d. cap. propoſuiſti, in* 4. *art. col.* 4. *& ſeq. de foro compet.* ſed ad condemnationem, & ſecuta etiam fuerit ſatisfactio, quod amplius Reg. Camera de hoc delicto cognoſcere non poteſt.

Circa ſecundum articulum, quod exiſtente clauſula conceſſionis iuriſdictionis, *priuatiuè, & abdicatiuè,* ceſ-
19 ſet omninò iuriſdictio alterius iudicis, cui de iure communi in eodem delicto facultas cognoſcendi cumulatiuè conceſſa fuerat, etiam ſi iuriſdictio priuatiuè non per verba expreſſa, ſed tacitè cóceſſa fuerit, docuit *Bart.* in indiuiduo in *l. viros, num.* 1. *C. de offic. lib.* 12. quod latiùs comprobat *Felyn. in dict. cap. paſtoralis, col.* 2. *in* 3. *limit. de offic. ordin.* & concordantes affert *Foller. in praxi crimin. uerſic. audiuntur excuſatores, numer.* 63. 67. 68. *& poſt numer.* 70. *uerſ. quo fit, & ſeq.* quinimò generaliter hoc ꝓcedere in om-
20 nibus Baronibus, qui habent iuriſdictionem in ſuos vaſſallos, vel ex priuilegio, vel ex præſcriptione, quod nihilominus ipſa competat illis priuatiuè quoad Regem, & ſic quamuis non habeant priuilegium, cum clauſula abdicatiua, & priuatiua; & propterea regulam, quod iuriſdictio in dubio cenſentur cumulatiuè, non autem priuatiuè cóceſſa, limitari in Baronibus, quibus
21 conceduntur caſtra cum iuriſdictione in dominium, *Felyn. in dict. cap. paſtoralis, in* 6. *&* 8. *limit.* de quo licet dubitet diſputando *Dom. Capyc. deciſ.* 9. *num.* 1. *& ſeq.* hoc tamen ipſe firmat in *ſua inueſt. in uerſic. ita quod de illis §.* 127. *Marin. Frecc. in* 10. *auth. Baron.* & latiùs *Gramm. d. deciſ.* 30. *n.* 8. *& ſeq. Dom. de Franch. poſt Menoch.* quem citat *dec.* 417. *num.* 2. *&* 7. vbi dicit, hoc non habere dubium, nec amplius hodie eſſe diſputandum, & optimè *Dom. Lanar. conſ.* 52. *num.* 8. & in indiuiduo,
22 quod *text. in l. nullum, C. de teſtib.* non habeat locum aduersùs Barones, nec procedat in territorijs vaſſallorum, & propterea, quod id, quod dicitur de falſo teſte, non habeat locum in vaſſalis Baronum, præſertim quando delictum eſt commiſſum in terris Baronum, vt eſt caſus noſter, quia iuriſdictio competit Baronibus priuatiuè quoad Regem, quamuis non ſit expreſsè conceſſa iuriſdictio priuatiuè, & abdicatiuè, tradit optimè *Theſſ. decis. Pedemont.* 266. *num.* 7. *uerſ. minus obſtat, iuncto num.* 4. *uerſ. ex aduerſo,* vbi ita teſtatur fuiſſe ſæpiùs in Senatu denatu deciſum, *n.* 8. & nouiſſimè ſimul, & ſubtiliter propriè in caſu noſtro, q
23 facta conceſſione iuriſdictionis abdica-

catiuè, & priuatiuè, ceſſet diſpoſitio *dict. l. nullum,* ſcripſit *Dom. Conſiliarius Fab. de Anna in conſ.* 107. pro magno Admirato, ita vt videatur alijs ſuper hoc puncto ſcribendi locum ademiſſe, vbi in fine conſilij legitur ſententia iunctis tribus aulis, & cum interuentu Doctiſſimi Præſidentis de Franchis, pro hac opinione, qua fuit confirmata prima ſententia Sacri Conſilij in prima inſtantia, quamuis in eo caſu fuerint grauiſſimè offenſæ aures Iudicis ordinarij propter reſiſtentiam, & exẽptionem carcerati, & vulnera etiam lęthalia illata Alguzerijs Magnæ Curiæ, & inſuper fuiſſet ab eadem Magna Curia præuentum; ita vt non ſit vlte-
24 rius in hoc immorandum: idq; eo maximè, cum vltra præd. ctas deciſiones, aliàs ſemper fuerit ita deciſum, exiſtente clauſula abdicatiua, & priuatiua, vt teſtatur *Dom. Capyc. deciſ. 9.* id benè probans *à num. 15. ad fin. Gram. d. deciſ. 30. in fin. Dom. de Franch. dict. deciſ. 417. in fin.* quæ toties geminatæ deciſiones pro lege erunt ſeruandæ, iuxtà tradita per *Afflict. dec. 169. in fine.*

Supereſt tertius, & vltimus articulus, vtrum ſcilicet circumſcripta præuentione, & conceſſione iuriſdictionis abdicatiuè facta, nunquid inſpecto iure communi, poſtquam iſti fuerunt puniti à iudice ordinario, iterum puniri poſſint ab altero iudice, cuius aures prætenduntur offenſæ, vigore *dict. nullum,* in quo concludo, nullo modo id fieri poſſe, ſcilicet vt punitus à iudice proprio ordinario, quamuis leuiori pœna, & quæ delicto non congruerit, poſſit amplius pœna extraordinaria affligi. Quod multifariàm demonſtratur, & primò à fortiori; dum. n. DD. noſtri tractant ſimilem quæſtionem in caſu contrario, ſcilicet vtrum
25 teſtis in caſu *l. nullum,* punitus de falſo extraordinaria pœna à iudice, cuius aures offenderit, falſum teſtimonium perhibẽdo, poſſit iterum puniri à ſuo proprio iudice pœna ordinaria; in hac quæſtione tametſi *Clar. in pract. crim. quæſt. 38. num. 12. verſ. ſed quæro nunquid,* ibi, *& ſcias quod,* ſecutus fidem *Boſſ. in tit. de falſis, num. 104. verſic. & aduertendum eſt,* dixerit communem eſſe opinionem, quod iterum pęna ordinaria plecti poteſt; attamen vt ex ſubſcriptis apparebit, magis communis opinio eſt in contrarium, & verior, fulcita maiori numero, DD. grauitate, & efficacioribus rationibus, quo ſuppoſito, caſus noſter erit in tuto; ſi. n. punitus extra ordinem in caſu *l. nullum,* non poterit iterum puniri à ſuo ordinario, quantò fortius punitus à proprio iudice, non poterit amplius plius caſtigari ab eo iudice, cuius aures offenderit, quia ſi id, de quo minus deberet ineſſe, & ineſt, ergo & id, de quo magis, vulgat. iurib. & licet pro contraria opinione, quam communẽ appellat *Clar.* ex errore tamen ſub fide *Boſſ.* afferatur primò authoritas *gloſſ. in dict. l. nullum, in gloſſ vlt. verſic. animaduertendum,* ibi, *ſed an pœna,* dum duobus verbis reſoluit duas quæſtiones, ſcilicet quod pœna, de qua *in l. nullum,* eſt minor pæna legis Corneliæ, & quod punitus dicta pæna minori, poterit iterum accuſari lege Cornelia, *Bald. in dict. l. nullum, num. 4. in 3. not. ver. ſed quærit gloſ. Paul. de Caſtr.* ibi *in fin. in verſ. item pone quod teſtis,* dum nouiſſimo loco recenſet opinionem *Bald. Salyc. num. 1. circa medium, verſ. opponitur ab extra, & in verſic. dicendum eſt ergo, Speculat. in tit. de teſtib. §. opponitur autem contra teſtem, n. 47. verſ. nunquid per pœnam, Panormit. in cap. 1. n. 5. verſ. in gloſſ. 2. de crim. falſ. & idem Bald. in l. vbi, num. 2. verſ. ſed quæritur, C. de falſis, vbi Salyc. in final. verb.* ſequitur *Boſſ. in d. tit. de falſis, num. 104. verſ. & aduertendum,* dicens, hanc opinionem eſſe communem, & *Clar. dict. numer. 12. q. 38.* latè *Franc. Bec. conſ. 69. vol. 1.* qui tamen non eſt omninò huius opinionis, cum ipſe in caſu ſuo potiſſimè ſe fundet in eo, quod delinquens callidè aff. ctiue-

uerat data opera ſubire pœnam primi iudicis,vti leuiorem, vt per eum *n.7. & 8.in fin.*quaſi forſan,hoc deficiente,non ita ſimpliciter reſpondiſſet: hi ſunt, qui in ſpecie in terminis *d.l.nullum*,ſequuntur opinionem *gloſ.*in hoc articulo, omiſsis multis, qui tantùm tractant pũctum in genere,quomodo leuiter punitus poſsit de nouo maiori pœna affici,& concludunt affirmatiuè, in quo etiam magis communis eſt in contrarium,vt infra patebit;cõtrariam tamen opinionem ex profeſſo firmauit *Cyn.in d.l.nullum, in fin.verſ. vltimò quaeritur*, ibi, *tu dicas quod non*, vt teſtis punitus ſemel extra ordinem
26 à iudice,cuius aures offendit, non poſsit vlterius pœna legis Corneliæ puniri,*Bart.in d.l. nullum*, vbi bis eandem opinionem repetijt,& confirmauit, conſtanter *gloſſ.* reprobando tam *in 1.lect.num.3 .verſ.quaerit gloſſ* quam *in 2.verſ.quaerit gloſſ de duabus,& in fin.verſic.ad ſecundum, Dyn.in l.2.§.ſi publico,ff.de adult.* pro vt ipſum allegat *Bart.in dict.l.nullum,in 1.lect.in fin.& ante Bart. Cyn* ſequutus fuit *Alber.in dict.l.nullum,in finalib.verb.* dum vltimo loco reſidet cum opinione *Cyn.* tam *in dict.l.nullum*, quàm *in l.vbi,C. de falſis*,vt,infra dicemus, *Ang.in dict. l.nullum, in verſ.vltimò gloſſ.* vbi dicit eius opinionem falſam; eandem opinionem firmat idem *Cyn.* optimè *in dict. l.vbi,in fin.vers.vltimò quaro, & Alber.num.1. verſ.ſed quid ſi iudex, C. de falſis,Angel.in dict.l.vbi, in fin.n.4. verſ ſecundò eſt videndum,Ioan. Andr. in addit.ad Specul.dict.num. 47.verſic. ſed nunquid,in addit.incip.qui falſo*,vbi pro opinione contra *gloſſ.* allegat *Guid.de Suzar. & Cyn.* cum quibus reſidet, allegans duo iura, *Franciſc. Aret.conſ.58.incip.diligenter conſideratis omnibus,num.8.iuncto num.12.ver. ſed in actionibus*,vbi in ſpecie in materia *l.nullum, C.de teſtib.* licet ſuperius *dict. num.8.* formauerit oppoſitum, quod pęna minor impoſita,non tollit alteram maiorem,ex notatis per *Bald. in dict.l.nullum*, tamen contrarium decidit *eod.num.8.in fin. verſic.ſed tamen his non obſtantibus*, & demum *num.12.verſ ſed in actionibus*,reſpondet ad contrarium, firmando oppoſi-
27 tum in materia *d.l.nullum*, quod punitus pęna, etiam minori, non poteſt maiori affligi,idemq; in indiuiduo firmat *Boer.* qui amplius hoc lariſſimè comprobat iuribus, & authoritatibus *deciſ.289. incip. Chriſti benedicti, &c. videtur primo*, vbi *numer.* 4. afferens *gloſſ.et Bald.in dict.l.nullum*,dicentes, quod ſi non eſt impoſita integra pœna, poteſt iteratò puniri, ſubdit *n. 6.* quod contrarium eſt verius,& approbat expreſsè opinionem *Cyn.& Bart. in dict.l.nullum,num.7.& 10. verſ.tamen ſecundũ*, & dicit ſecundùm hanc opinionem, quam dicit eſſe communem Legiſtarum, fuiſſe iudicatum: & videtur ſatis apertè in eandem opinionem inclinare *Afflict.deciſ.219.*ſi rectè inſpiciatur,dum in terminis *dict.l. nullum*,concludit,eſſe locum præuen-
28 tioni,quæ illud neceſſariò importat, vt poſtquam vnus iudex cognoſcere cæpit,alterius iuriſdictio velut prœuẽta omninò ſileat, quamuis *Afflict.* in hoc vltimo, in caſu ſuæ deciſionis, ſpeciali ratione ob pœnas indictas à diuerſis foris,aliter concludat, vt latiùs in primo articulo eſt ſupra dictũ: & clarè eandem opinionem ſequi videtur *Dom.de Franch. deciſ.147. n. 5.* dum poſt plura argumenta in vtramque partem adducta, in effectu concludit in terminis *dict.l.nullum*,locum eſſe præuentioni, quia in pari cauſa
29 is præfertur,qui præuenit, ſecundùm *Bald.* quem allegat *in l. neganda, in 1.notab.C.qui accuſ.non poſſ.* dum igitur locus eſt præuentioni, ſequitur,vt alterius iudicis iuriſdictio cenſeatur adeò pręoccupata, vt amplius cognoſcere non poſſit de eodem delicto,vt ſupra probauimus, ſed hanc eandem opinionem *Cyn. & Bart. in dict.l.nullum*, latè firmat, & comprobat, reſoluendo obiecta *Petr.Foller.in addit.ad Spe-*

Specul. Marant. part. 4. dist. 1. num. 21. & licet Marant. ibid. num. 20. videatur contrarium sentire, non tamē potest numerari inter DD. tenentes cōtrariam opinionem, quia non tractat articulum in specie in terminis dict. l. nullum, nec facit mentionem de opinione Cyn. & Bart. in dict. l. nullum, sed tantum tractat in genere, quando is, qui non fuit sufficienter punitus, possit iterū pœna integra puniri; quinmò idem Marant. part. 6. in materia inquisit. num. 100. vers. sed totum dubiū, declarando aliàs per eum dicta in d. part. 4. n. 20. part. 6. n. 92. concludit, quod quando prima pœna est corpo-
30 ralis, licet quis non sit sufficiēter punitus, altera etiam corporalis irrogari non potest, quia prima non potest sibi restitui, & sic videtur quodammodo concordare cum opinione Cyn. idem Foller. in sua pract. crim. in versic. panis debitis feriantur, num. 15. similiter prædictam opinionem Cyn. comprobat, relato Boer. in dict. decis. 289. & cum opinione Cyn. cōtra gloss. proposita, & discussa hac quæstione, resides Ioan. Petr. de Ferrar. in sua pract. pap. sub rubr. de form. testib. §. & falsitatem, num. 5. vers. quid ergo dicemus, vbi pluribus hoc cōprobat, & in fin vers. vbi ergo testis, consulit testi, qui reperitur de falso maculatus, vt si habeat
31 iudicem gratiosum, patiatur se puniri extraordinariè, quia sic euitabit pœnā ordinariam, iuxta ea, quæ inferius dicemus; idemq; sequitur etiam Thess. decis. 266 num. 11. vers. sed contrarium, vbi latissimè, & doctè, licet confisus testimonio Iul. Clar. concedat, contrariam opinionem esse communem, & nouissimè sequitur Menoch. de arbitr. iudic. casu 313. incip. diximus iam falsi, vbi testatur, hanc opinionem tenere Couar. in cap. quamuis, part. 1. §. 7. n. 5. de pact. in 6. vt sola pœna extraordinaria hic testis plectatur, approbans expressè cautelam Ferrar. ad euadendā pœnam ordinariam, & quod hæc posterior opinio contra gloss. sit verè cōmunis, testatur in indiuiduo Bart. in l. 2. §. si publico, in fin. vers. quandoq; est secuta, ff. ad l. Iuliam de adulterijs, vbi dicit, quod gloss. in l. nullum, in hoc cōmuniter à DD. reprehenditur, quam hodie quoque communem esse testatur Boer. qui amplius secundum eam dicit iudicatum in Senatu, ipso Præsidente, in d. dec. 289. num. 10. & Foller. referens Bart. in dict. §. si publico, in addit. ad Marant. dict. part. 4. dist. 5. num. 21. quinimò Bart. non concedit omninò, quod gloss. fuerit opinio, quā sequitur Bald. & verè illius gloss. verba sunt adeo ambigua, vt patiantur alium sensum, qui nullo modo opinioni Cyn. & Bart. contradicit, vt rectè ponderat idem Bart. in dict. l. nullum, in 2. lect. vers. ad secundum, vbi tamen subdit, q si aliud voluisset gloss. tunc malè dice-
32 ret, & sic dum gloss. loquitur ambiguè, non potest numerari inter DD. qui tenent opinionem contra Bart. argumento eorum, quæ notat Socin. in l. in ambiguis, ff. de reb. dub. præterea fortius gloss. alibi videtur tenuisse opinionem, quam defendit Bart. ad quod pondero gloss. in l. licet gratis, §. vlt. in gloss. pen. magna, in verb. exceptio dabitur, ff. naut. caup. & stab. vbi cum I.C. dixerit, posse cū nautis, furti, vel damni iniuria actione vti, sed vna agentem contentum esse debere, ne sæpius de eiusdem hominis admisso quæratur, opponit gloss. in fin. ibi, item nonne? de leg. 1. ff. de vi. bon. rapt. vbi furti, & vi bonorū raptorum pro eadem rapina agitur, & respondet, quod ibi vtraque via est communis, in casu autem dict. l. licet, §. fin. vna est ordinaria, altera extraordinaria, & propterea altera quis debet esse contentus, & idem voluit gloss. in l. 3. §. vlt. in verb. contentus, ff. eod. tit. naut. caup. & sic aptè decidit gloss. quod quando plures actiones pœnales concurrunt, quarum vna
33 est ordinaria, altera verò extraordinaria, tunc indistinctè altera tantū exerceri potest, & sufficit ne sæpius de eiusdem hominis admisso quæratur, vt di-

dicit I. C. *in dict. §. fin.* quòd propriè verificatur in caſu noſtro, vbi omnes concedunt, pœnam, de qua *in l. nullum*, eſſe extraordinariam. Et non deſunt etiam, qui dicunt, quod illa verba *gloſſ. in dict. l. nullum, in gloſſ. fin. verſ. ſed an pœna*, verè non ſunt verba *gloſſ.* ſed fuit quædam additio poſtea facta ad *gloſſ.* vt dicit *Alb. in dict. l. nullum, in fin. verſic. ibi poterit accuſari*, qui teſtatur, quod dicta verba deſunt in antiqua, & *Bald.* fuit in hoc ſibi contrarius *in conſ. 34. caſus talis eſt, Guid. de publica vol. 1.* vt ponderat *Boer. dict. deciſ. 289. num. 7.* & in ſpecie *Foller. dict. part. 4 dist. 1. num. 21 propè fin.* ſed melius mibi videtur ſibi contrariari *Bald. in l. data opera, num. 3. C. de ijs, qui accuſ. non poſſ.* vbi in *verſ. aut per aliam legem, & dict. num. 3. in fin. in*
34 *ſua diſt.* concludit, quod quando plures pœnæ imponuntur à diuerſis legibus, tunc vna pœna tãtum debet imponi, *l. Senatus, ff. de accuſ.* & hoc exẽplificat in ſpecie in caſu *l. nullum, C. de teſtib. Salyc.* quamuis *num. 2.* videatur tenere opinionem *gloſ.* tamen videtur ſe corrigere *num. 7.* in vltimis verbis, dicens hęc verba, *non tamen dico, quod punitus ab vno, poſſit puniri ab alio, ſed de hoc remitto ad ea, quæ dixi infra de accuſ. l. qui de crimine*, vbi expreſsè latiùs diſcuſſo articulo, concordat cum opinione *Cyni, & Bartol.* vt infra dicemus, & quoad *Specul. Theſs.* dicit, qđ is concordat cum opinione, quam ſequitur *Cyn.* & pro hac opinione illum citat *in dict. deciſ. 266. num. 12. verſ. ſed iſta opinio*, vbi teſtatur, quod *Speculat. poſt Albert. Galeot. in Margarita de teſt. num. 31.* in effectu concludunt, quod vnus iudex poſſit procedere, ita vt nõ poſſit quis duplici pęna puniri: quibus attentis, ſi *gloſſ.* vel nõ eſt *gloſſ.* ſed additio, aut hoc non dicit, aut ſaltim loquitur ambiguè; & alibi tenet contrariũ, & *Specul. Bald. & Salyc.* nõ ſibi cõſtant, & *Paul.* ſolùm recitat opiniones, nec diſputat, aut aliter expreſsè decidit, quę ſit verior opinio; ſequitur abſque dubio, communem opinionem eſſe cum *Cyn. & Bart.* Quæ quidem opinio vrgentiſſimis iuribus, & rationibus cõprobatur, & præſertim quia, quando ſunt duo iudicia, quæ ambo
35 tendunt ad vindictam, vnum indiſtinctè tollitur per aliud, non attento verũ ſit plus in vno, quàm in alio, *l. Prætor edixit, §. 1 ff. de iniur.* verba ſũt ad vnguem *Bar. in dict. l. 2. §. ſi publico, in fin. ff. de adult.* ne ſæpiùs de eiuſdem hominis admiſſo quæratur, *dict. l. licet, §. fin. & l. ſepulchri, ff. de ſepulchr. viol. l. qui ſepulchra, C. eod. tit. l. ſi cui, §. iiſdem, l. ſenatus, ff. de accuſ. l. qui de crimine, C. eod. tit.* præterea paria ſunt, aliquem de crimine fuiſſe abſolutum, vel cõdemnatum, pœnæ ſatisfeciſſe; adeò vt ſi-
36 cut ſententia abſolutoria parit abſoluto exceptionem rei iudicatæ, ſi iterum de eodem delicto quæratur, *cap. de his, de accuſ.* cum concordantibus, ita pariter ſententia condemnatoria ſecuta ſatisfactione, *l. ſi quis cum totum §. planè, ff. de except. rei iudic.* vt in ſpecie arguit *gloſſ. in cap. felicis, §. per hoc, de pœn. in 6.* & docet latè *Bart. in dict. l. ſepulchri, num. 6. Bald. conſ. 392. lib. 3. Roman.* optimè *conſ. 463. in caſu propoſito, Mar. Soc. in cap. propoſuiſti, col. 6. ver. octauò quæro, de foro comp. Barbat. conſ. 75. viſo inſtrum lib. 3.* & plura ad hoc *Dec. in l. bona fides, num. 4. ff. de regul. iur.* augetur vis argumenti, quia regula *dict. cap. de his, de accuſat.* habet locum etiã ſi probato crimine, iudex cum inquiſito diſpenſauit, ſi fuit tale crimen, in quo diſpenſari potuit; cri-
37 mina enim ſemel dimiſſa, iterum in vltionem, diuina clementia venire non patitur, *cap. diuina clementia, de pœnis. diſt. 4.* ita in ſpecie *gloſſ. in dict. cap. de his, in princ.* quam ibi ſequuntur *Innoc. Panorm. Felyn.* & alij omnes; igitur fortius ſi reus fuit punitus, pœna tamen mitiori; ſi enim id, de quo minus deberet ineſſe, & ineſt, ergo id, de quo magis, &c.

Quod aũt pœna, q̃ imponitur in terminis *l. nullũ*, tẽdat ad vindictam, ex

38 eo probatur, quia illa pœna tendit ad
vindictam, ex qua petitur id, quod iu-
dici, vel accusatori non abest, & reo
non adest, cuiusmodi est pœna cor-
poralis; non enim ob aliud dicitur
pœna ad vindictam, nisi ad differentiã
pœnę, qua agitur ad persecutionem
rei familiaris, qua agitur ad emenda-
tionem damni, quod accusatori abest,
vt declarat *gloss. fin. in l. quod Senatus
Cõsultũ, & in dict. l. Prætor, §. 1. in verb.
principaliter, & in verb. Cornelia, ff. de
iniur. Salyc. in dict. l. qui sepulchra, n 6.
Dec. in cap. de causis, numer. 16. de offic.
deleg. Addit. ad* Bart. *in l. 4.* vbi etiam
Ioan de Imol ff. de public. iud. pœna au-
tem, de qua *in l. nullum*, est corporis
afflictiua, vt per *Io in. Andr.* Butr. *Boss.*
& alios citatos per *Thess. d. decis. 266.
in fin.* quod etiam probatur *in dict. l.
nullum*, ibi, *animaduertendi licentia*,
39 quod verbum sui natura pœnam cor-
poralem importat, quinimò interdum
etiam pœnam mortis includit, vt latè
per *Dec. in cap præterea, num. 4. versic.
similiter, Abb. de offic. deleg.* igitur dicta
pœna, de qua *in l. nullum*, est ad vindi-
ctam; & consequenter illa imposita,
omninò cessat pœna legis Corneliæ,
40 quam similiter ad vindictam dari, non
dubitatur, cum sit meri imperij, *l. fin.
§. vlt ff. ad l. Corneliam, de fals. Ias. in
in l. 1. §. qui mandatam, num. 7. vers. &
istam Partem, ff. de offic. eius cui mand.*
Nec obstat *text. in l. 2. C. de sportul.*
cui potissimè innituntur, qui tuentur
opinionem *gloss* vbi probari dicunt, vt
quoties per pęnam minorem imposi-
tam, delictum non remanet sufficien-
41 ter punitum, potest adhuc maior pœ-
na irrogari in eo, in quo minorem ex-
cedit; loquitur enim ille *text.* in illis
iudicibus, quibus certi gradus iurisdi-
ctionis à lege, vel ab homine limitatè
fuerunt concessi, quos ipsis excedere,
nec minimum quidem licet; proptè-
rea non mirum si minor pœna ab illis
imposita ex necessitate ob defectum
eorum potestatis, & incapacitatis iu-
risdictionis, cum non potuerint maio-
rem imponere iuxtà mensuram deli-
cti, nõ excludat, quin maior pęna de-
licto conueniens in eo, quod impositã
excedit, ab altero iudice, habente po-
testatem puniendi, pro eius arbitrio
imponi possit, vt patet, ibi, *vsque ad sex
solidorum summam, &c.* vt in specie il-
lum *text.* intelligit *Cyn.* ibi inferens ad
monachos, seu canonicos, qui plerũ-
que in aliquo loco habent potestatẽ,
& minimam iustitiam vsq; ad certam
summam, quod residuum iustitiæ per-
tinebit ad Principem, qui poterit vl-
tra punire, qui sensus declaratur ex
*l fin. ff. de offic. Præfect. vigil. & l. si quid
erit, ff. de offic. Procons.* quæ iura allegat
pro concordantibus cum *dict. l. 2. C.
de sportul. Bald. in l. 1. num. 7. in fin. C.
de Summa Trinit. & fide Cathol.* & ita
intelligit in specie *d. l. 2. Alex. in addit.
vlt. ad Bart. in l. 1. ff. de vi bon. rapt.* vbi
limitat regulã, quam facit ibi *Bart.* vt
42 ex duabus pœnis ad vindictam, vna
imposita, altera indistinctè cesset, vt
non procedat quando minor fuit im-
posita propter impotentiam iudicis,
qui maiorem imponere non potuit, vt
in dict. l. 2. quod secus est vbi iudex est
capax maioris iurisdictionis, & ex plu-
ribus pœnis minorem imposuit; tunc
enim lex non supplet, quia postquam
iudex minorem imposuit, videtur re-
cedere à prouisione legis, argumento
l. fin C. de pact. conuent. nec tenetur ex-
43 primere causam in sententia, quia li-
cet pœnæ impositio videatur non iu-
dicis, sed legis potestati reseruata, id
tamen procedit post sententiam, se-
cus verò ante latam sententiam, quia
sententia ipsa est in arbitrio iudicis,
dummodo non excedat rationem, *l.
hodie, ff. de pœn.* verba sunt *Bart.* dicen-
tis, quod hæc est veritas, qui hoc tra-
dit in terminis nostris *in l. quid ergo,
§ pœna grauior, num. 4. vers. secundò est
videndum, & num. 8. versic. ad istud op-
pono*, qui alia pulchra tradit in propo-
sito, *num. 9. & 11.* ex quibus indistin-
ctè firmauit *ibid. num. 3.* quod ex plu-
ribus pœnis impositis à diuersis legi-
bus

bus ad vindictam, vnius impoſitio, alteram omninò adimat, *ff. de his, qui not. infam.* præterea & aliter reſponderi poteſt ad illum *text.* quod ibi in vna eademque lege ponitur duplex pęna
44 pecuniaria ſcilicet, & corporalis executoribus, qui iudicibus non paruerint, & propterea vna impoſita, altera non ceſſat; ſecus verò vbi plures imponuntur diuerſis legibus, vt nos loquimur, quam diſtinctionem vltra DD. omnes, *in dict. l. qui ſepulchra*, tradit in ſpecie Bald. *in d. tl. l. data opera, numer. 3. C. de ijs, qui accuſ. non poſſ.* Tertiò, non obſtat il e *text.* quia loquitur in mulcta, non in pœna, vt patet, ibi, *vel etiam mulctis afficere*, vt declarat ibi *gloſſ. in uerb. ſupponere, in fin.* & propterea impoſita mulcta, imponitur deinde pœna, nos verò loquimur in pluribus pęnis, in quibus vna impoſita, etiam minori, altera ceſſat, nec
45 mirum, quia inter mulctam, & poenā multum intereſt, *l. ſi qua pœna, l. aliud, §. inter mulctam, ubi gloſſ. in uerb. competit*, ſeptem differentias enumerauit, *ff. de uerb. ſignif.* & latè *Afflict. in §. mulctarum, quæ ſunt regal.* & ratio differētiæ eſſe poteſt in propoſito, quia mulcta conſiſtit ſolum in pecunia, pęna vero quælibet coercitio eſt, *d. inter mulctam*, & licet mulcta dicatur ex iudicis arbitrio pēdere; tamē hodie diffinitus eſt à iure certus modus mulctandi, vt ſcilicet Præſides vltra duas vntias auri, cæteri verò ſpectabiles iudices vltra tres vntias mulctandi licentiam ſibi intelligant denegatam, *l. eos. C. de modo mulct.* vt latiùs per *Alciat. in dict. § inter mulctam, num. 5. in uerb. ex arbitrio, & in d. l. ſi qua pœna, num. 7.* non mirum itaque ſi propter mulctam, quę ſolum in parua pecunię exactione conſiſtit, aut lege definita, vel arbitrio iudicis remiſſa, non ceſſet impoſitio pęnæ, præſertim maioris, & corporalis, *in dict. l. 2. C. de ſport.* ſecus verò, cum non concurrit mulcta cum pęna, ſed ambo ſunt pęnæ illæ, quæ concurrunt, & ad vindictam, & ita procedit *text. in l. Prætor edixit, §. 1. ff. de iniur.* & opinio *Cyn. & Bart. in dict. l. nullū.* Nec ex eo, quod iudex ex arbitrio ſibi conceſſo per ſtatutum, aut per Principem commutauerit pęnam corporalem in pecuniariam, vt fieri potuiſſet in caſu noſtro, etiam ex clauſula priuilegij, *cum poteſtate commutādi pœnas corporales in pecuniarias*, iuxtà tradita per *Iſern. in §. & bona committentium, n. 75.* vbi etiam *Afflict. n. 162. quæ ſunt regal. Nigr. in c. regni, ad perterſorū. Afflict. in dec. 287. & per Dom. Capyc. in inueſtit. in uerb. facultate commutandi, fol. 127. & deciſ. 27. num. 14.* propterea dicemus, hunc iudicem mulctaſſe, ſed pęnam irrogaſſe, quia
46 cum corporalis pęna commutatur in pecuniariam, pęna adhuc dicitur, nō mulcta, *Alciat.* in ſpecie *in dict. l. ſi qua pœna, num. 6 uerſ. quo fit*, ex quo apparet potius falſa ratio, quam affert *Salyc.* pro opinione *Bald. in d. l. nullum, num. 2. in fin.* dum dicit, quod pęna, de qua ibi, eſt potius mulcta, quàm pœna, cum pęna illa ſit corporalis, mulcta autem ſolum in pecūnia conſiſtat. Quartò, & vltimò ex his aliter etiam reſponderi poteſt *ad dict. l. 2.* vt tametſi conceſſerimus (citra tamen veri præiudium) quod haberet locum etiam ſi ambo eſſent pęnæ, quæ concurrerent, quod tamen loquitur vbi à iure pro delicto duo pęnæ eſſent impoſitæ, quarum vna eſſet pecuniaria ex ſui natura, ſic à lege expreſsè definita, altera verò corporalis; tunc enim vna impoſita, altera poſſet adhuc imponi, & ita procedit *text. in d. l. 2. C. de ſportul.* ſecus verò vbi ambo pęnæ eſſent ſui natura corporales, vt eſt in ca-
47 ſu *l. nullum*, vbi tam illa pęna, quam pœna legis Corneliæ in falſario ambo ſunt corporales ſui natura, quam differentiam ſentiunt in ſpecie *Caſtr. in d. l. Senatus, in fin. in noua eius prælect. ff. de accuſat. Franc. in cap. felicis, §. per hoc, num. 4. uerſ. ſecundò limito, de pœn. in 6.* hoc enim caſu licet loco vnius ex dictis duabus pœnis corporalibus

imponatur pęna pecuniaria ex facultate, quam habet Princeps, vel Baro, qui Principem repręſentat ex conceſſione; adhuc tamen iudicabitur attento primordio, & natiuitate ipſius pœnæ, tanquam corporalis; pœna enim

48 ſtatuta à iudice, cenſetur impoſita ſubrogatiuè ad pœnam legalē, & propterea illius naturam ſapiet, in cuius locum ſubrogatur, vt docet *Bald. in l. & ſi ſeuerior, num.* 15. *C. ex quib. cauſ. infam. irrog.* nec pariter vltimò obſtabit *text. in cap felicis*, §. *ſi quis verò iuncto* §. *per hoc quoque, de pœn. in 6.* qui etiam poſſet allegari contra opinionē *Cyn. & Bart in dict. l. nullum*, dum in eo certa pœna impoſita à Summo Pontifice contra occidentes Cardinalē, declaratur eſſe addita alijs pœnis, quas aduersùs ſacrilegos Catholici Principes ſtatuerunt.

Primò, quia ille *text* loquitur in pœnis impoſitis à diuerſis foris, & amplius in criminibus mixtis, cuiuſmodi eſt ſacrilegium, in quibus ſpeci-

49 ale eſt, vt ſemel punitus in vno foro, iterum in altero puniri valeat, vt in ſpecie intelligit de communi ſententia eum *tex. Couarr. lib.* 2. *variar. reſol. cap.* 10. *verſ. vndecimò eadem*, vt etiam ſupra diximus in primo articulo.

Secundò, quia loquitur in caſu nimis ſpeciali propter criminis horrorē; cum regulariter ſecus ſit, vbi criminaliter agitur, *cap. de his, de accus. cap. habetur hoc*, 2. 9. 5. verba ſunt *gloſſ. in d.* §. *per hoc, in verb. adimimus*, quam ibi ſequuntur DD. vt per *Franc. num.* 4. *in* 1. *limit.*

Tertiò, quia opinio *Cyn. & Bart. in d. l. nullum* procedit in dubio, vbi à iure pluribus iudicibus eſt conceſſa facultas puniendi idem crimen diuerſis pœnis, nec eſt expreſſum, qđ omnes pœnæ copulatiuè imponantur, ſed in c. in *dict.* §. *per hoc*, fuit hoc expreſsè ſtatutum, vt noua pœna cēferetur addita priſcæ ſeueritati, propterea non mirum, ſi plures pœnæ in executione concurrunt; vbi enim lex voluit, expreſſit, argumento *l. vnica*, §. *fin autem deficientis, C. de caduc. tollend.* & tradit hoc in ſpecie *Bald. in l. data opera, n.* 3. *C. de ijs, qui accuſ. n. n poſſ. & DD omnes in l. qui ſepulchra, C. de ſepul. viol.*

Ex quibus reſolutis obiectis confirmatur principalis deciſio, & opinio *Cyn. & Bart. in dict. l nullum, ex text. in l. eorum, ff. de pœn.* vbi (vti illum ad hoc ponderat *Boer. deciſ.* 289. *num.* 7.) probatur, quod punitus *l. Iulia Maieſtā-*

50 *tis*, minori pœna, quā par ſit pro modo delicti, puta quia fuerit relegatus, non punietur amplius maiori, & vera pœna delicti, quod ait latiùs firmari per *Bartho. Brixien. q. Venet.* 81. *quo text.* penitus confunditur diſtinctio DD. ex aduerſo, ſcilicet vt punitus mitiori pœna, debeat iterum ſubire maiorem exceſſu. Propoſitio autem, quam ſuperius diximus probari *in l. Prætor edixit*, §. 1. *ff. de iniurijs*, cum concordantibus, vt ex duabus pœnis à diuerſis legibus

51 impoſitis ad vindictam pro eodem facinore, vna impoſita, etiam minori, altera, quę ſupereſt, licet maior, omninò ceſſet, nedum eſt veriſſima, & optimè probatur in iuribus allegatis, ſed eſt à DD. communiter recepta, dum extra terminos *dict. l nullum*, tractant articulum in genere, an, & quando ſemel punitus vna pœna, poſſit altera affligi, & ſic opinio *Cyn. & Bart.* in terminis *l. nullum*, deducitur ex iuris regulis, & conuenit cum communi opinione DD. in articulo generali, ex quo particulares caſus rectè determinantur; ex duabus enim opinionibus illa præualere debet, quæ regulæ adhæret; hanc enim opinionem probauit *gloſſ. in l. qui de crimine, in verſ. non poteſt, in fin.* ibi, *item accipe hic, C. de accuſat.* allegans ad id *l. Senatus ff. eod.* vbi etiam *Iacob. Butrig. col.* 1. *ver. item opponitur, q. ex diuerſis*, vbi dicit, nullo modo poſſe intentari, quod puniatur alia lege, ſubdens hæc verba, *licet quidam dicant, poſſe alia agi, in eo quod eſt plus, quod non placet in criminalibus, ſed in*

in ciuilibus pœnalibus, ſic inſt. ſi quadr. paup. ſec. dic. §. fin. & idem tradit inferius ibi, *ſed certè in his, & ſi ergo vnus, Cyn. in dict. l. qui de crimine, verſic. ſed quid ſi ex accuſatione*, ibi, *ſed ſecundum alios*, dicens, quod illa diſtinctio, *aut quis fuit primo loco punitus pœna mitiori, aut maiori*, non eſt vera in caſibus, in quibus ex vtraque agitur ad vindictam, & pro hac ſua opinione allegat *Dyn. & Iacob. de Rauen. Iacob. de Aren. ibid. in princ.* ibi, *ſi verò accuſat eum diuerſis legibus*, & iterũ ante fin. *in ver. ſi verò ſit finita accuſatio*, vbi exemplificat delicta, *Alber. num. 3. in fin. verſ. ſi vero finita ſit, & iterum num. 4. verſ. pro maiori declaratione*, vbi pro hac opinione citat *Dyn. Iacob. de Aren. & Iacob. de Rauen. Bart. in princ. verſ. veniο ad ſecundum*, dum allegat *l. Senatus Angel. num. 2. verſ. lata vero condemnatoria, & num. 5. in fin. verſ. item ſi crimina*, & optimè poſt *num. 6. verſ. praeterea non minus*, vbi dicit hanc opinionem veram, latiſſimè, & benè *Salycet. num. 11. verſ. ſecundò quæro, & num. 2. verſ. ſed plenius, & verius dic*, vbi reſoluit iura in contrarium, & ampliat, etiã ſi ſecunda pœna maior eſſet vniuerſalis, vel generalis, dicens, quod iudex
52 non poteſt ex vtraque pœna condẽnare, ſed ex altera tantum, & ſi eueniret, quod iudex fatuè condemnaret ex vtraque, executione facta ex vna, exequi non poſſet ex altera, vt eius verbis formalibus vtar, & proinde addit *num. 3.* vt ex prædictis capiat reus
53 conſilium, ſeu cautelam, vt ſi forte reus fuerit pro delicto condemnatus à iudice pœna mitiori ex pluribus, ꝙ ſtatim ſoluat, quia tunc ſecuta ſatisfactione, nõ poterit amplius pœna gra-
54 uiori accuſari, nec puniri, quia parìa ſunt abſolutum eſſe, vel condemnatũ ſoluiſſe, quod ait eſſe notandum, & cordi tenendum, & idem tradidit *Angel. in l. interdum, num. 1. verſ. in text.* ibi, *iudicio, & num. 2.* vbi ipſum ſequitur *Imol. verſ. in eadem gloſſ. vbi poteſt, ff. de public. iudic.* quam cautelam valdè commendat *Bartholom. Veron. in ſuis cautelis, ſub num. 5.* intelligens procedere cautelam hanc, tam ſi agatur coram vno, eodemq; iudice, quàm ſi coram diuerſis, dicẽs, quod dum quis deliquit taliter, quod in pluribus legibus diuerſis pœnis poteſt puniri, procuret habere iudicem amicum, qui inquirat minori lege, vel quod accuſetur coram illa curia, vel iudice, vbi imponitur mitior pœna pro ſuo delicto, nam tunc nulla alia poterit puniri *dict. l. qui de crimine, et l. Senatus, ff. eod.* allegans vltra *Salyc.* hoc docuiſſe *Angel. in dict. l. qui de crimine in gloſſ. in verb. plura, in lect. Peruſ.* niſi conſtaret,
55 quod hoc, ipſe reus affectaſſet ad hũc finem; vt maiorem pœnam euitaret; tunc enim hoc ei non prodeſſet, quam cautelam ſequitur *Boer. d. deciſ. 289. num. 10. verſ. aduerte tamen*, quando-
56 quidem beneficium, ſeu commoditas alicui à iure conceſſa, nihil prodeſt affectanti, & procuranti, *l. ſpadonem, ff. de excuſat. tutor. Anchar. cõſ. 438. Probata tanta, Dec. conſ. 525. num. 9. Natta conſil. 233. Baptiſta num. 2. Cagnol. in l. ſi quis maior, C. de tranſact.* & in terminis *Foller. in praxi crimin. in verſ. audiantur excuſatores, num. 92.* ex qua quidẽ cautela optimè confirmatur opinio *Cyn. & Bart. in dict. l. nullum.* ſi enim adhuc altera & maiori pœna puniri poſſet, conſilium hoc eſſet fruſtratorium; hinc etiam licet apud DD. ſit ſatis ambiguum, vtrũ in dubio per pœnam impoſitam delicto per legem nouam, vel ſtatutum, ſit ſublata pœna eidem delicto impoſita per ius commune, vel legem antiquam, adeò vt difficilè diſcerni poſſit, quæ ſit magis communis opinio; nihilominus reten-
57 ta opinione, vt per pœnam legis nouę, vel ſtatuti, non cenſeatur abrogata pœna iuris antiqui, ſed potius cenſeatur addita priſcę ſeueritati, ita vt vtraque poena imponi poſſit; concludunt tamẽ DD. quod ſi fuerit impoſita vna ex prædictis poenis, licet minor, non poſſet poſtea imponi altera maior, ſiuè

uè pœna maior fuerit iuris communis, ſiuè ſtatutaria, etiam in eo, in quo pœna maior minorem excederet, ita enim docuit *Iacob. Butrig. in l. qui ſepulchra, in verſic. alij quod amba, C. de ſepulchr. viol. Cyn. prope fin. in verſ. ita quaeſtio, & in verſ. ſed nunquid*, vbi optimè diſtinguit, & reſoluit iura contraria, vt tunc vna via peracta, poſſit agi alia, in eo quod pœna excedit,
58 quando vtraque via competit ad intereſſe, ſecus ſi vtraque tendat ad vindictam, allegans *Iacob. de Rau. in d. l. qui de crimine, & Dyn. in l. quod Senatus, ff. de iniur. & in l. 3. ff. de lib. hom. exhib. Alber. num. 3. in fin. verſ. & ſecundum praecedentem*, qui cum hac opinione reſidet, remictens ſe ad dicta per ipſum *in dict. l. qui de crimine, Bart.* ibidem, qui ex hoc infert, quod ſi per ſtatutum imponatur pœna pecuniaria pro homicidio, non tollitur
59 propterea pœna legis Corneliæ, tamen ſi fuerit condemnatus pecuniariè vigore ſtatuti, non poteſt amplius condemnari pœna legis Corneliæ, *Bald. num. 4. verſ. tertiò opponitur, Ang. in verſ. ubi autem duo leges*, dicens, quod ſi vna pœna fuerit impoſita, licet mitior, alia grauior non poterit imponi, quia ſufficit ſemel maleficium eſſe vindicatum, *Salyc.* latiſſimè *numer. 6. uerſ. quaro tunc ſecundo*, dicens, quod hoc tenent omnes DD. quod executione vnius pœnæ, tollatur altera, cum ambo tēdunt ad vindictam, & iterum *in fin. uerſ. quaro igitur*, idem etiam firmat *Iacob. Butr. in l. ancillæ, in uerſic. item opponitur perſecutoria*, ibi, *aut utraque eſt pœnalis*, vbi latè diſtinguit, quādo vna actio pœnalis, vel rei perſecutoria, alteram cōcurſu tollat, *Cyn. ibid. num. 15. & 6. Alber. in final. uerbis, uerſ. in criminalibus, & in l. in eū, eod. tit. C. de fur.* dum ſe remittit ſimpliciter ad notata *in dict. l. qui de crimine*, idemq; videtur ſentire *Bart. numer. 2. & in fin. Angel. num. 3. uerſ. & nota hic*, dum adnotant ex eo *text.* quod actio rei per-
60 ſecutoria non tollitur per pœnalem, quia competunt ad omninò diuerſa, *& Paul. num. 4. Iacob. num. 2. Salycet. num. 6. in fin.* ibi, *& ſi omnes criminales*, dum ſe remittit ad notata *in dict. l. qui de crimine, Franc. Aret. num. 1. in 1. not.* dicens, quod plures pœnales, quæ nō ſunt ad vindictam, tollunt ſe exactione, niſi quatenus una alteram excedit, & ſic ſecus quando utraq; eſt ad uindictam, quia tunc indiſtinctè una alteram tollit, quod etiam clarè probat *gloſſ. in l. vnic. C. quando ciuil. act. crim. praeiud. in gloſſ.* 1. ibi, *de familiari autem, & in gloſſ. vlt.* ibi, *item pro eodem, ff. de iniur. l. Prætor*, § 1. vbi apertè *Iacob. Butr. in 1. oppoſ.* & iterum prope *fin. verſ. opponitur, quod in priuatis, Afflict.* latiſſimè *in Conſtit. Patarenorum*, vbi ponit regulam cum decem fallentijs, *num. 57. & propriè num. 60. verſ. tertiò fallit*, quinimò nedum ſi vtraque via agitur criminaliter, ſed etiā ſi ex vno facto oriatur criminalis actio, & ciuilis, ſi tamen ciuilis non concedatur ad perſecutionem rei familiaris, ſed ad vindictā, tunc licet non ſint ambo criminales, nihilominus quia vtraque tendit ad vindictam, non poteſt niſi altera tantum agi, & ſic ciuilis actio
61 competens ad vindictam, præiudicat criminali, & ita limitatur *tex. in l. vnic. C. quando ciu. act. crim. praeiud.* vt docuit ibi *gloſſ.* 1. ibi, *de familiari autem, & in gloſſ. ult.* ibi *item pro eodem, ff. de iniur.* quæ communiter approbatur, vt per *Iacob. Butrig. ibi in 1. oppoſ.* & iterum prope *fin. uerſ. opponitur quod in priuatis, Cyn. ibi oppoſ. 3. num. item 4. & Alber. num. 1. opp. nitur quod una ſola*, ambo latiſſimè *Bart.* optimè *numer. 2. uerſ. hoc præmiſſo, & Angel. num. 1. uerſ. & hoc intelligit uerum*, vbi dicit aurea verba pro deciſione caſus noſtri, quod
62 ſi ſit prepoſita primo loco actio ciuilis ad vindictam, & condemnatoria lata, ſit ſatiſfactum, tunc non poteſt agi criminaliter vllo modo, & reddit rationem, quia in vnoquoque iudicio agitur de delicto propter delictum, & ſic de ſe ipſo delicto propter ſe ad ſatiſfa-

tisfactionem Reipublicæ, ſeu Fiſci, & ſic vtroque modo ad finem puniendi delictum, vnde merito iterum agi nõ poteſt, quia de delicto eiuſdem homi-
63 nis pluries quæri non debet, *dict. l. licet, §. fin. ff. nuat. caup. & ſtab.* ſecus autem quando vno modo agitur ad rem familiarem, quia eo caſu non quęritur de delicto propter ipſum delictum, ſcilicet ob ipſius pœnã, ſed propter dãnum, vel intereſſe, & ſic delictum hoc caſu non venit principaliter in iudicio propter ſe, ſed ob damnum partis, vndè merito, poſtquam eſt ſatisfactum parti, quæ eſt vnus ex ereditoribus delinquentis, conuenit, vt ſatisfiat Fiſco ſimiliter creditori delinquentis, & ſic perſecutio vnius, non tollit perſecutionem alterius; cum igitur in caſu ſæpius allegatæ *l. nullum*, contra teſtẽ falſum, quæratur de falſo propter ipſum falſum, ideſt ad puniendum falsũ, & non propter intereſſe partis, vna pœna ſemel impoſita, nullo modo poterit altera irrogari: cum prædictis concordat *Alber. in l. Senatus, ff. de accuſat. in prima, & ſecunda oppoſit. n. 2. & in uerſic. ſed quæro pone*, vbi formàt
64 quæſtionem, & decidit, quod impoſita pœna legis, quæ imponit miñorẽ pœnam, non poteſt quis iterum accuſari, & *Bart. ibi num. 1. in fin.* dum oppoñit *de l. vnica, C. quando ciuil. actio. crimin. præiudic.* & iterum *num. 4. verſ. non obſtat, l. Prætor, Ang. numer. 6. verſ. ſequitur, in gloſſ. tertij dicunt*, vbi in indiuiduo, & apertè hoc firmat, & ſubdit hæc verba formalia, *quod hoc tenent Dyn. Bart. Iacob. de Rauenn. & communiter omnes, & contrariam opinionem eſſe falſam, Caſtr. in lect. noua in 1. oppoſit. & in fin. cum ibidem n. 3. ver. oppon.* dum ſimpliciter ſequitur *Bart.* & idem *Bart. in l. in eum, in l. fin. ff. eodem tit. de accuſat. Alber. in l. ſepulchri, in princ. verſ. poſtea ſecundus, & num. 2. verſ. & huic legi*, vbi hoc intelligit, dum delinquens pœnam, ad quam fuit condemnatus, ſuſtinuit; *Bart.* ibi *in principio, verſ. hæc lex*, vbi ad probandam hanc opinionem optimè inducit illam legem, *& num. 5. verſ. fateor tamen, & num. 6.* vbi benè probat, ſemel cõdemnato, ſecuta pœnæ ſatisfactione, quamuis minori, vt
65 ſupra dixerat in principio, competere exceptionem rei iudicatæ, ſicut competere abſoluto, ſi de ipſius delicto iterum quæreretur, & ſequitur *Angel. num. 1. verſic. quod autem; idem Bart. in l. ultim. in fine, C. de aquæduct. lib. 11. Bald. in l. cunctos populos, num. 7. in vltimo membr. ſuæ diſtinct. in uerſic. aut imponitur diuerſis legibus, & in uerſic. ſi autem nulla*; & *Gulielm. de Cun. & Iacob. Butrig.* quos refert, & ſequitur idem *Bald. in l. placet, num. 5. uerſ. quærit hic Gulielm. & num. 6. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & expreſſiſſimè hãc opinionem firmauit idem *Bald. poſt Iacob. Butr. & Iacob. de Beluiſ.* quos allegat *in l. & ſi ſeuerior, num. 16. 17. & 18. C. ex quibus cauſ. infam. irrog.*
66 vbi apertè concludit, quod quando ambo pœnæ ſunt criminales, vna tollat aliam, etiàm in eo, quod, plus eſt, ſecus in ciuilibus, allegans *§. fin. Inſtitut. ſi quadr. pauper. fec. dicat.* & ſic ad verbum ſequitur doctrinam *Butrigar.* ſuper allegatam, & reddit rationem; idem *Bald. in l. data opera, in primo membr. ſuæ magnæ diſtinctionis, num. 3. ibi, aut per aliam legem altera pœna imponitur, & tunc vna tantum debet imponi, d. l. Senatus, & notat. in cap. pœna, de pœnitent. diſtinct. 1. & in l. edita, in prima repetit. Peruſin. num. 51. uerſ. ſed quid ſi agitur, C. de edend. Bart. in l. 1. §. unde quæritur, numer. 2. uerſ. prima regula eſt, ff. de public. & uectigal.* dum allegat *l. licet, §. fin. ff. naut. caupon. & ſtab. & l. plura, ff. de action. & obligat. idem Bart. in l. interdum, in uerſic. item opp. extra gloſſ. & ſeqn. oppoſ. ff. de public. iudic.* vbi *Angel. num. 1. Imola* optimè *in fine, uerſic. in gloſſ. final. idem Imol. in l. ſecunda, num. 2. uerſic quid autem ſi per diuerſas leges, eodem tit. ff. de public. iudic. & in l. cum mulier, num. 21. uerſ. item non*

ob-

obſtat ei, quod dixi, *ff. ſolut. matrimon. Bart. in l. ſanctio legum in princip. verſ. iſta opinio videtur, ff. de pœn. Ioan. Andr. in addit. ad Specul tit. de pœn. tem. litig. in vlt addit. incip. Vbertus de Bobio*, vbi ad hoc citat *Vbert. de Bob. Alber. Pap. Ioann. de Dio, Guid. de Suzar. Cyn. & Iacob. de Beluiſ. Panorm.* in indiuiduo, & optimè *in cap. de cauſis, numer.* 14. *verſ. aliud dubium eſt, de offic. deleg.* vbi eum ſequitur *Dec. num.* 16. *verſ. ſubſequenter Abbas*, vbi allegat *Bart. in dict. l. Prætor, §. 1. ff. de iniur. in l. 1. C. quando ciuil. action. & in l. 2. ff. de vi bon. rap.* & ipſius doctrinam approbat, tanquam indubitatam, declarans, quando accuſatio dicatur tendere ad vindictam, idem *Panorm. in cap. tua, num. 4. verſic. vnde in propoſito*, vbi dicit hanc opinionem eſſe communem Legiſtarum *extra de procur. Felyn. in cap. de his, num* 8. *in 6 limit. verſ. fallit iſta limitatio, de accuſat.* & nouiſſimè *Iul. Clar. in praxi crimin. quæſt.* 85. *num.* 5. *verſic. & hac concluſio*, poſtquam ſuperius *num.* 5. *verſ. debet etiam iudex*, proba-
67 uerat, quod per pœnam legis nouæ, vel ſtatuti in dubio cenſeatur ſublata pœna legis antiquæ, vel iuris communis, ſecũdùm magis communem opinionem, ſubdit, quod prædicta diſputatio ceſſat, vbi ſemel fuit impoſita poena legis nouæ, vel ſtatuti, quia cũ vtraque poena tendat ad vindictam, non poteſt amplius altera poena imponi, & dicit, quod in hoc omnes cõcordant, & idem *Clar. §. fin. quæſt.* 2. *num.* 7. *verſ. vlterius quæro, Couarr.* optimè *lib.* 2. *variar. reſolut. cap.* 10. *verſ. quartò eadem deciſio, Carauit. ritu* 205. *num* 10.

Sed, vt è diuerticulo in viam redeamus, ſupereſt probar caſum noſtrum eſſe extra omnem dubitationẽ, quod ex eo patet, nam etiam DD. qui in terminis *text. in l. nullum, C. de teſtib.*
68 ſecuti opinionem, quam tribuũt *gloſſ.* tenent contrariam ſententiam eius quã ſupra defendimus, vt ſcilicet teſtis punitus extra ordinem, poſſit iterũ poena ordinaria legis Corneliæ puniri, expreſsè ſecus eſſe ſentiunt, & concludunt in caſu contrario, vt ſcilicet punitus poena ordinaria legis Corneliæ, nullo modo amplius poena extraordinaria à iudice, cuius aures sũt offenſæ, caſtigari poſſit, quamuis apud DD. ferè neminẽ inuenerim, qui hanc quæſtionem in his terminis ſpecificè proponat, & tractet; adeò enim apud omnes eſt indubitabilis, vt tanquam res clara, & veriſſima ab omnibꝰ præſupponatur, ita vt erubuerint de hoc caſu quæſtionẽ formare: *Bald.* enim *in dict. l. nullum, num.* 4. *verſ tertiò nota, & num.* 7. *verſ. ſed an punitio*, qui in præcedenti articulo tenet opinionem *gloſſ.* dum conatur reſoluere argumẽta *Cyn.* dicẽtis, quod in poenis ad vindictam minor tollit maiorem, dicit eſſe verum, quando eſt integra poena, quam lex iubet imponi, ſecus ſi non eſt, & ſic teſtis punitus lege Corneliæ, non poteſt amplius puniri extra ordinem, *Salyc. num.* 2. *in fin. verſ. alij dicũt, Paul. de Caſtr. in fin.* qui ita dicit tenere *Bald.* vt poſſit iterum puniri, ſi non fuit condignè punitus, & optimè *in l. executorem, num.* 24. *verſ. ſed nunquid poterit, C. de execut. rei iudic. Speculat in d. tit. de teſtib. §. opponitur, num.* 47. *verſic. nunquid*, dum ſentit ideò teſtem falsũ per pœnam extraordinariam non euitare poenam legis Corneliæ, quia illa poena eſt leuis, puta verberũ, vel colaphi, *Bald. in l. vbi, numer.* 2. *verſic ſed quæritur, C. de falſis, vbi in fin.* hæc verba ſubdit, *quod punitus extra ordinem, non prohibetur puniri de falſo pœna or-*
69 *dinaria, quia non principaliter de falſo, ſed de contemptu prius extitit punitus*, & ſic contrarium expreſsè ſentit in caſu conuerſo, vbi prius de falſo poena ordinaria fuiſſet punitus, *Felyn. in c. quod olim, num.* 3. *in fin. de iudæis*, idemque voluit *Boſſ. in d. tit. de falſis, ſub n.* 106. *verſ. ex prædictis habes*, ſequitur *Marantа part.* 6. *in mat. inquiſit. numer.* 93. *verſ. ex hoc ſequitur*, qui licet in articulo in genere, an ſemper punitus poena le-

leuiori, poſſit iterùm poena grauiori affici, videatur tenere, quod ſic, etiam ſi vtraq; poena tendat ad vindictam; hoc tamen limitat non procedere, quando fuiſſet primò punitus poena ordinaria iuxtà delicti qualitatem, & nouiſſimè idem fatetur expreſsè *Fräciſc. Becc.* qui licet *in dict. cöſ. 69. lib. 1.* acerrimè pugnet pro cötraria opinione, tamen *num.* 8. in vltimis verbis dicit, non obſtare contraria, quia non procedunt, quando quis non fuit cödigna, & congrua poena punitus, & præſertim quando affectauit iudicem, quod ait *Becc.* admittere etiam *Boer.* qui tenet opinionem *Cyn. & Bart.* & ſic conſentit, quod quando fuiſſet punitus poena ordinaria, non poſſet vlterius puniri.

Cum igitur in caſu noſtro fuerint Inquiſiti iſti de reſiſtentia, puniti per iudicem eorum ordinarium, ratione originis, domicilij, & delicti, poena aureorum ducarorum 250. quæ ſibi condigna viſa fuit pro ordinaria, & ſufficienti poena delicti, & ſecuta fuerit ſatisfactio, nullo modo poterunt amplius puniri poena extraordinaria, ratione offenſionis aurium iudicis, ex *text. in l. nullum*, nec ex eo quod forſan prętendatur, delictum hoc debuiſſe corporaliter puniri, dici poterit nö fuiſſe iſtos punitos poena ordinaria, vel ſufficienter: licet enim iudex imponat pœnam pecuniariam pro delicto, pro quo deberet imponi poena

70 corporalis, adhuc præſumitur iuſta ſententia, & ex cauſa iuridica, iudicë id feciſſe, *Speculat.* in terminis *in tit. de accuſat.* §. 1. *num.* 8. *verſ. quid ſi iudex*, quem refert, & ſequitur *Carr. in pract. crimin. §. circa l'vltimo, num.* 123. *in 7. fallent.* non enim præſumitur, iudicë aliquid ſine cauſæ cognitione feciſſe, *cap. Abbate, de verbor. ſignific.* præſu-

71 mitur enim iuſta cauſa in eo, qui publico iure vtens aliquid exequitur, *l. iniuriarum, in princ. ff. de iniur. & in auth. de iudic. in princip.* facit *l. Herennius, § fin. cum gloſ. ff. de euict.* cum concordantibus, & ſimilibus per *Alciat. de præſumpt. reg.* 3. *cap.* 9. multæ enim ſunt cauſæ, ex quibus lege permittente, poteſt iudex pœnam delicti mi-

72 nuere, ad tradita *in l. quid ergo, §. pœna grauior, vbi gloſſ. in verb. oneraſſet, ff. de his, qui not. infam. l. & ſi ſeuerior, C. ex quib. cauſ. infam. irrog.* propter arbitriü in pœnis inferendis iudici à iure conceſſum, ad *text. in l. hodie, ff. de pœn.* cü ſimilibus; poteſt enim iudex à poena legali recedere, imò in dubio poena

73 impoſita à iudice, videtur eſſe ſubrogatiuè impoſita ad pœnam legalem, vt poena iudicis tantùm debeat imponi, adeò quod ex ea impeditur natiuitas pœnæ legalis, verba ſunt *Bald. in dict. l. & ſi ſeuerior, num.* 15. idq; etiam ſi poena imponenda eſſet ordinaria, & quäuis vna poena ſit in libello petita, alia diuerſa poteſt imponi, quia id præſumitur iudicem facere ex poteſtate ſibi tributa, *Salyc. in dict. l. & ſi ſe-*

74 *uerior, num.* 1. & 5. nec tenetur exprimere cauſam in ſententia, vt per eundem *Salyc. num.* 9. & omnes poſt *Bart. numer.* 5. *in dict. §. pœna grauior*, quod procedit etiam in poenis à ſtatuto, vel conſuetudine inductis, & in illis, quæ à lege ipſo iure imponütur, vt latè per *Tiraquell. in præfat. tract. de pœn. n.* 16. *& ſeq.* nedum id conceſſum eſt maioribus magiſtratibus, ſed etiam minoribus, dummodo non minuant poenä ex cauſa extrinſeca, ſed cohęrenti ipſi delicto, vt latè per *Clar. q.* 85. *num.* 10. *verſ. vlterius quæro*, maiores autem magiſtratus eos accipimus in hoc caſu, qui habent merum, & miſtum imperium, *Iaſ. in l.* 1. *num.* 8. *C. de precib. Imper. offer.* quos poſſe ex cauſa minuere, vel commutare poenàm, tradit dę communi infinitis relatis, *Menoch. de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 96. *num.* 6. *iuncto num.* 10. & 14. *verb. declaratur*,

75 cuiuſmodi ſunt Officiales Baronum, quos habere merü, & miſtü imperium in Regno, eſt iuris indubitati, vt latè

76 per *Dom. de Francb. deciſ.* 370. in poenis enim imponendis ſecundùm iuris

ra-

rationem pro modo qualitatis facti,& perſonarum conditione pœnæ arbitrari ſolent,in quo plurimum iudicis arbitrio tribuitur, *Signorell.conſ.*169. *col.pen.verſ.ſi verò*,relatus per *Menoch. lib.*1.*caſu* 78. *de arbitr.* & latè circunſtantias, quæ poſſunt augere, vel minuere pœnam, refert *Carrer. in dict. pract.*§·*circa vltimum,num.*48.*verſic. vltimò circa pœnas*, & in terminis *Aſflict.deciſ.*87. *Vrſill. deciſ.*288. *Theſſ. deciſ.*161. *Dom. de Franch. deciſ.*230. quorum cum ſit ratio habenda, nec potuerint à iure ſub certa regula tra-
77 di, commiſſæ ſunt iudici, qui dicitur viua vox legis,& factum ab ipſo, dicitur factum à lege,& propterea omnia ab eo præſumuntur legitimè facta,nedum in diffinitiua, ſed in interlocutiua maximè in irrogandis pœnis, in quibus lex de iudice confidens,dedit ei longas habenas, vt hæc, & alia in terminis tradit *Pariſ.de Put.de Sindic. in verb. per Sindic. num.* 7. *vſq; ad num.*11.

Præterea certè non video, cur ſit referenda quæſtio, num pœna impoſita ab ordinario Iudice, tanquam ordinaria, & iuſta pœna delicti, fuerit leuis, vel grauis, congrua, vel incongrua:contrarium enim voluerunt omnes DD. ſupra allegati in terminis *dict. l.nullum*,dum enim tractant quæſtionem ſuperius diſcuſſam, illamque formant in caſu dubitabili, ſcilicet vtrum impoſitio pœnæ extraordinariæ factæ à iudice,cuius aures quis offendit, faciat ceſſare pœnam ordinariam ab altero, & proprio delinquentis iudice imponendam, in qua licet ſecundùm opinionem *gloſſ. & Bald.* adhuc poſſit imponi ordinaria, nec illa ceſſet, ex eo quia per pœnam extraordinariam delictum non remanet ſufficienter punitum, idque propter leuitatem illius pœnæ extraordinariæ, quam in alapa exemplificat poſt alios *Theſſaur. d.deciſ.* 266. *in fine*. in caſu tamen contrario omnes DD.cõſentiunt, quod ſemel quis punitus à Iudice ordinario, non poſſit amplius puniri ab altero extraordinariè, idq; generaliter nulla diſtinctione adhibita,vtrum pœna ordinaria fuerit condigna, vel nè; dum enim *Bald.* & ſequaces ponderant, quod punitus læuiter, debet ſufficienti pœna puniri, loquuntur in terminis quæſtionis per eos formatæ de pœna extraordinaria,quę ſi comparetur cum ordinaria, haud dubiè dicitur minor,& leuis, & proinde inſufficiens ſecundum eos; ſecus verò in illa pœna, quæ vel eſt ordinaria, aut illius loco à Iudice ordinario ſubrogatur; hanc enim indiſtinctè ſufficere præſupponunt omnes,iuxta tradita per DD.& pręcipuè *Bald.in d.cap ſi ſeuerior,num.*15. *& in d.*§.*pœna grauior*,à quorum doctrina declarantur tradita per eoſdem *in d.l. nullum, argum.l.non eſt nouum, ff.de legibus* Et nè deficiat in hoc doctrina puntualis,dico, quod ita in indiuiduo declarauit ſemetipſum *Bald. in l. Ancillæ,num.* 21.*ver .opponitur, quod in pœnis,C.de furtis*, dum dixerat, quod in pœnis ad vindictam, vna, licet minor impoſita,tolli maiorem, præſentiens hoc eſſe contra ſuam opinionẽ firmatam *in d.l.nullum*, limitat,hoc
78 procedere indiſtinctè,quando minor pœna impoſita eſt ordinaria, ſecus ſi minor pœna impoſita ſit extraordinaria, quia tunc non tollitur ordinaria, quæ eſt grauior,& ita dicit procedere *text. in d. l. nullum*, cum igitur imponitur pœna ordinaria, indiſtinctè altera tollitur,nec attenditur an ſit maior, vel minor: idemq; tradit *Aret.d. conſ.*58. *num.*12. *verſ. ſecundò principaliter*; & quamuis ex prædictis appareat, ſufficere pœnam fuiſſe impoſitam ab ordinario, nec referre, an illa fuerit congrua, vel nè; tamen ex abundanti dicimus ſatis congruè iuxta menſuram delicti, in caſu noſtro fuiſſe pœnam irrogatam, rectè conſiderata facti qualitate. Rogo enim,vt conſideretur, quod lis erat maximè importantiæ ſuper momentanea poſ-

ſeſ-

sessione pascuorum, & fructuum cuiusdam Montaneæ inter ciues ordinarios, & ascitos, seu aduentitios; asciti enim erant actores, sed prætendebant se possidere, & sæpius de facto conati fuerāt turbare originarios veros possessores (prout exitus causæ probauit ex decreto nouissimè lato per Regiam Camerā in possessorio) & lis pendebat in dicta Regia Camera, vbi vix erat cæpta, & datus terminus, & dum originarij essent in montanea cum suis ouibus actu possidentes, accessit Nuntius Curiæ Leonissæ de facto, insimul cum aduentitijs armatis, cōducentibus earum oues ad depascendum, vt se in possessionem intruderent, originarij nullam habebant prouisionum expeditarum notitiam; locus non erat congruus pro intimādis prouisionibus, nec verisimile intimari in montanea, sed Leonissæ; nec opus erat intimari tam festinanter, & cum comitiua principalium armatorum, cum aliud non continerent, nisi, quod via facti nihil noui fieret, & nihil innouaretur per originarios, qui antiquam possessionem cōtinuabant. Ex istis omnibus probabiliter opinati dicti possessores, velle aduersarios eos spoliare, prout pluries minati fuerant, prohibuerunt accessum Nuntij, & etiam Capitanei, se defendendo ictibus scloporum, ex quibus nulla offēsio resultauit, quod, vel non est delictum, aut saltim læui pœna puniri debet, itaut pœna imposita, nedum congrua, sed satis excessiua sit iudicanda; de iure enim non solum pro tutela personæ, sed et bonorum, vim vi repellere licet, etiam
79 aduersarium occidendo, *l. scientiam, §. qui cum aliter, ff. ad legem aquil. l. qui possessionem, ff. de vi, & vi armat. cum concord. in gloss.* notant DD. *in l.* 1. *C. vnde vi*, cuilibet enim licet suam possessionem etiam vi defendere, *c. olim, il primo, de restit. spoliat.*

Hinc nedum parti, sed etiam Iudici interdum resistere licet; Primò, quan-
80 do extraiudicialiter alicui grauamē, vel iniuriam infert, vt per *gloss. in l. non videtur, §. qui iussu, ff. de regul. iur. Bartol. in tract. qui sunt rebell. in verb. rebellando*, dicitur autem procedere extraiudicialiter, licet procedat, vt Iu-
81 dex, primò, quando procedit absque causæ cognitione, quia tunc non facit, quod ad Iudicem spectat, qui dicitur Iudex, quasi ius dicens, *cap. forus, §. Iudex, de verb. signif.* & ideo dicitur procedere vt priuatus, & proptereà, ei non est obediendum, *Paris de syndicat. in vers. resistentia, num. 3. in fine, vers. & dixit Bald.* secundo, si procedendo tanquam Iudex, excedat modum; tunc enim dicitur extraiudicialiter procedere, & potest ei impunè resisti, *l. prohibitum*, vbi *DD. C. de iure fisci, lib.* 10. tunc autem non
82 dicitur, Iudicem ritè, nec rectè processisse, cum procedit ad actum facti contra non citatum, vt tradit *Bald. in d. l. 1. num. 28. vers. sextò quæritur, C. vnde vi.* Secundò, potest impunè resisti, quando licet procedat iudicialiter, tamen infert grauamen irreparabile, vt per *Bald. Paul. Ias. Claud. & Dec. in cap. si quando, de offic. delegat.* latissimè *Carrer. in pract. crimin. §. circa, il sextò, num. 78. vers. de offic. & numer.* 112. *cum seq.* & plura per *Gram. consil.* 51. *in princip.* quin imò fortiùs dicit *Bald. in d. l. 1. num. 34. vers. duo-*
83 *decimo quæritur, C. vnde vi*, quod illud
9 dicitur, quod Iudici pōt resisti, dūmodo faciat vltra officium suum, vel nōn ritè, aliàs non procedit, quo ad ad tertium resistentem, sed quo ad eum, cui Iudex facit iniuriam; siquidem est periculum allatura, indistinctè potest quis resistere, *l. si quis prouocatus, ff. de appellat.* quod testatur communiter esse receptum, subdēns, hæc verba esse benè notanda, & sequitur *Paris de Puteo, de syndic. in versic. resistentia, num. 3.* nec requiritur,
84 quod quis expectet, se cum effectu turbari, quia vt dicit idem *Bald. num. 29. vers. septimò quæritur*, si aliquis ac-

cedat ad fundum meum animo expellendi me, quod ſi ego ſentiens, in itinere ipſum vulneraui, adhoc vt nõ poſſet venire, potui hoc impunè facere, & ſequitur *Carre. in d. §. 6. n. 113.* faciunt tradita per *gloſſ. magnam in dict. l. 1.* ibi, *item nunquid eſt neceſſè*, vbi concludit ſufficere, quod adſit terror armorum, vel iactatio percuſſionis, & ſic quod ex ſignis cognoſcatur violentia, quam probant ibi *Bart. num. 9. verſic. circa hoc, Salyc. n. 5. verſ. ſaltem dubitari, C. vnde vi*, dicitur
85 autem inferri grauamen irreparabile taliter, quod licitè reſiſti poteſt, nedũ ſi ſit certum de præiudicio irreparabili, ſed etiã ſi de hoc dubitetur, quia in dubio eligitur id, quod minus eſt præiudiciale, *l. 1. vbi Caſtr. ff. ſi quis caut.* ita in ſpecie *Dec. in d. l. ut vim, n. 25. ff. de iuſt. & iur. & in c. ſi quãdo, n. 3. de off. deleg.* & nedũ vbi eſt certũ, ſed vbi eſſe põt, ꝙ præceptũ iudicis iuſtũ non ſit, licitũ eſt ei nõ obedire, *Luc. in d. l. per prohibitũ, in fin. verſ. iuſtitia*, & in ſpecie aduerſus hos nuncios ex-
86 cedentes in exequendo, & exercendo ſuum officiũ, quod impunè reſiſtatur, eſt *text. vbi DD. in dict. l. deuotum, C. de Metat. lib. 12*, vbi dixit *Bart.* quod ſi quis eorum velit me expellere à mea poſſeſſione, quod etiam amicis meis licet reſiſtere, & illum percutere ne me expellat, & quod tunc dicuntur excedere, cum ad actum facti procedũt, & propterea facto licet eis reſiſtere, & alia tradit idem *Paris de Put. in verſ. excedunt plerique.*

Quibus omnibus rectè perpenſis, & ſi conceſſerimus iſtos deliquiſſe, cum tamen id totum fecerint timentes, ne de facto eorum poſſeſſione ſpoliarentur, & quælibet etiam iniuſta cauſa de iure à dolo excuſet, ſatis cõgruè, & ſufficienter punitus iudicari debet, iſte exceſſus pœna ducato-
87 rum 250. quæ pœna pecuniaria ex faciliori exactione plus exemplum timoris adducit; vt dicit *text. in cap. regni vulgaris fama, in verſ. & in hoc caſu*, maximè attenta perſonarum qualitate, argumento *l. in ſeruorum, ff. de pœn.* & notant in ſpecie *Caſtr. in dict. l. quid ergo, §. pœna grauior, num. 4. ff. de his, qui not. infam. et Menoch. de arbitr. lib. 1. caſu 87. num. 6. in fin.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex, qui ex Principis reſcripto iudicare iuſſus eſt, ſi defuit in votando, ſententia nulla eſt, & num. 4. & de ratione, num. 15. & 16. quod procedit in iudicibus delegatis, & quando in ordinarijs, num. 2. 5. & 13. & amplius num. 3. & 14.*

6 *Conſiliarij Sacri Conſilij iudices ordinarij, an delegati ſint, & num. 7.*

8 L. inter pares, ff. de re iudic. *non ſeruatur in ſententijs Sacri Conſilij, velut latis à delegatis, ſecus Regiæ Cameræ.*

9 *Iudices delegati qui dicantur, numer. 10. & 11.*

10 *Iudices, qui fuerunt in acceſſu ſuper faciem loci, cenſentur delegati, & ſucceſſores in dignitate ſe intromittere nequeunt in cauſa ſine ſpeciali Principis aſſenſu.*

16 *Iudices iudicare dicuntur, quando adſunt in votando.*

17 *Sententia, vt valida ſit, debent omnes iudices etiam ordinarij ſimul coadunati, nemine abſente, iudicare, & numer. 18. & amplius, etiam ſi iudex abſens ſuum votum collegis aperuerit, num. 19.*

20 *Decretum, quo omne negotium terminatur, etſi interlocutorium, vim diffinitiui habere dicitur.*

ARGVMENTVM.

De nullitate ſententiæ, ſiuè decreti propter abſentiam iudicis in votando, qui ex Principis reſcripto iudicare iuſſus eſt.

PRO

Pro eodem Sereniſsimo Duce Parmę.

CONTROVERSIA LVIII.

NVllitates allegatæ pro parte Sereniſſimi Ducis Parmæ adnersùs decretum latum pro Domino Cardinali, Epiſcopo Auerſano, adeo vrgēr, vt omninò nullum ſit declarandum.

Duo enim priora capita continēt, quod non interuenerit Conſiliarius Palatius, vnus ex iudicibus ſpecialiter datis, & præsens in Conſilio; & qui ſine decreto, ſolo verbo fuit remotus, contradicente, & reclamante Aduocato Domini Ducis, qui nec valuit iura ſua circa hoc aliter proponere. Multa ſibi in facto, & in iure occurrebant, à quibus tunc excluſus, nunc neceſſitate cogente, proponit. In facto verum eſt, Dominum Cardinalem petiiſſe ſpecialiter precibus Principi oblatis, quod in concernentibus executionem ſententiæ anni 1611. certi iudices interuenirent, nempè ij dumtaxat, qui in acceſſu jam facto interuenerant, & vt nemo ex his deficeret, addidit, quod Conſiliarius de Franchis, & Leonardis, tunc abſentes, mitterent vota, & facta relatione in Collaterali per Dominũ Marchionem Præſidem, decernitur his verbis, *fiat, vt petitur*, 12. Decembris 1614. fol. 112. à terg. & 113. à quo ordine cum partes reclamaſſent, remiſſo negotio eidem Domino Præſidi, f. 115. iterum fuit decretum, viſo memoriali cum Regia decretatione ſub die 12. Decembris 1614. fol. 112. quod in cauſa prædicta interueniant Conſiliarij de Ianuario, de Franchis, Saluus, vti commiſſarius, Santijago, Valcarcel, Palatius, & de Leonardis trāſmittat votum pro executione ordinis Suæ Excellentiæ, fol. 118. in fin. & tertiò, dum pro parte Dom. Ducis prætēderetur in deciſione ſuæ cauſæ, debere interuenire omnes, etiam nouos, qui reperiuntur hodie in aulis Conſiliatiorum Ricchardi, & Ianuarij, facta relatione (quamuis nulliter, vt infra) per Dominum Protegentem Lopez; tertiò fuit prouiſum, inſtante Domino Cardinali, quod interueniant illi iudices, qui interuenerunt in deciſione cauſæ deciſæ ad fauorem Dom. Cardinalis, fol. 150. & ſic cum, nedum bis, ſed tribus vicibus fuerint, anhelante parte, dati certi iudices nominatim expreſſi, ita quod omnes intereſſent, dum præcipitur, quod abſentes etiam mittant votum. Nulla
fuit ſententia, ſiuè decretum, dum
1 aliquis ipsorum defuit in votando,
l. duo ex tribus, 39. ibi, *duo ex tribus
iudicibus, vno abſente, iudicare non poſ-
ſunt, quippe omnes iudicare iuſſi ſunt, etc.
ff. de re iudic.* vbi *Bart.* notat, iure no-
ſtro nullo modo poſſe iudices, alte-
ro abſente iudicare, poſt *gloſſ.* 1. quæ
2 firmat procedere indiſtinctè in iudi-
cibus delegatis, & idem in ordinarijs,
ſi cœperint ſimul cognoſcere, remit-
tens ſe ad latiùs dicta *in l. Pomponius*,
36. aliàs *l. ſi vni in gloſſ. magna, verſ. re-
ſponde hic*, vbi latè ſup. *eod. tit. de re iud.*
vbi hoc ſequitur *Bar. num.* 1. 2. 3. & 5.
3 & ampliat id procedere, etiam in iu-
dicibus ordinarijs, datis ad vniuerſi-
tatem causarum, & etiam ſi iuriſdic-
tio competat pluribus, vt vniuerſis, vt
capitulo, vel collegio, vt vnus ſine al-
taro nulliter procedat, cum cœperint
de negotio ſimul cognoſcere, *Cuman.
Imol. Caſtr. Alex Iaſ. & reliqui, idem
in l. cum magiſtratus*, 4. *C. quando prou.
4 non eſt neceſſ.* vbi decernitur adeo ni-
hil agi, vno ex magiſtratibus abſente,
vt nec appellandi neceſſitas victo in-
cumbat, cũ ſententia iure non teneat,
ubi idem firmant *Bald. Salyc. & alij*,
5 *quem text.* procedere etiam in iudici-
bus ordinarijs, ex communi DD. ſen-
tentia, probat ut indubitatum *Vant.
tract. de nullit. tit. de nullit. ex defect.
iuriſdict. ordin. & deleg. numer.* 176.
& rationem reddit *Cuman. in d. l. duo*

ex tribus, quia in utriſque militat eadem ratio, ſcilicet, quod omnes iudicare iuſſi ſunt à lege, intelligendo in ordinarijs, vel à delegante, intelligendo in delegatis, imò quod Conſiliarij
6 ſint ordinarij, non delegati, latè fundat *Barboſ. ad l. cum Prætor*, 12. §. 1. *num.* 75. *ff. de iudic. fol.* 161. vnde cum in caſu noſtro ſimus in iuriſdictione delegata, tum ex communi noſtratum
7 traditione, quod Conſiliarij ſint iudices delegati; cum de nulla cauſa cognoſcant, niſi ſit eis commiſſa, vt ex *Bald. in l. præcipimus, n.* 1. *C. de appellat.* tradunt in ſpecie *Carauit. ritu* 265. *nu.* 28. *Surg. de Neap. Illuſtr. lib.* 1. *c.* 17. *num.* 44. *Dom. Reg. Rouit. in comment. ad Prag.* 1. *in fin. de cauſ. decid.* (qui hodie die 11. Iunij hora 13. anno 1636. dum hęc ſub prælo erant, è mortalibus, immortalem famam, ac gloriam obitus, abijt) Quod ex eo
8 confirmatur, quia cum *l. inter partes, ff. de re iudic.* non procedat in delegatis, quia recurritur ad delegantem, ideircò illius legis diſpoſitio non ſeruatur in ſententijs Sacri Conſilij, velut latis à delegatis, ſecus verò in ſententijs Regiæ Cameræ, cum conſtet illius Præſides eſſe iudices ordinarios; tum quia delegati iudices, non
9 ordinarij dicuntur, qui à Principe ad aliquam ſpecialem cauſam aſſignantur, vt notat *gloſ.* 1. *in l. proponebatur*, 76. *ff. de iud.* & in aſſignatis ex cōſenſu partis, & electione, idē tradit *Bar. in l. vlt. in* 20. *notab. C. de iud. Soc. in l. more, n.* 17. *ff. de iuriſd. omn. iud.* præſertim cū in certa particulari cauſa, & inter certas perſonas, & expreſſis, & deſignatis eorum proprijs nominibus, dati ſint, vt primum probat *Bart. in l. ambitioſa, num.* 34. *ff. de decretis ab ordin. faciend. Bald. in l.* 1. *col.* 2. *verſ. quæro ſecundò, ff. offic. conſul. Felyn. in cap. licet in corrigendis, num.* 4. *verſ. ſed ſi certo, de offic. ordin. Dec. in l. more maiorum, num.* 35. *ff. de iuriſdict. omn. iudic. Ruyn. conſ.* 62. *num.* 1. *lib.* 5. ſecundum verò probatur
10 *in cap. quam Abbas, vbi Panorm. & reliqui de offic. deleg. gloſ. pen. in fin. in dict. l. more maiorum, vbi Iaſ. num.* 65. *Barbat. in cap. vno delegatorum, in* 4. *limit.* 2. *col. de offic. deleg. Iacob. Niger in rubr. de offic. eius, num.* 21. & plura *Menocb. de arbitr. lib.* 1. *q.* 68. *nu.* 5. *&* 16.
11 vbi ex mente *Dec. & Ruyn.* quos citat *num.* 19. id ampliat etiam ſi ſub nomine collectiuo facta eſſet delegatio; puta octo Canonicis, vel octo Decurionibus, videlicet tali, & tali nominibus eorum expreſſis, quod potiſsimè locū ſibi vindicare debet in caſu noſtro, vbi eſt expreſſa ratio, quare iſti, & non alij votare debeant, quod ſcilicet interuenerint in acceſſu facto ſuper faciem loci, & in ſententia prolata ad
12 fauorem Domini Cardinalis, ex quo ſine dubio cenſentur delegati, ex quo expreſsè in reſcriptis eorum induſtria fuit electa, & ſic alij etiam ſi ſint illorum ſucceſſores in dignitate, ſe intromittere non poſſunt in cauſa ſine ſpeciali Principis aſſenſu, ex quo etiam fundatur tertium caput nullitatis, vt nec Dominus Præſes votare potuerit, *Alex. & Iaſ. in dict. l. more*, ille *n.* 25. iſte *num.* 65. *Dec. num.* 52. *ex l. inter artifices, ff. de ſolut. Ioan. Andr. Bar. Anan. Iaſ. Natta*, & alij cōgeſti per *Menocb. d. q.* 68. *de arbitr. lib.* 1. *num.* 8. *& conſil.* 44. *num.* 14. *&* 20. *lib.* 4. *omninò videndo*, vnde, vel ſunt ordinarij, quia tamen cœperūt ſimul de cauſa cognoſcere, iuxtà *gloſſ. in dict. l duo ex tribus*; vel vt verius eſt, delegati, quia tales ſunt omnes Conſiliarij, & quia expreſſis proprijs nominibus ſpecialis cauſæ cognitio, expreſſa in reſcripto induſtria perſonarum, eis eſt à Princi-
13 pe demandata, decretum latum altero abſente, nedum non vocato, ſed à votando, dum præſens eſſet in Conſilio excluſo, omninò nulla redditur, vt à fortiori probatur *in cap. prudentiam*, 21. *in princip. & in §. adijcimus*,
14 *de offic. deleg.* vbi etiam adiecta clauſula in reſcripto, *quod ſi non omnes intereſſe nequiuerint, reliqui mandatum nihilominus exequantur*, quę hic non legitur, adhuc exigitur, quod abſens vocetur, & quod legitimè conſtet, abſen-

sentem interesse nolle, vel non posse, vt inibi notat *gloss. in verb. non ostenderit,& in verb. noluerit,& in cap. causam matrimonij, vbi glos. in verb. vnius* dicens procedere tam in duobus, quam in pluribus iudicibus delegatis, *de offic. deleg.& in cap. veniens, vbi gloss. in verb. duo iudices, de renunc.& notat. in cap. cum plures, de offic. deleg. in 6.* cuius rei plures à DD. afferuntur
15 rationes: prima, quia si collegæ, altero absente, iudicare potuissent, temerè exclusissent eum ab officio iudicandi, ex quo potuisset alicui ex litigatoribus fieri præiudicium, quippè cum potuisset hic non vocatus trahere in suam sententiam iustiorem, vt in pũcto tradit *Alex. in l. 1. post numer. 16. vers. sed cum hodie, C. qui admitti*, respondens ad *reg qui potest inuitis, 26. ff. de reg. iur. vbi Ias. num. 18. Hyppol. Rimin. num. 416. & 419.* vbi id opti-
16 mè explicat: secunda, quia negotium iudicandi ad eum quoq; non vocatũ, sicut ad alios spectat, cum oẽs iudicare iussi sint, vel pro iudicãtibus haberi, cu n præsentes sunt, & contradicunt; tunc autem vniuersi iudices intelliguntur iudicare, cum omnes adsunt, ut his verbis tradit I. C. *in l. tunc autem, 37. ff. de re iudic. vbi gloss.* declarat tres modos, quibus dicuntur iudices adesse, comprobat hæc *Castr. post Innoc.* quẽ citat *in d.l. Pomponius, 36. num. 3. versic. sed Bart. dicit, ff. eod. tit.* & latius *Curt. iun. cons. 79. numer. 1. volum. item 1.* & ex nostris sequitur *Vrsill.* nuncupatim tractans quomodo votari debeant causæ in nostro Sacro Consilio *in decis. 1. Afflict.* vbi hæc est propria sedes *num. 4.* & ad hoc respexit *Vant. in sup. citat. tit. de nullit. ex defect. iurisdict. numer. 176.*
17 *vers. de arbitris*, dicens exercitium iurisdictionis esse indiuiduum, exinde concludens *n. 182.* indistinctè ad validitatem sententiæ requiri, ꝙ omnes iudices simul coadunati simul iudi-
18 cent, nemine ex his absente, quod procedere etiam in ordinarijs, probat insignis *Alphan. in rubr. ff. de offic. eius, num. 90.* quod ampliat *Bart.* procedere, etiam si hic iudex, qui nõ votauit, dum fuisset prius præsens causæ exa-
19 minationi, & discussioni suum votum collegis aperuerit, qui deinde, eo eo absente cõtra senserit; quia adhuc iste interesse debet decreto in votãdo, vt refert *Ias. in d.l. duo ex tribus in fin. & Vant. d. num. 182. versic. nec sufficeret*, Nec dicatur hæc procedere in sentẽtijs diffinitiuis, non in interlocutorijs; quia in delegatis procedunt etiam in interlocutorijs; & in ordinarijs militant quoque in interlocutorijs, per
20 quod iudicis officium finiretur in illo articulo, quæ habere vim diffinitiuè satis est notũ, qualis est casus noster, vbi hoc decretum, quo ad Ducẽ omne negotium terminauit, *Bart. in puncto in d.l. Pomponius, aliàs l. si vni, post num. 4. Castr. num. 9. Alex. num. 8.* loquens de meris interlocutorijs, *Ias. num. 11. ff. de re iudic.*

SVMMARIVM

1 *Optio cadit inter plures.*

2 *Dictio*, donec, *restringit, & coarctat dispositionem præcedentem cum sua conditione, & qualitate adiecta.*

3 *Dictiones*, sicut, quandiuò, dum, quoad, vsque, *& similia, limitationem temporis significant.*

4 *Filij masculi censentur à testatore prædilecti, vel ratione sexus, vel remotioris gradus.*

5 *Fideicommissa inducuntur, ampliantur ex ratione expressa, tam per viã extensionis, quam compræhensionis.*

6 *Clericus, vel monachus successionis capax, potest in fideicommissis primogenijs, & maioratibus succedere.*

7 *In emphyteusi, in qua masculi præcedunt fœminas, à clerico masculo fœmina excluditur.*

8 *Tam laici, quam clerici in materia statuti respicientis familiam, pro vt nostra Regni constitutio, excludunt fœminas, dotando eas de paragio.*

9 *Clerici non debent esse deterioris conditionis, quam laici.*
10 *Hinc cōprehenduntur in substitutione facta à patre cum filijs laicis.*
11 *Testator potest fideicommissum, vel maioratum instituere, vt clerici eius descendentes excludantur, quod declara num.12.*
13 *Verba* P. Molinæ *referuntur.*
14 *Conditio exclusionis clerici, seu religionis, potius pro conseruatione familiæ, quam in odium religionis censetur apposita.*
15 *Clerici sunt capaces etiam in maioratuū cum dignit t annexorum.*
16 *Episcopus potest esse Comes, vel Dux, ratione patrimonij.*
17 *Clerici ideò excluduntur, quia matrimonium contrahere, ac legitimos liberos procreare nequeunt.*
18 *Per filios masculos laicos conseruatur familia.*
19 *Testatoris propositum non debet trahi ad casum, de quo non sensit.*
20 *Voluntas testatoris ex ijs etiam, quæ post mortem emerguntur, mutari potest.*
21 *Voluntas expressa glossari debet, rebus in eodem statu permanentibus, & num.23.*
22 *Lex mutata præsumitur, quando causa finalis dispositionis mutatur.*
24 *Existentes in sacris, ad liberorum procreationem habentur pro mortuis.*
25 *Exclusionis causa cessante, cessat exclusio, tam in dispositione legis, quam hominis, & num. 26.*
27 *Renunciatio facta per sororem, censetur facta contemplatione masculorū; ideòque ipsis cessantibus, renunciatio non obest.*
28 *Id, quod non est expressum, non inducit priuationem, etiā in materia priuatiua.*
29 *Voluntas testatoris exequitur eo modo, quo potest.*
30 *Affectio, & charitas testatoris præbent efficacem locum interpretādi eius obscuram voluntatem.*
31 *Affectio habet suos gradus erga personas, in quas dirigitur, & hominis affectio vincit affectionem legis, n.32.*
33 *Affectio magis habetur ad filios, quam ad nepotes, item potius ad propinquiores, quam ad remotiores, & n.34.*
35 *Magis præsumuntur dilecti nati, quam nascituri, & potius masculi, quam fœminæ, num.36.*
37 *Testator non præsumitur voluisse præferre minus dilectum magis dilecto.*
38 *Semel exclusus, perpetuò censetur exclusus.*
39 *Inhumana censetur testatoris voluntas, quæ proximiores excludit, & remotiores admittit.*
40 *Rupto medio, non fit ascensus ad extrema.*
41 *Semel exclusus est admittendus, cessante causa exclusionis.*
42 *Vbicunq; de intentione disponentis est, vt successio in infinitum deferatur, persona exclusa ob magis dilectum, non excluditur perpetuò, sed temporaliter.*
43 *Cum nonnisi vnica ratio disponentis reddi potest, cessante causa exclusionis, statim admittitur sequens.*

ARGVMENTVM.

Fideicommissum relictum ad fauorem masculorum, non excludit clericum, saltim in defectum laicorum; cum semel exclusus, cessante causa exclusionis, admittatur; cum censeatur temporaliter, non autem perpetuò exclusus, maximè quando dispositio testatoris est vt successio in infinitum deferatur.

Pro Domino Episcopo Paulo de Curte.

CON-

CONTROVERSIA LIX.

EST tam clara, & perſpicua vocatio, ſiuè admiſſio, quam inſignis ille vir Ioannes Andreas de Curte, primus ex Sacri Conſilij Præſidibus, viceq; Prothonotarijs, huius Senatoriç familiæ, fecit in ſuo teſtamento de perſona Domini Pauli filij, nunc Epiſcopi, ad commodum fideicommiſſi de ſuo palatio, in quo ſolo potuit, ex tenuitate, ob vitæ integritatem, patrimonij, ad primogeniti maſculi beneficium, primogenitum inſtituere, vt iam defunctis omnibus inſtitutoris filijs ſine liberis maſculis, ſolus, qui ſupereſt Paulus, ad oia inuitatus videatur, excluſis prorſus fœminis nepotibus, tam ex mente, quam ex verbis, nec non & ex agnitione veritatis, quam Domina Marchioniſſa neptis, medio Marchione viro, eorumq; Aduocato perdocto, & qui pro ſua ſolita diligētia non ſcit iura clientum indiſcuſſa relinquere, dum declarauit domum, ſiuè introitus oneri ſubiectos ad Dominum Epiſcopum ſpectare, eoſq; illi ampliſſimè ceſſit: vt cum poſtea odio defenſionis Montis, quam Epiſcopus ex debito ſuſcipere coactus fuit, ex quo diminuitur hæreditas in damnū, licet non ad hoc ordinatū, Marchioniſſæ hæredis, cogatur Epiſcopus litem, licet ceſſam, denuò ex integro peragere.

Rogo vt ſubſcripta conſiderentur, vt nouæ contradictionis obſtaculum ex toto auferatur: prudens igitur teſtator *in §. item il detto Signor teſtatore*, prælegauit Franciſco primogenito, poſtmodum Reg. Conſil. Aulçq; Prçfecto, domum prope Monaſterium Sapientiæ, prohibendo ipſius alienationem tam ipſi, quam cuicumq; in infinitū ſuccedenti, vt infra, ſed vt ſit, & eſſe debeat inalienabilis dicti Frāciſci, & ſuorum deſcendentium legitimorum, & naturalium, maſculorum tantum, primogenitorum cum eadem prohibitione.

Secundò mandauit, vt deficiente d. Frāciſco ſine filijs maſculis, ſiuè illi iā ſuperſtites, poſtea decederent qñcūq; ſine filijs maſculis, ſimiliter legitimis, & naturalibus, in dictis dominibus ſuccederet primogenitus ſuperuiuens ex dictis fratribus laicis tantum, eiuſque filii maſculi legitimi, & naturales, ætatis tamen prærogatiua ſemper ſeruata, & ſubijcitur.

Tertiò, ita obſeruando in perpetuū in ſucceſſione dictorum domorum, quouſq; ſupererint filij maſculi legitimi, & naturales dictorum ſuorum filiorum, eorumque hæredes maſculi cum eiſdem conditionibus, de non alienando, vt ſupra.

Et quartò additur pro coronide, *talche dette caſe reſtino in perpetuum in la famiglia de Curte deſcendente da detto teſtatore, & ſuoi figli, cioè in vno primogenito, che ſarà al tempo del caſo della ſucceſſione, vt ſup. & in defetto di detta lineà maſculina in dette caſe ſuccedano quelli, alli quali de iure ſerrà permeſſa tal ſucceſſione.*

Qđ aūt teſtator nedū noluerit ſēper, & ppetuò excludere filios clericos, & qui ſacros ordines ſusceperint, ſed tēporaliter, donec filij laici ſupereſſent, ſed expreſsè etiam clericos vocauerit, non ſolum admiſerit, probatur liquidò ex mente, & ex verbis ſeparatim de per ſe, ac ſimul etiam coniungendo.

Si verba conſideremus, Quamuis in ſecunda parte, dum deficiente Franciſco, primo loco velut primogenito vocato, ſi ſine maſculis deceſſerit, vocauerit alterum ex ſeptem reliquis filijs, qui ſuperfuiſſet primogenitus ex dictis fratribus laicis tantum, eiuſq; filium maſculum ætate maiorē. Nihilominus rogo aduertatur ex iam dictis, cum ſequentibus verbis, multifariam ponderatis, apparere vocationem primogeniti ex reliquis maſculis cum qualitate reſtricta ad laicos, fuiſſe dumtaxat conſideratam in caſu, quo moreretur Franciſcus primo-

mogenitus sine filiis masculis, vel etiã ipsis natis, & extinctis, superstitibus reliquis testatoris filijs, eiusdemque Francisci fratribus, qui cum essent multi, tametsi non omnes superfuissent, potuit prudens testator iusta ratione, de qua infra agemus, ex numero filiorum non exiguo, vnumquéq; primogenitum ex laicis déligere, cum
1 propriè optio cadat inter plures, vt in terminis ferè nostris docuit *Gomes. in notab. cas. in l. 17. Tauri, post numer. 19.* præsertim *in vers. sextò facit*, vt autem ostenderet testator hãc vocationem, ita restrictam cum qualitate laicali quoad fratres Francisci, eiusdemque testatoris filios, nõn fore perpetuam, sed ad tempus duraturam, statim subijcit, *cosi douẽdosi in perpetuo osseruare nella successione di dette case, finche sarranno figli mascoli legitimi, & naturali di detti suoi figli, &c.* sicut .n. hæc verba sunt adiecta ad demonstrandam perpetuitatem fideicommissi, donec tamen supererint masculi filiorum, & sic exprimitur perpetuitas cum modificatione, sic pariter dictio illa, *fin-*
2 *che*, idest, *donec*, restringir, & coarctat dispositionem præcedentem cum sua conditione, & qualitate adiecta, vt pariter admittantur filij laici tantum, temporaliter tamen, donec supererint filij masculi filiorum testatoris primò vocatorum; illis enim deficientibus, quorum procreandorũ gratia est vocatus primogenitus cum qualitate laicali, vtpotè quia laici tantum licitè liberos generare possunt, vt infra, noluit amplius testator exigere vt primogenitus ex proprijs filijs eligẽdus esset laicus, vel etiã clericus, vt apertè declaratur ex dictione prædicta, *donec*, quæ dispositionem præcedentem etsi perpetuam, restringit ad certum tempus, & temporalem facit, *Bart. & DD. in l. fin. ff. ad Tertull.* sicut & simi-
3 lia, *quandiù, dum, quoad, vsquequò*, significantes limitationem temporis, *Anchar. cons. 220. num. 2. Surd. consil. 186. num. 15. lib. . Honded. cons. 6. num. 38. lib. 1. cum alijs per Knichen de restitut. pact. part. 1. cap. 3. nu. 110.*

Accedant & tertiò subsequentia verba, *talche dette case restino in perpetuo in la famiglia de Curte descendente da esso testatore, e suoi figli, &c.* ex quibus verbis dispositiuè prolatis, expssa causa, principaliter præsertim adiuncta, quia volebat domos, in quibus cadebat affectio, conseruari in familia, vel censetur de per se inductum simplex perpetuum, & absolutum fideicommissum, vel saltim ampliatum, si-
4 uè potius declaratum, & remotum obstaculum, vt in defectu prolis masculinæ laicorum, non excluderentur filij masculi clerici eiusdẽ testatoris à fœminis, eisdẽq; neptibus ipsius, longe minus dilectis, ac tã ratione sexus exclusis, quã ratione gradus remotioris, *l. pater. §. fundum, vbi Bart. ff. de leg. 3. Castr. Soc. Crauet. Paris.* & alij relati per *Simon. de Petr. lib. 3. interpr. 3. dubit. 1. solut. 11. num. 1. 2. & 3.* vbi de communi, & solida sententia, hæc ip-
5 sa fideicommissa ampliari, extendi, & declarari, & ex ratione expssa dispositiuè agnationis fideicommissum induci purum, & absolutum in fauorem agnatorum, siuè descendentium, & comprehendere omnes in infinitum, non quidem per extentionem, sed ex vi cõprehensionis, cum *Dec. Curt. iun. Gozzadin. Crat. Crauett. Paris. Tiraq. Ceph. Barbat.* & alijs, tradit idẽ *Petr. d. solut. 11. post n. 3. & latius n. 64. & 65. vers. ita ergo, fol. mihi, 292. à terg.*

Sin aũt verba omninò deficerent, ex mente, nedum verisimili, sed necessaria, quę verbis omninò nõn repugnat, apertissimè censebitur vocatus Episcopus noster, deficientibus fratribus laicis, nullis masculis ex eis superstitibus, & hic omninò esset dicendum, plus dictum, & minus scriptum.

Vt autem hoc pateat, prẽmittendũ
6 est ex iuris dispositione clericum, siuè etiam monachum, aut monialem, & pro eis monasterium, siuè quemlibet alium religiosum successionis tamen

ca-

capacem, poſſe in fideicommiſſis, vel maioratibus, ſiuè primogenijs ſuccedere, vt in fideicommiſſo familiæ relicto, quod ſuccedat monachus, notauit *Bald. in l. Deo nobis, §. 1. num. 2. per illum text. C. de Epiſcop. & Cleric.* cum infinitis congeſtis per *Cardin. Mant. de coniect. lib. 8. tit. 12. ex num. 33.* & quicquid autem ſit in monachis, in clericis hoc eſſe abſolutũ. tradit *Molina de primogen. lib. 1. cap. 13. numer. 97.* vbi ampliat etiã in maioratibus, quibus dignitas, ſeu iuriſdictio ſit annexa, & in emphyteuſi, in qua maſculi
7 præcedant fœminas, à clerico maſculo fœminam excludi, latiſsimè *Caldas de nomin. & emphyt. lib. 1. q. 16. nu. 28.* *vbi ex Bruno, & Myſing.* ampliat procedere in quocunq; ſtatuto, quo familiæ fauore, fœminæ à maſculis excludantur, quod non minus propterea excludantur à clericis, quam à lai-
8 cis, vt in terminis Conſtit. regni clericum, & monachum excludere, dotãdo ipſam de paragio, tradit *Afflict. in Conſtit. Regni, In aliquibus, numer. 35.* generaliter gaudere ſtatuti beneficio fœminam excludentem, *Bald. Tiraq. Pariſ. Burſat.* cum in fiuitis relatis remiſſiuè per *Surd. deciſ. 20. num. 2.* & generaliter de capacitate clericorum in ſucceſſione, & vocatione fideicommiſſorum, & maioratuum, ſiuè primigeniorum; præſertim eorum, quæ ex bonis patrimonialibus conſtãt, optimè *Dec. conſ. 299. num. 9.* tradens ra-
9 tionem, quia propter hoc non debẽt eſſe deterioris conditionis, quam ſint laici, *dict. l. Deo nobis*, & ampliat vt cõprehendatur clericus in ſubſtitutione facta à patre pluribus filijs laicis vna cum clerico, ſub conditione, *ſi quis eo-*
10 *rum ſine filijs maſculis decedat*, vt licet clericus grauatus videri non poſſit, quia ſibi verba conditionis non conueniunt; adhuc tamen cenſeatur patrem pariformiter omnibus ſubſtituiſſe, clerico incluſo, reiecta conditione reſpectu clerici, vt latè ex communi defendit *Decij* opinionẽ *Theſſ.* referẽs ita iudicatũ *dec. 36.* Et nouiſſimè innumeris relatis, de clericorum capacitate, ampliſſimè teſtatur *Caſtil. Hiſpan.* nuncupatim addẽs, in hoc, adeò certum eſſe, vt maiori comprobatione non indigeat, cum nullus vnquam de hoc dubitauerit, *lib. 3. quotid. c. 12. num. 36. & 38.* & licet teſtatori permiſſum ſit de iure ita fideicommiſsũ, vel maioratum inſtituere, vt clerici fi-
11 lij, vel deſcendentes, ab eius ſucceſſione excludantur, ſiuè hoc diſponat expreſsè, ſiuè tacitè colligatur ex cõiecturis, vt notatur *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, vbi Ripa ff. ad Trebell. Canon. in cap. in præſentia, de probat.* latè *Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 7. Menoch. lib. 4. de præſumpt. c. 83. Marzar. in epitome de fideicom. q. 31.* nec huiuſmodi excluſio clericorum irritatur, quod videatur retrahere liberos à vita contemplatiua, quæ eſt melior, quam actiua, *§. 1. auth. de monach.* vt reiecta opinione *Richard. Malumbr.* quem *Bart.* ſecutus fuit in pluribus
12 locis, qui & conditionem, *ſi ſine liberis deceſſeris*, reijciendam eſſe, & pro non ſcripta habendam, veluti impedientem caſtitatis, & religionis profeſſionem, & minus rectè opinatus fuerat, latius proſequitur *Mantica lib. 11. tit. 7. ex n. 4. cum ſeq.* cum ſufficiat intentionem teſtatoris, non eſſe ad hoc ordinatam, cui hoc de iure permittitur, vt proſpiciat ſuæ agnationi, & familiæ, quæ per laicos, quibus permiſſum eſt liberos legitimos procreare, perpetuari, & conſeruari poteſt, non autem per ſucceſſionem clericorum, quibus, ob caſtitatem ex precepto iniunctam, id prohibetur, quæ vera eſt ratio; quare permittatur huiuſmodi clericorum excluſio, vt poſt alios probat *P. Molina de iuſtit. & iur. tom. 1. tractat. 2. cap. 207.* his verbis, quę ſatis ad caſum noſtrum conferũt,
13 *quamuis turpe, viroque chriſtiano indignum, conditionem aliquam apponere, animo retrahendi, atque auocandi aliquem à ſtatu religionis, nihilominus abſ-*

que

que vlla turpitudine, intuitu alicuius boni finis potest quis excludere eam, aut eum à participatione alicuius commodi temporalis, qui religionem ingreditur, & paulò post magis ad rem nostram, *hac eadem ratione licitè, ac prudenter solent homines, dum maioratus ad proprias familias, earumque splendorem conseruandum instituunt, excludere ab illorum participatione non solum eos, qui religionem profitentur, sed etiam eos, qui clerici fiunt*, citãs *Couarr. lib.* 1. *resolut. cap.* 19. *num.* 11. *& alterum Molin. de primogen. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 54. *versic. sed dubitari*, vbi clarissimè dicit, *licitè*
14 *eam conditionem apponi posse, cum non in odium religionis, sed potius ob familiæ conseruationem proposita censenda sit, & etiam quamuis à religione quodammodo amouere videatur, ad matrimonium tamen, ac familiæ propagationem alliciat, &c.* quibus etiam hæret *Menoch. dict. lib.* 4. *cap.* 84. *numer.* 18. *post Bald. Corn. Dec. Alciat. Ruyn. Couarr.* & alios ab eo citatos, & innumeros citat *Gutier. canonic. qq. lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 30. *Sanch. de matr. lib.* 1. *disput.* 34. *nu.* 14. *Fontanell. de pact. nupt. tom.* 1. *clausu.* 4. *gloss.* 2. *num.* 34. idq; hac sola, & non alia ratione, non tam permitti, quàm tolerari, optimè probat alter *Molin. locus de primogen. cap.* 13. vbi postquã
15 *num.* 97. probauit generaliter clericorum capacitatem, etiam in maioratibus cum dignitate annexa, & nuncupatim idem esse in Episcopis, dicẽs ex *Panorm. Felyn. Barbat.* & alijs nihil
16 obesse quin Episcopus possit esse etiam Comes, vel Dux ratione patrimonij, & proinde succedere posse etiam in maioratibus regalibus, ex *Ioann. Lecirier, Mart. Landem. Gomes. Greg. Lopez*, & alijs, subdit deinde idẽ in militibus Religionis S. Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ, quamuis hi filios ex iustis nuptijs legitimos generent, & castra, & dignitates regales, velut laici potius, quàm religiosi possideant, & tandem addit *numer.* 99. vt hæc omnia dubia cessent, solere institutores in maioratuum erectione clausulam adijcere, vt in eis non succedant clericus, monachus religiosus, nec miles earum miliriarum, iuxtà quarum statuta, milites matrimoniũ contrahere nequeunt, ex quibus verbis milites Hyerosolimitani, non autem S. Iacobi, & similes excluduntur; vnde patet exclusionem clericorum non alia ratione inniti, nisi quia cum
17 matrimonium contrahere nequeant, legitimos liberos procreare non possunt, quod per filios laicos tantum maioratus institutor ad familiæ conseruationem sperare potest, quod eriã ex infinitis prosequitur *Castill. d. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 36. *vers. nec eius intentio*, *& num.* 46. *&* 54. Propterea cum hac sola, & vnica ratione à iure considerata, & quæ tanti est vt fecerit licitam clericorum à maioratibus exclusionem, quæ forte aliter permissa non fuisset, motus fuerit, nec alia siquidẽ etiam piè credi potest moueri potuisse prudentem nostrum testatorem ad inuitandum laicos filios, nisi quia per eos agnationem suam conseruari desideraret, & ob id fœminas propter
18 masculos exclusit, & masculos perpetuò ad successionem inuitauit, vt ex *Couar. Molina, Padill. Aluar. Mier. Gratian. Mantic. Vinc. de Franch. decis.* 29. *Menoch. Ceual. Florez ad Gamam*, & alijs probauit *Castill. d. cap.* 12. *n.* 54. cessante hac ratione, mortuis scilicet omnibus filijs masculis testatoris, clericis scilicet, & laicis sine liberis masculis, omninò cessare debet exclusio meritissimi filij Pauli Episcopi, qui solus superest; non enim debet trahi
19 testatoris propositum ad casum, de quo ipse non sensit, etiam si ageretur de fauore piæ causæ, quia hoc non esset pium, sed impium, *Angel. consi.* 328. *num.* 5. *Anan. cons.* 68. *col.* 1. *vers. quibus omnibus, Cardin. Mantic. lib.* 8. *tit.* 12. *post num.* 37. & quia voluntas testato-
20 ris ex ijs etiam, quæ post mortem ipsius emergunt, benigna interpretatione mutari potest, *l. vtilitatem, l. in confir-*

ſi mando, ff. de confirm. tutor. & quia ex ijs, quæ ex poſt facto euenerunt, declaratur quid retrò ſenſerit teſta-
21 tor, cuius voluntas expreſſa gloſſari debet, rebus in eodem ſtatu permanentibus, latisſimè *Mantica libr. 3. tit. 3. in fin. num. 20. & 21.* quod enim teſtator ordinauit ſuperſtitibus ſeptem filijs, ex quibus veriſimiliter copioſa proles maſculina ſperari poterat, cur idem ſenſiſſe credendum, omnibus ſine maſculis defunctis, ſuperſtite vno tantum dignisſimo filio; certè non idem, cum & teſtatorem
22 præſumendum ſit voluntatem mutaſſe, quando cauſa finalis diſpoſitionis mutatur, *l. Paulo Callimacho, §. 1. ff. de legat. 3. hinc* Bart. *in l. quoties, §. ſi duo, num. 1. ff. de hæred. inſtit.* quod ſi
23 teſtator hæredem inſtituit in fundo, & mandauit, ne quid plus petere poſſit, intelligitur tamen id Bart. procedere, rebus ſic ſtantibus, & ob id vno hærede repudiante, vel decedente, non dicitur impeditus quominus iure accreſcendi reſiduum conſequatur, vt plura quoque exempla, hoc latius exornans, ſubijcit *Menoch. de præſumpt. lib. 5. cap. 165. ex num. 17. cum ſeq.* verum in caſu præſenti nulla voluntatis mutatione egemus; ſiquidem diſpoſitio, quæ inſurgit à ratione ceſsāte, dicitur clara, & expreſſa ab ipſomet teſtatore facta; excluſionis enim
25 cauſa ceſſante, q̃ erat propter exiſtentiam perſonarum, quas teſtator voluit præferre, ſcilicet laicos clericis, ceſſat excluſio, & dum non ſupereſt perſona, quæ clericum excludere poſſit, clerici expreſsè inuitati videntur, *l. ſi inſtituta, l. pater filium, l. ſi is qui, ff. de inoffic. teſtam. l. ſi poſt mortem, §. liberi, ff. de bonor. poſſeſſ. cont. tab. Bald. in pluribus conſ. Dec. conſ. 364. & 379.* cum alijs infinitis congeſtis à *Tiraquell. de ceſſante cauſa, part. 1. num. 94. & iterum poſt n. 142.* vbi loquitur de limitata cauſa excluſionis, & ſubſtitutionis, & maximè cum cauſa excluſionis non fuerit, nec eſſe potuerit odium erga clericos, ſed prædilectio erga laicos, ex quorum prole conſeruarent bona in agnatione, vtſup. citati DD. optimè probant, & præter eos non alia ratione potuiſſe moueri teſtatorem ad excludendum clericos, niſi ob ſolam carentiam filiorum, quæ cōuenit Præsbytero à Canonibus prohibito vxorem ducere, quod etiam iure clericali cautum probatur *in l. victu, 19. ff. de donat. inter vir. et vxor.* iuncta ratione *l. non diſtinguemus, §. ſacerdotio, ff. de arbitr.* probat *Simon de Pret. lib. 1. de interpr. vlt. volunt. dub. 2. ſolut. 14. n. 15. & 16. & lib. 2. interpr. 2 dubit. 2. ſolut. 2. num. 110.* exiſtens etiā
24 in ſacris quantum ad procreationē liberorum haberi pro mortuo apparet in latè traditis per *Mātic. lib. 11. tit. 7. num. 22. in fin. et 23* & quod excluſionis cauſa ceſſante, ceſſat excluſio non
26 ſolum in diſpoſitione hominis, ſed etiam in diſpoſitione legis, quæ excluſio legis fortius operatur, quam excluſio hominis, imò plus operatur tacita legis excluſio, quam expreſſa ab homine, *Alex. Dec. Niger, Lapia, Zuccard. Soc. Dec. Roland.* & alij, quos citat *Surd. conſ. 85. num. 15.* & ſic etiam in ſtatutis, ceſſante cauſa excluſionis, ceſſat excluſio, vt in ſtatutis excludentibus fœminas propter maſculos, quæ ceſſat vbi maſculi non extant, vel etiam quia nolint, vel non poſſint ſuccedere, vt ex *Bart. Bald. Angel. Dec. Tiraquell.* & alijs probat *idem Surdus dict. conſ. 85. num. 8. cum ſeqq. lib. 1.* & ante ipſum *Benc. conſ. 107 num. 18.* vbi dicit hoc ſine dubio obtinere, cum tempore delatæ ſucceſſionis nulli agnati extarunt, cum non ſit inconueniens, vt non extantibus his, quorum contemplatione aliquis eſt à ſucceſſione excluſus, ipſe admittatur, idque comprobat exemplo filię
27 renunciantis contemplatione maſculorum, quæ ipſis mortuis admittitur, tanquam ceſſante cauſa, & ratione excluſionis, etiam in propria renunciatione, ex *Bald. Alex. Dec. Tiraq. Cra-*

Crauet. Dom. Capyc. Marant. & alijs, vt latius per eum *nu.* 19. *& 22. cum seqq. vbi num.* 21. præsertim hoc habere locum probat, vbi statuti exclusio verisimiliter facta est fauore conseruandæ agnationis, cuiusmodi ap paret factam esse exclusionem clericorum in casu nostro, quod & latissimè prosequitur *Surd. cons.* 416. *lib.* 3. vbi plenissimè ex *num.* 13. *vbi num.* 15. adijcit, exclusionem eatenus intelligi debere, quatenus ille admittatur, cuius contemplatione fuit exclusus, & non vltra, & quod admittatur etiam quãdo persona contemplata superest, si modo ex aliquo superuenienti impedimento non possit succedere, quia incapax sit effectus; quia exhæredatus, deportatus, vel banditus, quod exemplis comprobar, & post *num.* 16. dicit hanc esse communem opinionem, etiam in casu superexistentiæ personæ contemplatæ inhabilis. Hinc Bald. *in auth. ex testam. num.* 5. *C. de secundis nupt.* docuit, 9 in mate-
28 ria priuatiua id, quod non est expressum, non inducit priuationem, sequitur *Menoch. cons.* 150. *num.* 121. *lib.* & alibi dicunt DD. quod persona à statuto exclusa tunc demum non succedit, quando est locus personæ, cuius contemplatione ipsa non succedit, vt si propter fratrem excluditur soror, non est locus exclusioni, nisi frater ipse succedat, *l. si necem*, §. *si deportatus*, *C. de bon. libertor. Bart. in l.* 2. §. *sed si sint, ff. ad Tertull. Ang. Soc. Dec. Ruyn. Tiraquell. Natta*, & alij, quibus probat *Surdus cons.* 100. *num.* 20. *lib.* 1. conferunt quæ plenissimè de virtute contemplationis latissimè, & doctè tradit *Simon de Pret. lib.* 1. *de interpret. vlt. volunt. interpr.* 2. *dub.* 2. *solut.* 6. vbi per totum præsertim *nu.* 22. vbi quod si deficiat persona, seu locus, in quem verba dispositionis sunt directa, pro alterius contemplatione tantum, dispositio non deficit, quin eo modo, quo possit, sortiatur effectum pro eo, ad cuius contemplationem facta est dispositio; vnde cum pro liberis masculis erectus sit maioratus, & pro laicis principaliter, vt ille in agnatione conseruaretur, deficientibus quidem filijs masculis laicis, non debet censeri exclusus filius quidem testatoris, licet clericus, vt scilicet exequatur
29 voluntas testatoris eo modo, quo possit, vt ex *l. peto*, §. *mater*, *ff. de leg.* 2. refert *Pret.* decidisse *Bart.* in pulchro casu *in cons.* 26. incipiente, *testator in testamento disponit*, vt latius ibidem tradit *Simon*, comprobatur idem ab affectione, & charitate ipsius testato-
30 ris, quæ præbet efficacem locum interpretationi faciendæ, etiam obscuræ voluntatis, *l. capienda*, §. 1. *ff. de reg. iur.* ibi, *quod factum est, cum in obscuro sit, ex affectione cuiusq; capit interpratationem*, *vbi gloss.* locum habere dicit præcipuè in declaratione vltimæ vo-
31 luntatis; affectio namq; habet suos gradus erga personas maioris, vel minoris, prioris, vel posterioris, charitatis, vel dilectionis, *l. cum ita*, §. *fin. de legat.* 2. *l. fin. C. de verbor. signific.* quam affectionem potissimum inspiciendã, vt quia præposita coniectura exinde sumatur, quæ alijs præfertur, & verbis
32 præponderat, & quod affectio testatoris vincat affectionem legis, & præualeat cœteris omnibus coniecturis, *Bart. Bald. vterq; Soc. Mantic. Simon de Pret.* & alij, quos congerit *Casanat. cons.* 47. *numer.* 27. 29. *& seqq.* affectio
33 autem maior habetur ad filios, quam ad nepotes, *l. liberorum*, *ad fin. ff. de verbor. significat. Rub. cons.* 37. *col. fin. versic. quartò confirmatur*, *Casanat. dict. cons.* 58. *num.* 8. sicuti etiam magis præsumitur dilectus frater, quam nepos ex fratre, *Ruyn. cons.* 164. *num.* 4. *lib.* 2. & maior præsumitur affectio ge-
34 neraliter ad propinquiores, quam ad remotiores, vt habetur per *glo. & omnes in l. Gallus*, §. *quidam rectè*, *ff. de lib. & posthum. Casanat.* latissimè *cõs.* 45. *num.* 118. *&* 128. magis autem dilecti præsumuntur descendentes nati, &
35 noti, quam nasciturì, & ignoti, *Alex. Ias.*

Iaf. Crauett. & alij per *Simon de Prçt. lib. 1. interpret. 2. dubit. 2. folut. 5. n. 14. Cafanat. conf. 45. num. 128.* & longè
36 maior cadit affectio erga maſculos, quam erga fœminas, tum generaliter, quia ſunt digniores, maioraq; onera ſubſtinent, familiarumq; dignitatem conſeruant, Rempublicā adminiſtrāt, quæ ſine bonis, & diuitijs fieri nequeunt, vt latè tradit *Brun. in tractat. de ſtatut. fam. exclud. in 3. artic. Gabr. de ſtatut. lib. 6. Cafanat. conf. 47. n. 30.* idq; procedere etiam in teſtamentis, & diſpoſitionibus factis à fœminis, vbi non tantùm de agnatione, quàm de ſexu virili, maiorem rationem haberi, latis ſimè probat *Prat. dict. lib. 3. interpret. 3. dubit. 1. ſolut. 11. in princip.* de cuius rei veritate eſt videndus *Cafanat. conf. 38. num. 73. cum ſeq.* & maximè vbi teſtator expreſsè voluit bona conſeruari in agnatione, excludēdo fœminas, per quas nedū non conſeruantur, ſed deſtruitur, & extinguitur familiarum decus, & agnatio, vt latiſſimè tradit *Prat. d ſolut. 11. num. 10.* iunct. *n. 64. & 65.* latiſſimè *Molina de primog. lib. 3. cap. 5. num. 1. 2. 18. cum ſeqq. & 21. Cafanat. conf. 57. num. 36.*

Quis igitur dixerit in caſu noſtro, teſtatorem voluiſſe excludere digniſſimum filium natum, ob neptes fœminas ab eo excluſas, naſcituras, ſibi
37 ignotas, certè nemo prudens exiſtimabit voluiſſe præferre minus dilectas magis dilecto, ſed iuxtà ordinem charitatis, & affectionis noluiſſe excludere proprium filium p fœminis, ad quarum excluſionem præcipuè maioratum inſtituit, *l. Publius, §. fin. ff. de condict. & demonſtr.* cum concordātibus per *Simon. de Prat. dict lib. 1. interpr. 2. dubit. 2. ſolut. 5. loc. ab affectione, & charitate, numer. 30.* quod adeò verum eſt, vt extenſio, quæ aliàs non fieret, facienda ſit, qñ perſona proximioris gradus, atq; magis dilecta efficeretur deterioris conditionis, quàm ea, quæ eſt remotioris gradus, vt ex *Fulgoſ.* & alijs, probat *Molin. lib. 3. c. 5. num. 51. verſ. octaua concluſio*, imò abſurdum, & inhumanum eſſet, ſi ita interpretaretur voluntas teſtatoris, vt
38 proximior excludatur, & remotior admittatur, *Bart Bald Natta, Crauett.* & alij, quos ſequitur *Surd. conf. 85. poſt num. 10. verſ. attamen, lib. 1.* quibus ita ſolid sſimè fundatis, nō oberit, ſi obij-
39 ciatur de illo vulgari dicto, quod ſemel excluſus, perpetuò cenſeatur excluſus, ita vt vlterius ſuccedere non poſſit, quamuis ille, qui eum excluſit, moriatur ſine filijs, ex regula *cap. 1. §. quin etiam Epiſcopum, vel Abbatem*, & amplius rogo conſideretur, quod cum ſint excluſæ fœminæ, & cum ipſis filia teſtatoris Lucretia adhuc viuēs, nō eſt poſſibile, quin nō ſint excluſę neptes; quia non poteſt aliqua ratio aſſignari, quin excluſis filiabus, non ſint excluſæ neptes, imò maior eſt rō excluſionis; etenim ſucciſa
40 vena deficit curſus, vel fluxus, & rupto medio, nō fit aſcenſus ad extrema, *Angel. in §. reliquum, in auth de hered. & falcid.* cū ſimilibus optimè à *Surd. d. conf. 85. num. 10. in fin.*

Primò etenim dicimus, obiectum non applicari in facto; ſiquidem nunquam fuit excluſus Dominus Epiſcopus, quem tuemur; quod enim fratres maiores ſucceſſiuè vnus poſt alium poſſederint bona maioratus, ritè id factum, cum omnes fuerint primogeniti, quin etiā ſi Epiſcopus noſter fuiſſet laicus, ipſum meritò præceſſiſſent; vnde cum hodie ſolùm factus ſit caſus ſucceſſionis per mortem Scipionis, qui proximè eum præcedebat, non video quomodo dici poſſit aliàs excluſus, qui nullo iure aliàs, etiam vt laicus, potuiſſet fratribus maioribus præferri, & cum teſtator mandat ſucceſſionem deferri, pro vt de iure, vltimus non prohibetur teſtari, *Anchar. conſ. 337.*

Secundò, regula prædicta non applicatur ad caſum de iure, quia non procedit in fideicommiſſis ſine primogenijs ppetuis, quia quoties quis

non est exclusus simpliciter, & omninò à successione, sed solùm ab illa tē-
41 poraliter suspensus, semel exclusus admittendus est, cessante causa exclusionis, *Bald.* communiter receptus cũ infinitis congestis à *Molina lib. 1. c. 6. num. 18. & cum seqq. & num. 22. vers. hac autem, Peregr. latè de fideic. art. 27. num. 23. & 24. & artic. 29. numer. 18.* pulchrè etiam *Surd. consf. 384. num. 36. in 3.* vbi post *Molin. Parisf. & Menoch.*
42 affirmat, quod vbicunq; de intentione disponentis est, vt successio deferatur in infinitum, tũc persona exclusa propter aliam magis dilectam, nõ excluditur perpetuò, sed temporaliter, & latissimè idem *Surd. dict. consf. 416. vbi num. 11.* tradit, quod cũ non alia,
43 vel statuti, vel dispositionis testatoris, ratio exclusionis certarum personarum, puta fœminarum, reddi possit, quàm scilicet causa conseruandæ agnationis, tunc non existentibus masculis, aut ijs etiam existentibus, & quod plus est, quauis occasione exclusis, vtpotè incapacibus, vel insuccessibilibus, fœminæ omninò admittuntur, ꝙ plenissimè exornat *Surd.* ibi omninò videndus.

Vnde cum ex prædictis, vnica, eaque sola, & nulla ratio exclusionis filiorum clericorum reddi possit, illa perinde regulare debet dispositionẽ, ac si expressè, & specialiter fuisset expressa, *Molin. de primog. part. 2. cap. 5. num. 5. et 6. Pret. lib. 2. interpr. 1. dub. 1. solut. 5. num. 31.*

Hæc causa pendet indecisa penes Magistrum actorum Franciscum de Martino.

SVMMARIVM

1 *Onus probandi, testamẽtum non ualere, alleganti incumbit.*

2 *Testator censetur se cum iuris commu-xis dispositione conformare, & multò magis statuti, & consuetudinis.*

3 *Testamentũ redditur nullũ pro parte tãtum testari prohibita, si de tota hareditate sit dispositum.*

4 *Voluntas testatoris ex dictis ante, vel post testamentum, declaratur.*

5 *Vxor socia diuina, atque humana domus, præsumitur conscia secretorum viri.*

6 *Vxor ex quibus testamenti verbis, alimenta, existentibus filijs, consequatur, & num. 7.*

8 *Interesse dotis, & antefati transmittitur ad hæredes mulieris, etiam extraneos, & ipso iure de consuetudine Neapolitana currit, elapsis primis sex mensibus, & si non petatur, vel bona dotalia sint extra districtum.*

9 *Expeditio causa super petitione interesse dotis, & antefati, non retardatur ex opposita exceptione redditionis cõputorum tutela administrata, & numer. 11.*

10 *Actio tutela datur ad factum, non ad quid certum, cum non minus possit tutor remanere creditor, aut debitor.*

12 *Exceptio redditionis rationum tutela filiorũ administratę, mulieri, dotem, non tantum via executiua, sed etiam ordinaria repetenti, non obstat, & numer. 13.*

14 *Retentio, siuè compensatio in dote prætextu tutela admuistrata, prohibetur, siue executiua, siue ordinaria uia repetatur, & idem in interesse dotis, & in alimentis, num. 15.*

16 *Actio petendi redditionem computorum, siue reuisionem aduersùs tutorẽ non competit vltra triginta annos, vel ad summum quadraginta, & numer. 17.*

18 *Actio personalis petendi redditionem rationum, & quæ sub dictionibus,* semper, perpetuò, & quandocunq; *esset à iure prodita, non excedit metam triginta annorum.*

19 *Actio tutela si concurrat cum reali cõtra tutorem, præscribitur spatio solius longi temporis.*

20 Re-

20 *Remissio actionis tutelæ præsumitur ex taciturnitate longi temporis, maximè inter sanguine coniunctos, & cum per eum steterit, cui ratio erat reddenda.*

ARGVMENTVM.

Testamentum vtrum substineatur pro parte bonorum testati permissa, si de toto sit dispositum. Alimenta ex quibus verbis testamenti vxori legata censeantur, liberis existentibus. Interesse dotis, & antefati petenti, an obstet exceptio retentionis, prætextu debiti ex causa redditionis computorum administratæ tutelæ.

Pro Domino Scipione Gambacurta.

CONTROVERSIA LX.

VT innotescat Sacr. Consilio, Ioan. Antonium Gambacurta iniustè conqueri se læsum in diuisione bonorum olim facta de anno 1563. inter ipsum, & quond. Fabritium eius fratrem primogenitum hęreditatis q. Annibalis communis parētis; & proinde, Scipionem hodie conuentum, velut nepotem, & hæredem Fabritij ex Ioanna filia, nihil debere ipsis rependere in pecunia, cum nedū æqualem portionē, sed valde maioris pretii consecutus fuerit, subscripta capita pro nunc erunt decidenda.

Primò, valere testamētum quond. Ioannellę Carrafę communis matris, explicando prouisionem reseruatam in laudo anni 1595. vt successiuè disposita in beneficium Fabritij, effectū sortiantur. Et proinde, secūdò deberi dicto Scipioni, tanquam hæredi Ioannellæ, alijs intermedijs, alimenta sibi relicta per Annibalem virum, dum ipsa vixit. Et tertiò interesse dotis, & antefati, seruata forma consuetudinis, i lque non obstante prætensa redditione computorum, oretenus nunc allegata per Ioannem Antoniū administrationis tutelæ factæ per Ioannellam.

1 Quoad primum, cum certum sit, ei, qui dicit testamentum non valere, incumbere onus probandi, cum in contrarium vrgeat validissima præsumptio, quæ stat pro validitate cuiuscumque actus, & præsertim testamēti, & aduersarius iam initio litis, nobis instantibus, declarauerit species inualiditatis, & erroris, quæ cum ex earum facie, & lectura ipsa resoluantur, ob id vlterius non erit opus insistere; siquidem dum dixit Ioannes Antonius, Ioannellam disposuisse vltra decimam dotis contra formam consuetudinis, nec sibi reliquisse legitimam, apertè conuincitur ex verbis testamēti, in quibus semel, atque iterum, geminatis verbis, postquam instituit sibi hæredes vniuersales Fabritium, & Ioannem Antonium filios, disposuit erga Fabritium de omnibus bonis, de quibus poterat disponere, igitur censetur excepta legitima in bonis extra dotes in beneficium Ioannis Antonij iam expressè instituti, & medietas de nouē partibus dotis, de quibus de iure cōmuni, & consuetudinario Ciuitatis non poterat disponere erga Fabritiū, vt colligitur ex vltimis verbis *Bart. in l. scimus, ff. de inoffic. testam.* censetur

2 enim testator se conformare cum dispositione iuris communis, & multò magis statuti, & consuetudinis, vt latissimè per *Zanc. in repet. l. hæredes mei, §. cum ita, p. 9. n. 5. & seq. ff. ad Trebell.* & hoc clarissimè continetur, & decisum fuit in laudo, quo tametsi fuerit decretum, medietatem de nouem partibus dotium spectauisse ad Ioannem Antonium, non ex hoc fuit declaratum nullum testamentum, sed potius habitum pro valido, dum fuit interim reseruata decima Fabritio, & reseruata melior deliberatio circa ex-

plicationem validitatis testamēti; nec
3 et si expressè totam dotem reliquisset Fabritio, prætendi potuisset, testamentum reddi nullum quoad decimam partem, de qua potuisset disponere, sed pro parte tantùm prohibita, vt notatur *in l. si totas, C. de inoffic. donat.* Et minus obstat tertium caput nullitatis, ex prætenso errore, dum Ioannella asserit, Annibalem virum ita disposuisse, cum tamen ex testamento id non appareat, in quo simpliciter instituit Fabritium, & Ioannem Antoniū filios; siquidem error est aduersarij in sensu verborum Ioannellæ, quæ non dicit, virum declarasse in testamento, bona esse diuidenda inter filios, pro vt ipsa disposuit, sed simpliciter dixit, sibi constare, eam verè fuisse intētionem, & voluntatem viri, & sic potuit aliunde sibi constare; plerumq; enim
4 nouimus voluntatem testatoris interpretari posse, & declarari ex ijs, quæ ipse dixit ante, & post testamentum, *Bartol. Ias.* & alij congesti per *Mantic. de coniect. vltim. volūt. lib. 3. tit. 1. numer. 5. & seq. Menoch. de præsumpt. lib. 4. cap 67. num. 17.* & sic non probatur error, maximè, quia verisimile
5 est, vxorem, velut sociam diuinæ, atq; humanæ domus, fuisse melius, quàm alium quempiam consciam secretorū viri, propter dulces, & secretas allocutiones, vt latissimè de more prosequitur *Tiraquell. in lib. 12. connub. gloss. 1. part. 12. per totam.*
6 Quoad secundum, alimenta fuisse legata Ioānellæ per Annibalem virū, probatur ex verbis testamenti, ibi, *la lascio signora, & padrona, come la mia persona propria*, hoc enim legatū vxori factum, existētibus filijs, importare alimenta cum præeminentia in domo, æquè ac si fuisset relicta domina, massaria, & vsufructuaria, censuit *Bald. in l. fin. num. 6. vers. quod si testator dicit, C. de indict. viduit. tollēd.* quē sequuntur *Angel. Salyc. Panorm. Benus. Corn. Pic.* & alij, quos sequitur *Socin. iun. cons. 94. n. 3. & cons. 97. n. 17. lib. 1.* dicens, hoc tenere DD. magis communiter, & non esse discrimen constituendum inter ista verba, & similia, tradit de communi *Caualc. de vsufr. mulier. relict. num. 39.* quem sequitur, reprobata opinione *Ruyn.* qui solus contrarium respondit, *Surd. de alimēt. tit. 2. q. 9. n. 1. & seq. Menoch.* latissimè *de præsumpt. lib. 4. c. 139. n. 2. Simon de Prat. de interpr. vlt. vol. lib. 4. interpr. 1. dub. 1.* & infiniti congesti à *Coler. de alim. lib. 1. cap. 15. num. 39. & à Castill. quotid. controuer. de vsufr. lib. 1. cap. 45.*
7 & præsertim cum subijciat testator illa verba, *come la mia persona propria, & che detti heredi non le habbino à dar fastidio sopra tutti miei beni, anzi che l'obbedischano, &c.* quæ etiam de se importare alimenta, probat *Mantic. de coniect. vltim. volunt. tit. 7. numer. 6.*

Quoad tertium, & vltimum, circa
8 interesse dotis, & antefati, cum non sit dubium, deberi mulieri, & eius hæredi, iuxtà taxam inductam à *Consuet. Viro mortuo, de iur. dot.* iuxtà cōput. *Vrsill. ad Affict. decis. 291. Grammat.*
9 *dec. 103.* quod interesse transmitti ad hæredes mulieris etiam extraneos, tradit *Dom. de Franch. dec. 338.* & qd interesse prædictum currat ipso iure, elapsis primis sex mensibus, etsi non petatur, ex *Napod. in Consuetud. Heredesque mariti, verb. elapsis*, & etiam si bona dotalia sint extra districtum, deberi interesse prædictum, cum dos sit nomen iuris, comprhendens bona vbique sita, tradit hæc omnia idē *Dom. de Franch. dec. 472. num. 4. & 6.*

Superest solùm resoluēdum, quod obijcitur ab aduersario opponente, q Ioannella teneatur reddere rationem tutelæ ipsius Ioannis Antonij ab anno 1556. mortis viri vsque ad annum 1563. quo ipsa decessit, & interim quousque rationes non reddiderit, & reliqua exoluerit, non posse eius hæredes petere dictum interesse, quod pluribus modis diluitur, & primò circa ordinem dicimus, non posse impediri expeditionem causæ super interes-

reſſe prædicto, in quo repetitur iam compilatus proceſſus, nec ſententiæ ferendæ executionem ſub prætextu
9 huius nouæ cauſæ, quæ nunc verbo opponitur, petitionis redditionis cōputorum, incertæ, & inliquidæ, in qua Scipioni hæredi plurium hæredum, competit defenſio, & proinde non deb t retardari expeditio, argumento *l.is à quo.ff.de rei vend.* poteſt enim tutor non minus remanere creditor, quàm debitor, *l.1.ff.de tutel.& ration.*
10 *diſtrah.* & ideò actio hæc datur ad factum, vt ſcilicet rationem reddat, non ad quid certum, *Anchar.conſ.235 col.2.verſ.præterea*, latè *Alex.conſ.192 lib.7.* quia de facili tutor poteſt apparere creditor, *Crauett.conſ.231.n.16. & conſ.275 num.13. & 14.* vnde cum
11 hæc ſit reconuentio, iam compilato proceſſu, admitti non debet, iuxta notata *in cap.1. de mut.petit.* vt latè per *Soc. reg. 101. & 332.* præſertim cum
12 vera ſit opinio, quod mulieri, repetēti dotem, & iura dotalia, non poſſit obijci exceptio redditionis rationum adminiſtratę tutelę filiorum, quo minus prius non ſit ei ſatisfaciēdum de ſuo credito, reſeruata actione tutelæ, quatenus competat, & diſcuſſione rationum in iudicio ordinario, vt cōtra *Soc.conſ.180.lib.2.* optimè reſolutis contrarijs, firmat *Nicoſant. in 1. memb.5. part.de pignor. n.36.verſ.10.* vbi teſtatur, ſe ita pluries iudicaſſe, & iudicari vidiſſe, ſequitur pluribus exornans *Caualc. tract.de tutor. num.219.* dicens, ita iudicaſſe *Rot.Florentin.* de anno 1520. & ſe hanc opinionem tenere veriſſimam, ſicut Euangelium, *Guttier.* dicens, ipſum quoque idem iudicaſſe *de tutel.& Curt.2.p.c.9.n.52* & eam nouiſſimè, re benè diſcuſſa, tuetur *Menoch. de ratiocin. cap. 21. num. 27. & ſequenti*, nec diſſentit *Surd. deciſ. 184. num. 2. in fin.* In quo illud aduertere licebit, quod li-
13 cet quidam ex prædictis DD. loqui videantur in muliere, ſiue eius hærede agente via executiua ad repetitionem dotium; nihilominus non excludunt caſum, quando agitur via ordinaria; licet dicant hoc tantò fortiùs eſſe admittendum, cum agitur via executiua, vigore inſtrumenti guarentigiati, vt cum iudicio aduertit *Nicoſant.* poſt *num.37. verſ. & hoc tantò fortius*, & colligitur ex traditis *à Bald.Nouell.de dote, part.8. priuil.1.* & apertè DD. loqui in vtroque caſu, apparet tum *ex tex.in S.taceat, l.vnica, C. de rei vxor.act.* cui innituntur,
14 vbi indiſtinctè prohibetur retentio, ſiuè compenſatio in dote, tum etiam ex ratione, quam reddunt, quod cum quilibet vno nomine ſit creditor, videlicet ex cauſa dotium, & alio nomine ſit debitor, ſcilicet ex cauſa tutelæ, ceſſat compenſatio, ac per conſequens retentio, quæ eſt idem ex citatis *per Caualcan. num. 220.* quem ſequitur *Muñoz* vbi ſupra: Et ſi id procedit vbi agitur de repetitione dotis, idem erit ſine dubio in inte-
15 reſſe dotis, quod velut acceſſorium ſequitur naturam principalis, vt ex regula *l.Lucius, ff.qui potior. in pignor. habeant.* tradit *Camerar. in l.Imperialē, car.51.col 4.&ū ſequenti*; & ideò pariter in alimentis, quibus certum eſt communicari dotis priuilegia, vt per *Euerard. in Topic. loco à dote ad alimenta.*

Secundò, non ſolum ex ordine, ſed etiam in iuſtitia, non eſt audiendus Io. Antonius, petens redditionē rationum tutelæ poſt annos vnum, & quinquaginta, à tempore finitæ tutelæ per mortem Ioannellæ in anno 1563. quamuis enim tutores conue-
16 niri, longi temporis præſcriptio non prohibeat, ſcilicet decem, vel viginti annorum, *l.tutores 8. C. arbitr.tutelæ*: tamen huiuſmodi actio omninò tollitur ſpatio triginta annorum, *gloſ.1. in l.maximè 30.in fine*, & melior *gloſſ. in l.ſi pupillus 46. verſ. tempore liberatur, ff. de adminiſtrat. tutor.* & ita declaratur doctrina *Bald.in Rubric.extr. de procurator.num. 11. verſ. numquid,*

Tt 3 in

in specie per Boer. *decis.59.in princip.*
Roland.consf.49. num.15.lib.1. Purpur.
consf.339.lib.1. quos refert, & sequitur
Surd. consf.460.num.60. lib.4. Decian.
consf.43. post *princip.vers.secundò dato,*
lib.4. & ita tenendum dicit *Castill.in*
l.27.Tauri,ver.intellige etiam,in tract.
de ratione,part.4.vers.& Aiora,depart.
3.part.cap.30.per totum, quod tam in
17 prima redditione computorum, quã
in reuisione, vt nõ competat actio vl-
tra triginta annos, & ad summũ qua-
draginta, & in reuidendis publicis ra-
tionibus, post *Bart. in l.instar, num.7.*
C.de iure Fisc.lib.10. tradiderunt *Bo-*
uadill.in sua Politic.lib.5.cap.4.n.77.
Muñoz.de ratiocin.cap.41.n.18.& 24.
18 quod generale esse in omni actione
personali, etiam quæ sub dictionibus,
semper, perpetuò, & quandocumque,
esset à iure prodita, vt non excedat
metam triginta annorum, probat *Co-*
uarr. lib. 1.var.resolut. cap.9. num.4.
& in terminis nostris *Afflict. decis. 13.*
num. 3. & 4. & in casu nostro, cum
19 actio ista tutelæ concurrat cum reali
respectu originis, quæ pariter conce-
ditur pupillo cõtra tutorẽ ab ipso ini-
tio, iuxtà *l.pro officio,20.C.de administ.*
tutor. censebitur satis breuioris vitæ;
actio enim personalis, quæ oritur cũ
reali, præscribitur spatio solius longi
temporis, scilicet viginti annorum, si-
sicut ipsa realis, *Balb.de præscript.in*
2.part.4.part.princip.q.2.num.3.& 4.
Caualc.de vsufruct.num.170. quinimò
& tandem nedum spatio longissimi
temporis, vltra 50.annos censebitur
actio tutelæ præscripta, sed cum inter
Ioannem Antonium, & Fabritium
fuerit aliquando communis hæredi-
tas, deinde etiam diuisio facta fuerit,
satis fuisset, quod spatio viginti anno-
rum tacuerit, nec rationem reddi po-
stulauerit; ex huiusmodi enim tacitur-
20 nitate remissio præsumitur, ita *Castr.*
consf.126.col.1.vers.tollitur.& lib.2. se-
quitur *Cephal. consf.240. num.8. vol.2.*
quod potissimè fatetur procedere in-
ter sanguine coniunctos, ex regula
l.procula,ff.de probat. Mascard.conclus.
1262.num.9. tametsi cum *Boer.* in co
ab opinione *Castr.* recedit, vt triginta
anni requirantur, quo tempore præ-
scribitur actio pro socio, & id præser-
tim procedit cum stetit per eum, cui
reddenda erat ratio, quominus red-
deretur, vt amplissimè per *Cephalum*
consf.9.per totum, lib. 1.

SVMMARIVM

1 *Vxor ob viri adulterium, non æquo iure, pro vt vir ob adulterium vxoris, separationem petere potest.*

2 *Iudex Ecclesiasticus causam diuortij quoad thorum cognoscere debet, & quid si agatur de diuortio simul, & amissione dotis, vel de diuortio ad tempus, ob lepram, num.3.*

3 Dec. consf.212.num.2. cum Afflict. *qui eum sequitur, licet cum quadam restrictione, reprobatur, & declaratur, eiusque dictum restringitur, numer.29.& 30.*

4 *Ecclesiasticus iudex cognoscens de diuortio, rectè cognoscit de alimentis, & amissione dotis.*

5 *Matrimonium, quoad vinculum dirimi non potest; quoad thorum solum, Papa, & Ordinarijs ab eo depẽdentibus ex causis, separari permittitur.*

6 *Adulterium, ad separationem coniugij, legitimè probandum, & de ratione, num.7. probatio tamen per coniecturas à natura, vel lege receptas, admittitur, num.9. nec sufficit violenta præsumptio, num.10.*

8 *Iudicium separationis matrimonij, etiam quoad vinculum, rigorem, & specialia quadam requirit.*

11 *Suspicio fornicationis violenta est, solum cũ sola, nudũ cum nuda in eodem lecto iacentẽ inuenire, non tamen verè probatur concubitus, & num.13. nisi alijs concurrentibus coniecturis, & num.14.*

Pro.

12 *Probatio præſumptiua concubitus, ad thori ſeparationem ſufficit.*

15 *Oſculum, amplexus, tactus, xenia miſſa ab adultero, pernoctatio mulieris extra domum, & ſimilia, licet ſint inditia deprauatæ adulterandi voluntatis, adulterium non probant, imò violentem ſuſpicionem non inducunt, & num. 26.*

17 *Matrimonialis cauſa exactiſſimas probationes, & quæ in cauſis criminalibus requiruntur, expoſtulat, quia agitur de ſtatu, & fama hominis.*

18 *Maritus, ex cuius ſæuitia, vel adulterio vxor è domo receſſit, ad dotis reſtitutionem non tenetur*, & Bald. *affirmatiuam opinionem tenens confutatur, & num. 19. 20. 23. 24. 25. 26. & 27.*

21 *Alimenta maritus vxori ſeorſum habitanti præſtare non tenetur, fallit ſi culpa viri receſſerit.*

28 *Dotis reſtitutio peti non poteſt coram ſæculari iudice ex ſæuitia viri, vel alijs de cauſis, ante ſententiam iudicis Eccleſiaſtici ſeparationis matrimonij quoad thorum.*

29 *Iudex laicus de reſtitutione dotis rectè cognoſcit, poſt tamen iudicis Eccleſiaſtici ſententiam ſeparationis thori ex cauſa adulterij, vel poſt adulteriũ vxoris notorium.*

31 *Maritus debitum vxori denegare in foro poli iuſtè poteſt, ſi certus ſit de illius adulterio, licet non poſſit eam à cohabitatione expellere propria authoritate, quod permittitur in foro exteriori.*

32 *Adulterij notorij, ad ſeparationem matrimonij, exempla.*

33 *Notorium dicitur, quod ex confeſſione partis in iudicio, & principaliter facta, conſtat.*

34 *Condemnatio ex notorio, vt ſequatur, debet reus ſuas facere defenſiones.*

35 *Confeſſio non inducit notorium in cauſa ciuili, niſi facta concluſione in cauſa, & an ſola confeſſio extraiudicialis mariti de adulterio, ſufficiat ad probationem adulterij.*

36 *Mulieres, ſuperbi, tumentiſque animi ſunt ſuaptè natura.*

37 *Sæuitia non præſumitur, maximè in viro bonæ qualitatis erga vxorem.*

37 *Sæuitia probatur per teſtes omni exceptione maiores, & de requiſitis in illius probatione, num. 43.*

39 *Sæuitia marito non officit, niſi ſit nimia, num. 44. & 49. & quando dicatur magna, iudicis arbitrio relinquendum, num. 40.*

41 *Vxori de ſæuitia viri non creditur, niſi probetur.*

42 *Vxor cum eius viro permanere debet, etiam ſi ſit peruerſus, ſi ſæuitia non eſt maxima, neque propria authoritate, & ſine iudicis ſententia, ab eo diuertere debet; niſi ſit periculum in mora.*

45 *Maioribus erga inferiores, ſenioribus cõtra iuniores, etiam non coniunctos, moderata caſtigatio permiſſa.*

46 *Maritus poteſt vxorem moderatè caſtigare, etiam carcerando, non tamen ſine cibo.*

47 *Promiſſio viri de non offendendo vxorem, intelligitur de immoderata, & doloſa caſtigatione, & quæ dicatur immoderata.*

48 *Vxor non poteſt à viro diuertere, niſi ex nimia ſæuitia, & quando vitæ periculũ metuit; fallit ſi ex inſolito ira, ac perturbationis motu viri contingerit, & num. 50.*

51 *Separatio thori ob ſæuitiam viri, etſi locum habeat, dos tamen non reſtituenda, ſed ſolùm ex fructibus vir alimenta vxori præſtare cogitur.*

ARGVMENTVM.

Vxori, an liceat ob viri adulterium, vel ſæuitiam diuortium petere, & ad dotis reſtitutionem agere, & coram quo iudice.

PRO

Pro quadam ex Regni Magnatibus.

CONTROVERSIA LXI.

CVm ex facto consultus in graui ca-
su, super repetitione dotis, & ante-
fati, prætensa per vxorem ex viri viuē-
tis culpa, subscriptas iuris conclusio-
nes delegerim, placuit illas hic adnec-
tere.

Prima igitur conclusio, quam reas-
1 sumit aduersarius, licere vxori ob vi-
ri adulterium, non minus quàm viro
ob adulterium vxoris, diuortium pe-
tere, & obtinere, super qua tam latè
insistit ex authoritate SS. Patrum
Theologorū, Iurisperitorum, & Sum-
mistarum, quos in vnum congerie
*P. Sanch. de matrim. lib. 3. tit. de diuort.
disput. 3. per totam*, referens ex eodem
Sanch. nedum omnes authores ab eo
congestos, sed sigillatim rationes, &
resolutiones ad obiecta, quibus mo-
uetur *Cardin. Caiet.* dum contrariam
fundauit sententiam, scilicet licere so-
li viro ob adulterium vxoris, diuortiū
quoad thorum, & habitationem obti-
nere, nō etiam vxori, cū valde dissimi-
lis sit ratio, vt vxor possit à viro adul-
tero diuertere, cum adulterium vxo-
ris longe grauiorem iniuriam irroget
propter sobolis incertitudinem, & vi-
ri infamiam; vnde non mirum, si maxi-
ma existente diuersitatis ratione, non
idem ius sit in vtroque.

Sed quorsum ista in casu nostro? &
ad quid occupare membranas tran-
scribendo ferè integram disputationē
P. Sanch. cum autoritatibus, & moti-
uis vtriusque partis.

2 Primò, quia si pars prætendit agere
de diuortio quoad thorum ex causa
adulterij, nedum inutile est, sed im-
pertinens, quinimmò sacrilegum hoc
obijcere, & tractare coram alio iudice
quàm Ecclesiastico, vt de se patet, &
probatur *in cap. tuæ, de procur. & in
cap. 1.* in quo aduersarius adeò se
fundat, *Vt lite non contestata*, quæ iura
ad hoc in puncto ponderat idem
*P. Sanch. dict. lib. 10. de diuort. disput. 8.
ex numer. 15.* reddens rationem, quia
cum agatur de viribus matrimonij
dissoluendis, quod Sacramentum, &
magnum est, huiusmodi cognitio est
solius iudicis Ecclesiastici, citat
D. Thom. cum turba Theologorum, &
Iuris vtriusq; peritorum, & Summis-
tarum, ex quo subdit hæc verba, *vnde
3 non est audiendus Decius consil. 212. n. 2.
contendens, si simul agatur de diuortio,
& amissione dotis, eam cognitionem esse
mixti fori*, quod cum quadam restric-
tione dicit admittere *Afflict.* sed vt
subijcit idem *Sanch. neuter audiendus
est, quia etiam si de sola coniugum sepa-
ratione ad tempus ob lepram agatur,
solus Ecclesiasticus est competens, ex Co-
uarr.* & alijs, sed benè per contrarium
admittit idem *Sanch. in versic. quando
4 autem*, iudicem Ecclesiasticum co-
gnoscētem de diuortio, rectè cogno-
scere posse de alimentis, & dote ad-
mittenda, tanquam accessoriè ad ip-
sum pertineat, nisi tamen principaliter
quæstio de dote coram sæculari di-
sceptetur; quia tunc ex communi,
quam profitetur etiam veriorem, so-
lius ipsius temporalis iudicis debet
esse cognitio; leges enim de repudijs,
& diuortijs per Gentiles latas, & cer-
to modo etiam Christianis Impera-
5 toribus toleratas, Christus Dominus
reformauit, & reducens matrimoniū
ad sinceritatem suæ primæ institutio-
nis, & originis, præcepit, matrimoniū
ob nullam causam posse dirimi quoad
vinculum, quia quos Deus coniun-
xit, homo separare non potest, quod
etiam apud Gentiles, & Iudæos ho-
die post aduentum Christi obtinet, &
licet quoad thorum separari possit ex
causis, id solùm eius Vicario, & ordi-
narijs ab eo dependentibus Ecclesia-
sticis permittitur, vt eruditè de more,

& la-

& latè explicat *Barboſ.in rubr.2.p.ex n.9.& in l.2.in princ.n.140.& in verſ. ſi verò maritus, ff.ſol.matr.* vbi tam in adulterio notorio,quam in non notorio, vbi inter coniuges agitur ciuiliter ad ſeparationem thori, & mutuæ cohabitationis,ſine dubio fundat,huiuſmodi cognitionem ſpectare ad ſolum Eccleſiaſticum,reprobato *Dec.in dict. conſ.212.num.2.*

Præterea & ſecundò,etiam ſi eſſemus coram competenti iudice ipſius diuortij,non video quomodo aduerſarijs ſic pleno ore permittendum ſit de tot adulterijs patratis ob loqui; cum notiſſimum ſit, facta, & fortius delicta non eſſe præsuméda, ſed omninò per veros tramites iudiciarios
6 legitimè eſſe probanda, vt diuortium admittatur quoad thorum à iudice eccleſiaſtico, vt exinde ſequatur dotis reſtitutio,& reliquæ pœnæ,vt nũcupatim decreuit *Innoc.III. in d.c.1.* vbi reſidet baſis, & fundamentum ex aduerſo,*vt lite non conteſt.* vbi deciditur ex teſtibus ſuper adulterio receptis ante litis conteſtationem(dum vir de adulterio impetitus noluit reſpondere, donec Aduocatus eius veniret, inducias poſtulando) vti non ritè receptis, non eſſe ad cauſæ deciſionem
7 procedendum,& redditur ratio,quod licet ordo iudiciarius in alijs controuerſiis ſit ſeruãdus, & in matrimonialibus cauſis non vſquequaq; ſeruetur, quia tamen in præſenti negotio non eſt actum de fœdere matrimonij, ſed de crimine adulterij, per quod ad ſeparationem coniugij, non ad coniũctionem intendirur,non eſt ex teſtibus ſic receptis, & publicatis ad diffinitiuam ſententiam procedendum, & ra-
8 tio rationis eſt,quia vbi agitur de matrimonij ſeparatione etiã quoad vinculum, non ſolùm iuris tramites, ſed etiam rigor, & ſpecialia quædam ſeruantur, vt *in cap.lator , & cap.conſanguinei,de re iudic.*vt explicat *gloſſ.in eod.cap.1.verb.ſeruetur,vt lite non conteſtat.*rametſi exceptio prædicta, reũ ſcilicet non habere Aduocatum , vel eſſe abſentem,aut infirmum,non attẽtendatur aliàs, vbi ſummariè proceditur, & tamen admittitur in cauſa ſeparationis thori, & ſic patet etiã corã legitimo iudice Eccleſiaſtico , legitimè eſſe probandum adulterium , non ex Aduocatorum aſſertione , vt fit in præſenti;& licet adulterium,velut crimen, quod ſecretò committitur,exiſ-
9 timetur difficilis probationis , ita vt admittatur probatio coniecturalis , *l. conſenſu , C .de repud.* tamen debent eſſe coniecturę à natura , vel à lege receptæ , & probaræ , vt ait *gloſſ. in l. abſentem , verb. damnari , ff. de pœnis* , & licet non deſideretur certitudo metaphyſica, ſed ſufficiat moralis , deber tamen eſſe ſuſpicio violenta,quæ ſufficit ad condemnandum,& ita communiter gloſſatur dictum *D.Hieronymi* interpretantis Euangelium *in cap.dixit Dominus,32.quaſt.1.*
10 quinimò nec ſufficere violentã præſumptionem ad diuortium, ſed ſolùm vt coniux innocens curet inueſtigare alterius adulterium,vt eo cognito,diuortium celebret,voluit *Palat.diſt.4. diſput.3.* quem refert *Sanch.de diuort. lib.10.diſput.12.*licet ipſe priorem vti communiorem probet : ſuſpicio autẽ
11 violenta accipienda eſt , qualis refertur *in cap.litteris,de præſumpt.* cum ſcilicet producti ſunt teſtes , firmiter aſſerentes,fornicantem ſolum cum ſola, nudum cum nuda in eodem lecto iacentem, ea intentione(vt credebant) vt eam cognoſceret carnaliter,multis ſecretis locis,& latebris ad hoc commodis, & horis electis, quo caſu licet non verè , nec propriè cenſeatur pro-
12 batus concubitus , ſed præſumptiuè tantùm,quod ſufficeret ad thori ſeparationem , vt multi cum *gloſſ. in cap. præterea, de teſtib:* non tamen deſunt , qui contrarium ſenſerunt, vt *Matheſ. Ant.Roſell.* & alij, quos refert *Crauett.*
13 *conſ.205.num.21.* vbi adulterium nõ probari ex eo, quod iuuenis fuerit inuẽtus ſolus cum ſola in thalamo clauſo,

ſo, iſq; ſoluta habeat femoralia, & mulier recuſet oſtium clauſum reſerare, de quo latiùs *Maſcard. concl.* 59. *n.* 10. *Menoch. de præſumpt. lib.* 5. *c.* 41. *n.* 12. *&* 13. quinimò *gloſſ. in d. cap. præterea, de teſtib. verb. conſcios*, declaratur pro-
14 cedere, vt non ſatis ſit, ſolum cū ſola in locis ſuſpectis reperiri, niſi in eodē lecto, & hora apta ad concubitū; quia prior ſuſpicio eſt probabilis, ſed non violēta, vt ex *Aſtenſ. in ſumma*, *&* *Nauarro in rub. de iudic. num.* 10. probat *Sanch. d. lib.* 10. *diſputat.* 12. *q.* 3. *n.* 45. *vbi ex d. cap. literis*, dicit, id non ſufficere, niſi aliæ circunſtantiæ loci, temporis, vel perſonarum concurrant, ſicut teſtes dicentes, vidiſſe hominem ſupra mulierem, non concludūt adulterium, niſi dicant in actibus venereis, quinimò neq; hoc caſu concludere, cum eſſe poſſit vt vir ſit impotens, & mulier arcta, *Felyn. Campeg. Gratian.* & alij relati à *Maſcard. d. c.* 59. *n.* 5. & ob
15 id ſecundum veriorem, & magis cōmunē non probatur adulterium, etiā quoad ſeparationē thori ex ſolis oſculis, & amplexibus, quæ licet ſint inditia deprauatæ voluntatis adulterandi, non tamen inducunt violentam ſuſpicionem, nec ſimiles ſunt ijs, quæ requiſiuit *Pontifex in dict. cap. literis*, ſicuti etiam non ſufficiant xenia miſſa ab adultero, aut literæ amatoriæ; quin-
16 imò nec illud probari ex eo ſolùm, quòd vxor, inſcio, vel reluctante marito, pernoctauerit, ſcribunt *Menoch. d. cap.* 41. *num.* 23. *&* 29. *cum ſeqq. Maſcard. dict. cap.* 59. *n.* 14. & latiùs *Sanch. d. diſp.* 12. *q.* 3. *n.* 45. 46. *vſque ad* 49. & ideò non ſufficere amplexus, oſcula libidinoſa, & tactus quātuncunq; animo peruenīendi ad adulteriū habitos, eo nō ſecuto, & propterea nec diuortio, nec dotis amiſſioni locū eſſe, latè fūdat *Sanch. d. lib.* 10. *de diuort. diſp.* 4. *ex n.* 12. q. reſpondet ad contrarium, quòd ex ſimilibus actibus amittitur feudum, *in c.* 1. *§.* 1. *quib. mod. feud. amitt.* ex quibus conijcere licet, quàm neceſſaria ſit ſpecifica probatio adulterij cum ſuis requiſitis, etiam ſi coram competenti iudice Eccleſiaſtico ageretur quoad thori ſeparationem, vt non immeritò *gloſſ.* quam inquit *Dec.* DD. communiter ſequi *in fin. de iur. iurand.* In cauſa ma-
17 moniali ob rei magnitudinē exactiſſimas probationes expoſtulat, quia agitur de ſtatu, & fama hominis, *in conſil.* 133. *viſo proceſſu, num.* 2. *et* 3. *vbi ex Anton. Imol. Caſtr. Alex.* & alijs fundat eſſe neceſſarias probationes, quæ in cauſis criminalibus requiruntur, & proindè non ſufficere famam, etiam cum vno teſte.

Secunda concluſio, quam reaſſumit aduerſarius, eſt, maritum, propter
18 cuius ſæuitiam, vel adulterium vxor abijt, ſiuè è domo receſſit, teneri ad dotis reſtitutionem, idque contendit fundari ex *Barboſ. in* 2. *part. rubr. ſolut. matr. poſt num* 40. *&* 41.

Mitto partem deficere, vt ſolet, in ſalutari, cum factum ſibi de more effingat, ſed non poſſum non mirari, dum concluſionem fundat in authoritate *Barboſ.* qui acerrimè pugnat pro contraria vera, & fortè magis cōmuni ſententia; ſiquidem etſi *Bald. in*
19 *l. fin. num.* 12. *C. de ſen. quæ ſine cer.* voluerit, quod ſi mulier propter culpam mariti ſeorſim ab eo habitet, tenetur maritus dotem ei reſtituere, quia cenſetur proprium patrimonium mulieris, *vulg. l.* 3. *§. ſed vtrum, in fin. ff. de minor.* quem pleriq; ſequūtur, hoc tamē veluti falſum, & contra
20 iura expreſſa improbat *Barboſ.* dicens opinionem *Bald.* confundi ex verbis, & mente *cap.* 1. *vt lite non conteſt.* cui aduerſarius innititur, *& cap.* 1. *de don. inter vir. & vxor.* vt ſcilicet nunquā dos ſit per maritum reſtituenda vxori, antequam facta ſit ſeparatio iudicio Eccleſiæ; antea enim, cum matrimonium conſiſtat quoad omnia, niſi is Iudex prius ſeparet, qui poteſt, non tenebitur maritus dotem reſtituere, ex regula *l.* 2. *in princ. ff. ſolut. matrim.* & addit *Barboſa, Bald. & ſequaces*, po-
21 tius docere debuiſſe, quod licet ma-

ritus

ritus non teneatur vxori seorsim à se habitanti alimenta præstare, cum ipsa non præstet obsequia, et si non facit id quod debet, non debet recipere, quod ei debetur, *gloss. 1. ad fin. in cap. signif. de diuort. Peguer. decis. 20. à num. 1.* id tamen temperandum esse quãdo mulier sine culpa viri diuertit, sed ex propria temeritate, sed si propter sæuitiã mariti, vel aliam eius culpam seorsim habitet, tenebitur maritus ad alimenta; sequitur enim collectio, vxor culpa mariti seorsim habitat; ergo cum proinde sit, ac si habitaret, rectè alimenta petet, non tamẽ dotem, nisi prius Ecclesia separet thorum: & hanc opi-
22 nionem latissimè iteratis, ac repetitis verbis pluries deliberatè, & consultò ex iuris veris principijs fundat *Barbosa d. num. 41. vsq; ad 45. vbi n. 44. in fin. vers. ex his igitur,* dicit opinionem *Bald.* & sequacium minimè veram esse, sed resoluendam vt supra: authorem recenset huius opinionis pro marito *Ioann. Andr.* quem sequitur *Paul. Castr. Alex. Bald. Nouellus, Crotus, Ripa, Alciat. Pontanus,* & alij relati à *Barbos. d. n. 24. vers. sed hęc opinio,*
23 & hanc opinionem *Ioann. Andr.* latè nedum vt veriorem, sed etiam vt magis communem, vt ex authoribus ex vtraque parte relatis, constat, defendit viuis rationibus, & apertis iuribus resoluens cõtraria *Martin. Coler. Germanus tract. de aliment. lib. 1. cap. 10. ex num. 28. vbi num 32.* aduertit, *Alex. in cons. 18. volum. 5.* malè allegari à *Parpalea,* vt consuluerit pro *Bald.* opinione, quinimò potius stare pro contraria, cuius rationes ne in vitium aduersarij incidam, non transcribam: sed so-
24 lummodo addo hanc opinionem pro viro expressè firmare *Isern. quæ sunt regalia, verb. contrahentes incestas nuptias in addit. post num. 35.* vbi verbis aureis pluries hoc repetendo, dicit post *versic. dicit tamen* quod si agatur vt matrimonium separetur quoad thorum propter adulterium, coram ecclesiastico iudice, non autem sæculari agẽdum esse, citat *c. tua de procur.* & subdit ex *Hostiens. & Innoc.* esse indubitatum, non posse scilicet agi de dote restituenda, nisi post matrimonium separatum ab ecclesiastico, & tũc inquit *Isern.* ciuilis iudex cognoscit, secus si pendente iudicio separationis, quia incidẽter posset de dote cognoscere etiam ecclesiasticus, & mox addit, quod facta sepratione, si de dote agatur, cognoscat ciuilis iudex, iterũ, *imò nec competit de dote actio ante separationem factam, argum ff. de except. rei iudic. l. egi,* sed intentatum iudicium de dote, pendẽte separatione, vt glossat *Liparul.* separatione secuta, confirmatur, citat iura idem *Isern in Const. Menti nostra, in vers. in textum ibi indicandi, num. 70. fol. 297.* & tenet etiam *Afflict. in ead. Constit. num. 4. 5. notab.* & sic patet, nedum non posse ferri sẽtentiam restitutionis dotium ante separationẽ, sed nec agi posse ad ipsius restitutionem, nisi separatione secuta nouissimèq; *Cabed. dec. Lusit. 124. q. 2. Melchiseb. ibid. in dec. Lusit. 72. à n. 1. ad 5.* & etiam in adulterio, & notorio viri concubinatu necessariam esse iudicis competentis sententiam, ex cõmuni tradit *Martin. Bonacin. re. de mat. q. 4. p. 5. n. 10.* post omnes tenet eruditissimus *Reg Valenzuela in eius eruditissimo cons. 41.* & hanc opinionẽ
25 in fortiori casu probauit *cons. Cataloniæ apud Peguer. decis. 20.* vbi etiã, probata sæuitia, & malis viri tractamentis, pluries vxori mortem varijs, & excogitatis modis machinando, ex quibus iustus fuit habitus recessus vxoris à domo viri, non tamen ad aliud fuit condemnatus vir, nisi ad alimenta, ex *decis. Afflict. 10. & Papæ decis. 439. num. 6. & in cons. 127.* & nouissimè cõprobatur hæc opinio authoritate *Rot.*
26 *Rom.* in recollectis per *Farinac. in decis. 278.* vbi postquam latè egit de sæuitia, & quomodo probetur, in fine subdit *num. 17.* quod licet millies sit locus separationi thori, attamen dos non est restituenda, sed tantùm coge-

tur

tur vir ex fructibus alimenta præſtare, citat *Hoſt. in ſumma de diuort. num.* 5. *& Bald. in cap. ex parte, num.* 8. vbi verè hoc firmat *Bald.* de conſuetudine, ex quo videri poteſt, quàm malè *Baldum* proſe ponderauerit aduerſarius *in eod. cap. ex parte*, itaut *Bald.* ſaltim vt ſibi contrarius in hoc articulo pro neutra parte citari poſſit, idemq; cum *deciſ. Catalonia* concordat *Gama in dec. Luſitaniæ* 62. *poſt num.* 4.

27 Addo *Rot. Aueniouenſ. dec.* 131. *n.* 1. *& Gratian. tom.* 3. *citat.* 455. qui pro hac eadem opinione citat *Hoſtien. & Ioan. Andr. Bald. in d. c. ex parte, num.* 8. *Soc. conſ.* 64. *n.* 1. *lib.* 4. *Crauett. conſ.* 31. *num.* 6. & licet ipse inclinet in contrariam partem *num.* 9. *& ſeqq.* velut æquiorem, eam tamen temperat, vt procedat vbi non adſunt filij, vel vbi conceſſa prius fuit ſeparatio iudicio Eccleſiæ, & ita dicit concordare opiniones diſſidentes *Barboſ.* vbi ſupra, quibus addo *Pariſ. conſ.* 54. *num.* 38. vbi quod non ſit grauandus maritus reſtituere dotem, etiam ſi vxor iuſtè diuertat.

Et ob id non ſine myſterio noſter *Præſes de Praneb. deciſ.* 244. artificiosè dixit, propoſitam fuiſſe quæſtionē in Sacro Conſilio, ſed non deciſam, an facta ſeparatione matrimonij quoad thorum per ſententiam iudicis Eccleſiaſtici, ſit reſtituenda dos, & ſic pro conſtanti ſuppoſuit, non poſſe aliter

28 prætendi reſtitutionem dotis ex ſæuitia, vel alijs de cauſis, de quib⁹ agit, niſi præcedat ſententia iudicis Eccleſiaſtici, *& in deciſ.* 312. *num.* 3. *idem Præſes de Franeb.* teſtatur, fuiſſe obiectum Aduocato vxoris petentis reſtitutionem dotis ex cauſa furoris, non poſſe agi coram ſæculari, niſi prius per iudicem Eccleſiaſticum, ad quem ſpectat cognitio ſeparationis matrimonij, decidatur, an ille furor ſit iuſta cauſa ſeparandi matrimonium, quo deciſo, Sacrum Conſilium iudicare debere ſuper reſtitutione dotis, pro pro vt in dies facere Sacrum Conſilium, teſtatur, cum incidit quæſtio validitatis, vel ſeparationis matrimo-

29 nij, & Aduocato actricis alleganti *conſ. Dec.* 212. refert, replicatum fuiſſe, non poſſe aliter cognoſcere iudicem laicum incidenter de dotis reſtitutione, cum proponitur ſeparatio thori ex cauſa adulterij, vel ſæuitiæ, niſi quando non dubitatur, penitus adulterium commiſſum, & ſubdit in caſu per *Dec.* relato, conſtare de adulterio per confeſſionem partis, & per ſententiam, & ita addit tenere *Alciat. in l. in omni innouatione, C. de ſacroſ. Eccl.* & quia in caſu deciſionis dubitabatur, ſi furor eſſet intolerabilis, & talis, qui ſufficeret ad ſeparationem, fuit proinde deciſum, articulum eſſe remittendum, & deciſo puncto ſeparationis ab Eccleſia, fuiſſe deinde deciſum articulum reſtitutionis in Sacro Conſilio, vt ex hoc videatur, quā malè citentur per aduerſarium etiam deciſiones noſtri Sacri Conſilij, & quam peſſimè citetur *Saneb.* vt concordet cum *Dec. in d. lib.* 10. *diſput.* 8. dum ex *num.* 15. *ad* 26. acerrimè in *Dec.* inuehit.

Nec aliquis ex DD. quos citat aduerſarius, nec alius etiam ex ijs, quos curiosè plegi, dat limitationē, q̄ pars effingit, vt poſſit iudex laicus cognoſcere de ſeparatione thori ad effectū reſtitutionis dotium in adulterio viri notorio; *Dom.* enim *de Franeb.* quem citat *in d. dec.* 312. nullum verbum dicit de adulterio ſimpliciter notorio,

30 ſed tm̄ reſtringit *dictum Dec. in conſil.* 212. vt loquatur de adulterio, quod conſtabat per confeſſionem, & per ſententiam iudicis Eccleſiaſtici, vt verè dicit *Dec. in fin.* ibi, *& de adulterio conſtat per ſententiam, & confeſſionem mariti, meritò*, &c. *Barboſa* verò poſt *Sot. Panormit. Couarr. Clar. Catellian. Nauarr.* & alios, quos citat *in* 2. *part. rubr. ſolut. matr. poſt n.* 26. *verſ. quintò*, vbi in ſpecie eum citat, aduerſarius non aliud diſputat, niſi an mari-

31 tus, qui certus eſt de adulterio vxo-

ris,

ris poſſit iuſtè in foro poli denegare debitũ vxori.& quamuis dicat, quod propter adulterium, etiam quod dicitur notorium,non poſſit eam expellere à cohabitatione,propria authoritate,citans *Couarr. Sot.& Clar.*tamen ſubdit, in foro conſcientiæ non peccare, & addit, quod in foro exteriori poterit ſe propria authoritate à cohabitatione ſeparare, ſi adeò ſit notorium, vt inficiationi non ſit locus, *cap.ſignificaſti de adult.* citat *Panorm. Syluestr. Catellian.*& alios, de quo latius *Sanch. diſput.*12.*q.*1. *&* 2.*per totam*, quod autem dicatur notorium
32 adulterium in ſpecie, exempla affert *Sanch. d.diſput.*12.*q.*2. quando ſcilicet eſt notorium facti permanentis,vt ſi extent filij,notoriè ex adulterio ſuſcepti, vel ſi coniux eſt conuictus per ſententiam,vel ſi in iudicio ſit ſpontè coniux confeſſus adulterium, adeò vt non dicatur notorium, etiã ſi vxor occultè deprehendatur adulterans, ſed oportere publicè deprehendi,puta in lupanari,& ita intelligit ex communi *text.in l.palam*,43.§.*ſin.ff.de rit. nupt.*& ſubdit, *non ergo quodcunque notorium ad hoc ſufficit,ex cap.porrò,de diuort.*ꝙ innumeris probat, quæ non tranſcribo, ꝙ concordat iuris princi-
33 pijs; illud .n. verè, & propriè dicitur notorium,ꝙ ex confeſſione partis cõſtat,vt latiſſimè probat *Pacian. de probat.c.*11.*n.*3.*&* 44. & aliàs notorium dicitur adulterium, quod non ſolùm conſtat ex confeſſione facta in iudicio,ſed requiritur, quod cõfeſſio fiat
34 principaliter,& non incidenter, & vt ex notorio ſequatur condemnatio, neceſsè eſt vt reus faciat ſuas defenſiones, & quod aduerſus confeſſionẽ
35 nihil probet; in cauſa verò ciuili ex confeſſione non inducitur notorium, niſi facta concluſione in cauſa, vt ex *gloſſ. cap.ſignificauerunt, verb.liquere, vbi Imol. de tex.*fuiſſe deciſum per Sacrum Conſilium teſtatur *Afflictus in puncto deciſ.*176.neq; ad probandũ viri adulterium ſufficit ſola viri extraiudicialis confeſſio, vt poſt *Rice. dec.*238.tenet *Molfeſ.*2.*tom.part.*6.*q.*5 *num.*22.benè *Menoch.conſ.*850.*n.*16. *volum.* 9.vbi concludit, non nocere mariti confeſſionem,etiam in iudicio factam inter alias perſonas, non cum vxore.

Tertia concluſio, dum ex ſæuitijs, & malè geſtis prætendit reſtitutionẽ dotium, & antefati,deficit in facto,& in iure.

In facto; ſiquidem cum nihil penitus ſit probatum, & ea, quæ voce effinguntur, nec vera ſint, & congruo tempore in termino concedendo,cognoſcent iudices Eccleſiaſtici, cuius culpa factus fuerit ingreſſus in monaſterium,pro nunc etenim meminerint
36 mulieres ſuaptè natura eſſe ſuperbi, tumentiſq; atq; elati animi, teſte *Alb. in l.aduerſus,C.de crimine expilatæ hæreditatis*,tum verò adauget ſuperbiam forma,ſpeciesq; corporis, vt eruditè, ac de more ex Sacra Scriptura,Sãctis Patribus, Hiſtoricis, & politioribus authoribus,probat *Tiraquell.in ll.connubial. l.*2.*in princ.* & latè *Sylu.nuptial.*

Sæuitia autem, vti delictum non
37 præſumitur, & maximè in viro tantæ qualitatis, ſed debet neceſſariò, & concludenter probari, *Ferrett. conſil.* 203. *num.* 3. *in princip.* nec ſufficiunt
38 teſtes, ſed debent eſſe omni exceptione maiores, *Roland.conſ.*50. *n.* 1. *&* 12.*lib.* 1.quem citat *Barboſ.* in ſpecie *in d.*2. *part. rubr.ſolut. matr.poſt n.*27. *verſ.dummodo*,cui addo *Pariſ.conſ.*54. *ex n.*14.*cũ ſeq.vol.*4.vbi quod requirũtur probationes concludentiſſimæ, quas aliàs in arduis,& grauibus cauſis conſtat,requiri;nec probari per teſtes de auditu, per famam, nec per confeſſionem etiam partis extraiudicialem, *& numer* .38. dicit, minimè conuenire honeſtati, maritum interdũ iniuria, & offenſum priuari vxore, & grauari reſtituere dotem, culpa, & cauſa ipſius vxoris fingentis ſæuitiã,

& timorem, & vt dicebat *Farin. dict. decis.* 278. teſtatur iudicatum, quod
39 ſæuitia non officit, niſi ſit nimia, & quæ
40 licet relinquatur arbitrio iudicis, quæ ſit magna, vel parua, vt per *Menoch. caſ.* 138. *in fin. de arbitr.* ante eum *Tiraquell. in l ſi vnquam, verbo, omnia, num.* 31. *in fin. de reuoc. don.* vbi loquitur de viro in exceſſu moroſo, & ſæuo, nihilominus arbitrium iſtud deberi iure, & ratione regulari, ex *Bald.* &
41 alijs, & proinde non credi vxori de ſæuitia, niſi probetur, quia vani oris nulla debet eſſe cõſideratio, niſi quis timeat, quod etiam inconſtantes timere ſolent, *Lup. in cap. per veſtras*, 3. *notab. numer.* 5. *in fin. de donat. inter vir. & vxor. poſt Riminald. inter conſ. matr. conſ.* 81. *num.* 24. tradit *Farinac. decis.* 39. *num.* 3. & addit *Menoch. d. caſ.* 138. non probari per teſtes ſingu-
42 lares, & quod vxor cum eius viro, etiam ſi ſit peruerſus, permanere debet, & eum pati, ſi ſæuitia non eſt maxima, & intolerabilis, *ex Soc. Neuiz. in Sylua nupt. l.* 1. *§.* 2. *num.* 37. & concordat *Peguer. d. decis.* 20. *numer.* 9. vbi tradit exemplum iuſti metus, quando probaretur, maritum mortem vxoris machinaſſe, & de requiſitis in pro-
43 banda ſæuitia, optimè *Roland. conſ.* 27 *in princip. lib.* 3. & latiùs *Natta in conſil.* 616. *in princ. lib.* 3 *Octauian. Vulpell. tract. de pace, & promiſſ. de non offendẽdo, q.* 74. & cœteris melius *Sanch. dict. libr.* 10. *de diuort. diſput.* 18. *n.* 2. *&* 10.
44 vbi talem debere eſſe ſæuitiam, vt vitæ periculum iuſtè timeatur, nec ſatis eſſe quodcumq; malum timere, ſed malum illud eſſe graue, ac tale, quale ad metum viri conſtantis exigitur, qa cum diuertere res ſit grauiſſima, non ob cuiuſcunq; mali timorem permittendum eſſe; daretur enim alioquin anſa paſſim diuertendi, cum rari ſint coniuges, inter quos non aliquæ oriantur diſcordiæ.

45 Si enim moderata caſtigatio maioribus erga inferiores permitti, palam eſt, quinimò ſenioribus erga iuniores, etiam non coniunctos, vt ex *Lycurgo, Plutarco, & Platone, D. Gregor. ſuper Ezecch. & ex Tiraquell.* congerente probat *Menoch. de arbitr. q.* 364. *per totum, vbi ex Alex. Momodeo, Dec. Alciat. Tiraquel.* & alijs probat idem *Menoch. dict. cap.* 364. *num.* 8. *&* 9. vbi quod
46 poteſt etiam vxorem incarcerare, non tamen ſine cibo, quod moriatur, *dict. lib.* 1. *§.* 2. *num.* 36. adde *Petr. ad Gram. decis.* 34. *numer.* 11. qui allegat *Parid. de ſyndic. in verbo, captura, cap.* 3. & alios, vt per eum, & quod maritus vxorem in vinculis tenere poſſit, dixit quoque *Dec.* 157. *regul. l. fœmina, num.* 61. *de regul. iur. ex gloſſ. in c. quemadmodum, de iuretur.* & licet hoc verũ afferat in vxore clerici, ſecus laici, per *text. in c. placuit,* 33. *q.* 2. alios reaſſumit *Viu. decis.* 435. *num.* 10. *lib.* 3. vbi non valere pactum, quod vir promiſerit vxorem nõ caſtigare, vel ſi promiſiſſet
47 non offendere, non tamen intelligenda eſſet promiſſio de moderata, ſed de immoderata; & doloſa caſtigatione, quæ ſola eſt punibilis, & ex qua, licet diuertere, vt per eum *ex num.* 11. *ad* 16. *vbi ex Signorell. conſ.* 62. dicit non cenſeri immoderatam caſtigationem, ſi ligno non acri, vel calce fuerit percuſſa.

Quæ etſi non admittenda ſint ſic de facili inter Nobiles, & Magnates, quinimò quilibet etiam inferioris cõditionis abſtinere debet; ne iram vxoris indignatæ prouocet; cum tamen integrum eſſe debeat viro vxorem verberare poſſe, non paſſim, nec acriter, ſed ex cauſa, & rarò, vnde ſequitur, ex actu verberandi permiſſo, manifeſtum eſſe non licere vxori diuertere, quia vir iuſtè agit, adeò vt etiam ſi leuis eſſet verberatio, etiam abſque cauſa, idem iuris eſſe cenſeat *Sanch. d. diſput.* 18. poſt *n.* 16. quia quamuis in-
48 iuſtè agat, ea tamen ſæuitia non eſt tanti momenti, vt ſeparatio vxori cõcedatur cum non niſi aeris verbera-

tio,

tio, & magna ſæuitia præbeant iuſtam cauſam vxori, quinimò idem cenſeat non licere hoc diuortium cauſa verberationis præteritæ, quãtumuis atrocis, ſi caſu ex inſolito iræ, ac perturbationis motu viri contigerit: ex hoc ſaltim ſequitur, quod non quæuis ſæuitiæ allegatio, præſertim voce admittenda ſit vt legitima, ad finem diuertendi, & potiſſimè ad dotem repeten-
49 dam; cum diligentem circumſpectionem, an, & quomodo huiuſmodi ſæuitia, eaque iteratò probetur, rei magnitudo exquirat, vt probat *Colerus d. lib.* 1. *de aliment.cap.* 10. *numer.* 21. *qui num.* 25. *&* 26. ſubdit, nimiam, & atrocem debere eſſe ſæuitiam, vt vxori liceat diuertere, nec nimiũ iudicis arbitrium, & habenas non eſſe nimis la-
50 xandas; ſiquidem iura noſtra vxori à marito aufugiendi facultatem tũ demum cõcedunt, quando vitę damnũ metuit, & alia; & dato millies, q ob ſæuitiam locus ſit ſeparationi thori,
51 non eſt tamen dos reſtituenda, *Farinac. deciſ.* 278. *num.* 17. *poſt Hoſtienſ. tit. de diuort. n.* 5. ſed ſolùm ex dotis fructibus cogitur alimenta vir vxori præſtare, iuxtà *l. ſi cum dotem,* §. *ſin autem, ff. ſolut. matrim. & ex Bald. in c. ex parte, num.* 8. *de conſuetud.* & ita ſub cẽſura conſeſſus delegatorum ſupremi ordinis Collateralis Conſilij.

SVMMARIVM.

1 *Vxorem etiam ſi concedatur, ob viri adulterium, poſſe petere reſtitutionem dotis, & donationis propter nuptias, id tamen non aliter eſt admittendum, niſi præuia ſententia ſeparationis thori iudicis Eccleſiaſtici competentis, idq; ex ſeparatione ob ſæuitiã, n.* 7. *&* 19. 21. 26. *et* 30. *ampliatur & ſi adulteriũ ſit notorium, num.* 3. *&* 4. *& an poſſit propter hoc ſaltim vxor à viro diuertere, vel maritus vxorem adulteram propria authoritate expellere, num.* 6. *&* 7.

5 *Lite pendente ſuper ſeparatione thori, alimenta tantùm, non autem integri dotis fructus vxori debentur.*

6 *Confeſſio viri extraiudicialis, nec etiã iudicialis ſacta inter alias perſonas de proprio adulterio, non ſufficit vxori ad obtinendam thori ſeparationem, niſi fuerit adulterium in iudicio inter eaſdem partes.*

8 *Notorium operatur, quod non detur reſtitutio ſpoliato, & num.* 9.

10 *Adulterium notorium quod, & quando dicatur.*

11 *Iudex an iudicet ex notorio non apparente ex actis.*

12 *Separatio thori an admittatur in Curia Archiepiſcopatus Neapolitani ob viri adulterium, & num.* 27.

13 *Vxor allegans viri ſæuitiam, eam probare debet.*

14 *Sæuitia an ſit iuſta cauſa, vt liceat vxori à viro recedere, & num.* 16.
Sæuitia, quæ ſit ſufficiens quoad thori ſeparationem, arbitrio iudicis remittitur, nec ſufficit quilibet vanus timor vxoris, num. 15. *& n.* 31.

17 *Matrimonio quoad thorum ſeparato, vtrum neceſſariò dos ſit reſtituenda, vel alenda tantùm vxor ex fructibus ipſius, & num.* 21.

18 *Probationes pleniores requiruntur in magnis rebus.*

20 *Mulier pulchra ſuperba res eſt.*

22 *Iudex Eccleſiaſticus ſolus cognoſcit de adulterio, ad finem, vt propter ipſum, diuortium celebretur, n.* 23. *ſed iudex laicus cognoſcit de crimine adulterij quouſq; non dubitetur de matrimonio, & de ipſius validitate, n.* 24. *&* 25.

28 *Diuortium erat licitum iure antiquo, ſecus verò de iure auth. & Canonico, & declaratur* Napodan.in Conſuetud.Vbi dos.

29 *Alimenta debentur vxori, lite pendente.*

30 *Iudex laicus cognoſcit de reſtitutione dotis.*

ARGVMENTVM.

Vxori, tametſi ob adulterium, vel ſæuitiam viri concedenda eſſet dotis, & antefati reſtitutio, neceſsè eſt tamen, vt præcedat ſententia ſeparationis thori, iudicis Eccleſiaſtici competentis, quod autem in adulterio notorio, & quando dicatur notorium, & legitimè confeſſatum. De ſæuitia neceſſaria ad thori ſeparationem. Quando ſolùm alimenta vxori debeantur, vel dotis etiam reſtitutio, & coràm quo Iudice de prædictis, de crimine adulterij, de viribus matrimonij.

In cauſa ardua repetitionis dotium, & antefati ob viri adulterium inter Magnates.

CONTROVERSIA LXII.

INitium harum allegationum proteſtatio erit, non in mentem veniſſe vltionem eorum, quæ procul à vero, & à cauſa aduerſus meritiſſimũ clientem, quem tuemur, dicta ſunt conuitia nempè, criminumq; obiectiones; ſiquidem Aduocatus, qui ſemel temerè, & nimis auidè iurgium, alioqui intra domeſticos parietes terminandum, excitandum, & ſuſcipiendum inter hos Proceres decreuit, non mirũ ſi ſpe lucri facta, quæ non præſumuntur, ſibi effingat, vt ſuper eis fundet iuris concluſiones, & perſepè quaſi vno ore reprobatas, inter receptas adſcribat.

Nos verò incorruptam fidem profeſſi, defenſionem eorum, quæ prius ſcripta ſunt, aggrediemur, eòq; ſpes certæ victoriæ nos duxit, vt aduerſarijs loquendi licentia pro vincendi guſtu, nobis autem veritatis indagatio, vt fucatis nebulis, pro vindicta ſat eſſe videatur; agitur enim res coram eminentiſſimis viris, apud quos intra cancellos modeſtiæ nos retinere, vtillimum fore ſpero.

Dicitur primò, per adulterium viri, vxorem poſſe ſeparationem thori, & dotium, & antefati reſtitutionem petere, & in hoc latiſsimè pars inſiſtit: ſed in hoc eſt aduertendum, admiſſa illa opinione, per adulterium
1 viri legitimè probatum, poſſe competere ſeparationem thori; id ita demum concedendum eſſe, ſi prius p̄cedat ſeparatio thori facienda per Iudicem eccleſiaſticum, alioquin hac præambula prouiſione deficiente, poſſe vxorem petere dotis, & donationis propter nuptias, reſtitutionem, hoc eſt contra veros iuris terminos, & etiã communes DD. traditiones, & ex eiſdem iuribus, & authoritatibus pro parte adductis, contrarium de iure conſtat, allegat pars *tex. in cap. 1. cum concord. vt lite non conteſt.*
2 & ex hoc *tex.* expreſsè contrarium colligitur, ibi, *libello vxoris ſuæ*, quo virum ad ſeparationem thori, vt dotẽ reciperet, de adulterio accuſabat, qui *tex.* ſupponit, vt prius ſeparatio thori per ſententiam Iudicis Eccleſiaſtici requiratur; & ponderat *Barbat. in rubr. ſolut. matrimon. part. 2. num. 42. vſque ad num.* 45. & ad hoc allegat authores huius opinionis *Ioann. Andr.* quem ſequuntur *Caſtr. Alexand. Bald. Nouell. Crot. Roman. Alciat. Pontan.* & alij relati per *Barboſ. verſ. ſed hæc opinio*, nouiſſimè & magis ęquam, & veriorem probat *Martin. Coler. in tract. de aliment. lib. 1. cap. 10. num. 28.* vbi etiam *numer.* 32. aduertit, malè in contrarium allegari *Alex. in conſ. 78. volum.* 5. eamque opinionem firmat *Iſern.* qui rogo videatur *in tit. quæ ſint regal. in verbo, contrahentium inceſtas nuptias, in addit. poſt n.* 35. *Afflict. in*

Conſil.

Conſt. Regni, Maieſtati noſtræ, n. 4. 5. *not.* & latiſſimè fuit dictum *in primis allegationibus, verſ. ſecunda concluſio*, nouiſſimèq; *Cabed. deciſ. Luſit.* 124. *q.* 1. *Melch. Feb. ibid. in dec. Luſit.* 72. *à n.* 1.
3 *ad* 5. & etiam in adulterio, notorioq; viri concubitu, neceſſariā eſſe quoad thorum in foro iudiciali, competentis iudicis ſententiam, ex communi tradit nouiſsimè *Martin. Bonacin. re. de mar. q.* 4. *p.* 5. *num.* 10. idque confir-
4 matur à ratione inconuincibili, quia poſſet contingere, quod per dictum iudicem Eccleſiaſticum decernatur, non eſſe locum ſeparationi matrimonij quoad thorum, & conſequenter cohabitare vxorem debere cum viro; proinde ſi ante prædictam declarationem prouiſum fuiſſet per iudicē ſecularem ſuper reſtitutione dotium, talis ſententia euaneſceret; & pen-
5 dente lite ſuper ſeparatione thori, non integros dotis fructus, ſed tantùm alimenta vxori competere, latè etiam in primis allegationibus fundatum fuit, *verſic. prima concluſio.*

Secundò, eſt aduertendū, de adulterijs viri non conſtare, & ſic non ſuf-
6 ficit ſola viri confeſsio extraiudicialis, vt poſt *Ricc. in dec.* 238. tenet *Molfeſ. in* 2. *tom. p.* 6. *q.* 5. *n.* 22. *f. mihi*, 203. benè *Menoch. conſ.* 850. *vol.* 9. *n.* 16. *et ſeq.* vbi non nocere concludit confeſsionem mariti, etiam in iudicio factam inter alias perſonas, non cum vxore, quātò magis, vbi nulla approbatio, nec confeſsio apparet. Nec refragatur quod deinde pars ſubdit, ob
7 adulterium viri notorium, poſſe vxorem propria authoritate à viro diuertere abſq; iudicio Eccleſiaſtico, ad finem, vt in foro exteriori poſsit dos peti; nam ex DD. quos allegat, quos curiosè perlegimus, nemo hoc dicit, quinimò *Abb.* per ipſum allegatus in *cap. fin. de adulter.* dicit contrarium, dum ita diſtinguit *num.* 6. quod aut quærimus ſi poteſt vir propria authoritate vxori publicè, vel ſecretè adulteranti debitum denegare, & poterit, aut quærimus ſi propter hoc dotem lucretur, & requiritur ſententia; imò plus dicit, quod licet debitum reddere non teneatur, dimittere vxorem non poterit, quia vbi requiritur factum ſine iudice fieri non poterit, idemq; *Barbat.* per partem allegatus *in* 2. *p. rubr. ſolut. matr. n.* 26. *in verſ. & quamuis*, dicit, quod propter adulte-
8 rium, etiam quod dicatur notorium, non poſsit maritus vxorem expellere à cohabitatione, authoritate propria, ex *cap. porrò, de diuort. & ex Couarr. de ſponſ. p.* 2. *c.* 7. *§.* 5. *n.* 12. *& Sot. in* 9. *diſt.* 37. *q. vnic. art.* 3. quidquid dicat *Iul. Clar. in §. adulterium, num.* 12. ſubdit deinde, quod in foro conſcientiæ id faciens, cenſetur peccare, & proinde poterit licitè ipſi viſci ad longinquas regiones, & ſic per indirectū, ſe quoad habitationem ſeparare, & deinde, quod imò in foro exteriori poterit propria authoritate ſeparari, ſi adeò ſit notorium, vt inficiationi non ſit locus; & hęc notorietas nihil aliud operatur, niſi quod non detur reſtitutio ſpoliato ex illa ratione, quia etiam contra ſpoliatum obſtat no-
9 torius agendi defectus, pro vt tradunt *Couarruuias part. cap.* 7. *§.* 5. *num.* 8. 9. *&* 12. *Genuenſ. in praxi Archiepiſcop. cap.* 27.

Secundò, notorium adulterium di-
10 citur id, quando adſunt filij ex adulterino complexu habiti, vel coniux eſt conuictus per ſententiam adulterij, vel in iudicio ſponte ſit confeſſus, pro vt ex innumeris, quos non tranſcribimus, fundat, & exemplificat *Sanch. lib.* 1. *diſput.* 12. *q.* 2. *n.* 13. *et* 25. *verſ. ſecunda concluſio*, vbi dictam ſententiam omninò ſibi placere, ait: nec
11 dicatur, poſſe iudicem ex notorio nō apparente ex actis, hoc decernere, ex allegata deciſione *Afflict. n.* 5. *&* 6. quia eſt falſa propoſitio, nec *Afflictus* dicit hoc, ſed benè quod iudex poteſt iudicare ex confeſsione coram eo facta viua voce, & non ſcripta in actis,

& quod notorium potest approbari in causa appellationis, quando non fuit probatum in prima instantia, & lata fuit sententia.

Tertiò, si ob adulterium viri sepa-
12 ratio non practicatur in Curia Archiepiscopali, pro vt dictum est in allegationibus, & ex *Molfes. in alleg. p. 6. quæst. 5. num. 55. & 56. fol. 483.* siue adulterium sit occultum, siuè notorium, dum non poterit fieri separatio thori, nec per consequens restitutio doris.

Secūdò principaliter fundat pars, hoc matrimonium posse separari ex pluribꝰ sęuitijs, & prauitatibꝰ cū vxore peractis, videlicet ex cohabitatione cum illa non facta, ex alimentis non concedenter præstitis, ex abortu ex hac causa secuto, ex inimicitia contracta ob litem maioris partis bonorum, & ex alijs, quæ audacter contra omnem veritatem asseruntur, quæ nec somniari, nec figurari debebant, quæ omnia in facto consistunt; satis sit dicere, à vero longissimè esse aliena, & non solùm probationem aliquam non habere, sed nec præsumi posse ex maxima, & notissima mariti qualitate, qui quoad sæuitiam notus omnibus creditur, & malos tractandi modos non adfuisse, in promptu docet; alimenta enimꝰ decentissimè semper præbuit, adeò vt constet, multas, & abundantes quantitates, pro vxoris, & socerę alimentis fuisse expensas; nec est omittendum, quod non creditur
13 vxori de sæuitia mariti, nisi probetur, vt per *Ioann. Lup. in cap. per vestras, in 3. notab. n. 7. in fin. de donat. inter uir. & vxor.* & post *Rimin. inter cons. matr. cons. 81. num. 24. cum seq.* tradit *Farin. in decis. 39. num. 3.* vbi etiam fundat
14 *num. 4.* & licet ob sæuitiam permittatur vxori à viro recedere, ex *cap. litteras, in fin. de restit. spoliator. Bart. in l. cum satis, num. 7. de agric. & censit. lib. 11. Ioann. Lup. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 20. num. 4.* id solùm procedit, quando maritus est nimium sæuus, vt *in dict. cap. litteras*, & licet arbitrio iudicis relinquatur, quæ sit magna sæuitia, vt per *Tiraquell. in l. si vnquam, in verb. omnia, vel partem, num. 31. in fin. C. de reuoc. donat.* nihilo-
15 minus arbitrium istud debet iure, & ratione regulari, vt per *Bald. in auth. iubemus, in vlt. not. C. de iudic.* & propterea subdit idem *Farinac.* vani ti-
16 moris vxoris in hoc proposito nullā esse habendam considerationem, ex *l. 3. ex quib. caus. maior. & in fin. decis. num. 17.* ait, quod dato millies sit lo-
17 cus separationi thori, attamen dos non est restituenda, post *Host. in tit. de diuort. num. 5.* sed solùm ex fructibꝰ doris cogitur vir alimenta vxori præstare, iuxtà *l. si cum dotem, §. fin. autem, ff. solut. matr. & ex Bald. in c. ex parte, num. 8. de consuetud.* & rerum magnitu-
18 do exactiores probationes expostulat, vt per *Coler. in citat. tract. de alim. lib. 1. cap. 10. num. 21.* ideóq; *Doctiss. Regens Valenzuela* causas grauissimas adduxit pro separatione thori in suo plenissimo *cons. 41.* in quo præsertim *num. 15.* nimis arduas recenset causas, & id quod dicitur, posse vxorem ob
19 sæuitiam viri propria authoritate, & sine iudicis sententia aufugere, hoc tamen declaratur procedere, dummodo sit periculum in mora, vel non sit facilis aditus ad iudicem, vt per *Sanch. lib. 10. disput. 18. n. 3.* & sequitur *Farinac. de delict. carn. q. 53. n. 132.* at in casu nostro quid periculi? quæ sæuitia? solus Deus scrutator cordiū scit, cur maritus cum pulcherrima, ac dignissima vxore cōmorari non valuerit, & tantùm dicere fas sit, quod inquit *Menander Græcus*, superba res
20 est mulier pulchra, *& Ouid. lib. fast. Fastus inest pulchris, sequiturq; superbia formam*, pro vt refert *Sylua nupt. lib. 2. verb. diuiti non est nubendum, num. 86.* & latius *Tiraquell.* in præcitato loco *in leg. connub. gloss. 1. part. 2.* quem perlegi rogamus, & ibi affert etiam inter cætera, *Pontan.* dicentem, *Et rigidos mores forma superba facit*, & ver-

& verba Ezech. cap. 28. videlicet, *eleuatum eſt cor tuum in decore tuo*, imò licet dicta Illuſtriſsima Domina virtutum genere ſit ornatiſsima, atramẽ filium communem ſplendorẽ vtriuſq; parentis, cuius indoles ab omnibus nõ vti puerilis admirabatur, deſtituit, & cũ ſpes alterius ſobolis non ſupererit, hanc eſſe manifeſtam ſæuitiã affirmare licebit ipſius, & poſtremò, & omninò dignum, quod ſæuitiæ cauſæ ſeparationis matrimonij coràm circumſpectis iudicibus laicis proponatur, ex quo non fori exceptio; vt pars ſcribit ad ſubterfugiendam iuſtitiam, proponitur, ſed tantùm illud eſt fun-
21 darum, quod ſeparatione thori per iudicem eccleſiaſticum non facta, alimenta tantùm vxori competant, & nullo pacto dos, & donatio propter nuptias, niſi matrimoniũ quoad thorum ſeparato, quodque ſolus eccleſi-
22 aſticus iudex ſit legitimus inter coniugatos, ſiuè ob ſæuitiã, ſiuè ob adulterium agatur, poſt alios tradit benè *Couarr. in d. cap. 7. §. tamen ſextò, n. 8. fol. mihi*, 221. & ex communi traditione, vbi *Dec.* reprobatus *in cõſ.* 212. qui ad vtrumq; forum pertinere credebat, & in primis allegationibus fũdauimus, nõ ſolũ iudicis eccleſiaſtici
23 ſententiam deſiderari, ꝙ adulter dotem, cœteraq; bona amittat, vt per *Sanch. in allegato lib. 10. diſput. 8. num. 13.* ſed etiam ſolum eũ, iudicem competentem eſſe ad cognoſcendum de adulterio ad eum finem, vt ratione illius, diuortium celebretur, vt in eodem loco citato tradit idem *Sanch. n. 15.* in quibus locis tam *Couarr.* quàm *Sanch.* reprehendunt *Dec. in dict. conſil.* 212. qui neque loquitur in caſu noſtro, ſed in adulterio notorio con-
24 feſſato in iudicio, & iudicato per iudicis ſententiam, & difficultas fuit, vtrum coràm iudice eccleſiaſtico, quando agitur de diuortio, poſſit quæſtio alimentorum, & dotis amittendæ tractari, tanquam de re acceſſoria, & *Afflict. in Conſtit. Qui poſt crimen, de eo, qui poſt crimen adulterij*, loquitur tantùm in cauſa criminali, ꝙ ſcilicet vbi de matrimonio non dubitatur, poſſit procedi in crimine adul-
25 terij, ibi, *ſed iudex laicus punit de adulterio, vbi non dubitatur de matrimonio;* ſi enim de illius validitate dubitarur, iudex competẽs eſſet eccleſiaſticus, & ad hoc corroborandum omninò videri rogamus *Paul. de Caſtr in d. l. cũ mulier, num. 6. ff. ſolut. matr.* ibi, *& tunc remittitur ad Curiam eccleſiaſticam, iſte articulus ſeparationis matrimonij*, & allegatæ in contrarium *Dom. de Franch.* deciſiones expreſsè contrarium dicunt, nam *in deciſ.* 184. loquitur, non poſſe hæredes mariti aduerſùs mulierem agentem pro dote, exceptionem adulterij opponere, qui non eſt caſus noſter; nam ſoluto per mortem matrimonio, difficultas non cadit; *in dec.* 311. habetur, quod dum agebatur ad reſtitutionem dotis, &
26 antefati ob furorẽ viri, debebat prius per iudicem eccleſiaſticũ ſententia ſeparationis matrimonij interponi quò ad thorum, priuſquam S. C. iudicaret, dotes eſſe reſtituendas, quod fortius in caſu noſtro procedit; nam dum dubitatur, an cauſæ adſint legitimæ pro ſeparatione matrimonij, & cauſa
27 adulterij viri non eſt ſufficiens de praxi noſtræ Curiæ Archiepiſcopalis, certum eſt, non poſſe de dotis reſtitutione tractari, niſi iudicis eccleſiaſtici ſententia precedat, pro vt ait idem *Dom. de Franch. in alleg. dec.* 244. *in primis alleg. citat.* & hoc idem apertiſsimè tenet *Dom. Reg. Valenzuela in dict. ſuo eruditiſsimo conſ.* 41. num dũ de ſeparatione matrimonij ex legitimis cauſis ageretur, fuerũt cauſæ propoſitæ coràm iudice eccleſiaſtico.

Vnde & iuris, & facti veritatem attendendo, illud omninò pro exactiſsima iuſtitia eſt prouidendum, vt alimenta vxori denegentur, adhoc vt cum viro morari omninò teneatur: nec meruit allegari *Napodan. in Conſuetud. Vbi dos, in tit. de iure dot. n. 32.* quia

quia vltra hoc, in facto ad caſum, de quo tractatur, applicari non poteſt; loquitur .n. de iure antiquo, quo iure
28 licitum erat marito vxorē dimittere, atque licitum erat diuortium, pro vt *gloſſ.* aduertit *in dict. §. ſi maritum*, per *Napodan.* allegata, ſecus de iure auth. & iure canon.

Inſuper animaduertant eminentiſſimi iudices, quod *Aſſict. in d. deciſ. 2.*
29 per partem allegatus, de his non loquitur, ſed tantùm lite pendente, deberi alimenta à viro vxori, quę diſceſſit propter concubinam, adducit etiã pars *Peguer. in deciſ.* 20. quod iudex
30 laicus poteſt cognoſcere de reſtitutione dotis, & non loquitur niſi de alimentis petitis ab vxore à viro ob maximam ſæuitiam, nec ſimiliter *Sanch.* citatus per partem *de matrim. diſput.* 3. *num.* 6. dicit id, ad quod allegatur, ſcilicet, quod propter adulteriũ
31 viri poteſt fieri diuortium, & dotium, & antefati reſtitutio peti poteſt; ſolùm enim dicit, quod vxor innocens poteſt diuertere à viro adultero, & ſic è contra.

SVMMARIVM.

1 *Is tantùm eſt citandus in iudicio, cuius principaliter intereſt.*

2 *Fructus dotis augent dotem, viro non ſubſtinente onera matrimonij.*

3 *Inſtrumentum de iure communi non habet executionem paratam.*

4 *Tria requiruntur ut creditori ſatisfieri poſſit ſuper nomine debitoris ſui.*

5 *Solutio facta per adminiſtratorem ſeù negotiorum geſtorem, non admonito principali, eſt ſuſpecta.*

6 *Negotiorum geſtor, licitando per intermediam perſonam bona principalis, arguit fraudem.*

7 *Solutum ex cauſa iniuſta, ex conuertit in cauſam iuſtam, & veram.*

8 *Negotiorum geſtor, ſiuè adminiſtrator, ex adminiſtratione per triennium facta, præſumitur ſibi ſatisfeciſſe.*

9 *Debitori inutiliter ceditur.*

10 *Ex oppoſitione inducitur compenſatio.*

11 *Compenſatio non poteſt opponi contra tertium, qui prius petiyt ſibi ſatisfieri.*

12 *Quando creditum, & debitum perueniunt ex eadem cauſa adminiſtrationis, fit compenſatio officio iudicis abſque oppoſitione, imò reputatur magis calculus dati, & accepti, quàm compenſatio.*

13 *Aſſenſus impetratio non valet, re alienata, nec exiſtente in dominio debitoris.*

14 *Aſſenſus requiritur etiam in ceſſione iurium ad obtinendum ius ſuper feudo.*

15 *Pecunia non præſumitur feudalis, quia ſuper ea feudum non conſtituitur.*

16 *Pretium redactum ex feudo, quamuis caſtro, ſeù quaternato, eſt allodiale, non feudale, & eò magis tertiæ ex illo peruenientes, ſecus ſi vendatur feudũ, vrgentibus creditoribus cum aſſenſu, & num. 17. & 18.*

19 *Pecunia peruenea ex feudo, & ſimpliciter implicata in emptionem annuorum introituum, non eſt feudalis.*

20 *Fiſcus, & dos, in rebus, poſt contractum matrimonium, vel debitum cum Fiſco, quæſitis, præferuntur etiam creditoribus anterioribus.*

ARGVMENTVM.

Fructus dotis petuntur actione de dote; licet petantur, vt alimenta, & viro nõ ſubſtinente onera matrimonij, augent dotem; & hypotheca competens pro dote, ſiuè expreſſa, ſiuè tacita, ad alimenta dotis, tanquam acceſſoria extenditur. Creditori, vt ſatisfieri poſſit ſuper nomine debitoris ſui, tria requiruntur. Aſſenſus nulliter impetratur, re, per alienationem, alterius effecta.

PRO

Pro Domina Catherina ab Auria vxore Domini Odoardi Cicalæ.

CONTROVERSIA LXIII.

CAtherina ab Auria vxor Odoardi Cicalę præferenda est omnibus assertis creditoribus, tam super residuo pretio terræ Angriæ, & super tertijs peruentis ex rata pretij eiusdem terræ conuersa in emptionem ex præcepto Sacr. Consil. cũ Marchione Bonalini hucusq; decursis, & in futurum decurrendis, quàm etiam in assignatione sortis capitalis eiusdem pretij, quatenus non esset assignanda Multiplico Stephani de Mari; tum quia ipsa est omnibus anterior in tempore in burgensaticis, cuiusmodi probabitur, esse tertias decursas, & decurrendas ex dicta emptione; tum etiam ex quo potior etiam quoad feuda ex secundo contractu cum viro cum assensu, non obstante prætensione Serenissimi Ducis Vrbini, & aliorum, qui tam ex ordine, quàm ex defectu iustitię obtinere non possunt, ex causis in promptu excludentibus eorum credita; creditum enim dotis Catherinæ esse verum, & reale, ostendit numeratio acta Ianuæ de anno 1581. per cartularium S. Georgij, quę plenè probare veritatem numerationis, passim iudicari Ianuę, habetur in decisione illius inclitę Reipublicæ, de nostro Inuictissimo Rege optimè meritæ 26. *num*. 28. & instrumento publico receptionis, quæ dicitur probatio probata, & ex obseruantia subsecuta, quia vigore instrumenti fuit iudicatum in Magna Curia, vbi Catherina de mense Ianuarij 607. obtinuit sententiam assecurationis, quæ legitimè processit, licet cum viro tantùm; 1 cum is tantùm vocandus fuerit, quẽ negotium principaliter tangebat, non autem creditores, quibus in consequentiam nocere poterat, iuxtà *gloss.* ab omnibus receptam *in l. de vnoquoque, ff. de re iudic.* cuius decisionem probat, & ampliat *Couarr.* post *Imol. & Alex. in l. sæpè, num. 99. ff. de re iudic.* vt & alijs non citatis noceat etiam effectus sententiæ, tametsi plerique voluerint contrarium, quorum opinionem nec veram, nec communem esse, ipse probat *pract. qq cap. 13. vers. hoc ipsum, & versic. sunt verò, in fin.* & nedum executa fuit sententia pro parte, sed virtualiter confirmata per Sacrum Consilium, dum post triennium, non obstante creditorum contradictione, fuit decretum, esse vendendam terram Angriæ, exceptis bonis, pro quibus in partem fuerat Catherina assecurata, & sic effectum habuit sententia, nec hucusque aliquis ex creditoribus ausus fuit aduersùs creditum Catherinæ quicquam obijcere; & sic Catherina veluti habens sententiam, & sic ius suum liquidum, & creditum omnibus anterius de anno 1581. ex hoc solo est præferenda.

Idque secundò nedum pro sorte principali dotis, sed etiam pro fructibus ipsius dotis etiam præteritis ab eo tempore, quo Dominus Odoardus eius vir defecit, & non sustinuit onera matrimonij, siuè petantur, vt fructus dotis, siuè vt alimenta; siquidem vera est conclusio, quod vbi vir non sustinet onera matrimonij, vxor potest petere alimenta, seu interesse dotis, habito respectu ad fructus, seu redditus dotis, quia specialiter iure 2 cautum est, fructus dotis, marito onera matrimonij non sustinente, dotem augere, siuè accrescere, *l. si ante nuptias, 6. in fin. ff. solut. matr.* & consequẽter venire in eadem actione dotis, *l. si marito, 31. §. fin. ff. eod. tit.* vt hæc, & plura latè tradunt *Alex. cons. 56. lib. 4. per totum, Nicosant. de pignor. in 4. membro,*

*bro,2.part.num.*50.*Gabr.Roman. de alimẽt.concluſ.*2.*num.*5.*Martin.Coler. de aliment.lib.*1.*cap.*10.*num.*49. *in fin.et* 50,& hoc caſu non oportet diſſerere,an hypotheca tacita,vel expſſa competens pro dote extendatur ad alimenta dotis, tanquam acceſſoria, in quo tametſi generaliter verior, & magis communis ſit opinio affirmatiua,vt extendatur etiam ad alimenta, cum *Bart. in* §.*ſin autem in ſauiſſimo, l.ſi cum dotem, ff.ſolut. matr.* vt benè probat *Nicoſant.in d.tract.in* 4.*memb.* 2.*part.ex num.*47.*ad* 53.ibi,*& propterea non eſt recedendum ab opinione Bart. in dict.* §. *ſin autem in ſauiſſimo*, & colligitur ex relatis per *Dom. de Franch.deciſ.*613.*num.*4.*&* 14.& optimè innumeros referens,& vt obſeruatum in Camera Imperiali, tradit *Martin. Coler. d.tract.de aliment.c.*10. *num.*48.*&* 49.tamen in alimentis, ſiuè intereſſe dotis debitis vxori, conſtante matrimonio,ex eo tempore, quo vir ob inopiam, vel aliam cauſã, non ſubſtinuit onera matrimonii, tũc cum hoc intereſſe, ſeu alimenta,dotẽ ipſam augeant, nemo vnquam dubitauit, vt ſicuti pro his eadẽ actio dotis, ſic & eadem hypotheca competat, vt clarè fatetur *Nicoſant. d.*4.*membro,*2.*part.num.*51.*in fin. &* 52. quod & generaliter etiam alimenta præterita,in dote peti eadem actione dotis, latè probauit *Burſat. conſ.*120. *in cauſa magna Domina,lib.* 1.

Tertiò non obſtat prætenſio Sereniſſimi Ducis Vrbini; ſiquidem dum ipſe Dux prætendit, ſe eſſe creditorẽ Pallauicini, & ſecundò, Pallauicinum eſſe creditorem Odoardi ex iuribus ceſſis, in ordine obtinere non poteſt; quoniam Odoardó, & conſequenter Catherinæ ex eius perſona in his omnibus competit defenſio; tenetur .n. Dux, vt actor iuſtificare eius credita, & procedere iuris ordine ſeruato, inſtructo proceſſu; multa enim poterũt in facto probari ad illius intentionem excludendam;nec ex inſtrumẽtis ceſſionum,etiam aſſenſu vallatis, poteſt vla executiua obtineri; clarum eſt .n. 3 inſtrumentum de iure communi non habere executionem paratam, teſte *Dom.de Franch.deciſ.*118.*numer.*5.*&* *Bald.in l.planè, ff.quod falſo tutore geſtum eſt*,ſcribit audiuiſſe *Bart.*dicentem,quod valde differt,producere inſtrumentum in modum executionis, puta vigore ſtatuti, vt ſeruatur in Regno via ritus, vel in modum probationis, quo caſu iuris ordine ſeruato,procedi debet,vt verè docuit *Bartol.in l.ſi filius,ff quod cum eo*,quem ad hoc citat *Milan.dec.Sicil.*13.*n.*35.*p.*2. poſt *Roman.conſil.*300.*& Soc.conſ.*51. *vol.* 1. & alios, & adhoc vt Dux tanquam creditor Pallauicini ſatisfieri poſſit ſuper bonis Odoardi,tanquam ſuper nomine debitoris Pallauicini,
4 tria præcisè requiruntur, primò ſui debitoris principalis immediatè condemnatio, ſecundò eiuſdem bonorũ exacta diſcuſſio, tertiò debitoris mediati exigendi condemnatio per ſententiam exequibilem, ſiuè ipſius debitoris mediati confeſſio, vt ex *text. cum gloſſ.in l.*2.*C.quando fiſc. uel priu.* latè tradunt *Aſin. in praxi*, §.31.*ampliat.*20. *Surd.conſ.*4.*num.*11.*lib.*1.*& decis.*306.*num.*15.quæ omnia hic deficiunt,& præſertim vltimum, cũ notum ſit, Franciſcum nec ſententiam, nec confesſionem aliquam habere contra Odoardum,& in promptu pro nunc plura obijcit Catherina, intentionẽ Ducis omninò excludẽtia,alia offerens docere in termino, interim liberata ſibi pecunia, vt fieri debet.

Et primò dicit in facto,ex publicis ſcripturis, & partitis banci apparere, Franciſcum non ſoluiſſe tertias debitas per Odoardum, ſed illasmet tertias fuiſſe per prius ſolutas per ipſum Odoardum, & ſic nedum remanent ceſſiones inefficaces, ſed maxima oritur præſumptio, quod Franciſcus, qui ingreſſus eſt terram Angriæ,vt adminiſtrator Odoardi, affectans fieri dominus in damnum ipſius,

ſius, præſertim videns eum ære alieno grauatum, & ad inopiam vergentem, hæc omnia attentauerit, vt exitus acta probauit, qui animus fraudandi
5 etiam ex eo colligitur, quòd Franciſcus voluntariè se obligauit, & ſoluere finxit creditoribus Odoardi, nec ipſum Odoardum admonuit, qui ſciuiſſet, an verè deberet illam tertiarum quantitatem, & ſi opus erat, vt Franciſcus de proprio ſolueret, an verò de fructibus terræ Angriæ, cuius adminiſtrationem gerebat, quod in puncto ad inualidandam ceſſionem obtentã per tertium à creditore contra eius debitorem, conſidetat *Crauett.* vidẽdus *conſ.* 129. *num.* 10. 11. *& in fin.*

Secundò quatenus ceſſio eſſet obtenta à Pallauicino pro aliqua quantitate, quam verè debuiſſet Odoardus, cenſeri debet ſolutum ex introitibus terræ Angriæ ipſius Odoardi, & bonis burgenſaticis Catherinæ, quarum adminiſtrationem ſuſcepit 21. Maij 607. & ceſſiones obtinuit poſt annum cum dimidio de menſe Septembris 698. quam retinuit vſque ad menſem Nouembris 609. quo tem-
6 pore ex adminiſtratione in necem Odoardi varijs artibus, & fraudibus effectus fuit dominus, licitando, & emendo dictam terram per interpoſitam perſonam, ex quo etiam conſtat, fraudem, & dolum colligi, vt de communi poſt *Alex. & Corn.* probant *Crauett. in d. conſ.* 129. *n.* 3. *lib.* 1. *Maſcard. de probat. concluſ.* 53. *num.* 1. *Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *cap.* 143. *numer.* 14. & licet is expreſsè dixerit, ſoluere de propria pecunia, & ſic tanquam creditor, ex hoc magis dolus, & fraus detegitur, qui ſoluenti opitulari non de-
7 bet; lex enim conuertit ſolutum ex cauſa iniuſta, in cauſam certam, iuſtã, & verè debitam, ſcilicet adminiſtrationis, quam gerebat, *l. in ijs*, §. *Imperator, ff. de ſolut. Bart. & Iacob. in l. creditor*, §. *fin. ff. de ſolut. Dom. de Ponte conſ.* 70. *num.* 25. & de ſolutione facta per adminiſtratorem, quod non præiudicet, nec nocere poſſit ei, cuius bona adminiſtrat, etiã ſi ſit mater, *Syluan. cõſ.* 66. *Cephal. conſ.* 58. *in fin. lib.* 1. *Surd. conſil.* 419. *num.* 40. & 41. vel ſaltim præ-
8 ſumi debet ipſe Franciſcus ex adminiſtratione geſta per triennium ſatisfactus, *l. ſed ſi damnum*, § *peculium, ff. de pecul. Afflict. dec.* 13. *num.* 16. cum alijs à *Caualc. de tutor. num.* 181. vnde cum Franciſcus ex adminiſtratione, & exactione introituum eſſet debitor Odoardi, nulla potuit fieri, nec impetrari ceſſio contra Odoardum; ſiquidem
9 conſtat, debitori inutiliter iura cedi, quia nulla, iuris miniſterio redditur ceſſio debitoti facta, *l. nulla, C. de ſolut.*

Et tertiò, ſi compẽſatione opus fuiſſet, hic conſtat, fuiſſe legitimè inductã
10 ex geminata, & ſæpius reitetata oppoſitione facta per Odoardũ, quod ſoluerit de pecunijs ſuis, facta tempore habili, antequam Pallauicinus deſecerit, & antequam Dux, vt ipſius creditor, in iudicio comparuiſſet, quo caſu dubitari non poteſt, ipſo iure fuiſſe extinctum debitum, ad notata *in l. ſi conſtat, C. de compenſ. et Dom. de Franch. deciſ.* 527. hoc enim intereſſe inter exceptionem compenſationis, quæ primum oppoſita ipſo facto debitum extinguat aduerſarij, & conſequenter actionem, etiam antequam feratur ſẽtentia, & alias exceptiones, quæ ſententiã deſiderãt, habetur apud *Afflict. deciſ.* 121. *num.* 2. & latè *Muñoz de ratioc. comput.* 14. *num.* 8. *cum ſeq.* & ſic non obſtat *deciſ. Dom. de Franch.* 53.
11 *numer.* 10. vt compenſatio non poſſit opponi contra tertium, qui erat creditor, & qui prius petietat ſatisfieri ſuper nomine debitoris; hic etenim eſt totum contrarium, vt ex facto liquet, & proinde deciſio, & rationes deciſionis ſtant pro nobis.

Sed verius hic & quartò, cum Pallauicinus exegerit introitus Angriæ, & adminiſtrauerit bona vtriuſq; coniugis, & pro Odoardo ſoluerit eius
12 creditoribus, debitum, & creditum prouenire dicitur ex eadem cauſa ad-

mi-

miniſtrationis; quo caſu hinc inde fit compenſatio per officium iudicis ſine aliquo compenſationis obiectu, & eſt magis calculus quidā dati, & accepti, quā cōpenſatio, vt ſingulariter docet *Bal.* videndus *in l. Mutuus, §. arbiter, in 2. lect. ff. famil. erciſc.* quo caſu etiā ceſſat regula *l. fin. C. de cōpenſat.* vt de liquido ad illiquidum, non habeat locum cōpenſatio; illa enim regula procedit, quando creditum, & debitum deſcendunt ex diuerſis, & ſeparatis ſtationibus, ſecus tamen ſi ex eadem cauſa, vel connexa, & correſpectiua deſcendetent, vt explicat in puncto *Muñoz de ratiocin. cap. 21. num. 2.* iuncto *n. 22. verſ. & tenendo.*

13 Et quintò, nedum ceſſiones obtētæ per Pallauicinum ab aſſertis creditoribus Odoardi, ſed etiam aſſenſus ſuper illis impetrati, ſunt nulli, & inualidi, quia obtenti, nedum poſtquam per primam alienationem feudum deſiit eſſe in dominio Odoardi debitoris, ſed poſt ſecundam alienationem factam in Marcum Antonium ab Auria ob decoctionem Pallauicini, quo caſu aſſenſum eſſe omninò nullum, ex *Iſern. in cap. Imperialem*, *num. 15.* ibi, *quia eo tempore confirmat, quo res eſt aliena,* vbi *Aluar. Afflict. Dom. meus Capyc.* & cæteri omnes, *Dom. de Franch. deciſ. 86. num. 5. & 6.* quod procedere

14 etiam in ceſſione iurium, in qua non minus, quàm in alia qualibet alienatione requiri aſſenſum ad obtinēdum ius ſuper feudo, clarè habetur apud *Dom. de Franch. deciſ. 75. num. 10. 153. num. 24. & 593. num 9.* quod latiùs reaſſumit *Dom. Reg. de Ponte de refutat. feud. §. 11. numer. 6. & 7.* eſt enim impoſſibile, quod acquiratur ius ſuper feudo abſque nouo conſenſu diſpoſitiuo noui domini, etiam ſi ſit hæres vniuerſalis defuncti, adeò vt in hærede inoleuerit praxis, vt compellatur per nouum contractum conſentire, & ſuper hoc nouo contractu aſſenſum expediri, cum aliàs aſſenſus nullo modo retrotrahi poſſit in tertij præiudiciū, vt poſt nouiores tradit idem *de Ponte de aſſenſ. Reg. §. 1. num. 22. & 23.* quod procedere etiam in venditione neceſſaria, tradit eadem ratione *Dom. de Franch. deciſ. 320.* vnde ſi tam ceſſiones, quàm aſſenſus obtenti per Pallauicinū, ſunt nulli, & inualidi ex nullitatibus in promptu apparentibus, remanet Catherina vera, & legitima creditrix Odoardi viri de anno 606. cum aſſenſu, & ſic excludet Ducem venientem ex perſona Pallauicini.

Sed etſi omnia prædicta ceſſarent, quartò principaliter prætendit Catherina ſuper tertijs peruentis ex emptione facta cum Marchione Boualini, ipſam vti creditricem, omnibus anteriorem, in allodio omninò eſſe præferendam; quāuis enim onus ſit partis pro-

15 bare, illas eſſe feudales, cum præſumptio generalis, & ſpecialis in pecunia ſtet pro nobis, cum nec poſſe feudum in pecunia cōſtitui, probent *gloſſ. Iſern. & alij in cap. 1. ſi vaſſall. de feud. fuer. ab aliquo interpell. Odoffr. & Caccial.* relati per *Dom. meum de Curte in 1. p. tract. de feud. cap. 8. num. 6. & 7. vbi n. 7. & 11. cum ſeq.* ampliat etiam data cautione, quæ præſtari ſolet, vt detur vſuſfructus in rebus, quæ vſu conſumuntur, cum de ſubſtantia feudi ſit, vt conſtituatur in rebus ſoli, & quod cōceſſio ſit perpetua; nihilominus quod ſint allodiales, clarè oſtenditur ex eo, quod gene-

16 raliter pretium redactum ex feudo, ēt ſi ſit caſtrum, & ſic quaternatum, eſt omninò allodiale, & non feudale, *D. D. in cap. 1. de feud. non hab. propr. nat. feud. Andr. Aret. Afflict. Loffred. Tiraq. Schurf. Veſēbec. Gail. Molina,* & alij cōgeſti per *Conſil. de Anna conſ. 123. n. 8. Surd. deciſ. 306. num. 6.* quod licet non

17 procedat, quando venditur feudum vrgentibus creditoribus, cum aſſenſu ex ſtylo, & obſeruātia noſtrorum Tribunalium, iuri ſubnixa, id non procedit ex eo, quod pretium ſit feudale, ſed quia per venditionem non ſoluitur hypotheca, & aliter non poſſent effectum ſortiri venditiones, vt declatan-

rant *Dom.de Franeb.dec.64.n.1.& 16.* & *Dom.meus de Curte* optimè *d.cap.8. num.item* 8. quæ ratio cum ceſſet in tertijs peruentis ex pretio, remanet, vt quoad tertias caſus ſit indubitabilis: præſertim cum etſi pretium aliquo reſpectu poſſet dici feudale, tamen
18 non ex hoc aliquid inferri poſſet ad tertias, quæ debentur ex nouo contractu, & quas certum eſt non acceſſoriè, ſed principaliter deberi, vt ex *Bald.in l.eos, 3.oppoſ.C.de vſur.* probat *Soc.conſ.41.num.4.8.et 10.lib.4.*& hac de cauſa deberi intereſſe tertiarum, quæ de per ſe ſtant, & vt ſeparatæ, non acceſſoriæ, tradunt *Dom. de Franch. decis.254. n.14. D. Piſan. & Vrſill.ad Afflict.deciſ.291. Lanar.conſil.79.n.6. Fab. de Anna conſ.* 48. *num.* 13. & hoc indubiè procedit in præſenti caſu, vbi
19 expreſsè fuit facta emptio introituſ in allodium, quo caſu, partibus, vel iudice loco partis declarantibus, quod pecunia ex feudo redacta, non ſit loco feudi, ſed implicetur expreſsè in emptionem vt allodium, impoſſibile eſt conſiderari vt feudum, vt ex mente omnium, tradit *Roſenth.de feud.tom.1. cap.2. concluſ.16.*

Vltimò, etiam ſi tertiæ eſſent feudales, quod omninò negamus, ſicut
20 Fiſcus in rebus poſtea quæſitis per eius debitorem poſt debitum cum Fiſco contractum, præfertur etiam anterioribus, ſic etiam Catherina pro dote, *l.ſi is qui, 28.ff.de iure fiſc.Peregr. de iure fiſc.lib.6.tit.6.numer.16.& 17. Regent de Ponte conſ.* 80. *num.2. & 3.*

DECISIO

SAcrum Conſilium, mediante ſententia lata iunctis aulis, referente Domino Conſiliar. Marco Antonio Mortaè Capuana ſeſſione, ſub die 1. Februarij 1618.& decreto 16.eiuſdem menſis in proceſſu creditorum Odoardi Cicalæ penes Magiſtrum actoſi Cioffum fol. 840. & 842. determinauit iuxtà votum Dominæ Catherinæ de Auria, & fuerunt ei, vti creditrici anteriori, liberati ducati 6022.pro tertijs, tanquam allodiales;& pro reſtanti quantitate, in qua apparuerit creditrix, facta liquidatione, ex nunc aſſignentur tot annui introitus peruenièdi' ex emptione ducatorum 15333. pro rata tamen capitalis reſtantium dotium dictæ Catherinæ.

SVMMARIVM.

1 *Dotis fructus, conſtante matrimonio, ad vxorem pertinere, indigniſſimum eſt.*
2 *Dotis reſtitutio, conſtante matrimonio, dicitur eſſe maximi præiudicij.*
3 *Dotis adminiſtratio vt tollatur, manifeſta adhiberi debet probatio.*
4 *Omiſſum quidquid reperitur in contractibus, habetur pro omiſſo, & remanet ſub diſpoſitione iuris communis, nec ſit extenſio de vno caſu ad alium, quod amplia, vt num.5.& 6.*
7 *Attendendum aliud non eſt, niſi quod legitur ſcriptum in inſtrumento.*
8 *Incluſio vnius caſus facta per contrahentes, eſt excluſio alterius, quod amplia in pactis dotalibus, num.9.& 10.*
11 *Verba vbi non adaptantur, non ſequuntur diſponentis effectus.*
12 *Futura non veniunt in contractibus; ſecus in vltimis voluntatibus.*
13 *Contractus, ſiuè qualibet diſpoſitio debet intelligi, re in eodem ſtatu permanente, quod amplia vt num.14.*
15 *Verba debent referri ad tempus celebrati contractus.*
16 *Præſens rei ſtatus attendendus eſt, dum per verba præſentis temporis contrahitur.*
17 *Pacta non porriguntur ad ea, quæ pendent à futuro euentu, ſed tempus contractus inſpiciendum.*
18 *Dictio, dicta, reſtringit de ſui natura.*
19 *Pars inferior conuentionis ſuperiorem declarat, & è contra.*
20 *Verba dubia contractus, contra ſtipu-*

lantem sunt interpretanda, & contra illum, qui se fundat in verbis.

21 *Verba interpretanda sunt, vt quod leuius, & minus est, debeatur.*

22 *Finalis causa extendit, & restringit conuentionem, licet verbis vniuersalibus conceptam.*

23 *Vniuersalia verba restringuntur ad id, cuius respectu sunt pronunciata.*

24 *Verba debent propriè, & strictè intelligi.*

26 *Dos, nisi oneribus matrimonij seruiat, nulla est.*

27 *Pactum de reddendis fructibus vxori, strictè est interpretandum.*

29 *Dotis fructus, constante matrimonio, ad maritum pertinent, quod amplia, & num. 30. & 32.*

31 *Fructus dotis sunt viri, etiam excedentes onera matrimonij, ac etiam assecurata vxore ob viri vergentiam ad inopiam.*

33 *Subrogatum non sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, cum insit diuersa qualitas, nec quoad naturam accidentalem, & num. 37.*

34 *Reseruatio dicitur quadam exceptio modificans actum.*

35 *Retentio facilius conceditur, quàm actio, & fauorabilior est, quàm exceptio, & compensatio, num. 36.*

38 Text. in l. fundi Trebatiani, ff. de vsufruct. legat. *declaratur.*

ARGVMENTVM.

Pactum in capitulis matrimonialibus adiectum, quo vxor sibi reseruat fructus bonorum stabilium dotalium, non extendi posse ad eum casum, quo distractis iisdem bonis, ex pretio fuit satisfactum creditoribus, vt loco fructuum censeatur vir soluere interesse pecuniæ solutæ. Nec pactum in vno casu adiectum, extendi posse ad aliũ, etsi maior adesset ratio disponendi, longa serie dispungitur.

Pro Duce Grauinæ Don Antonio Vrsino contra Ducissam vxorem.

CONTROVERSIA LXIV

QVoniam de duobus in præsenti iu-
dicio agitur, quod sub nomine
Ducissæ Grauinæ ab alijs contra Du-
cem virum festinanter ad finem pro-
1 peratur, primum scilicet, vt fructus do-
tis, constante matrimonio, ad vxorem
pertineant, quod indignissimum esse
arbitratus est *Vlpian.* vt quia non ha-
buisse dotem vir existimetur *in l. cum
pater,* 11. *ff. de pact. dot.* alterum verò,
vt contra iuris regulas, sit locus dotis
repetitioni, constante matrimonio,
quod etsi propter inopiam admitta-
2 tur, ob multa tamen dicitur esse ma-
ximi præiudicij, §. *illud quoque, auth.
de æqualit. dot. col. 7.* propter infamiam
scilicet, quæ resultat in iure conside-
rabilem, *l. si verò, §. qui pro rei, cũ gloss.
ff. qui satisd. cogant.* quia agitur de tol-
lenda dotis administratione, *d. §. illud
quoque,* quod maximè interest non
fieri, *l. 2. ff. si quis à parent. fuer. manu-
miss.* imò censetur pœna, *l. testamento,
3 ff. de manumiss. testam.* ad quam incur-
rendam manifesta requiritur proba-
tio, ita vt iudices oporteat rei quali-
tatem in primis plena inquisitione
discutere, vt Imperator monet *in l. iu-
dices,* 9. *C. de iudic. & Vlpian. in dict. l. si
constante,* 25. non immeritò dixit, *ex-
inde dotis exactionem competere, ex quo
euidentissimè apparuerit, mariti faculta-
tes ad dotis exactionem non sufficere.*

Vt igitur à primo capite exordiamur, dicimus, pactum in capitulis adiectum, quo Ducissa reseruauit sibi fructus castrorum, & reliquorum bonorũ in dotẽ promissorum, nullo mo-

do

do extendi potuisse ad casum,qui postea matrimonio contracto, mutato consilio,euenit,dum distractis feudis, & etiam stabilibus liberis, ex pretio fuit satisfactum creditoribus, vt loco fructuum censeretur reseruatum interesse pecuniæ solutæ,inter quos casus maxima est diuersitatis ratio.

4 Primò, quia in contractibus quicquid reperitur omissum, habetur pro omisso, & remanet in dispositione iuris communis, & non fit extensio de vno casu ad alterum casum, *vulg. l.quidquid adstringendæ,ff.de verb.oblig. l.si extraneus,ff.de condict. ob caus.*idq; procedit etiam si non possimus diuinare, quare casus fuerit omissus, li-
5 cet maior sit ratio disponendi in casu omisso,*Cyn. Ancharan. Dec. & Crauett.* relati per *Molin. de primogenijs lib.* 1. *cap.4. num.3.* nec censeri debet facta omissio per obliuionem, sed haberi debet pro excluso,*Bald.cōs.299.lib.2.* adeò quod non dicitur interuenire tacita disponentis voluntas, *Ias. in l. commodissimè, & in l. Lucius,§. filius,ff. de liber. & posthum.*

6 Et hanc regulam firmiter obtinere in canone,in omni superiore,in appellante,in impetrante, in legali statuto, consuetudine,testatore, contrahente, Principe,iudice, arbitratore, et actore, latissimè de more per singulos casus *Tiraquell.de primogen.q.40.n.194.* nec potest dicere vnus ex contrahentibus,ego hoc modo intellexi,*Cephal. cons.626.n.9. Bursat.consil.449. in fin.*
7 nec aliquid inquirendum est, quàm quod legitur in instrumento scriptū, *Bald.in l.fin.C.de fals. caus.adiect.legat.* præsumitur enim,partes noluisse,cum facile fuisset eis hoc exprimere,si voluissent,vnde noluisse videntur, dum hoc non expresserunt, ex regula *l.vnic.§.sin autem deficientis, C. de caduc. tollend. cap. ad audientiam, de decim. cum alijs à Caphal. Bec.* & alij, quos adhuc citat *Surdus decis.* 202. *num.9.et* 10.vt enim dixit *Cicer.lib.2. de inuent.*dum tuetur id, quod scriptū est, ne aliquatenus ab eo recedatur; dicēs, non oportere de eius voluntate argumentari, qui ne idem facere possemus iudicium,nobis reliquit,suę voluntatis multa incommoda sequi, si instituatur,vt à scripto recedatur,vt latiùs verba *Ciceron. ex Luc.de Penna, & Bald.* refert *Cannet. in cap.volentes, §.prospexit etiam, num.9.fol.*197. *Cephal.Bonif.Ruyn.Menoch.Pedroch.Gutier. Simon de Prat.* & alij, quos congerit *Hispan. Castill. tom.2.quotidian. cap.4.num.29. & 30.* & in casu omisso à statuto, à quo ad pactum præsertim negatiuè valere argumentum, constat, latissimè *Giurba dec.112.n.2.*
8 & hoc etiam respicit, quod paciscentes vnum casum concludentes super eo expressè disponendo, censentur omnes alios excludere, ex regula *l.cum Prætor, ff.de iudic.* cum infinitis, quæ congerit *Surd. d. decis.202.n.12.* nuncupatim ex hoc probans, quod ex eo,quod partes in vno casu voluerunt, fructus pertinere ad vnum ex cōtrahentibus,inferri videatur, quod in alijs casibus noluerint, fructus ad eum spectare, & ita decisum testatur ex prædictis regulis *ibid.num.5.in fin.* quæ potissimè procedunt in pactis
9 dotalibus, in quibus quoties quis sibi prouidit in vno casu, tacitè casum diuersum videtur excludere, ex regula *dict.l.cum Prætor*, quam in specie procedere in pactis dotalibus, vt prouisio in vno casu efficiat, vt in diuerso diuersum censeatur prouisum, est *text.in l.3.ff.de pact.dotal.* ita vt casus relinquatur dispositioni iuris commu-
10 nis,secundùm verum, & communem intellectum,*l.si cum dotem*, 23.*ff.solut. matr.* vbi post alios *Barbos. in princ.* & iterum *n.21.24. & 49.Francisc.Molinus de ritu nupt.lib.3.cap.54. num.19. 28.& 29.*

Secundò,quia verba pacti non conueniunt,dum primò descriptis castris, & feudis, bonis stabilibus, allodialibus, & annuis introitibus in dotem promissis,fuit conuentum, *che tutti li*

frutti, denari, & entrate, che perueniranno dalli detti beni, & raggioni burgensatice, feudali, & titulati, & cosi ancoli prouenti, & emolumenti delle iurisditioni ciuili, criminali, & miste, restino, & siano à beneficio, & dispositione di essa Signora, & amplius inferius, vt ipsa Ducissa cõstitueretur Vicaria, & Procuratrix irreuocabilis, durante vita Ducis, ad regendum, & gubernãdum dicta castra, creando officiales, & ad exigendum eorum fructus, & iurisdictionum prouentus, quos voluit, vt essent sui præcipui, vt latiùs in nota

11 facti: si igitur verba non adaptantur, neque sequuntur dispositionis, siue conuentionis effectus, *vulg. l. 4. §. toties, ff. de damn. infect.* cum concordãtibus à *Surd. decis. 56.* post *Tiraquell. in repet. l. si vnquam, versic. libertis, in princip. C. de reuoc. donat.*

Verba autem non conuenire, apparet primò, quia reseruauit fructus castrorum, quæ in dotem dederat, igitur non extenditur ad interesse pecuniæ redactæ ex pretio castrorum, & bonorum conuerso in extinctionem æris alieni ipsius Ducis, tum quia diuersa, vt de se patet, tum etiam quia futura, quæ tunc non existebant; futura autẽ

12 ex vi vniuersalis dictionis, licet includantur in vltimis voluntatibus, secus tamen est in contractibus, in quibus non tantus versatur fauor, & in quibus agitur de magno præiudicio, quod secus est in vltimis voluntatibus, quæ ad libitum reuocantur, & quod in cõtractibus futura non veniant, probant *Angel. Castr. num 9. Alex. num. 14. in l fin. C. de pact. Iacobin. Iaf. Dec. Berous, Cappel. Tholos. Aufrer. Cagnol.* & alij, ex quibus hoc fundat optimè de communi, *Surd. dec. 233. ex num. 17. vbi ex Crauett. & Bursat.* probat, quod in actibus inter viuos nunquam censetur cogitatum de futuro.

13 Nec mirum, quia in quacunque dispositione, obligatione, promissione, vel pacto, etiam iuramento firmatis, subintelligitur clausula, quę intrinsecus conuentionem informat, rebus scilicet sic stantibus, & in eodem statu permanentibus, *l quod Seruius, vbi gloss. ff. de condict. ob caus. l. continuus, §. cum quis, ff. de uerb. oblig. Surd. dec. 326. num. 31.* vbi quod omnis contractus censeatur celebratus sub conditione, firmo remanente eo rerum statu, plura *Osasch. decis. 91. num. 2. & 3.* vbi quod conuentio debet intelligi secundùm terminum, & statum temporis, quod vigebat tempore conuentionis, citat inter alios, *Afflict. decis. 138. n. 4.* quod

14 procedere, etiã interposito iuramẽto, in statutis, & priuilegijs, probat *Doct. Marta de claus. part. 2. claus. 64.* vbi q si aliter eueniat, ex causa cẽsetur mutata opinio, citat *Alciat. de præsumpt. regul. 2. cap. 16. num. 3. & Menoch. eod. tract. lib. 6. præsumpt. 37. num. 32. idem Marta libr. 3. clausul. 73.* cum infinitis propè modernissimis citatis per *Augustin. Barbos. tract. de diction. & claus. part. 2. de clausul. cap. 74.* verba etenim

15 contractus referri debent ad tempus, quo fuit celebratus, *l. Rutilia, vbi Bald. & l. in lege, de contrahend. empt.* & ideò verba contrahentium simpliciter prolata, debent restringi ad bona præsentia, *Bald. conf. 112. num. 3. lib. 2.* nec du-

16 bium est, quin præsens status rei, non autem futurus inspiciatur, quando verbum præsentis tẽporis in conuentionibus exprimitur, *Alexand. conf. 25. num. 3. in 7.* stipulationes autem, & pa-

17 cta non porriguntur ad ea, quæ pendent ex futuro euentu, quia sunt inopinata, quia id tempus spectatur, quo contrahimus, *l. si filiusfam. ff. de verb. obligat. Anchar. consil. 139. in fin.* plura *Cardin. Mantic. de tacit. conuent. tom. 1. libr. 3. tit. 15. ex numer. 18. 26. & 29.* adeò vt verba generalia, quæ ratione causæ non expressè, sed tacitè subintellectæ, non possent restringi, tamen ratione temporis, ad præsentia restringi debent, *Bald. in l. pactum quod dotali, num. 11. ff. de collat. Crauett. conf. 718. num. 18. Mantica dict. tom. 1. de tacit. lib. 3. tit. 2. num. 43.*

Ac-

Accedat dictio illa, *detti beni*, quæ
18 dictio,tanquam ſui natura reſtrictiua, coarctat, & reſtringit reſeruationem fructuum ad bona illa, caſtra ſcilicet, & alia in dotem promiſſa, *Paris,Ruyn. Crauett.*& alij,quos ad hoc citat *Menoch.conſ.95.num.*128.*in princ.*& tunc temporis exiſtentia.

Secundò,non conueniunt verba, quia Duciſſa voluit reſeruare fructus, & prouentus iuriſdictionum, & ſimul conſeruari Vicaria,& vtilis domina in gubernando iuriſdictionem caſtrorũ, vt in capitulis legitur, in verbo, *di più il detto Signor Duca*,cum igitur murato rerum ſtatu,& diſtractis caſtris,hoc certum eſt euanuiſſe,non conueniunt verba, & ſic neque diſpoſitionis effectus.

Tertiò, ponderentur illa verba, *& per l'auenire restino, & ſiano à beneficio di eſſa Signora, &c.*& inferius ibi, *& poſſa manutenere,reggere, & gouernare,& come Vicaria,& procuratrice eſigere li frutti,e l'intrate, & diſponere delli prouenti*, & clarius prope finem capitulorum ibi,*ſe le poſſa, & debbia lei ritenere, & reſtino tutte à beneficio, & commodo,&c.*ex quibus verbis,quę reſeruationem dumtaxat iurium,quæ tunc Duciſſa habebat, important, illud ſequitur, quod eſt de natura reſeruationis, vt ſi non reperiat reſeruabile, fruſtra adhibeatur, & inutilis ſit illius effectus, & ſic ex toto contextu diſpoſitionis,iuncto principio,& fine, colligitur illius ſenſus,& interpretatio qualis fuerit, & inferior pars conuen-
19 tionis ſuperiorẽ declarat,& è contra, *l.Meuia,ff.de manumiſſ.teſtam.l.utrum, ff.de petit.hæredit. Card.Mantica de coniect.vltim.volunt.lib.6. tit.*13.*n.*1. alios citat *Surd.d.dec.*202 *n.*15.vbi ita deciſũ refert in ſpecie in pacto reſeruationis fructuũ;certũ eſt enim,murato rerum ſtatu, vẽditis ſcilicet feudis, nõ potuiſſe penes Duciſſam remanere ius regendi caſtra, nec fructuum perceptionem; ſi igitur non conueniunt verba,nec conuenit effectus.

20 Et tandem ſi verba eſſent dubia, nonne eſſent contra ſtipulatorem interpretanda, qui potuit legem apertius ſibi dicere,& contra illum, qui ſe fundat in verbis,& ad cuius commodum verba principaliter ſunt prolata, ita vt pactum ambiguum ſemper interpretandũ ſit contra eum, qui ex eo commodum velit reportare, vulgata *l.veteribus, vbi Alber. & alij ff.de pact.*cum alijs vſque ad nauſeam coaceruatis à *Cardin.Mantica tom.*1.*de tacit.conuent. lib.*2.*tit.*4.*ex numer.*99. vbi hanc eſſe communem omnium concluſionem aſſerit,& pro eo verba
21 ſunt accipienda, quod leuius, & minus eſt,idque etiam in legatis, *l.nummis, ff.de legat.*3. latiſſimè *Giurba dec.* 28 *n.*24. præterea ex alio reſeruatio prædicta fructuum,& prouentuum iuriſdictionis non extẽditur ad intereſſe pretij redacti ex venditione, & creditoribus ex ſuperueniente noua voluntate ſoluti;quia ex contextu totius ſcripturæ capitulorum, coniungendo priora cum nouiſſimis,apparet, pactũ prædictum reſeruationis non alia de cauſa factum,niſi pro cautela, non tã vxoris,quàm ipſiuſmet viri; ne ſuper fructibus in dotem datis,ius acquiretur creditoribus,eaque ſola de cauſa id factum,euidẽter apparet ex cauſa ipſa,eaque ſola,& vnica,expreſſa, & pluries repetita,quæ præſumitur fi-
22 nalis; generale eſt autem, vt verba quantumuis vniuerſalia,reſtringantur ad cauſam,propter quam ſunt prolata,& cauſa verborum contrahentium inſpicienda eſt, quia illa extendit, & reſtringit conuentionem,& ex cauſa finali, qua contrahentes inducti ſunt, contractus reſtringitur, & in pacto verba, etſi vniuerſalia, non comprehendunt ea,in quibus eadem,vel tanta ratio non reperitur;& in ſpecie in terminis reſeruationis, quod non debeat generaliter intelligi,quando non eſt eadem ratio omnium,quæ ſub generalitate comprehendi poſſunt, vt hęc,& alia apud *Crauett conſ.*70.*n.*27.

23 & verba vniuersalia restringi debent ad id, cuius respectu sunt pronũciata, *l. intestati ff. de legat. tutor. Card. Mantica* infinitis comprobans *dict. tom. 1. de tacit. conuent lib. 3. tit. 2. ex n. 19. et 42.* vbi *numer. 29.* quod debeant restringi ex æquitate, & ne extendantur ad casum, qui quodammodo iniquitatem contineat; nihil autem iniquius, quàm quod vir de proprio restituat fructus, constante matrimonio consumptos, & quod pactum in ipsius fauorem pro cautela communi coniugum aduersùs creditores initum, præter intentionem in damnum ipsius viri retorqueatur.

Quæ omnia si procedunt genera-
24 liter in interpretatione cuiuslibet pacti, cuius verba debent propriè, & strictè intelligi, *l. 3 ff. de negot. gest.* cum alijs per *Surd decis. 272. num. 3.* potissimè procedit in pacto, vt maritus non
25 lucretur fructus dotis, q̃ adeò exosũ, & contrarium est iuri, vt ex *Marcell. lib. 8 digest. resp. Vlpianus in l. 4. ff. de pact. dotalib.* conuentionem non valere; propè enim indotatam mulierem hoc pacto fieri, idest vt *Accurs. verbo*,
26 *dotatam*, supplet, quia nisi matrimonij oneribus seruiat, dos nulla est, *l. Iulianus, 21. & l. si pater, 79. in fin. ff. de iure dotium*, & licet interdum substineatur pactio, si ideò quod pactum interposuit de reddendis fructibus, maiorem dotem vir sit consequutus, vt idem *Accurs.* docuit *in d. l. 4. vers. distinguit*,
27 tamen in omni casu, strictissimè velut iuri contrarium est interpretandum huiusmodi pactum, adeò vt promissio dotis à patre mulieris facta, ne se viuo petatur, ne ue constante matrimonio dos exigatur, ita accipienda est, vt posterior quoq; pars ad vitam patris relata videatur, ne diuersa sententia fructuum dotis ab oneribus matrimo-
28 nij separet, quodq; indignissimum esse indicat, vt nõ habuisse dotem existimetur, hæc I.C. *in d. l. cum pater, 11. ff. de pact. dotalib.* si igitur contra proprietatem sermonis, verborum inculcatio, sensum non auget, contra regulã *l. si stipulatus, ff. de vsur.* vt *gloss.* ibi aduertit *in vers. adiectum*, non alia ratione, nisi ne fructus dotis à viri dispositione separentur; quantò fortius seruata verborum proprietate, non erit admittenda extensio, nec superstitiosa voluntatis verbis non expressæ suppletio contra dispositionem iuris, mille in locis ex antiquo, & nouo iure
29 exaratam, qua fructus dotis constante matrimonio, ad virum omninò pertinere, *l. dotis fructum, 8. vbi in §. si*
30 *vsusfructus*, ampliatur, vt etsi vsusfructus in dotem detur, fructus reddendi non sint, sed ius ipsum percipiendi in dotem datum censeri, non fructus, *ff. de iure dot.* cum concordantibus per *Cardin. Mantic. tom. 1. de tacit. conuent. lib. 12. tit. 30. in princip.* & cedunt loco mariti, etiam si excedunt onera ma-
31 trimonij, ac etiam assecurata vxore ob vergentiam viri ad inopiam, vt probat *Bart. in d. l. si constante, num. 104.* communiter probatur ex traditis per *Barbos. num. 44. vers. item fructus; & num. 46. in fin. vers. denique*, & consequenter cedere debent commodo creditorum viri, iuxtà communiter receptam in Sacro Consilio *in dec. 617. Dom. de Franch.* contra *Crot.* & quam probauit quoque *Card. Mantic. dict. lib. 12. tit. 30. n. 2. & 9. in seq. & n. 19.*
32 vbi ampliat *num. 14.* etiam in marito putatiuo, de cuius dotis in matrimonio putatiuo priuilegijs, latissimè *Barbosa in l. si cum dotem, §. fin.* addit *Mantica*, etiam procedere in fructibus, & prouentibus iurisdictionis castrorum in dotem datorum, ita vt pœnæ, mulctæ, earumque compendia inter fructus ad virum pertinentes computanda sint, cũ ea inter fructus iurisdictionis connumerari constet, ad tradita per *Dom meum Capyc. in inuest. versic. cum multarum pœnarum compendijs*, & addit *Mantic. num. 20.* procedere etiã in iure præsentandi competente occasione iuris patronatus in Ecclesia Castri in dotem dati, quod etsi sit extra

tra

tra commodum pecuniarium,ſed honori tribuatur, adhuc ad virum pertinere,& ita deciſum in *Rot.* pluries *numer.*25. vbi extendit etiam ad fructus prouenientes, non ſolum ex dote ipſa,ſed & ex acceſſione dotis.

Ex quibus tam ſolidiſſimè fundatur,pactum hoc reſeruationis fructuū non extendi ad acquiſitionem intereſſe, vt non obſtet fragilis coniectura, quæ deſumi poſſet ex vi ſubrogationis; cum hoc argumentum ceſſet,
33 vbi rei ſubrogatæ diuerſa, vel ineſt qualitas, aut alia differentiæ ratio, *l.cum in fundo,*§ *ſi fundus,ff.de iur.dot.* cum opulentiſſimo ornatu *Giurb. deciſ.*83.*num.*14.quis autem non nouit, maximum eſſe diſcrimen inter reſeruationem, quæ reſeruat ius competens adhuc in alium non translatum,
34 vnde dicitur quædam exceptio modificans actum, latè *Surd. deciſ.* 163. *num.* 17. & actionem repetendi à viro, cum abſolutum ſit, retentionem facilius concedi, quàm actionem re-
35 petendi,*Surd.conſ.*4.*num.*5.*in princip.* cum infinitis per *Giurb.dec.*60.*ex n.*5. vbi amplius quod excluſa per ſtatutū actione,ſiuè petitione,quinimò & etiā exceptione, & compenſatione,non cenſeatur prohibita retentio, quaſi
36 minus ſit retinere, & fauorabilior, quàm ipſa exceptio, & compenſatio, vt latè *Giurba ex num.*7.licet retentio ſpecies ſit compenſationis, & ob id appoſitiſſimè ad caſum noſtrū arguit ex *Cephal.conſ.*299. *n.*34. *& Honded. conſ.*16.*num.*22.*in princip.*de retentione ad petitionem non poſſe argui,vnde ſilere debet aduerſatius, qui à caſu retentionis,ſiuè reſeruationis,vult arguere ad caſum repetitionis: vltra q;
37 ſubrogatum ſapit naturam eius,in cuius locum ſubrogatur quoad naturam primordialē,ſed non quoad accidentalem; ſapiet igitur pretium naturam dotis,non autem quoad pactum accidentale, nec verbis expreſſum,nec in mente comprehenſum, *Euerard. loc.à vt ſubrog. num.* 29. præſertim vt aſſumat naturam pacti contra expreſſam iuris diſpoſitionem, vt ſupra; imò res ſubrogata non aſſumit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, niſi id exprimatur, vt pulchrè explicat *Frecc. lib.*2.*quaeſt.*21.*cart.*219.

Et tandem ex alio maxima eſt differentiæ ratio inter vnum, & alterum caſum; inter reſeruationem etenim fructuum bonorum feudalium patui redditus nō excedentis ducatos tres, aut parum plus pro centenario,quorum etiam Dux remanebat dominus vnà cum adminiſtratione iuriſdictionis, feudis penes vxorem exiſtentibus, ratione indiuiduæ ſocietatis, & repetitionem intereſſe ſortis ſoluendæ ex pretio,ad rationem octo,& decem pro centenario, ut creditoribus ſoluebatur; illud enim quod pluries
38 eſt perceptum, cadit in beneficium Ducis, remanente ſolùm quantitate, quæ prius percipiebatur in beneficiū Duciſſæ reſeruātis,*l.fundi Trebatiani,* 38.*ff.de vſur.& vſufruct.legat.*vbi hęc verba leguntur,*fundi Trebatiani reddìtus uxori meæ, quoad viuet, dari volo; quæro,an poſſit tutor hæredis fundū vendere, & legatario quantitatē offerre annuam, quā viuo patre familias ex locatione fundi redigere conſueuerat, reſpondit,poſſe*,& quod hodie dimiſſis creditoribus, & fructibus conſumptis, teneatur Dux reſtituere vxori intereſſe pecuniæ ſolutæ creditoribus,poſtquā ex his iuſtiſſimè creſcere potuit, ad id non teneri; nec æquitati conuenit, nec rigori, alioquin melius fuiſſet tali vxoris auxilio nunquam vſum.

SVMMARIVM.

1 *Dotis aſſecurationi, vt ſit locus,ſufficit attento iure,maritum nulla alia bona præter dotem habere, & n.* 43. *quod amplia etiam reſpectu donationis propter nuptias,& num.*2.

3 Text.in §. illud quoque, de æqual. dot. enucleatur.

4 *Dotis aſſecurationi locus non eſt,cum vir*

vir incipit malè uti ſua ſubſtantia, niſi duo concurrant, & num.7.

5 *Adminiſtratio facilius interdicitur, quando non eſt ſpes recuperationis bonorum, & num.8.*

6 *Mulieri facilius ſuccurritur, cum maritus diſſipat res dotales, quã proprias.*

9 *Alienari non videtur, quod poteſt repeti, ſed contra, num.10.*

11 *Aſſecurationes adinuentæ, vt dos ſit in tuto, neq; diſſipetur, & n. 51. & 46.*

12 *Dotis aſſecuratio, an ſit vera, & propria reſtitutio.*

13 *Dotis dominium per aſſecurationem, an tranſeat in vxorem, & quomodo, num.17.*

14 *Ius offerendi non datur contra mulierem petentem aſſecurationem, & qua ratione, num.20. limita, vt num.21.*

16 *Dotis aſſecuratio vocatur ſequeſtratio, quæ fit in manibus vxoris pro ſua cautela, vel tranſlatio adminiſtrationis à viro in vxorem, uel loco pignoris, & num. 18.*

19 *Aſſecuratione facta ſuper pecunia, quid agendum, vt fructus poſſint percipi.*

22 *Ratio naturalis ſola ſufficere debet, etiam ſi lex deficiat.*

23 *Pactum, quod dos conuertatur in emptionem bonorum ſtabilium, adimpletur, etiam ſi vir cautam reddat vxorem ſuper proprijs ſuis bonis ſtabilibus.*

24 *Dotalis pecunia conuerti poteſt in emptionem ſtabilium, & permutari, & num.26.*

25 *Dotalis fit res, ſuper qua res imponitur.*

27 *Mariti omnia bona ſunt obligata pro dotis reſtitutione.*

28 *Vxor ſemel aſſecurata, non poteſt variare.*

29 *Vxor non poteſt prætextu aſſecurationis, omnia viri bona occupare, ſed vnum corpus eligere, quod non excedat dotis menſuram, quod amplia, vt aliàs ſit nulla, num.30.*

31 *Aſſecurationis rèmedium ceſſat, quando vxor ſcienter contraxit cum viro inope, num.34. & de magis communi opinione, num.35.*

32 *Vxor licet non poſſit ſibi præiudicare in dote, poteſt tamen ſibi præiudicare circa remedium aſſecurationis, & beneficium* l. ſi conſtante.

33 *Vxori quomodo ſuccurratur, dum contraxit cum viro inope, & obærato, num.38.*

36 *Vxoris ſcientia in dubio præſumitur, ſcilicet virum fuiſſe inopem.*

37 *Mariti inopia probatur etiam ex vulgi fama, ac opinione.*

39 *Satisdare non tenetur poſſeſſor bonorum immobilium.*

40 *Allegare non ſufficit, bona non ſufficere, ſed etiam debet probari.*

41 *Vxori non ſufficit ad obtinendum aſſecurationem, dicere, virum habere talia bona, quæ non ſufficiunt, quod declara, vt num.42.*

44 *Aſſecuratio obtenta, licet non ceſſet per ſuperuenientiam diuitiarum, & viri facultatum; ſecus tamen cum ſola fuerit petita, quod amplia, vt numer.45.*

47 *Maritus non cogitur præſtare alimenta vxori ſeorſum habitanti, nec vxor eſt audienda, quod declara, vt n.48. & amplia etiam ſi petierit aſſecurationem, vt num 50.*

49 *Litis expenſæ pendente ſeparationis thori, iudicio, debent adminiſtrari vxori à viro.*

ARGVMENTVM.

Aſſecuratio vt habeat locum, quæ requiruntur; an ſufficiat, virum incipere malè vti propria ſubſtantia, attento maximè iure authentico, & quod probandum ſit ad finem eam obtinendi. Anſit vera dotis reſtitutio, dominiũque in vxorem transferat, & ad quem finem adinuenta. Ceſſet nec ne, quoties vxor ſcienter cum viro obærato, & inope matrimonium contraxerit, vel quoties ſuperueniunt diuitiæ poſt motam litem: & tandem quomodo ſuccurratur vxori, quæ ſcienter contra-

traxit matrimonium cum viro inope, cum aſſecurationis auxilio ſit deſtituta, non inconcinnè declaratur.

Pro eodem Duce contra eandem Duciſſam.

CONTROVERSIA LXV.

SVpereſt pro Duce Grauinæ poſtremus articulus prætenſæ aſſecurationis dotis, quam Duciſſa in ſuo libello prætendit ex duplici capite, ex eo ſcilicet, quod abutatur dote ipſa, & etiam propria ſubſtantia Ducis.

Et licet neutrum ipſa actrix in proceſſu nec etiam ſemiplenè probet, ſi tamen liquidò conſtabit contrarium in vtroque, & nedum ceſſare omnia requiſita ad dotis ſequeſtrationem ob vergentiam ad inopiam, ſed euidẽter appatere, dotem in tutiſſimo eſſe, planè ceſſabit remedium intentatum.

In quo omiſſa diſputatione, quid de nouo iute C.& a. th.ſit additũ deciſioni *l.ſi cõſtante*, vbi *Doctiſs Barboſ. ibid. n.* 4. reſoluit attento effectu, hæc iura minimè inter ſe diſcrepare, quod

1 enim *Vlpian. in ead. l.* requiſit, euidentiſſimè conſtare, mariti facultates nõ ſufficere ad dotis exactionem, vt vxor admittatur ad repetendam dotem, conſtante matrimonio, declarat *Imperator in l. vbi adhuc*, 29. & *in l. in rebus*, 30. §. *fin. C. de iure dotium*, tunc id euidentiſſimè conſtare, quando deducto ære alieno, nihil remanet marito præter dotem, & ſic vt ſit locus remedio dictatum legum, neceſsè eſſe, maritum nulla alia habere bona, præter dotem, etiam ſi deducto ære alieno, nulla alia ei bona ſuperſint, cum id dicatur quis habere in bonis, quod ſupereſt, deducto ære alieno, quod *ex Alber. num.* 2. & alijs de communi, latius explicat *Barboſ. num.* 4. 5. & 6. qui *num.* 7. addit, in nihilo aduerſari deciſioni *l. ſi conſtante*, nouã deciſionẽ Iuſtin. *in d. l. vbi adhuc*, immò ſtrictius ꝓcedere; ſiquidẽ Imperator requirit amplius, quod mariti bona ita ſint diminuta, vt ex illis non poſſit ſatisfieri creditoribus, & proinde *d. l. ubi adhuc*, eſſe ſupplendam per *dict. l. ſi conſtante*, *ex reg. l. non eſt nouum, ff. de legib.* vt cõpetat dotis repetitio mulieri, quando maritus ita deductus eſt ad inopiam, vt non poſſit ex proprijs bonis ſatisfacere creditoribus, vel æs alienum omninò abſumat eius facultates, vel quando ita diminutæ ſunt, vt ex illis non poſſit ſatisfieri dotis exactioni,

2 addito tantùm *ex dict. l. vbi adhuc*, vt diſpoſitum in dote, extendatur, vt ſoler, ad donationem propter nuptias, & *num.* 8. *in fin.* & *num.* 9. eruditè pro-

3 bat, nec etiam iure authentico, *in* §. *illud quoque, de æqualit. dotis, collat.* 7. eſſe aliquid immutatum, vt concedatur repetitio, vbicunque vir incipiat malè vti ſubſtantia ſua, ſed illa verba *dict. §. inchoante malè vti*, debeant intelligi iuxtà *l. vbi adhuc*, ad quam vti legem à ſe ipſo conditam, ſe refert cõfirmando potius, quàm innouando, ab eo tempore ſcilicet, quo conſtiterit, viri facultates non ſufficere ad dotis exactionem, ære alieno deducto, vt ſupra explicauit *gloſſ. in dict. §. illud quoque, verſ. inchoante*, quam probarũt *Dyn. Imol. Roman. Alex. Bald. Nouell. Ruyn. Coraſ. Campeg.* & *alij*; verùm etiam admiſſo intellectu, qui videtur magis communis, vt ſaltim ſit aliquid immutatum, *ex deciſ. dict. §. illud quoq;* vt illicò ſcilicet competat vxori dotis in tuto collocationis remedium, vbi vir incipiat vti malè ſubſtantia ſua, vt ex *Bart. Panormit. Crot. Rip. Ruyn. Gomeſ. Palat.* & alijs, refert *Barboſ. n.* 2. *et* 8. *in fin.* quam communem ex *Aret. Boer. Benint. Burſat.* profitetur *Muñoz de ratiocin. tom.* 2. *comput.* 18. *num.* 11. temperatur tamen hoc procedere, vt

4 hoc non obſtante regulariter, ſcilicet attendenda ſit deciſio *d. l. ſi conſtante.*

vt

vt admittenda sit vxor ab eo tempore dumtaxat, quo euidentissimè constet, bona mariti non sufficere; limitetur tamen duobus concurrentibus; primò scilicet si maritus ita dissipet bona, vt nullum remedium relinquatur vxori aduersùs dissipationem, siuè alienationem; secundò quod dissipatio, siuè alienatio nō solùm pertineat ad bona mariti, sed etiam ad res dotales; his enim duobus concurrentibus, conceditur vxori repetitio dotis ab eo tempore, quo prædicto modo maritus incipit malè vti substãtia sua, *dict. §. illud quoque*, quę ad id optimè expendens *Barbos. num. 13. vers. quare tertio loco*, subijcit, aliter verificari non posse *dict. §. illud quoque*, nisi quando maritus abusus est sua substantia, & propria bona, & dotalia dissiparet sine spe recuperationis, & in his terminis inquit *Barbos.* procedet communis traditio, quod hodie scilicet iure nouo authentico repetitio datur mulieri ex eo, quod maritus incipit malè vti substantia suà, vt scribit *Benint. dec. Bonon. 68. num. 4. Bursat. cons. 56. n. 1. ad fin. in princ.* illam autem esse huius limitationis, siuè restrictionis rationē

5 addit *Barbos.* quia facilius quis priuatur iure administrationis, vbi ita dissipat bona, vt recuperari non possint, quàm vbi ita quis dissipat bona, vt recuperari possint, *Bart. in d. l. si constante, num. 63.* & esse receptam, tradit *ex Aret. & Boer.* quos citat, & repetit *Muñoz dict. tempus. 18. num. 9.* & etiã

6 quia facilius succurritur mulieri, quãdo maritus dissipat, & disperdit res ipsas dotales, quàm vbi dissipat proprium suum patrimonium, *l. si cum dotem, 23. §. fin autem, uers. si verò, ff. solut. matr.* & ex ratione *§. si maritus, dict. l. si constante, & l. etiam, §. licet, eod. tit. Bart. in ead. l. si constante, num. 5. & 71. Bald. Nouell. de dote, part. 6. priuil. 70.*

7 & concludit ex his *Barbos. n. 13. in fin.* quod si alterum ex prædictis deficiat, standum erit regulæ *dict. l. si constante*, vt scilicet nō sit locus illius remedio, nisi ex quo euidentissimè cõstet, mariti bona non sufficere, cum qua restrictione constantissimè residet *Barbosa* ex communi DD. sententia, non esse immutatam *decis. dict. l. si constante, ex decis. §. illud quoque*, nisi prædictis concurrẽtibus, & refert iuxtà multorum opinionem, procedere etiam

8 si maritus dissipauerit iam bona sua simul, & dotalia; ita tamen, vt recuperari possint, expendens ad id *text.* qui videtur id apertè probare, *in dict. l. vbi adhuc, 29.* & doctrinam *Bart. in l. Imperator, num. 1. ff. ad Trebell.* vbi patet grauatus restituere bona filio per fideicommissum, si dissipat ipsa bona, illa alienando, non priuatur administratione, si sunt bona immobilia, quia

9 non videntur dissipata, vel alienata bona, quæ possunt per filium recuperari, confirmat idem *Bartol. in l. cum oportet, §. non autem hypothecam, C. de bon. quæ liber.* sequuntur alij relati per *Boer. decis. 61. ubi num. 21. in fin.* refert ita iudicatum, & communem cum *Bart.* etiam opinionem fatetur, *Molina de Hyspan. primogen. lib. 1. cap. 16. n. 14. & 15.* in quo licet *Barbos.* contrarium

10 verius existimet *n. 14. vers. sed verius*, vt in casu alienationis, & dissipationis non sit excusanda administrationis interdictio, quamuis immobilia recuperari possint, cum illa sine molestijs, & sumptibus, cum prolixæ sint, & penè immortales lites, quæ in illis vendicandis occurrunt, recuperari nō possint, qua ratione contra *Bart.* sentiunt tam *Molina d. c. 16. n. 15.* quàm *Pinell. in l. 1. C. de bon. matern. 2. p. n. 35.* nō ideò tñ efficitũr, quin opinio *Bart.* non sit adhuc communiter recepta, & firmæ in omnem casum remanent præcedentes restrictiones, quas de communi sententia, & ex mente omnium, vt receptissimas, tradit *Barbos.*

Vnde cum in casu præsenti ex nota facti apertissimè liqueat, nullam à Duce fuisse factam alienationem, ne dicam stabilium, sed nec bonorum suorum obligationem, siuè hypothecam

eam post matrimonium, partem verò dotium ab vxore traditam, nec ipse Dux alienauerit, nec retigerit, cum ipsa Ducissa vxor sua sponte tutissimè collocauerit in extinctionem antiquiorum credirorum cum assensibus super Ciuitate Grauinæ, cum cessione iurium roborata nouis assensibus, quæ Ciuitas extat in patrimonio Ducis, & est ingentissimi pretij, ex cuius venditione, soluto ære alieno, sub quo & dos creditoribus soluta comprehēditur, remaneret maxima summa ad beneficium Ducis, vltra alia sua bona, & cēsus maximi valoris, ex his nedum euidentissimè non constat, facultates viri non sufficere, sed euidentissimè contrarium.

Ex quo & secundò, cessat harum
11 legum remedium; siquidem absolutum est, omnium harum legum, *ff.C.et auth.* quibus varijs temporibus legum latores conati fuerūt mulieribus prouidere, & pro dotium conseruatione, vt ex *Bart.* & alijs, refert *Barbos. n.* 1. *&* 2. vnicum fuisse finem, & intētum, & ad hoc omnes leges promulgatas, vt dos esset in tuto, neque consumeretur, & perderetur, & proinde transfertur in vxorem ius administrandi dotem, *§.illud quoque*, & licet varient
12 Scrib. an sit vera, & propria restitutio, negante id *Bart. in dict.l.si constāte, num.*53. quem defendit *Natta consil.*81. *libr.* 1. affirmante verò *Roman. num.*12. *&* *cons.*392. quem ex modernis tuetur *Bursat.cons.*120. *numer.*35. *libr.* 1. adeò vt modernorum ingens caterua in duas partes scissa, contendat quælibet pro se habere magis cōmunem, vt pro *Roman.* asserit *Vtuius decis.*538. pro *Bart.* verò post *Barbos. num.*53. *&* 54. stat nouissimè *Giurba* sua solita stipatus mole *DD. decis.*16. *num.*2. 6. *&* post *num.*7. ex quo & il-
13 lud in consequentiam controuertitur, an transferatur in vxorem plenum dominium, vel possessio, quod sub distinctione resoluit *Barbos. num.* 44. *in fin. &* 45. & sub diuersa casuum resolutione, absoluit *Giurba dict.decis.*16. *n.*9. 11. *&* 17. tamen vel sit propria, & plenaria restitutio, ex qua transeat in vxorem dominium, & possessio, vel non sit vera restitutio, sed dumtaxat assecuratio quædam, quam opinionē fuisse semper vsu receptam in S.C. testatur *Afflict. decis.* 9. & proinde hac
14 ratione toties iudicatum contra mulierem petentem dotium assecurationem, non competere posteriori creditori ius offerendi, testatur *Dom. de Franch.decis.*54. *&* 617. *per totam*, *&* *Consiliar. de Anna cons.*69. omnes nihilominus scribentes vno ore conueniunt, ad hoc planè esse adinuentum
15 remedium harum legum, vt dos esset in tuto, neque consumi posset, & in consequentiam, vt vxor se ipsam, liberos, & maritum alat cum familia, vt dicit *Anchar. in suo famoso cons.* 119. *pluribus de causis, vers. tertiò confirmatur, D.de Franch.d.dec.*617. *n.*9. *&* 10. *&* *num.*11. *vers.idem Crotus*, vbi dicit, quod assecuratio nihil aliud facit, quā ponere rem in tuto, *Barbos. num.*46. *vers.& est ratio*, hinc aduertit *Giurba dict. decis.*16. *num.*11. quod etiam in casibus, vbi transit in eam dominium, efficitur talis, non ad alienandum, sed ad alendum tantùm, idque totum, saluis pactis dotalibus, *Giurba dict.decis. num.*2. 5. *&* 11. vnde orta est forma sententiæ, qua vtitur Sacrum Consilium in iudicio assecurationis, relata per *Dom.de Franch. dict.dec.*617. *n.*7. & ob id hæc dotis in tuto repositio
16 appellatur sequestratio, quæ fit in manibus mulieris pro ipsius cautela, *Cuman. Alex.Gozad.* relati per *Barbos. numer.*46. & iterum post *num.* 53. *versic. magis videtur*, *Giurba dict.dec.*16. *n.* 2. *circa med.* siuè translatio administrationis à persona viri in vxorem, ita tamen vt dos retineat quoad fructus, & alia, eandem naturam, quam prius habebat sub viro, *dict.§.illud quoque, uers. quia enim*, cum alijs per *Ioseph.Ludou. decis.Luccens.*22. *Dom. de Franch.dict. decis.* 617. post *num.* 9. *Giurba d.n.*2.

post

17 post *med.* & in casibus, in quibus trãsit dominium, illud non transit liberum, sed limitatiuè, & restrictè, quatenus sit necessarium ad dotis securitatem, vt ex *Ancbar. & Put.* tradit Barbosa *post num.47. vers. sed non est, Giurba d. dict. dec. num.* 11. & quod in vniuersum habeat causam limitatam, vt dós in tuto collocetur, & ex fructib' vxor, se, virum, & familiam alere possit, optimè *Cardin. Mantica de tacit. conuent. lib.* 12. *tit.* 30. *num.* 9. *&* 11. *Muñoz de ratiocin. dict. comput.* 18. *num.* 12. aliquando verò dicitur, mulierem habe-
18 re bona loco pignoris, & hypothecę, siuè loco custodiæ, vt ipsa veluti bonorum curatrix, non administret, ex quorum fructibus, matrimonij onera sustineat, *Afflict. dict. decis.* 9. *num.* 2. iunctis his, quæ larè recenset *Giurba dict. dec.* 16. *num.* 2. *in fin.* optimè paucis verbis de more *Dom. Camill. de Medic. meus socer cons.* 120. *n.* 10. *et* 11.
19 inde fit, quod si in mariti bonis non adsint stabilia, sed pecunia tãtùm, vel merces, aut nomina debitorum, ex quibus fructus percipere non posset, nisi in pecunia redigerentur; tunc quia mulier non redderet in tuto dotem, ex eo quia pecunia facilè cõsumitur, adinuentum est, vt in subsidium, ne mulier pecuniam perdat, quod illa deponatur apud fidum mercatorem ad honestum lucrum, *cap. per vestras, de donat. inter vir. & vxor. Afflict. decis.* 221. *vbi ex Bald. Nouell.* dicit, posse etiam emi prædium, vt fructus deseruiant oneribus matrimonij, concordantes citant *Barbos. post n.* 62. *versic. item quod, Giurba dict. decis. numer.* 3.
20 quinimò ratio vera, quare aduersùs mulierem petentem assecurari, creditori posteriori non competat ius offerendi, vt passim iudicatum in Sacro Consilio, testis est *Afflict. decis.* 199. *Dom. de Franch. decis.* 54. cum infinitis alijs decisionibus, & authoritatibus relatis per *Giurb. dict. decis. numer.* 12. illa est, cum vxoris intersit, incumbere super bonis stabilibus, cum pecunia facilè consumi potest cum maximo dotis præiudicio, *Bart. in l. si constãte, num.* 88. cum alijs per *Barbos. num.* 16. *vers. quinimò, & n.* 62. *&* 63. vbi non esse ita securam dotem per oblationem pecuniæ, tametsi apud mercatorem deponatur, quàm quod vxori sit cautum super re stabili fructũ ferente, & proinde si penes maritum non sit nisi pecunia, vel merces, quæ necesse esset in pecuniam redigi, nec emptiones essent paratæ, neque occasio deponendi apud mercatorem promptè suppeteret, ita vt omnimodo super pecunia esset necessariò cõcedenda assecuratio, tunc quasi ratio-
21 ne cessante, ex qua mulieri est à iure indultum priuilegium excludendi ius offerendi, illud rectè creditori competeret, vt affirmat *Dom. meus Capyc. dec.* 41. *in fin. Rimin. iun.* quem probat *Barbos. post num.* 63. *versic. vel etiam*, cum alijs per *Giurb. dict. dec. num* 14.

Ex quibus si præcipuus finis assecurationis est, vt dos sit in tuto, quem finem est optimè consequuta Domina Ducissa, vt ex ante dictis, & nota facti clarissimè liquet, omninò à cessante causa finali præcipua, & vnica, cessare debet assecurationis remediũ intentatũ: quod autem in tuto sit dos hoc modo conuersa in extinctionem æris alieni super Ciuitate Grauinæ, licet alia probatione non egeat, cum id ipsa rei euidentia, & ratio naturalis
22 demonstret, quę sola sufficere debet, quia ratio naturalis seruanda esset, etiam si lex deficeret in mundo, vt hæc, & alia refert *Crauett. cons.* 31. *n.* 5. attamen in terminis nostris, & in pun-
23 cto *Ioseph Ludouic. decis. Luccens.* 21. *in* 2. *dub. post num.* 8. *&* 9. loquens in terminis pacti dotalis, quo erat conuentum, vt dos conuerteretur in emptionem bonorum stabilium pro dotis securitate, vt ipse testatur in principio facti narrationis, *in vers. sciendum est*, decidit ipse, fuisse adimpletũ pactum hoc dotale, dum loco emptionis stabilium, maritus cautam red-

dat

dat vxorem, ſcilicet accollauerat, vt
eius verbis vtar, pecuniam dotis ſuper
ſuis bonis ſtabilibus, & ſubdit hæc
verba, *hoc idem eſſe æquè ac ſi maritus
conuertiſſet pecuniam dotis in emptionē
bonorum ſtabilium*, quod maritum fa-
24 cere poſſe, dicit ex *text.in l.ita conſtā-
te,27.cum l.ſeq.ff.de iure dot.* vbi con-
ſtante matrimonio, permutari poſſe
dotem, dicit I.C. vt ex pecunia in rē,
aut ex re in pecuniā, idq; inquit pro-
batum eſſe, & ſubijcit *gloſſ.* id permitti,
etiam ſi mulieri non ſit vtile, ſed non
damnoſum, quia vt dicitur *in l.ſeq.*
25 hoc facto, res, ſuper qua dos imponi-
tur, dotalis efficitur, idem *in l.ſi mu-
lier,21.& l.cum maritus,29.ff.de pact.
dotalib. Angel. conſ.305. incip. in quæ-
ſtione, poſt num.2. Pariſ.conſ.128.lib.1
Bald.Nouell.de dote, part.7.priu.1.in 2.
& 3.limit.* vbi quod res dotalis poſſit
26 conuerti in pecunia, vel pro emendis
alijs ſtabilibus, vel pro imponendo
pecuniam ad bancum, vt ſtet ad ho-
neſtum lucrum, iuxtà *cap.per veſtras*,
& maximè quando ita expediret vi-
ro, & ipſi vxori, & ſubdit *in 4.limitat.*
& ſi vendat corpora dotalia pro ſa-
tisfaciendis creditoribus, & ære alie-
no, etiam ipſius vxoris, vt propriè cō-
tigit in caſu præſenti, & ſic non ſolùm
remanent obligata bona Ducis pro
27 dotis reſtitutione cum ipſius intereſ-
ſe, ad *tex.in l.aſſiduis,C.qui pot.in pign.*
cum concordantibus per *Ludouic.dec.
Luccenſ.21. num.10.* cum prælatione
ex iuribus anteriorum cum aſſenſu,
ſed ipſamet bona ſunt effecta dotalia,
iuxtà *text.in dict.l.ſi conſtante.*

Idque comprobatur & tertiò, quia
cum Domina Duciſſa pro implenda
dotis promiſſione facta in capitulis,
ſponte elegerit ſuccedere in locum
priorum, & potiorum creditorū Du-
cis habentium legitimè hypothecam
ſuper ciuitate Grauinæ, & ex hoc fue-
rit plenisſimè pro dotis cautela, &
ſummis ſolutis aſſecurata, idque fe-
cerit ſciens, patrimonium viri obæra-
tum, duo ex hoc correlariè ſequuntur

28 Primum, quod cum fuerit iam aſſe-
curata, & tutisſimè dos collocata, nō
poteſt amplius ipſa aſſecurari, nec va-
riare, vt pluribus probat *Dom. meus
Capyc.deciſ.46.* vbi in fine ita refert
iudicatum, & maximè quia mulier
29 non poteſt omnia mariti bona occu-
pare pro dotis aſſecuratione, ſed ex
multis cogitur vnum corpus eligere,
quod non excedat ſolutæ dotis men-
ſuram, ad hoc vt fraudibus occurra-
tur, ut creditoribus uiri non præiudi-
cetur, ut docuit poſt *Cyn.Salyc.in l.ubi
adhuc, n.14.de iure dot.* cum alijs per
Oſaſch.deciſ.135.num.130. ubi quod
asſignatio dotis pro rata quantitatis
ipſius dotis tantùm fieri debet, & hāc
eſſe magis communem, *Bart.num.61.
in fin.verſ.& notabis*, vt vtrumque la-
tisſimè cpmprobat *Giurba d.dec.16.
num.19.* vbi quod nec poſſit variare,
quod nullo modo ſit concedenda aſ-
ſecuratio ſuper re, ſiuè corpore exce-
30 dente ſummam dotis, vbi *num.17.
in fin. ex Caſſan. Tepat. Milanenſ.* &
alijs, probat in eo, quod pluris res va-
leret, dotis factam aſſignationem eſſe
nullam, & ob id faciendam non eſſe
ſuper bonis, dotis ualorem exceden-
tibus, idem *Giurba num.21. Vrſill.ad
Aſſuct.deciſ.9. in fin.* plures citans, &
omnium optimè *Gail. lib.2. obſer.92.
num.13.* ubi quod hoc remedium hy-
pothecæ, quod mulieri datur ſpeciali
iure, & reſpectu certæ cauſæ, eidem
concedi non debet, niſi ſolùm pro pi-
gnoribus ſufficiētibus ad cauſam do-
tis, nec poteſt incumbere pignori cū
iniuria creditorum, quibus non licet
offerre, idem tradit *Morol.in quæſt.
de iure offerend. poſt num.9.in verſ.ſex-
tò cum mulier*, & propriè *in verſ.quid
igitur tenendum*, & ſic cum Duciſſa ſit
iam aſſecurata, non poteſt uariare: &
maximè non eſt admittenda eius pre-
tenſio ſuper Ciuitate Grauinæ, cuius
pretium triplum excedit ſummæ do-
tis ſolutæ in damnum uiri, & credito-
rum: nec obſtat, ſi dicatur, uariationē
prohiberi, cum uxor prius à iudice

obtinuit aſſecurari, quod in præſenti
factum non fuit, & non eſſe applicabi-
les terminos uariationis; ſiquidem di-
cimus, nihil intereſſe, an aſſecuratio-
nem, ſiuè repoſitionem dotis in tuto
conceſſerit iudex, præuio libello, an
ipſa mulier ſponte ſua elegerit hanc
dotis collocationem, quinimò fortio-
rem hanc eſſe, quam ſua ſponte elegit
Ducíſſa, præſertim ſciens urgentiam
creditorum uiri, tempore, quo dotes
ſoluit, ut plenè ex facto patet; hoc
enim caſu nedum prohibetur uaria-
tio ex eo, quod nihil intereſſe poſſit
inter aſſecurationem conceſſam à iu-
dice, uel electam ab ipſa muliere, ple-
nè ſciente urgentiam, cum factum iu-
dicis ſit factum partis.

Sed etiam ſecundò aliud conſe-
quitur, ut ex toto ceſſet remedium aſ-
ſecurationis, quod eſt introductum
ad releuamen mulieris, quando mari-
ti inopia ſuperuenit poſt contractum
matrimonium, dote ſcilicet iam ſolu-
ta, vt loquuntur expreſsè ſupra citatæ
leges, & præcipuè habetur *in dict. §. il-
lud quoque*, ibi, *cur mox viro inchoante
malè ſubſtantia uti, auth. de æqualit. dot.*
31 & ſic non competit remedium prædi-
ctum, quando mulier ſciens virum ob-
æratum contraxit, & maximè in caſu
præſenti, in quo bona dotalia ſtabilia,
quæ ex forma pactionis nuptialis erāt
reſtituenda in eildem corporibus, ſua
ſponte vendere voluit, & pretium no-
mine dotis cum maxima cautela cre-
ditoribus viri ſoluere; quod enim ceſ-
ſet remedium harum legum, vbi mu-
lier ſcienter cōtraxit cum marito ino-
pe, quem poſtea ſuſpectum habere nō
poteſt, *l. ſi creditores, ff. de priuil. credit.*
firmat *Oldrad. Ioann. Andr. Dyn. Cin.
Alber. Bald. Angel. Imol. Roman. Aret.
Mart. de Fano*, Bened. *de Plumbina*, &
alij, quos refert *Iaſ. in l. ſi conſtante*,
num. 172. dicens, eſſe magis commu-
nem opinionem, ſequuntur *Ruyn Ripa,
Claud. Cros.* & alij, quos refert, & ſe-
quitur *Barboſ. num. 25. verſ. non obſtat,
& num. 26. & 27. verſ. infertur etiam*,
vbi addit, quod dum ſcienter contra-
hit cum marito paupere, videtur tali-
ter eius perſonam approbare, vt non
poſſit prætextu paupertatis ab eo do-
tem repetere, *l. fin. C. de ſponſ. cap. hor-
rendus*, 32. *q.* 5. & proinde, vt ſubijcit,
32 non obſtat, mulierem non poſſe ſuo
conſenſu, vel pacto, præiudicium doti
inferre, *l. & Attilicinus, ff. de pact. dotal.*
quia poterit tamen ſuo conſenſu ſibi
præiudicare circa remedium harum
legum, in auferenda ſcilicet dotis ad-
miniſtratione marito, verùm non in
33 totum ſibi præiudicauit; quia ſi iuſtus
timor, ſiuè periculum perdendæ dotis
ſuperueniret, poterit alio vti remedio,
ſcilicet cogendi virum pauperem ad
præſtandam cautionem pro dote, iux-
ta terminos *cap. per veſtras, de donat.
inter vir. & uxor.* quod pluries repe-
tit *Barboſ. num. 26. verſ. & ad hunc mo-
dum, num. 27. verſ. infertur, & num. 28.
in fin. uerſ. quod tamen*, vbi hanc dicit
eſſe omninò receptam ſententiam, &
num. 38. uerſic. item quod ſi mulier, & q.
34 vxori agenti pro aſſecuratione dotis,
poſſit iuſtè maritus excipiendo ſe de-
fendere, quod erat in eodem ſtatu ab
initio, & quod nihil de nouo ſuper ue-
nit, & quod ob id nullo modo ſit au-
dienda vxor in iudicio aſſecurationis
pro repetitione dotis, conſtante ma-
trimonio, quando vir ſemper fuit in
eo ſtatu, & in ea cōditione quoad bo-
na ſua, & eorum adminiſtrationem ab
initio tempore contracti matrimonij,
& receptæ dotis, & ex poſt, ita quod
non dicatur magis hodie ad inopiam
declinaſſe, quàm ab initio fuerit, opti-
mè, & conſtanter affirmat *Soc. iun. con-
ſil.* 116. *incip. præſens caſus, n. 27. & 28.
lib.* 2. loquens de quodam milite, qui
etiam tempore contracti matrimonij
inops erat, & militanter viuebat, pro
35 vt poſtea, & quod hęc opinio in pun-
cto iuris eſt verior, & magis commu-
nis, & quod ipſe non auderet in iudi-
cando ab ea recedere, refert, & ſequi-
tur *Ioſeph Ludouic. deciſ. Luccenſ.* 22.
num. 18. dicens, contrariam opinionē
eſſe

eſſe periculoſam, & communiter à
36 DD. damnatam; in dubio autem in muliere præſumetur ſcientia inopiæ viri, iuxtà *l. qui cum alio, de regul. iur.* vt cum *Crot.* defendit *Barboſ. numer.* 28. *verſ. in dubio autem*, hic autem non eſt opus de hoc diſputare, cum pleniſsimè ſit probata ſcientia ex confesſione reiterata ipſius Duciſſæ, tam in capitulis, vbi excogitata fuit ſummo ſtudio, cautela, ne ius acquireretur creditoribus ſuper fructibuss dotis, & in inſtrumentis ſolutionis dotis, & ceſſionum, ampliſsimè hæc eadem ſciẽtia, & plena notitia apparet, quæ aliàs præſumenda fuiſſet ex conſanguinitate ipſorum coniugum ex Magnatibus, & Nobilioribus noſtrę Vrbis; ceſſante igitur remedio aſſecurationis ex dicti notoria inopia, quatenus aliqua inopia adeſſet, cuius contrarinm notorium eſt, etiam ex vulgata opinione & fama, quæ in hac materia nonnihil
37 attenditur, ad tradita per *Couarr. lib. 2. var. c. 6. num. 5. & per* Barboſ. *n. 63. in fin. 64. & 67.* cum nemo ſit, qui neſciat, ex pretio Ciuitatis Grauinæ, ſoluto ære alieno, ingẽtem partem pretij liberam remanere ipſi Duci, vltra alia ſua bona magni valoris: ceſſabit quoque cautionis præſtatio, tum quia de hac non agitur, quia non petita.,
38 cum etiam, quia illa exigi non poteſt, niſi probata inopia, & euidenti periculo, ſuper quo fundatur deciſio *cap. per veſtras*, in quo etiam traditur caſus ſpecialis, quando ſcilicet marito pauperi fuerit promiſſa dos, cuius traditio cum prætextu paupertatis, non potuiſſet ei denegari, cum eius perſona videretur approbata ex promiſſione dotis eidem facta, licet pauperi; verùm quia hoc videbatur nimis prę iudiciale dotis conſeruationi, ratione euidentis periculi, ideò iuſſus fuit maritus cautionem dare, vt dos adhuc non ſoluta, eſſet in tuto, vt aduertunt in puncto *Butr. Panormit. Alex. Iaſ. & Lup.* quos ad verum ſenſum illius *cap. per veſtras*, citat *Barboſ.* poſt *num.* 23. *verſ. item ſecundò, & in verſ. ex quibus*, vbi ideò dicit *in dict. cap.* contineri caſum ſpecialem, quę omnia cum ceſſent in caſu præſenti, vbi agitur de dote ſoluta, & tutiſſimè collocata, & nullum vertitur periculum, ceſſabit cautionis remedium, *dict. cap. per veſtras*,
39 cum & generaliter poſſeſſores immobilium, ſatisdare non teneantur, *l. ſciẽdum*, 15. *ff. qui ſatiſd. cogant. Affl. deciſ.* 170. *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *centur.* 1. *caſ.* 87.

40 Nec obſtat, quod *gloſſ. in l. eum de lege* 17. *ff. de probat.* dixerit eũ, qui prętendit, bona non ſufficere, ſatis eſſe, ſi probatis debitis, dicat, debitorem nõ habere niſi talia bona, quæ non ſufficiunt; licet enim illius *gloſſ.* opinio nõ ſit omninò tuta; ſiquidẽ illius opinio eſt contra *text.* apertum *in d. l. eum de lege*, vbi hæres dicens, non ſufficere bona, vt ſit locus falcidiæ, niſi id nuncupatim probauerit, condemnabitur, nam alioquin iuxtà opinionem *gloſſ.* ſimpliciter negando, condemnationẽ euitaret, & ſic intellectio *gloſſ.* deſtruit *text.* vt ex multis probat *Pacian. de probat. lib.* 1. *cap.* 46. *numer.* 31. vbi *num.* 26 *verſ. verum prædictam*, refert ingentem DD. turbam *gloſſ.* reprobãtem, alij verò dicunt, *gloſſ.* ſaluari poſſe, vbi negans erit reus, cui non incũbit onus probandi, ſecus ſi actor, vnde neque poterit allegari *dict. gloſſ.* per Duciſſam actricem, vt latè refert *Pacian. n.* 38. *&* 39. cuius opinio iuxtà multorum opinionem procedere poteſt dumtaxat in hærede ob præſumptionem, quæ reſultat ex inuentario, vt refert idem *Pacian. num.* 40. *& Barboſ. in l. maritum*, 13. *num.* 24. *verſ.*
41 *præterea*, & in terminis *l. ſi conſtante*, non ſufficere ad obtinendam aſſecurationem, vxorem dicere, maritum habere talia bona, quę non ſufficiunt, *ex Imol. Rom. Caſtr. Aret. Alex. & Iaſ.* vt de iure vetiorem defendit *Ripa in dict. l. ſi conſtante, poſt num.* 18. *verſic. contrarium tenet*, & alios addit *Pacian. dict. cap.* 46. *poſt num.* 16. admiſſa tamẽ

Yy 2 con-

contraria opinione, illa est restringẽ-
42 da, dummodo vxor plenè probaret, ex debitis, & certas ũma æris alieni, maritum non habere alia bona, quæ scilicet constet, & palam sit, non sufficere; nam marito dicenti, se habere plura bona, quia videlicet negare non possit, bona asserta per vxorem non esse subsistentia, incumbet onus probandi, adesse alia bona, quæ sufficiant, & istud colligitur clarè ex dictis *Barbos. in dict. l. maritum, n. 24. & 25. versic. procedit etiam*, *Pacian. dict. loc. num. 33. & 35. vers. attamen*, reprobat in specie illorum opinionem, qui dicebant, *text. in dict. l. cum de lege*, procedere, vbi non erat quæstio de quãtitate bonorum, siuè patrimonij, sed de ipsius valore tantùm, cum non possit accomodari vero sensui illius legis, vbi agitur verè de quantitate patrimonij probanda, non de valore; vnde cum hic nullo modo probauerit Ducissa, nec deduxerit summam certam æris alieni, nec attentis bonis ingentis valoris, prætendere possit, bona non sufficere, cum rota vis resideat in dignoscendo vero valore ciuitatis Grauinæ, & bonorum, quæ nõ nisi ex appretio discerni potest, quod est extra terminos *gloss. in l. cũ de lege*, meritò non poterit illa *gloss.* allegari ad decisionem huius causæ.

Nec dicatur, post matrimonium nouam superuenisse causam suspicionis ob alienas contractuum rescissiones factas à creditoribus Decis viuentis; siquidem dictæ quantitates æris alieni, pro quibus contigit rescissio, cum non fuerint de nouo contracta per Ducem post matrimonium, sed ipsum præcedebant, nõ potest ex hoc inferri de nouo diminutum patrimonium; cum enim in hac materia probationis inopiæ superuenientis ad exactionem dotis, constãte matrimonio,
43 illud, vt supra diximus, attendatur, vtrum bona mariti sufficiant ad dotis exactionẽ, deducto ære alieno, ex regula *l. subsignatũ, §. bona, ff. de uerb. sign.* hoc autem æs alienum, tanquam contractum ante matrimonium, pari modo Ducis patrimoniũ eo tempore pro ut hodie diminuerit, non est, vt quid ex hoc obijci possit ad nouam patrimonij superuenientem diminutionem, maximè cum nihil obsint doti solutæ, cum non appareat, dictos creditores esse anteriores ipsa Ducissa; præterea cum de nouo nulla intercesserit diminutio, intercessit tamen magnum patrimonij incrementum ex portione non modica, quæ Duci superuenit ex rara successionis, occasione diuisionis, & concordiæ habitæ super successione hæreditatis Principis Bisiniani; vnde licet si post assecurationem, & priuatum virum doris ad-
44 ministratione, dubitent DD. si superuenientibus diuitijs, assecuratio iam facta reuocetur, attamen si pendente lite super restitutione dotis, superuenerunt diuitiæ, cum adhuc perfectè nõ sit quæsitum ius mulieri, impeditur restitutio, in specie *Tiraquell. tract. cessante causa, 14. limit. num. 8.* idemq;
45 si esset lata sententia, ante tamen factam executionem, habilitas superuenit, argumento *l. si marito, 32. §. si voluntate, ff solut. matr.* quia quando ius quæsitum est iure speciali, vt est hæc dotis repetitio, constante matrimonio ob cessationem causæ, censetur reuocatum, vt latiùs confirmat *Barbosa num. 35. versic. ergo nec qui supra, n. 33.* amplius refert plures, eosque graues authores indistinctè tenere, ex superuenientibus diuitijs ex toto reuocandam, etiam executionem assecurationis iam factam, vnde cum post matrimonium nihil absit, & incrementum maximæ considerationis superuenerit, non video, cur non sit abolendum nomen prætensæ assecutationis:
46 Postremò si diceretur, assecurationem dotis ex causa inopiæ rendere ad duplicem finem, non solùm scilicet vt dos reddatur tuta, sed etiam vt ex fructibus ipsius vxor se ipsam, virum, & familiam alat; vnde etsi cesset assecura-

ra-

ratio quoad primum effectum, non debet ceſſare quoad ſecundum, vt ſcilicet vxor ſua manu fructus pro alimentis percipiat. Pro Duce dicimus, principaliter hanc dotis repetitionē, quæ aſſecuratio vulgò nuncupatur, adinuētam eſſe, vt ſupra fundauimus, ne dos ipſa perdatur, vnde ceſſante periculo amiſſionis, conſequens eſt, vt ceſſet quoq; alimētorum exactio, propria, ſcilicet vxoris manu, quæ vt ſequela aſſecurationis contingit, ex ſublata viro adminiſtratione, & in vxorem translata: & licet non negauerim, alimenta deberi, non debebantur tamen ex cauſa aſſecurationis; verùm Ducisſæ petenti alimenta, extra domum rectè Dux obijciet, quod ſine iuſta cauſa à domo diſceſſit, ſiuè diuertit, & proindè, quod non tenea-
47 tur vxori ſeorſum à ſe habitanti alimenta præſtare, cum ipſa non præſtet obſequia, *gloſſ. 1. ad fin. in cap. ſignificaſti, de diuort. Guid. Pap. dec. 439. Peguer. deciſ. crimin. 20. à num. 1.* & receptam eſſe opinionem, teſtatur *Gratus conſ. 57. n. 7. lib. 1.* ac proindè ſi vxor ſeparatim habitet, & petat alimenta à marito, non eſt audienda, ſed potius cogenda cum eo habitare, *Cuman. Guid. Pap. Rebuff.* & alij, quos ſequitur *Barboſ. in 2. part. rubr. ff. ſolut. matrim.* poſt *num. 42.* & vt receptisſimam opinionem, infinitis comprobat *Surd. de aliment. tit. 7. q. 16.* vbi rationem optimam reddit *num. 12.* & quod non ex
48 qualibet cauſa permittatur vxori petere alimenta extra domum, ſed ex graui, & iuſta cauſa, idem *Surd. ex n. 9. cum ſeq.* optimè, & latisſimè *Martin. Coler. German. eod. tract. de alim. lib. 1. cap. 10. num. 18. verſ. è contra ſi mulier, vbi num. 20. & 21.* quod requiritur maxima cauſa, idque examinari diligenti circumſpectione, cum ex eo, quod vxor redire ad virum abnuat, quædā fiat coniugij ſaltim quoad thorum ſeparatio, atq; ita de ſtatu hominis agatur, & ob id rei magnitudo exactiores probationes expoſtulat, & proinde non ex qualibet iniuria, & offenſione à marito auertendi, & extra domum alimenta exigendi poteſtas concedēda eſt, quod latiùs ipſe *Coler. n. 21. 22. & ſeq.* probat, nec *deciſ. Afflict. 10.*
49 quicquā obeſt, quia procedit quoad expenſas litis, pendente iudicio ſeparationis thori, vt maritus ex dote expenſas ad litem neceſſarias adminiſtret, ne aliàs amittat ius ſuum, argumēto *l. fin. C. de ordin. cognit.* vt declarat *Barboſa in dict. 2. part. rubric.* poſt *num. 44. verſic. poterit tamen.*

Ex quibus patet, non iniuria Ducem recuſaſſe ſoluere ducatos 12. mil. initio litis ex tempore ſolui decretos infra ferias, ipſo audito, ex eo quia ad alimenta ex prædictis non tenebatur, nec ſumma erat cōueniens pro litis expenſis, ita vt ceſſet quærela toties ex hoc propoſita, Ducisſæ nomine, licet poſtea ſit dicta ſūma pro parte ſoluta.

Et tandem pro coronide finem faciam cum *ſingul. reſp. Ancharan. conſil. 119 pluribus de cauſis, verſic. quartò*
50 *probatur*, vbi docuit, quod etiam in caſu, vbi iuſtè vxor petere poſſet aſſecurationem dotis, ſi tamen diſceſſit à viro, ipſiuſque cohabitationem deſeruit ſine iuſta cauſa, propter hanc culpam fructus dotis debent eſſe penes virum, qui non tenetur ipſi vxori aliquid dare, vel communicare extra domum ſuam, *ex d. cap. ſignificaſti*, quantuncumque verum eſſet, virum malè vti ſubſtantia ſua, & deſtitui facultatibus, quia non per hoc pōt vxor virum deſerere, nec ab illo ſe ſeparare quoad thorum, & cohabitationem, cum dicta cauſa non reperiatur in iure expreſſa, & ita formaliter *Ancharan.* vnde cum Domina Ducisſa ſine vlla iuſta cauſa, dum Grauinæ præerat vti Vicaria, & adminiſtratrix, diuerterit, nec alimenta ei debentur quouſque in domum viri redeat, etiam ſi aſſecurationi locus eſſet, pro vt non eſſe latè fundauimus; quod ſi aliter Sacro Conſilio videretur, vbi iuſta, & legitima cauſa concurreret, quod nō credimus

mus, de facili salua Ducis æstimatione, & domus iactura, poterit assignari Ducissæ aliquod corpus annuorum introituum ex melioribus, ex cuius redditibus pro iusta, & decenti mensura arbitranda, possit percipere alimenta pro rata ad ipsam spectante.

SVMMARIVM.

1 *Monachi, professione emissa, dicuntur mortui mundo, nec habent velle, neq; nolle, quod amplia vt num. 2. & 4.*

3 *Miles licet non possit esse procurator, tamen valent gesta per eum.*

5 *Dominus obligari non potest ex pactis adiectis per procuratorem vltra fines mandati, etiam notoriè insolitis, quod amplia vt num. 6.*

7 *Procurator ad vendendum cum potestate recipiendi pretium in numerato, non potest aliter conuenire, etiam cum solutione interusurij.*

8 *Pacta solita intelliguntur, quæ non alterant substantiam contractus, etiam si sint insolita.*

9 *Pacta, quæ diuersimodè fieri consueuerunt; nunquam præsumuntur, si non fuerunt apposita.*

10 *Periculum spectare ad venditorem rei venditæ, contractu perfecto, est contra substantiam venditionis.*

11 *Donare, nec procurator cum libera potest.*

12 *Promittere certum hominem in fideiussorem, graue est.*

13 *Assensus impetratus post reuocationem alienationis rei feudalis, nil operatur, & qua ratione.*

14 *Reuocatio alienationis feudi non debet fieri de necessitate in scriptis, nec requiritur solemnitas, n. 15. & 31.*

16 *Contractus super feudo, dicitur vnicus habens plures actus imperfectos de per se, vt sunt consensus contrahentium, & domini, facientes vnum integrale.*

17 *Contractus alienationis feudi, quamuis sine consensu domini sit nullus; attamen non est omninò nullus, propter spem reconualidationis, ex superuenienti domini assensu, & num. 18.*

19 *Actionis natiuitas per solum dissensum, re integra, impeditur.*

20 *Assensus subsequens post mutatam voluntatem vnius ex contrahentibus, nil operatur, & quare, quod amplia etiam in dote.*

22 *Assensus, dotis fauore, post mortem præstari potest, secus regulariter, num. 32.*

23 *Reuocatio alienationis feudi poterat etiam fieri de iure communi, & quod de iure Regni fuerit, ampliando ius commune, additum.*

24 *Reuocans alienationes feudi, non dicitur venire contra factum suum, sed vt minister Regis.*

25 *Solemnitas eadem, quando requiratur in distractu, quæ fuit adhibita in contractu.*

26 *Actus si indiget superioris confirmatione, non trahit suum effectum, donec confirmetur.*

27 Afflict. in Constitut. Regni Constitut. Diuæ memoriæ, n. 43. *ponderatur.*

28 *Ratificare contractum potens, & requisitus non ratificauit, dicitur noluisse ratificare.*

29 *Consentire recusans, dum tenetur, quãdo habetur pro consentiente, & quando pro contradicente.*

30 *Rex recusans consentire in casibus, in quibus tenetur, habetur pro consentiente.*

33 *Assensus, an reuocatio præsumatur præcessisse, remissiuè, & n. 49.*

34 *Voluntas ex iteratis actibus magis deliberata præsumitur.*

35 *Reuocatio alienationis feudi, vigore* Constitut. Regni, *potest fieri per procuratores.*

36 *Procurator ad reuocandum, quare non possit constitui.*

37 *Reuocatio vigore* Constit. Regni, *est actus, qui conuenit procuratori, & exemplis declaratur.*

Te-

38 *Teſtes ſingulares, nullo modo probant, etiam ſi eſſent in ſuprema dignitate.*
39 *Officiali ſoli creditur in ijs, quæ pertinent ad officium ſuum.*
40 *Officiali creditur in ijs, quæ connexa ſunt ad eius officium, ſi tamen ita ſint connexa, ut ſine ijs actus ſtare non poſſit, quod declara, vt n.42.*
41 *Nuncio non creditur referenti ſe citaſſe ad ſolitam habitationem, licet creditur ei ſimpliciter citaſſe.*
43 *Arbitro, vel iudici non creditur in ijs, quæ pertinent ad iuſtificationem laudi.*
44 *Notario non creditur, niſi de quibus tempore inſtrumẽti fuit rogatus, quod intellige vt num.45.*
46 *Notario quando plenè credatur, et duorum teſtium vices ſubſtinenti.*
47 *Proxeneta non admittitur in teſtem, niſi vtraque parte conſentiente.*
48 *Inſtrumentum illud an præſumatur anterius, in quo eſt appoſita hora, data paritate diei.*
50 *Præſumptio ſentienda eſt regulariter quoad validitatẽ, & n.51 ſecus ſi repugnat mens diſponentis, vt num.52. & 58. & cum repugnat alia præſumptio oriens ex natura actus, vt n.55.*
53 *Stipulatio potius annullatur, quàm vt fiat interpetratio, qua grauetur promiſſor.*
54 *Finalis cauſa eſt tanta efficaciæ, vt teſtes etiam nominati reſcindi debeant ex cauſæ defectu.*
56 *Feudi de natura eſt, vt non poſſit alienari iuxtà ius commune feudorum, & iuxtà Conſtitut. Regni, etiam, vt idem alienans reuocet.*
57 Deciſ.de Franch.649. *declaratur, & exornatur.*

ARGVMENTVM.

Monacus an poſſit eſſe procurator: an obliget procurator dominum, ſi egredietur fines mandati. Reuocatio alienationis feudi, vigore *Conſtitut. Regni, Conſtitut. Diuæ Memoriæ*, qua ſolennitate, an cum ſcriptura fieri debeat; & an per procuratores poſſit aſſenſus impetrari, & vtrum poſſit poſt reuocationem, & quid eorum præſumatur præceſſiſſe. Et tandem Officiali ſoli quando credatur.

Pro Domina Zenobia Caracciola, & Dominis eius filijs Capycijs Zurulis contra Dom. Pappacoda.

CONTROVERSIA LXVI.

NVllitas contractus venditionis partis caſalis Acquauellæ factæ per Fratrem Io.Baptiſtam Mirtſi, vti procuratorem fratrum de Capano D.Innico Pappacodæ, & ſucceſſiuè, validitas ſecundæ venditionis legitimè factæ per ipſoſmet principales quond.Zenobię Caracciolę poſt primi contractus reſolutionem, pluribus ex cauſis, & rationibus ineuitabilibus, fundatur.

Primò, ſiquidem ex inualiditate mandati, & contractus venditionis, illius vigore ſubſequuti, ratione inhabilitatis perſonæ Monaci profeſſi.

Secundò, ex defectu cõſenſus fratrum de Capano alienantium, ex eo, quod procurator in pluribus exceſſit fines mandati.

Et tertiò, ratione defectus legitimi aſſenſus ob reuocationem venditionis legitimè factam, tam per fratres de Capano principales, quàm per eundemmet procuratorem, qui vendiderat ante impetrationem aſſenſus.

1 Quoad primum, notiſſima eſt iuris propoſitio, monachos poſt profeſſionem

nē esse mortuos mundo, nec amplius habere velle, aut nolle, *cap. placuit*, 6. *quaest.* 1. *cap. si religiosus, de electioa. in* 6. & quod non possit, nec esse executor testamenti, licet pium sit, defunctorum voluntates exequi, neq; arbiter, neq; arbitrator, etiam de sui superioris licentia, & quod gesta sint omninò nulla, etiam parte non opponente, ex quo iura prohibentia per negatiuam propositam verbo, potest, quæ de iure reddit actum impossibilem, & importat necessariam formam, & solemnitatem substantialem, quo casu non procedere regulam, multa facta tenent, ex quo lex omninò contradicit, nec procedit in persona habente votum solemne, post *Franc. Socin. Dec. & alios, Riminald. Iun. consil.* 403. *per totum, Mandos. ad Roman. cons.* 284. *&* 409. latè hæc, & alia tradit *Stephan. Gratian. discept. forens. tom.* 1. *cap.* 123. vbi *num.* 8. loquitur etiam in specie de procuratore, resoluens obiectum de milite, qui licet nō possit esse procurator, valent tamen gesta per militem, quod diuersum sit in monacho, in quo prohibitio est magis stricta, ex *Pan. in cap. fin. col. fin. de procuratorib.* vnde non est par ratio, & ita seruandum esse, docet ex *Couarr. & alijs*, & in procuratore loquitur *tex. in clemēt. Religiosus, de procurator.* vbi *gloss. in verbo, substitutione*, subdit hæc verba, *sed negari non potest, quin in eo quod vult actum substitutionis suscipere, frangatur abdicatio voluntatis, & obedientiæ, quam promisit*, & hæc est ratio huius *text. ex cap. si Religiosus, de elect. in* 6. & generaliter monachus, quoad effectum testandi, & contrahendi, pro mortuo habeatur, quia mutat statum, amittit libertatem, & non habet neq; velle, neq; nolle, & sic deficit organū consensus necessarij ad perficiendum contractum, latè *Guttier. canon. quaest. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 37. *Nauarr. de regul. comment.* 2. *num.* 63. & quod omninò gesta non valeant, præsertim sine licentia, *Couarr. in cap. tua, num.* 2. *de testam.* & hanc communem refert *Menciac. de success. creat.* §. 21. *numer.* 178. *Syluest. in summ. verbo, testamentum, il secondo*, §. 2. *& text. in cap. religiosus, de testam. in* 6. apertè dicit, quod religiosus, executor esse nō potest, ex quibus verbis redditur omninò nullus actus in contrarium factus, iuxtà *gloss.* communiter receptam *in cap.* 1. *de regul. iur. in* 6. cum concordātibus per *Guttier. in l. nemo potest, num.* 145. *de leg.* 1.

2

3

4

Et hæc adeò vera sunt, vt iuxtà hāc opinionem fuerit decisum in Rota Romana in casu fortiori, quod extractio facta à Canonico Regulari, cui compulsorialis commissa fuit, & executa, parte præsente, & tacente, esset nulla, vt affirmat *Caputaq. part.* 1. *dec.* 174. refert, & sequitur *Gratian. dict. cap.* 123. *num.* 9.

Circa secundum punctum ex facto liquet, mandatum fuisse ad vendendū bona etiam feudalia pro illo pretio, pro quo poterit se melius concordare cum futuris emptoribus, cum omnibus alijs pactis poni solitis, & consuetis, & ad recipiendum quamcumque pecuniam ad interesse, cum pactis solitis, & additur postea clausula, quæ in fine posita, refertur ad omnia præcedentia, *ad pactuandum pretia, ipsaq; manualiter, seù per medium bancorum recipiendum, seù recepisse confitendum, etc.* in venditione verò contra expressam formam mandati in pluribus fuit excessum, & inter alia præcipuè in tribus: primò maior pars pretij non fuit recepta, sed relaxata penes eundem emptorem, cum quo, vice venditionis introituum, qua pro causa capitali opus erat, fuit vltra, & contra formam mandati facta emptio annuorum introituum cum pacto affrācandi summam ducatorum mille pro qualibet vice, inducenti particularē, & onerosam solutionem: secundò, quod pro ducatis duobus mille promissis solui in pecunia numerata, fuerūt promissi certi, & nominati fideiussores: & tertiò, fuit promissum, vt si introitus

tus feudi eſſent minores ducatis trecentum annuis, deberent refici ad rationem quinque pro centum, iuxta pretia fructuum inter eos taxata, nulla facta viciſſim prouiſione ad beneficium venditorum, ſi introitus eſſent maiores.

Pacta ſiquidem omnia, vltra, & contra formam mandati, & notoriè
5 inſolita, ex quibus dominus obligari non potuit, *l. ſi procurator, C. de procurator. Berous conſ.* 154. *lib.* 1. *per totum; Riminald. Iun conſ.* 4. *num.* 98. *lib.* 1. latiſſimè *Burſat. conſ.* 395. *lib.* 4. *per totū*; non enim adeſt clauſula (prout libuerit) ſed cum pactis ſolitis, nec adeſt clauſula (faciendi quicquid dominus poſset) quo caſu diceretur procurator cum libera, *l. creditor*, §. *Lucius, ff. mand. Crauett. conſ.* 74. *num.* 7. ſed eſt
6 limitatum, & hoc caſu, nullum eſt quicquid procurator, contra, vltra, vel præter formam præſcriptam geſſit, vt in fortiori, *Burſat. dict. conſ.* 395. *num.* 6. *&* 15. *Socin. Iun. conſ.* 22. *lib.* 3.
7 vnde cum fuiſset iniunctum, pretium recipere in numerato, vel per medium banci, quam clauſulam ex lectura inſtrumenti referri ſine dubio, tam ad pretium bonorum, etiam feudalium vendendorum, quàm ad pretium venditionis introituum, cuique rectè legenti conſtat, ex hoc apparet, nō potuiſse aliter, etiam cum ſolutione interuſurij, procuratorem conuenire, *Bald. in l. falſos, col.* 7. *ff. de furt. Socin. Iun. d. conſ.* 22. *n.* 7.

8 Clauſula etenim (cum pactis ſolitis) intelligitur de his, quæ non alterant ſubſtantiam contractus, etiam ſi ſint ſolita, *Dom. de Franch. deciſ.* 302. *num.* 8. vbi quod licet pactum ſpecialis hypothecæ ſit ſolitum, alterat tamen ſubſtantiam contractus, & ideò ſi non ſit expreſsè appoſitum, non venit tanquam conſuetum, & ſic pa-
9 riter ea, quæ diuerſimodè fieri conſueuerunt, nunquam præſumuntur, ſi non ſunt appoſita, vbi citat *Neguſant. & alios, Gabr. de conſuet. concl.* 3.

10 Quod autem venditor teneatur poſt contractum perfectum ſubire periculum, ſi fructus ad ſummam taxaram non aſcenderent, hoc eſt contra ſubſtantiam venditionis, *l.* 1. *C. de pericul. & comm. rei vendit.* nec liquidando ex nunc pretium frumenti, & olei, poterat procurator ita paciſci, *l. tranſactionis*, vbi *Padill. C. de tranſaction.* tum etiam, quia diminuere pretium capitale, perfecto contractu, & poſt ius quæſitum domino per contractū abſolutum, certo pretio conuento,
11 hoc eſſet donare, quod neque procuratori cum libera permittitur, *Burſat dict. conſ.* 395. *num.* 38. *lib.* 4. legendus; & ſic etiam exceſſit, vinculando pretium, & admittendo particulares ſolutiones, contra *text. in l. tutor*, §. *Lucius, ff. de vſur. l. quidam æſtimauerunt, ff. ſi cert. petat.* & permittere cer-
12 tum hominem in fideiuſsorem, graue eſt, illo recuſante, *l. qui autem* 14. §. 1. *ff. de conſtitut. pecun.*

Circa verò tertium pūctum, quod aſsenſus obtentus per D. Innicum, ſuperuenerit poſt duplicem reuocationem, primam ſcilicet factam à fratribus de Capano principalibus; alterā verò factam ab eodemmet procuratore, qui vendidit.

Illud in primis præmitto, maiores noſtros, poſt *Iſern. in cap. Imperialem,*
13 communi conſenſu docuiſse, aſsenſum impetratum poſt reuocationem alienationis rei feudalis, nihil operari, quia non reperit materiam, ſuper qua forma aſsenſus fundari poſſit, *Afflict. deciſ.* 335 *num.* 11. *&* 14. nec materiā præexiſtētem, quam validare habeat, *Capyc. deciſ.* 100. *n.* 5. & ita iudicatum *n.* 7. *in fine*, comprobat *Frecc. de ſubfeud. lib.* 2. *in limitat. ad Conſtit. Cōſtitut. Diuæ memoriæ, num.* 86. *cart.* 167. omninò legendus: quod autem ſit cenſenda legitimè facta reuocatio contractus à principalibus Capanis, dum requiſiti ad inſtantiam emptoris, qui miſit notarium pro obtinenda ratificatione promiſsa per procuratorem, ex-

expreſsè renuerunt ratificare,reddẽdo ex abundanti cauſam, quia nolebant vendere,quod ex teſtibus cuſtodibus carceris,vbi mancipati tèperiebantur, optimè, & plenè conuincitur.

Ex eo probatur,quod nullibi(quod 14 viderim)probari poſſit,huiuſmodi reuocationem eſse neceſsariò faciendam per inſtrumentum publicum, & *Pariſ.*infra citãdus licet dicat,eſse aliquibus ab hinc annis,adinuentum ad cautelam, quod alienans feudum,coram notario,& teſtibus,alienationem reuocet per publicum inſtrumentũ; attamen per prius id,vti non neceſsarium, non aliter fuiſse ſeruatum, ſed ſimpliciter reuocationes fuiſse factas abſque ſolennitate inſtrumenti per ſpatium pluſquam tercentum annorum,à tempore Federici Imperatoris authoris *Conſtitut.* vſque ad tempora 15 Paridis. Et quod nulla requiratur in huiuſmodi reuocatione ſolemnitas, in ſpecie teſtatur *Anna in repetit.Conſtitut.num.*268. vbi relato *Paride*, dicit, quod faciliter expeditur reuocatio; quam ſufficit fieri coram honeſta perſona,vel notario,antequam expediatur aſsenſus, & ſic alternatiuè coram honeſta perſona,vel notario,clarè affirmans,non eſse neceſsarium inſtrumentum, quod ſine notario rogari non poteſt, quod confirmat *n.*273. dum tradit;huiuſmodi reuocationem eſse proteſtationem quandam declaratoriam voluntatis, quæ dependet ab animo proteſtantis; iuxta tradita per *Bartol.& Repetit.in l.non ſolum, §.morte, ff. de oper. nou. nunciat.* & ſic non eſt neceſsaria ſcriptura, neque certa,& determinata verborum formula, ſed ſufficit,quibuſcumque verbis contractum improbare, vel reuocare,cuiuſmodi hic factum fuiſse,clarè liquet: & ſi deeſser authoritas, non deficiunt validiſſimæ rationes, quibus probatur, ſimplicem diſsensũ inducere, & operari reuocationem alienationis feudi. Primò, quia conſenſus contrahentium dicitur nudus ante aſsenſum Regis, veſtitur tamen poſtea,& informatur per aſsenſum ſu-16 peruenientem, & ſic vnicus dicitur contractus habens plures actus imperfectos de per ſe, vt ſunt conſenſus contrahentium, & conſenſus domini facientes, & perficientes vnum integrale,dum ſimul iunguntur, vt obſeruauit *Dom.de Ponte de poteſt. Proreg. cap.*274.*n.*19. & poſt *Parid.Franc.de Amic.de his qui feud.dar.poſſ.§.ſed quia in hypotheca,in fin.* & colligitur ex *Camerar.cart.*27.*col.*3.*per totam, & cart.*28.*col.*1.*liter. A, & B. & alibi Camer.* conſtituit diſcrimen inter contractũ nullum,& omninò nullum, vt ſcilicet 17 contractus alienationis feudi, dum ſpes ſupereſt impetrandi aſſenſum, quamuis ſit nullus, nõ tamen eſt omninò nullus propter ſpem reconualidationis, ſi dominus tempore habili vellet conſentire,vt per eum *cart.*187. *col.*3.*lit.N.& O.& cart.*27.*col.*4.*verſ. non obſtat tertiò,& cart.*28.*col.*1.*lit.B.* vnde ſi contractus interim eſt informis,conſenſus nudus,& eſt nullus, licet non omninò nullus, & eſt in pen-18 denti, quilibet diſſenſus alterius ex contrahentibus, vtpotè ſi venditor mutato propoſito ratam venditionẽ habere nolit,ſufficere debet, vt ſubſequens domini conſenſus neceſſarius ad integralem perfectionem contractus, nihil operetur, cum non poſſit amplius approbari, quod iam ſemel fuit improbatum,*l.diſpenſatorem*, vbi *text.notab.ff.de ſolution.Speculat.in tit. de defenſ.§.*1.*n.*1.*Bald.in l.falſus, n.*23. 19 *C. de furt.* in contractibus enim per ſolum diſſenſum, ſiuè improbationẽ, re integra, impeditur natiuitas actionis,& ſufficit,quod actum gerens mutauerit voluntatem, quia tunc ſubſequens ratificatio nihil operatur,*l.non erit, §.fin.cum l. ſeq. ff. de iure iurand. cap.licet* 15. vbi *gloſſ. verbo, quandiù, & in gloſſ. fin.vbi monacς, de procurat. in*6. *gloſſ.in cap.ſi ſibi abſenti, de prab. eod.lib.Caſtr.in l.bonorum,num.*5.*&* 6. *ff.rem*

ff. rem ratam haberi, vbi quod semel est recusatum, non potest approbari, inuito eo, qui actum gessit: & hinc fit,
20 vt dixerint Feudistæ, quod assensus subsequens post mutatam voluntatē alterius ex contrahentibus, nihil operatur, ea quidem ratione, quia validitas assensus nedum est in potestate Regis, sed feudatarij, vt firmat *Isern.in c.1.§.ille tñ, col.antepen.* ibi, *si verò quod concessit, de controu.feud.apud par.serm. Afflict.in cap.1.col.9.de feud.dat.in vicem l.commis ff. & in Constit. Constitutionē, notab.9.n.*45.&48. quod adeò inconcussè seruatur, vt tametsi dos in hac materia reperiatur in specie
21 priuilegiata, vt assensus post mortem, dotis fauore præstari possit, *l.si ego, §.si res, ff.de iure dot. Loffr.conf.* 31. cum alijs per *Reg.de Ponte in tract.de potest. Proreg.cart.*258. attamen etiam in do-
22 te assensus impetratus per mulierem post reuocationem factam à viro, non tenet, *Afflictus in dict.cap.Imperialem, q.*29.*n.*11. *Capyc.ibid.col.*185. imò nec post reuocationem factam ab hærede viri, *Camer. cart.*91.*lit. B. Reg.Lanar.conf.*73.*num.*7.

Secundò, non esse necessariam scripturam, sed sufficere quouis modo constare de dissensu, deducitur ex eo,
23 quod cōstitutio prædicta, quæ annullat feudorum alienationes, & permittit eidem alienanti potestatem reuocandi, non cōcedit hoc de nouo, quia hoc erat de iure communi, ex *l.quemadmodum, C.de agric. & censit. lib.*11. verùm quia hæc reuocatio non erat sufficiens, quia per legem feudalem dominiū illicò domino directo quæreretur, Rex tamen benè poterat alienationem reuocare, & ista facultas pendet à sola voluntate Regis, quādo velit id facere, ideò hæc eadem potestas est contrahenti à Rege demandata, vt alienans, tanquam mandatarius, & minister Regis, iure proprio, videlicet ipsi Regi competenti, faciat id, quod solus Rex facere poterat, & sic ei remittitur caducitas, quæ iure communi non remittebatur, tametsi idē alienans illicò reuocasset, & feudum recuperasset, *cap.1. vbi Isern.* & cœteri *Quid iuris sit, si vassall. post alienat.* & ideò nō dicitur venire alienans cōtra
24 factum suum, sed vt minister Regis, vt ingeniosè declarat *Frecc.lib.2.in quæstione à Regnicolis, à num.*15.*ad*19.*Lanar.conf.*3.*num.*12.*& in fine*, vnde sicut Regem sufficit, assensum petitum denegare in casibus, in quibus non cogitur assentiri, vt per *Camerar. cart.*13.*& alibi passim*, vt contractus ex nullo, & informi efficiatur omninò nullus, & inualidus, nec alia præcisa forma, aut solemnitas requiritur, vtpotè cuius voluntas pro lege seruanda sit, pariter omninò idem erit in alienante, in quem ius Regis est translatum, sufficere debet assensus petiti simplex denegatio, pro solemni reuocatione, etiam ex vi subrogationis, cum lex aliud vltra non requirat.

Et ex his patet, cessare in præsenti
25 casu regulam, quod eadem solemnitas requiratur in distractu, quæ in cōtractu; procedit enim cum agitur de resoluendo contractu iam perfecto, & absoluto, secus in casu nostro, vbi voluntas est in pendenti, nec dicitur absolutus, quia tunc etiam coniecturalis voluntatis mutatio sufficit, *l.* 2. *& 3. C quando liceat ab emption.discedere, l. ab emptione, ff. de pactis*; quoties
26 enim factum indiget superioris confirmatione, non trahit secum effectū, donec confirmetur, verba sunt *Bald.* relata per *Affl.in d.Constitut.num.*22. *in* 4. *notab.* qui notat, quod contractus factus inter partes de re feudali, nullam habet firmitatem, nec quoad partes, nec quoad tertium, adeò vt ex eo, neque inducatur confessio, per quam inducatur aliqua certitudo, vel
27 firmamentum, & idem *Affl.in dicta Constitut.num.*43.*vers.secundò quæro*, dum mouet quæstiones, an reuocatio venditionis, non oblata restitutione pretij recepti, admittenda sit, nec ne: dicit verba notabilia in proposito, quod

quod illa constitutio, dum permittit reuocationem iure proprio, permittit displicentiam, vnde cum non videatur displicere retinendo pretium, arguit primò, non esse admittendam huiusmodi reuocationem, sed demum contrarium determinat, quia nō admittitur emptori facultas conueniendi venditorem, quod restituat pretium, postquam venditori displicuit vendere, & sic clarè *Afflict.* decidit, solam venditoris displicentiam, quæ simplicem dumtaxat dissensum includit, inducere reuocationem.

Tertiò, quod in præsenti casu expressa adsit reuocatio, vltra testes optimos reddentes causam scientiæ, qui vinctos custodiebant, dicentes semel, atque iterum, die 11. & 12. Mensis Septembris declarasse eorum voluntatem, nolle ratificare, quia nolebant vendere; cum tamen ipsi potuerint, quinimò tenerentur ratificare vigore clausularum in mandato procurationis, in quibus ratihabitio permittitur, & requisiti à Notario ad hoc specialiter misso, non ratificauerint, ex iuris
28 dispositione dicuntur noluisse contractum approbare, sed reprobare, *text.* optimus in puncto *in l. qui sit fugitiuus*, 17. *vers. idem ait si seruus, cum gloss. in verb. noluit*, vbi nolle facere videtur, qui potest facere, & nō facit, *ff. de aedilit. edict.* quæ citat concordātes *in l. qui liberos, ff. de ritu nupt. & in l. in fraudem, ff. quæ in fraud. cred.* sic
29 etiam *in l. si cum dotem*, 23. §. *eo autem tempore, vbi gloss. verbo, mutauerit*, notat *Bart. num. 4. ff. solut. matr.* & communiter DD. quod qui consentire tenetur, si præsens requisitus recuset consentire, si potest denegare consēsum, iure permittente, habetur pro contradicente, sin autem non possit recusare, habetur pro consentiente, ex quo in proprijs terminis di-
30 xerunt Feudistę, quod Rex in casibus, in quibus non potest denegare assensum, si requisitus recuset, habetur pro consentiente, latè *Freccdib. 2. in limit. ad constit. num. 78. limitat. 25. Lanar. cons. 60.* cum alijs per *Dom. de Ponte cons. 2. volum. 1. & de potest. Proreg. de assens. super dote, §. 1. n. 4. cart. 259.*

Ecce ergo habemus doctrinam in terminis, quod cum isti fratres se ratam habere alienationem obligauerint, & habuerint causam denegandi consensum ex permissa Constitutione, dum requisiti consentire noluerūt, habentur pro reuocantibus, & dissentientibus, sed quod generaliter non
31 requiratur reuocatio expressis verbis, sed sufficere quouis modo apparere, alienantem in eadem voluntate non perseuerare, patet ex eo, quod tāetsi voluntas morte finiatur, *l. 4. ff. loc.* non tamen per mortem inducitur voluntatis reuocatio, *l. mandatū, C. mād.* quæ contrariam volutatem requirit, vt pulchrè *Ruyn. cons. 115. num. 6. & 7. in 1.* qui distinguit, per mortem voluntatem cessare, non autem reuocari, *Mascard. de probat. conclus. 188. num. 9. & 10.* & tamen certum est, per
32 mortem alienantis feudum, velut voluntare solùm cessante, assensum inutiliter impetrari, nisi nouus assensus hæredis per actum positiuum accesserit, vt post *Isern. in cap. Imperialem, num. 16. in addit.* tradunt congesti per *Dom. de Pōte de potest. Proreg. cart. 259.*

Ex quibus patet, in præsenti casu, legitimam reuocationem ex manifesto, & expresso dissensu principalium, præcessisse assensum per interuallum vnius diei, & sic non esse opus ingre-
33 di quæstionem, quam mouet, & non resoluit *Paris de reintegr. cap. an si reperiatur, fol. 157. à terg.* an præsumatur, reuocationem præcessisse assensum, vel contra, cum eadem die reperiuntur facta, nec cōstat de hora; sed quoniam vltra dissensum, & reuocationē principalium factam à die 11. dum requisiti à Notario ad hoc misso pro ratificatione illarum, denegarunt, reddita causa, vt supra, iterum die sequēti 12. dū Notarius, qui etiam vt proxeneta interuenerat, & sic pro suo in-

intereſſe, vt contractus effectum ſortiretur, iterum tentaſſet, eandem reuocationem dicti fratres ex interuallo conſultò,& deliberatè confirmarunt, & ſic primus actus attenditur, *l.ſi quis ex argentarijs,§.ſi initium,ff.de edendo,*
34 quorum voluntas ex iteratis actibus, & paruo interuallo vnius diei magis deliberata præſumitur, *Corn conſ.308. numer. 1. libr. 4.* latè *Maſcard. concluſ. 1423. in princip.* & magis efficax, & expreſſa virtute geminationis, & conformis iuris præſumptioni, iuxtà quam non præſumitur voluntatis mutatio, ſed perſeuerantia, *l.cum tacitum, ff.de probat.l.non ad ea,ff.de condict. & demonſtr.* ſuffragatur etiam nobis reuocatio facta per procuratorem met, qui vendidit aduerſatio;is.n. certior factus de voluntate principalium, qui diebus 10.& 11. in ciuitate Cauæ nedum noluerant contractum à ſe geſtum ratificare, ſed illum reuocarũt, ſtatim die 12. venditionem à ſeipſo factam Neap. per publicum inſtrumentum reuocauit, & ſic nedum habemus geminatam reuocationem principalium, ſed duplicem reuocationem à principalibus, ſcilicet & à procuratore factam.

35 In quo non obſtat primò, quod reuocatio non poſſit fieri per procuratorem, quia imò verba Conſtit. dicũt contrarium, ibi, *eiſdemque contrahentibus, & alienantibus concedimus poteſtatem iure proprio prædicta omnia reuocare,* vnde cum alienans,& contrahẽs fuerit procurator, ergo eidem permiſſa eſt reuocatio, maximè cum Conſtitutio vtatur nomine, *eiſdem,* quæ præciſam identitatem eiuſdem indiuidui denotat,& licet procurator nomine domini contrahat,& dominus procuratoris miniſterio alienare videatur, & non ipſe, tamen nomine eiuſdem reuocare potuit, neq; opus erat ſpeciali mandato, tum quia erat certioratus de voluntate domini, tum etiã, quia, vt ſupra probaui, contractus ante aſſenſum eſt nullus,& non eſt perfectus, & ante aſſenſum nullum ius ex contractu eſt quæſitum, nec venditori, nec emptori, vt optimè dicit *Frecc. lib.2. in limit. ad Conſtit. poſt num.32. verſ.nec quæritur,* & proinde ſicut procurator, cuius opera contractus perficitur, poteſt ante contractum perfectum ſe pœnitere, & contractum non perficere, fortius poterit contractum à ſe factum, nullum, & informe reſoluere contraria voluntate, re integra, & ob id *Anna in dict. Conſtit. n. 275.*
36 aduertenter dixit, quod licet nõ poſſit fieri procurator ad reuocandum, id non cõtingit ex eo, quod ſit actus talis naturæ, qui nõn poſſit explicari per procuratorem, vel non conueniat procuratori, ſed quia eo ipſo, ꝙ quis procuratorem conſtituit, cum conſiſtat in animo, reuocaſſe videtur, & ſic negat *Anna,* poſſe conſtitui procuratorem ſpecialiter ad reuocandũ contractum, ſcilicet factum per principalem, verùm expreſsè concedit, poſſe reuocationem fieri per procuratorẽ, qui vendidit ſine ſpeciali mandato;
37 & quod ſit actus conueniens procuratori, ex eo dilucidè probatur, ꝙ reuocatio ipſa ſit per vtilem dominũ, non ex alio, niſi quia vaſſallus videtur conſtitutus procurator nomine domini ad reuocandum quod eſt domini, ſicut in vſufructuario, *l. 1.§.fin.cum l.ſeq. ff. vſufruct. quemadm. caueat.* gerit nunc vicem domini, *Aret. in l. plurium, ff.de acquir.hæred. Dec.in cap. ex literis,col.pen.de probat.* vẽdicat maritus ex perſona vxoris, quod vendidit, veniens contra factum ſuum nullum ex perſona vxoris, pater rem filij, Prælatus rẽ Eccleſiæ, vt tradit *Frecc. in limit.ad dict.Conſtit.num.21.verſ.& videtur conſtitutus,* & ſic non mirum, quod procurator met vendens reuocet, cum vnuſquiſque poſſit venire contra factum ſuum nullum, *l. quemadmodum,in fin. C.de agricol.& cenſit. lib.11.gloſſ.* ad id citata per *Frec.in §.1. verbo,interdicta, inſtit.quib.alien.licet, vel non.*

Non obstat secundò, dum pars prætēdit, quod assensus sit expeditus per horam, vel horas ante instrumentum reuocationis factum à procuratore, quod fundare nititur primò ex testibus, secundò ex iuris præsumptione, quæ facit vt pro validitate actus præsumatur prius præcessisse assensum; vnde infert, contractum debere firmū remanere, cum in iure attēdatur prioritas horæ: dicimus enim quoad primum, hoc nullo modo probari; siquidem vnus testis Vitalianus Scriba mandati deponit, assensum per verbū, *fiat*, fuisse expeditum in Collaterali Consilio, quod de mane tunc feriarū tempore regebatur hora 13. uel 14. & addit insuper, fuisse memoriale subscriptum per Regentes in eodem supremo Tribunali, res quidem planè insolita, & contra stylum notorium; Notarius verò, quem constat fuisse eiusdem contractus proxenetam, deponit de diuerso facto, instrumentum scilicet reuocationis fuisse stipulatum hora decima sexta, & sic de altero extremo, quæ ambo necessaria sunt ad fundandam intentionem partis; vnde sunt singulares,
38 qua de causa nullo modo probant, etiam si essent in suprema dignitate constituti, vt ex *cap. licet ex quadam, de testib.* & alijs, docuit *Bart. in l. 1. C. de mand. princip. Pacian. lib. 1. de probat. cap. 48. num. 63. Surd. cons. 22. n. 12. in*
39 *princip.* nec obstat, si dicatur, quod Vitaliano vti officiali etiam soli plenè credatur, ex traditis per *Bart. in l. Diuus, num. 8. ff. de custod. reor.*

Primò enim officiali non creditur, nisi in pertinentibus ad officium suū, secus verò cum de his agatur, quę extra suum officium versantur, quia in reliquis dicitur testis, & proinde nulla ei adhibenda est fides, nisi vt simplici testi, latè *Alciat. de præsumpt. regul. 3. cap. 14. Tiraquell. in 1. retract. §. 8. gloss. 9. num. 5. 6. 13. 29.* & sic in actorum Notario, *Mascard. conclus. 1100. n. 9.* & ratio est, quia in his tantùm est eorum fides approbata, quæ necessariò spectant ad Officialis officium, vt in casu fortiori etiā in iudice, *Stracch. de mercat. tit. quomodo proced. sit in caus. part. 1. n. 42. Crauett. & alij* apud *Menoch. de arbitr. lib. 2. cētur. 1. cas. 91. num. 23. & 24. & centur. 2. casu 112. num. 12.*

40 Et licet multi dicant, officiali credi in his, quæ connexa sunt ad eius officium, vt per *DD. in cap. cum parati, de appellation.* declarat tamen hoc *Menoch.* in puncto de communi sententia connexa censeri, indiuidua scilicet illa, sine quibus actus stare nō potest, & illa censeri separata, sine quibus actus regulariter de per se stare potest, sic *Menoch. d. lib. 2. cēt. 2. cas. 112. num. 17. vers. sed ex eo*, & separata dicuntur, cum vnum sine altero potest, etiam si incontinenti fiant, eademq; scriptura complectantur, si non sunt indiuidua in necessarium antecedēs, vel necessarium consequens, idem *Menoch.* latè *d. lib. 2. centur. 1. cas. 95. num. 9. 11. 16. & 19.* vnde cum assensus de per se possit in qualibet hora expediri, nec referat generaliter, qua hora expediatur, hoc non dicitur pertinere necessariò ad officiales.

Et ob id dixit *Zabarell. cons. 10. sub*
41 *num. 8. vers. in quo casu dico*, quod licet credatur nuncio circa citationē factam, non tamen ei creditur referenti, se citasse ad propriam, vel solitā habitationem, nam officium nuncij in hoc non versatur, an illa sit propria, vel solita habitatio, sequitur *Pacian. lib. 1. de probationib. cap. 48. num. 53.*

Secundò, etiam si hoc spectaret ad eius officium (quod planè negamus)
42 non crederetur etiam in connexis, vbi agitur de graui prȩiudicio, *Albert. Galeota, Speculat. Bart. Alex. Dec. et alij* relati à *Tiraq. in 1. retract. §. 8. gloss. 9. num. 7. & 30. Mascard. de probation. conclus. 1120. num. 9.* sed tantùm in his quæ sunt modici, & leuis præiudicij, *Menoch. d. cas. 112. n. 9.*

43 Tertiò, non creditur ēt arbitro, vel Iu-

Iudici, in his, quæ pertinent ad iuſtificationem, vel validitatem laudi, *l. ne in arbitris*, § *pen. C. de arbitr.* cum latè notatis *in vulg. cap. quoniam contra*, *de probat.* latè *Menoch. lib. 1. de arbitr. quæſt. 76. & dict. lib. 2. q. 112. num. 4.*

Vltimò, diminui debet fides, quia deponit inſolita, quod memoriale fuerit ſubſcriptum per Regentes in Collaterali; fortius autem non cre-
44 ditur Notario, dum de altero extremo deponit de hora poſteriori confecti inſtrumenti, quia Notario non creditur, niſi in his, de quibus tempore confecti inſtrumenti fuit rogatus, *Caſtr. conſ. 428. lib. 1.* quinimò neque
45 in his, de quibus fuit rogatus, ſemper creditur, quia tabellioni non creditur ſine ſcriptura, & teſtibus, *Maſcard.* latè *concluſ. 35. à num. 17. ad 20.* maximè cum in dubio non præſumatur Notarius rogatus, quia cum ſit ſolennitas extrinſeca, non præſumitur, & potuit adhiberi tanquam teſtis, *Bart. in l. ſciendum, num. 11. de verb. obligat.* cum infinitis à *Maſcard. concl. 1102. num. 1.* & tunc Notario plenè credi-
46 tur, & duorum teſtium vices ſubſtinet, quando actus per ſcripturam probatur, non per vocem viuam ipſius Notarij, quia tunc quando deponit extra id, quod continetur in ſcriptura, ſed probatio fit per vocem viuam, tunc loco vnius tantùm teſtis habetur, non autem duorum, *Bald.* optimè poſt *Speculat.* quem citat *in l. vltim. num. 18. C. de fideicom. Mexia ad Bart. in l. Domitius, ff. de teſtament. Maſcard. concluſ. 110. num. 5.* & huic Notario ex alio etiam vti teſti non creditur, quia fuit proxeneta, ſiuè mediator, cuius opera vſæ fuerunt partes ad perficiẽdũ cõtractum, vt ex actis clarè liquet,
47 proxeneta autem nunquam in teſtem recipitur, nec facit fidem, niſi vtraque parte conſentiente, *Menoch. de arbitr. lib. 1. cap. 72. num. 29.* facit etiam, quia
48 licet plerique DD. dixerint, quod ex duobus inſtrumentis eadem die confectis, præſumatur anterius quoad hypothecam illud, in quo eſt appoſita hora, *ad gloſſ. in l. ſi ex pluribus, §. fin. ff. de ſolut.* nihilominus *d. gl. ff.* debet intelligi, quando plenè conſtat de prioritate vtriuſq; inſtrumenti horæ, aliàs ſecus, iuxtà opinionem *Felin. Soc. Dec. Crot.* & aliorũ, quia aliàs probatio eſt cõciſa, & non perſa, vt optimè fundat *Doct. Marta*, qui ita refert iudicatum *deciſ. Piſ. 75. & Verall.* ita iudicatum refert, quod nullo modo attendatur prioritas horæ, etiam quod ſignatura ſit facta de mane, niſi quando ſpecificè hora fuiſſet appoſita in ipſo reſcripto, *deciſ. 352. part. 3.* poſt *Caſſiod. dec. 70. de præbend.*

Quoad ſecundum autem, circumſcripta probatione de prioritate horæ, quæ parti deficit, remanet vt in
49 dubio omninò debeat præſumi, vt reuocatio vigore Conſtitutionis, præceſſerit aſſenſum, vt, re plenè diſcuſſa, viuis rationibus fundat *Anna in Conſt. num. 265. & 266.* cuius cum magna ſit authoritas, nec habeat ex his, quos vidi contradicentem in ſpecie, eius opinio eſt habenda pro caſu legis, & præſertim cum optimè reſoluat obie-
50 ctum, quod imò præſumi debet pro actus validitate, qui ex aſſenſu præcedenti confirmatur, non autem irritatur, ex congeſtis per *Vant tit. quid ſit nullitas, n. 24. Alciat. d. præſumpt. reg. 3. cap. 34.* non enim procedit hæc regula
51 prioritatis præſumendæ contra Principem, aut Fiſcum, cuius inſtrumentũ in dubio, data paritate temporis, præſumitur ex hora anterius, vt vltra *Soc.* citatum per *Annam*, eſt communis reſolutio, ex *l. 1. C. de iure Fiſci*, vt latè congerit *Peregrin. de iure Fiſci, libr. 6. tit. 6. num. 21.* ergo cum hæc reuocatio fiat iure proprio per feudatarium, ſiuè eius procuratorem tanquam Regis miniſtrum, iura Principis, & Fiſci repræſentantem, & cum ſit inducta iſthæc reuocatio ad fauorem principaliter Regis, ne ſuum feudũ minuatur, vel commutetur de perſona in perſonam, quod maximè Regis inte-

resse, vt vltra locum *Frecc.* supra citatum, explicat optimè idem *Frecc. dict. lib. 2. § pluribus autē modis, n. 20. & 21. cart. 157.* tum ex priuilegio Regis, cuius locum tenet vassallus, tum etiam quia reuocatio respicit causam fauorabilem, quinimò publicum fauorem, ne honor, & seruitium domini minuatur, & quia feuda de publico processerunt, & alienatio per instrumentum continet odium, & pœnam, vt notat *in l. Imperialem*, & in specie *Afflict. in dict. Constit. num. 49. in fin.* etiam ex hoc solo præsumptio, quæ stat pro validitate actus, cessat in actu, vel contractu odioso, cuius annullatio hoc ipso redditur fauorabilis, vt ex *Aret.* & alijs, in puncto probat idem *Alciat. dict. regul. 3. de præsumpt cap. 34. n. 12. Menoch. eod. tract. lib. 6. cap. 4. num. 53.* cessat etiam præsumptio, quæ stat pro
52 validitate actus, quando repugnat præsumpta mens principalis disponentis, quę omninò offenderetur, si sumeretur interpretatio pro actus validitate, vt post *Castr. & Alex. vbi Ias. n. 7. in l. verbis ciuilibus, ff. de uulgar.* aduertit *Alciat. dict. cap. 34. num. 6. Menoch. de præsumpt. lib. 6. cap. 4. num. 50. declar. 5.* vnde cum in casu nostro satis offenderetur mens fratrum de Capano, declarata per anteriorem diem coràm Notario, quod nolebant vendere, omninò præsumendum est, procuratorem, qui pręsumitur à domino certioratus, pro vt certiorari potuit per interuallū diei à Ciuitate Cauæ, vbi degebant carcerati, ad Vrbem Neap. hoc de mandato dominorum fecisse, & maxi-
53 mè, quod potius stipulatio annullatur quàm fiat interpretatio promissori multum onerosa, vt ex *Fulgos. Ias.* & alijs, notat *Menoch. d. cap. 4. num. 52.* hæc autem venditio & satis onerosa erat alienantibus ex pactis, & clausulis exorbitantibus in illa appositis, quod etiam subsequens venditio maiori pretio, & melioribus conditionibus facta demonstrauit, & non erat proficua ad finem desideratum per venditores habendi pecuniam promptam
54 pro redimendo honore, & vita, quæ causa finalis contractus est tantæ efficaciæ, vt etiam contractus nominati rescindi debeant ex defectu causæ finalis, quæ impulit contrahentes ad vendendum, *l. ea conditione, C. de resc. vendit.* nec etiam procedit præsumptio pro validitate actus, cum aliqua subest coniectura voluntatis disponentis, quod eligere voluerit viam illam, quæ deterior erat, *Menoch. dict. cap. 4. in fin. & cap. 5.* pariter *in fin.* rursus cessat ista præsumptio, vt prioritas præsumatur pro actu, ex quo dispositio
55 redditur valida quando ei non repugnat alia præsumptio oriens ex natura actus, nam illa præualet huic pręsumptioni; non enim præualere debet præsūptio, quod actus valeat, illi, quæ à natura dispositionis sumitur, vt ex *Corn. Dec. Alciat.* & alijs probat idem *Menoch. dict. cap. 4. num. 39. et seq. Cyn. Bald. Angel. Imol. Alex. Felyn. Ripa*, & alij apud *Pregrin. de iure Fisci, lib. 6.*
56 *tit. 6. num. 39.* at hic de natura feudi est, vt non possit alienari, *Bald. in c. 1. de feud. non hab. propr. natur. Loffred. cons. 11. num. 29. & 30.* & in Regno de natura feudi est, vt idem alienans reuocet, quia natura feudi vocatur communis ratio feudi, *cap. 1. S. præterea, quid sit inuest. Frecc. lib. 2. 1. q. de assens.* quam ex *Zasio* duplicem esse; vnā iuxta ius commune feudorum, alterā secundùm morem regionis, in puncto probat *Lanar. cons. 3. num. 15.* igitur præsumptio, quæ ex duplici natura feudorum insurgit, iuris scilicet communis, & Constitutionis Regni, quæ ius commune Regni dicitur, præualere debet, maximè cum assēsus sit gratia, quæ ex pluribus denegari potest, vt hic prius denegatum fuisse constat.

Quibus non obstat discursus *Dom. de Franch. in decis. 649.* primò enim in illa causa nihil fuit decisum, sed est tātùm simplex discursus sine aliqua decisione; secundò casus erat satis diuer-

lus;

ſus; prætendebat enim actor, venditionem fuiſſe factam de mane, & aſſenſum fuiſſe expeditum de die poſt prandium, tanquam ſuper venditione faciēda, quæ iam erat facta; Princeps autem conuenrus plenè probauerat, vt ipſe refert *num.* 5. aſſenſum fuiſſe expeditum de mane, & venditionem fuiſſe factam de die poſt prandium, & licet multa argumenta afferat *Dom. Præſes* ad confirmationem illius propoſitionis, quod in dubio eſt illa facienda interpretatio, vt actus valeat, non vt percat, iuxtà alias per eum cōgeſta *deciſ.* 159. nihilominus ex ſupra conſideratis remanet plenè reſoluta vis huius regulæ, quam idem *Dom. de*
57 *Franch. in dict. dec.* 594. *in fin.* limitat, vt non procedat, quando fieret contra voluntatem diſponētis, vel alienātis, ex *Cagnol. in l fin. n.* 247. *C. de pact.* de qua clauſula cōſtat in caſu noſtro.

Hæc tandem cauſa tranſactione modum habuit, patrocinante ex aduerſo Domino nunc meritiſſimo Reg. Conſiliario Scipione Theodoro, viro tum natalium ſplendore clariſſimo, tū legalis diſciplinæ peritiā abſolutiſſimo, tum etiā Muſarum lepore, amœnitateque venuſtiſſimo, cuius in hac cauſa reſponſum *n.* 96. in ſuis allegationibus circumfertur.

SVMMARIVM.

1 *Ciuilitas dupliciter à iure cōſideratur, ſcilicet originalis, & accidentalis.*

2 *Ciuilitas originis non niſi facto naturæ quæritur.*

3 *Allectio multipliciter accipi debet.*

4 *Baro non poteſt aliter dici ciuis in caſtro ſuo, niſi per allectionem.*

5 *Magiſtratus donec durat officium, dicitur eſſe ciuis illius loci; ſic Baro donec caſtrum poſſidet.*

6 *Baro dicitur ciuis in ſuo caſtro, tum ratione officij, tum ratione militiæ.*

7 *Citatio Baronis, quæ de iure in propria domicilio fieri debet, poteſt fieri in eius caſtro.*

8 *Clericus habens beneficium in Eccleſia, dicitur eſſe ciuis illius loci, vbi domicilium habet.*

9 *Baro dicitur primus ciuis ex tribus rationibus, quæ referuntur.*

10 *Ciuilitas contracta ratione officij, vel militiæ, nō eſt propriè, et verè ciuilitas.*

11 *Huiuſmodi ciues non poſſunt conueniri ibidem pro contractibus alibi geſtis, ſed pro his tantùm, quos ibi geſſerunt.*

12 *Immunitas conceſſa ciuibus, non competit Baroni, & ſic impròprio ciui, maximè concurrente tertij præiudicio.*

13 *Conceſſio immunitatis debet intelligi in caſu vero, non ficto.*

14 *Ciues per allectionem verè facti, non gaudent omnibus priuilegijs aliorum ciuium, ſed ijs tantùm, quæ ipſa Ciuitas concedere poteſt ipſis ciuibus, non autem ijs, quæ habent ipſi ciues aliunde, & num.* 15. *&* 17.

16 *Priuilegium conceſſum Ciuitati Peruſinæ, vt ſui ciues non poſſint ad iudicium trahi extra Ciuitatem, non extenditur ad terras ſubditas, quorum ciues ex ſtatuto habentur in omnibus pro ciuibus, ſed ad ciues naturales tm̄.*

18 *Ciues allecti non habentur pro ciuibus, niſi in ſtatutis illius Ciuitatis, à qua fuerunt allecti, & num.* 19.

20 *Ciues, qui non ſuſtinent onera Ciuitatis, non comprehenduntur appellatione ciuium, tam reſpectu commodi, quàm damni, & num.* 21.

22 *Ad hoc vt ciuis allectus decreto Decurionum, efficiatur verè ciuis, requiritur, quod in omnibus, & per omnia, & ſic etiam quoad onera ſit receptus, ſecus ſi quoad quædam tantùm.*

23 *Baro non eſt propriè, & verè ciuis, ſed pater ſubditorum, hinc non contribuit vt ciuis, ſed vt bona tenens, & n.* 24.

25 *Vniuerſitas ſi ex titulo particulari poſſidet aliquod munus, maximè in alieno territorio, Baro in paſcuis, uel alijs in dicto nemore nō habet aliquod ius.*

ARGVMENTVM.

Baro non poteſt dici propriè, & verè ciuis in ſuo caſtro, niſi per allectionem;

vel

vel ratione officij, vel ratione militiæ; maximè cum non ſubeat onera; hinc non gaudet omnibus immunitatibus, quibus cæteri ciues fruuntur, & præſertim ijs, quibus ciues aliundè, quã in propria patria, ſeù in caſtro Baronis potiuntur, ex particulari titulo.

Pro huiuſce operis Authore vtili Domino Paſſus in Ponte Cannarum, & Baiulationis Regiæ Ciuitatis Baroli.

CONTROVERSIA LXVII.

PRæſuppoſito, quod aliquæ Vniuerſitates ex priuilegio ſint immunes in paſſu Cannarum prope Barolum, prętendunt Barones dictarum terrarum eadem immunitate gaudere, qua ciues ſubditi fruuntur; ex eo quod Baro primus ciuis dicatur in ſuo caſtro, cuius contrarium vt Baro, tametſi primus ciuis à noſtris appelletur, dicta immunitate frui non valeat, pro me ipſo vtili domino paſſus in celebri territorio Cannẽſi, vbi Annibal maxima cõtra Romanos victoria potitus fuit, quem poſſideo ex largitione Sereniſſimorum Regum domus Aragoneæ, anteceſſoribus meis facta in remunerationem ſeruitiorum, & quia ad puncti iuſtam deciſionem, opus eſt veram cauſam dignoſcere, quomodo Baroni concedatur à iure, hanc ciuilitatem adipiſci in proprio caſtro, ad hoc vt deciſiones DD. loquentium de varijs ciuium ſpeciebus, Baroni applicari poſſunt; ex quo certum eſt, hoc non eſſe de nouo inductum per aliquam Regni legem, ſeu Pragmaticam, vnde neceſsè eſt fateri, à regulis iuris communis id deduci.

Proinde vt ab ipſo primordio res deducatur, ſuppono veriſſimam con-
1 cluſionem, ciuilitatem dupliciter à iure conſiderari; quædam enim eſt ciuilitas originalis, quæ non poteſt induci niſi per naturam, quæ eſt adeò potẽs, vt ei renunciari non poſſit, nec ſuper ea lex fingit, *l. pen. C. de municip. & orig. lib.* 10. quædam verò eſt ciuilitas, quæ inducitur per conſtitutionem humanam ex aliqua cauſa accidentali, licet vtraque dicatur de iure ciuili ratione formæ, vt magiſtraliter tradit *Bald. conſ. 64. punctus, num. 2. verſ. quia ſubtiliter, vol. 5. & Lucas de Penna in l. ciues, col. 2. verſ. in prima gloſſ. C. de incol. lib.* 10. quæ ciuilitas inducta per conſtitutionem humanam, acquiritur manumiſſione, adoptione, & allectione, *d. l. ciues*, vnde cum Barones non poſſint prætendere ſe ciues ori-
2 gine, quia illa ciuilitas non niſi facto naturę quæritur, neceſsè eſt fateri, eorum ciuilitatem inductam per legis conſtitutionem, & cum inter prædictos modos, ex quibus quis efficitur ciuis per conſtitutionem legis, enumeratis *in dict. l. ciues*, vbi *Luc.* hoc benè ponderat poſt *verſ. in 2. gloſſ.* ibi, *nam præter cauſam*, & perbellè *Socin. conſ. 129. num. 2. verſ. circa ſecundam dubitationem, vol.* 1. non poſſit firmari, Barones fieri ciues manumiſſione, vt ſerui, nec adoptione, vt fiunt filij, conſequens eſt, vt omninò neceſsè ſit fateri, Barones dici ciues allectione, arguendo à ſufficienti partium enumeratione, & hoc ſentit *gloſſ. in dict. l. ciues*, id optimè exponens ad propoſitum, dum *in verb. allectio*, declarando
3 ſubdit, quod allectio accipi debet, vel pro delatione honoris in aliqua ciuitate, *ex l. Senatores, eod. illo tit. C. de incol.* vnde allecti, idest electi, exponit *gloſſ.* allegans exemplum de Rufino Guaſco poteſtate Bononiæ, vel electione ad militiam, quia miles dicitur ciuis, vbi meret, ſcilicet militat, & re-

ci-

cipit ſtipẽdia, *l. municeps desinit*, *§. fin.*
vbi *Bart. num.* 5. *Lucas in princip. in*
verſ. allectare, *& ante finem*, *verſ.* 4. *Ci-*
uitati, *Ioann. de Platea*, *in verſ. item dic*
allectio, & idem *Bart. in l.* 1. *ff. ad mu-*
nicipal. num. 13. *verſ. quæro etiam*, *&*
num. 16. *in fine*, vbi dicit, quod licet
allectio intelligi poſſit, nedum de ele-
ctione, vt dicit *gloſſ.* ſed pro receptio-
ne in ciuem, facta ex conceſſione ci-
uitatis, quæ poſſit exteros ſub certa
forma in ſuos ciues allicere, iuxta
text. in d. l. 1. *ff. ad municipal. in princip.*
nihilominus fatetur, intellectũ *gloſſæ*
eſſe quoque verum, & idem *Alber. in*
rubric. ff. de munerib. & honor. num. 5.
qui ſequitur *gloſſ.* in vtroque exem-
plo tradito, ſcilicet electionis ad offi-
cium, & ad militiam, cum alijs per
Boer. q. 260. *num.* 13. *&* 18.
4 Ex quibus euidenter apparet, Ba-
ronem non poſſe aliter dici ciuem in
ſuo caſtro, niſi per allectionem, altero
ex duobus modis, iuxta ſenſum *dict.*
gloſſ. in l. ciues, vel etiam vtroque mo-
5 do; ſicut enim magiſtratus, donec du-
rat officium, dicitur eſſe ciuis illius
loci, ſic etiam Baro, donec caſtrum
poſſidet, iuſta quidem ratione, dice-
tur ciuis, nam Barones, Regios Capi-
taneos eſſe, benè probat *Frecc. libr.* 1.
de ſubfeud. tit. de origine Baron. num. 10.
& quamuis eo plus gaudeant, quod
dicantur habere iuriſdictionem in do-
minium, nõ in officium, vt per *Lanar.*
conſ. 5. *num.* 3. *& conſ.* 52. & etiam Baro
miles dicitur, & feudum ſtipendium,
quod ei datur, vt viuat, & militet, vt
per *Iſern. in §. ſed nec alia iuſtior poteſt*,
verſ. ſi verò non poteſt, cum concordã-
tibus ibi per *addit. Quæ ſit prim. cauſ.*
benefic. amitt. ad quod faciunt tradita
per *Lanar. conſ.* 80. *num.* 17. *&* 18. iun-
ctis ſupradictis per eum *num.* 2.
6 Vnde non immeritò Baro dicitur
ciuis in ſuo caſtro, tum ratione officij,
tum etiã ratione militiæ, cum ibi me-
reat, vt *in dict. l. municeps deſinit*, *§. fin.*
quod ſuboſcurè tamen voluit *Iſern.*
in cap. 1. *num.* 3. *verſ. & intelligas*, *de*
milit. vaſſall. qui cont. eſt, quod citatio
7 Baronis ad domum, quæ de iure eſt
facienda in proprio domicilio, ideſt
in domo habitationis, & non alibi, ad
text. in l. 4. *§. Prætor ait*, *ff. de damn. in-*
fect. in ſpecie poteſt fieri in caſtro Ba-
ronis, velut in proprio domicilio, vt
quia Baro ciuis ſit illius loci, & æqui-
8 parat ibi *Iſern.* Baronem clerico ha-
benti beneficium in Eccleſia, qui di-
citur etiã eſſe ciuis illius loci, vbi ha-
bet beneficium, vt in ſpecie tradit etiã
Bart. in dict. l. 1. *num.* 13. *ff. ad municip.*
de Abbate S. Petri, & latiùs *Felyn. in*
cap. dilectus filius, *il ſecondo*, *n.* 4. *&* 5.
de reſcript. & clarius idem *Iſern. in c.* 1.
poſt *num.* 3. *verſ. item quæritur*, *de contr.*
inter vaſſall. & alium, *de benefic. & in*
Conſtit. Edictorum, & ita *Iſern.* intelli-
git in ſpecie *Dom. de Anna ſingul.* 153.
dominus feudi, & in indiuiduo *Paris de*
Put. in tract. ſindic. in verbo, *ciuilitas*
Officialis, probat quod ex eo deduci-
9 tur, vt Baro dicatur primus ciuis, quia
Magiſtratus, durante officio, & miles
donec meret ſtipendium, in locis of-
ficij, vel ſtipendij, ciues eſſe dicuntur,
exemplo etiam clerici beneficiati, &
cum aliàs valeat argumentum à be-
neficio eccleſiaſtico ad feudũ, quod
nil aliud eſt, quàm beneficium, vt tra-
ditur per *Iſern. & alios in §. huius au-*
tem generis, *ex quib. cauſ. feud. amitt.* &
per *Dec.* latè *conſ.* 76. *& Parid.* refert,
& ſequitur in propoſito *Boer. q.* 260.
num. 20. *&* 21. *verſ. vbi idem*, idemque
in ſpecie *Capyc. deciſ.* 209. *& Loffred.*
conſ. 4. *Carauit. ritu* 301. *num.* 21. vnde
viſo quomodo de iure Baronibus cõ-
cedatur huiuſmodi ciuilitas, neceſſa-
riò infertur, quod Barones non dicũ-
tur propriè, & verè ciues, quia ciuili-
10 tas contracta ratione officij, vel mi-
litiæ, non eſt propriè, & verè ciuilitas,
& tales ciues pro ciuibus habentur à
iure limitatè quoad quædam tantùm,
non autem quoad omnia, vt formali-
ter decidit *Bart. in tract. repræſal. q.* 5.
princ. verſ. ad quintum, *num.* 12. *&* 13.
11 & proinde dicit, nõ poſſe tales ciues
con-

conueniri ibidem pro contractibus alibi gestis, sed pro his tãtùm, quæ ibi gesserunt, quæ *Bart.* theorica ab omnibus est recepta, teste *Boer. in d. decis.* 260. *num.* 19. Et sic ex his facilè sequitur decisio quæstionis nostræ, qđ
12 immunitas concessa ciuibus non competit Baroni, qui nõ est verè, sed impropriè ciuis, maximè cum agatur de tertij præiudicio, quo casu strictissimè est facienda interpretatio, vt in indiuiduo determinat, & probat *Ruyn. cons.* 112. *circa primum, in* 2. *dub.* post *num.* 10. iuncto *num.* 13. *in fine, vers. & tanto magis, vol.* 1. vbi consuluit, quod immunitas concessa ciuibus non competit his, qui non sunt verè ciues, maximè in præiudicium domini vectigalis, vel pedagij, quod etiam ex eo comprobatur, quod cõ-
13 cessio immunitatis debet intelligi in casu vero, non autem in casu ficto, *lib.* 4. *§. hac verba, ff. de negot. gest.* & in potentiori significatu, vulgatis iuribus. Sed dato (citra tamen veritatis præiudicium) Barones, quos ex supradictis constat, esse ciues, ratione magistratus, & militiæ, ipsos his de causis effici verè, & propriè ciues, (quod tamen expresè negatur) adhuc tamen immunitatem concessam, ciuibus ipsis non competere in tertij præiudicium, ex subscriptis fundatur. Pro quo præmitto, communem, & receptam ab omnibus conclusionẽ,
14 quod ciues fiũt per allectionem, nõ eo modo, vt exponit *gloss. in d. l. ciues*, scilicet per assumptionem ad magistratuum, vel militiam, sed per receptionem in ciuem in omnibus, & per omnia, decreto decurionũ solemniter factam, iuxta *text. in d. l.* 1. *ff. ad municipal.* vtputà, accepto vsu togæ Romanæ, de quo *in l. sed si accepto, ff. de iure fisci*, verè, & propriè quis efficitur ciuis, non autem fictè, *l. in orbe, ff. de statu homin. l. ædificia, & l prouinciales, ff. de verbor. signific.* & ratio est, quia cum ciuilitas sit de iure ciuili, & in his, quæ sunt iuris, lex non fingat, sed verè disponat, meritò taliter recepti propriè ciues efficiuntur, & in omnibus habentur vt originarij, licet non efficiantur originarij, nec verè, nec fictè, vt resoluit *Bart. in l. si is, qui pro emptore, num.* 34. *cum duob. sequent.* vbi latè *Ias. num.* 291. *&* 298. *ff. de vsucap.* & per eundem *Bart. consil.* 62. *punctus talis est, volum.* 1. *cum infinit. per Boer. in d. dec.* 260. *num.* 33. *versic. vel nisi vsus est*; & nihilominus tales
15 sic verè ciues effecti non gaudent omnibus priuilegijs aliorum ciuium, nisi his tantùm, quæ ciuitas ipsa posset concedere ciuibus suis, secus verò in his, quæ habent ciues ipsi aliunde, quàm ex concessione ciuitatis, vt puta rescripto Principis, vel Papæ; tunc enim non habentur, nec tractãtur pro ciuibus, vt solenniter decidit *Bart. in l. si maritus, §. legis Iuliæ, in vers. ad propositum, ff. ad l. Iuliam de adult.* ex quo
16 infert in fine, quod priuilegium concessum ciuitati Perusinæ, vt sui ciues non possint trahi ad iudicium extra ciuitatem, non extenditur ad terras subditas, quorum ciues ex statuto habentur in omnibus pro ciuibus, sed tantùm ad ciues naturales, & sic quãuis Baro esset verè, & propriè ciuis in suo castro, tamen non posset gaudere, nisi in his, quæ possent sibi concedi à ciuibus dicti castri, in quibus non agitur, nisi de solo ipsorum præiudicio, non autem in his, quæ ciues subditi aliunde haberent ex priuilegio, vel aliter, qui ꝓpriè est casus noster, hinc *Afflict. in Constit. Regni, Ascriptitios*, docuit, quod concessis per Regem angarijs, non intelliguntur huiusmodi concessæ extra territorium, sed intra fines territorij proprij tantùm, & magis in specie *Salyc. in l. ciues, n.* 3. *&* 4. *C. de appellat.* sequitur *Bart.* & addit,
17 quod si ciues Florentini habent ex priuilegio, vt nõ soluant pro suis mercibus Bononiæ, nisi duos denarios pro libra, vbi alij soluerent quatuor, effecti ciues ex priuilegio, idest per allectionem factam in cõsilio ciuitatis,

vt

vt ſuperius declarauerat *num.* 3. non gaudebunt hoc priuilegio, ſed tãtùm nati in dicta ciuitate, & hoc ratione prædicta, quia iſtud ciuitas Florentiæ non potuit concedere, quæ doctrina determinat in indiuiduo caſum noſtrum, vt quamuis Barones millies dicerentur verè ciues, & non ficti, tamẽ gaudere non poſſint, niſi illis immunitatibus, quę eis à terris ſubditis poſſent concedi, non autem his, quæ dictæ terræ extra eorum territorium alio particulari titulo poſſiderẽt, quã *Bart.* doctrinam vnanimiter ſequũtur DD. vt faciunt *Imol. in l. ſi is, qui pro emptore, num. 16. in verſ. item aduerte, & Cuman. num. 12. verſ. vnde infert*, qui concludit, quod ciues allecti non
18 habentur pro ciuibus, niſi in ſtatutis illius ciuitatis, à qua fuerunt allecti, ſecus autem in ſtatutis in alijs ciuitatibus, & addit exemplum, quod ſi Venetijs caueretur, quod Patauini pro ciuibus habeãtur, non comprehenderẽtur Ciues allecti, & ſic Baro terræ Cirignolæ effectus ciuis per Baroniam, habebitur pro ciue in terra Cirignolæ tantùm, & non extra territorium illius terræ, vt in paſſu Cannarum, & latiùs hoc idem firmat *Ludou. Roman. ibid. num. 12. verſ. & ex iſtis deciditur*, addens multa iura, & inter alia *text. in cap. ſi adoptiuus, ſi de feud. fuer. controu. et Ioann. Crot. in ſua repet. dict. l. ſi is, qui pro emptore, in 3. q. princ. Bart. in verſ. ſecundus caſus*, qui tradunt exẽplum, quod ſi ſtatuto Ferrarienſi ca-
19 ueatur, vt Bononienſes non teneantur ſoluere gabellã Ferrariæ, vel quia hoc ſit in priuilegium conceſſum Bononienſibus à ſuperiori, non comprehenduntur ciues Bononienſes allecti, quia de iure non veniunt appellatione ciuium, niſi in ſtatuto Bononienſi tantùm, & idem ſequitur ibidẽ *Alciat. num. 36. & Carol. Ruyn. conſ. 86. attenta legitima, num. 14. volum. 3.* Addo hodie, dũ hæc longo poſt tempore reuideo, quod vbi per ſtatutum diſponitur, haberi aliquos pro ciuibus, & habitatoribus, eſt intelligendũ quoad ea, quæ ciuibus, & habitatoribus tribui poſſunt, ſecus in his, quæ aliundè habent, ita quod illud priuilegium alteri concedere non poſſint, *Bart. Crot. Ruyn.* & alij apud *Ioſeph Seſe deciſ. Aragon. 90. num. 3. in princ.* vbi ad plura infert: ſi igitur priuilegium conceſſum ciuibus, non extẽditur ad ciues allectos, qui propriè, & verè sũt ciues, quantò fortius non extenditur ad Barones, qui impropriè, & limitatè dicuntur ciues, vt eſt ſupra fundatum.

Præterea alia de cauſa immunitas competens caſtro, non debet competere ei, qui vt Baro, prætendit ſe ciuẽ,
20 quia ciues, qui non ſubſtinent onera ciuitatis, non comprehenduntur appellatione ciuium, nedum vbi tractatur de eorum damno, ſed etiam vbi agitur de commodo, vt probant *Bald. in l. ſi non ſpeciali, C. de teſtam. num. 7. in fin. & in conſ. 445. quatuor, num. 6. volum. 4.* cum alijs congeſtis per *Ruyn.* qui hoc latè firmat *conſ. 112. circa primum, in 2. dub.* poſt *n. 10. vol. 5.* qui in ſpecie loquitur in conceſſione immunitatis, vt non comprehendat ciues, qui non ſubeunt onera, in præiudicium tertij, cui competit ius exigendi vectigal, vel pedagium, vt ipſe *Ruyn.* ſubdit *num. 13. in fin. verſ. & tãtò magis*, quem refert, & ſequitur *Put. in addit. ad Bart. in l. 1. ff. ad municip. ſub num. 17. verſ. quaro vtrum*, & hoc etiam tenet *Boer. deciſ. 272. & præſuppoſito, num. 2.* quia vt dicit *Luc. in d. l. ciues, in princ. verſ. & nota*, ꝙ qui non
21 ſubeunt onera, non poſſunt ciues appellari, niſi lato ſumpto vocabulo, ꝙ etiam benè tradit *Alex. conſ. 178. in occurrenti caſu, verſ. & Bald. volum. 2.* vbi firmat, ciues quoad quædam non venire appellatione ciuium, vnde eriã infertur, quod Iacobus de Tuſo frater Marij, qui prætendit ſe ortum in terra Monneruini, non tamen ibi ſubit onera, non debeat gaudere immunitate aliorum ciuium, *Affl.* latiſſimè *deciſ.* 384. & ſuadetur etiam ex com-

communi DD.theorica, quod ad hoc vt
22 ciuis allectus decreto Decurionum efficiatur verè ciuis, requiritur, quod in omnibus,& per omnia,& sic etiam ad onera sit receptus, secus si quoad quædam tantùm, vt latè per *Ias.in d. l.si is,qui pro emptore, n.292. & 302. ff.de vsucap.et per Paris.consf.71.vol.1.* & ne deficiat decisio pũctualis, quod
23 Baro non sit verè,& propriè ciuis,firmat *Dom. Præs. de Franch. dec. 197. n.18.* qui benè ponderat,quod *Guid. Pap.decis.631. in quadam causa*, post *num.4. vers.quinimò*, quem simpliciter allegat *Frecc. in 18. author. Baron.* ad hoc quod Baro dicitur primus ciuis, non appellat eum ciuem, sed patrem subiectorum,cura, & sollicitudine circa beneficium subditorũ, quod ante *Guid.Pap.*dixerat *Bald.consf.460. vol.1.*& addit *Dom.Præses*, quod non dicitur verè ciuis, quia non concurrunt omnia requisita, de quibus in *dict.l.ciues*,& in specie, quia non sub-
24 stinet onera, cum in eis non contribuat vt ciuis, sed tantùm vt bona tenens,dd quo latè per *Illustr.M archionem de Ponte consf.11.*

Ex quibus *Dom. de Franch.* determinat in specie quæstionem nostram post *num.20.& 21.vers.addo tamen*,
25 quod si Vniuersitas ex titulo particulari possideret aliquod nemus, maximè in alieno territorio, Baro in pascuis, vel alijs in dicto nemore non haberet aliquod ius,& ita testatur decisum in causa Guardiæ,& Campiclari,& benè declarat dictum *Parid.de Sindic.in verbo,statutum*, qui videbatur contrarium dicere,vt idem *Præsid. sup. n.3.*retulerat,vt tunc ius pascẽdi cõpetẽs, exẽpli gratia,ciuitati Nuceriæ in territorio terræ S. Seuerini,cõpetat etiam Baroni, seu Duci Nuceriæ, cum è contra adest talis communio inter illas ad inuicem, quod homines S. Seuerini depascunt etiam è contra in territorio Nuceriæ,& demanijs Baronis; tunc enim militat ratio,quam affert *Paris*,dum ait,*& si cõuicini corrodunt territoria sua, de suo corrodunt,ergo ipse potest,& debet corrodere conuicinos, argum.cap.Regni, Pondus æquum*,& sic à ratione cessante, contrarium expresè sentit *Paris*, deficiente communione correspectiua ad inuicem, vt in casu nostro, vbi immunitas competens terris Cirignolæ, vel Monneruini in passu Cannarum, qui est in alieno territorio situs, non parit beneficiũ aliquod domino passus, vt qui nullum ius habet in dictis terris, qui propriè est casus, quẽ aliàs testatur decisum *Dom. Præsid. in fin.d. decis.*& idem quod *Paris*,tradit etiam *Nigris in cap. Regni, Pondus æquum, num.11.*

Nouissimè parum egemus allegare similes decisiones,cum in hac eadem causa pro vtili domino passus,Regia Camera decreuerit in anno 1595. quod ciues aggregati terræ Baroli gaudere non possent eadem immunitate, qua in dicto passu fruuntur ciues originarij eiusdem terræ,idque non obstante Regio priuilegio concesso dictis ciuibus aggregatis,quod omnibus immunitatibus cõcessis ciuibus originarijs fruerentur,quod fuit solenniter decisũ,discussis priuilegijs, & auditis partibus, vt patet ex decreto producto, fol. 23. vt non immeritò idem fore decidendum speremus per sapientissimos dominos cõtra Barones terrarum immunium,qui multò magis impropriè ciues dicuntur, quàm ciues aggregati, vt est supra fundatum.

DECISIO.

CVM hæc scripsissem iuuenis in causa propria, obtinui pro voto decretũ die Mercurij 5. Decemb.1601. referente Domino Petro Antonio Mastrillo Patritio Nolano,ex Senatoria familia antiquissima, Præside Regiæ Cameræ, prudentia, & integritate insigni: terminus in causa, & interim Dominus Dux Montisleonis soluat dirictus, facta annoratione, &

fuit

fuit pleniſſimè diſcuſſus articulus in Regia Camera, Franciſcus Datus Actuarius. Et cum Dominus Dauid Imperialis Marchio Oiræ ſimiliter prætendiſſet declarari, ipſum frui debere oĩbus priuilegijs, & immunitatibus quibus fruebatur ſua ciuitas Oirę, etiã extra territorium, idque ſibi competere, nedum de iure, ſed ex pacto in contractu venditionis factæ per Reg. Curiam dictæ ciuitati ipſius genitori, & quo in ſpecie id conuentum fuerat, communicando emptori omnia priuilegia, & immunitates eidem ciuitati competentia. Fuit per Dominum Iacobum Salutium, tunc Fiſci patronum vigilantiſſimum, ac æquè doctiſſimum, & integerrimum, repertũ decretum latum per Regiam Cameram ſub die 24. Septembris 1578. referente Præſide Santacruce, quo fuerat pater ipſius Marchionis excluſus, & deciſum, vt gauderet in proprio territorio tantùm, vnde Fiſcus oppoſuit exceptionem rei iudicatæ, & mihi retulit idem Dominus Salutius, fuiſſe repertas pluſquam decem ſimiles deciſiones, quinimò hoc fuiſſe generaliter prouiſum, ſeruari quoad omnes Barones, & in illa cauſa Marchionis Oiræ interuenerunt videlicet Domini Præſidentes Villanus, Ribera, de Dauid, Dominus Moles cum Domino Locumtenente Bernardino Sãctacruce, qui omnes fuerunt doctiſſimi viri, & ſic hodie hoc eſt indubitabile.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio requirens altiorem indaginem, non poteſt impedire exactionem dotium.*

2 *Filius in iudicio interrogatus, ſi eſt hæres, ſibi præiudicat quoad eum, cui reſpondet tantùm.*

3 *Aliud eſt non adire, aliud expreſsè repudiare.*

4 *Mater, & auia ſola voluntate tutelam repudiare poſſunt, cum volentes, non inuitę admittantur.*

5 *Tutelæ acceptio non eſt diſſimilis ab hæreditatis aditione.*

6 *Sicut nuda voluntate quis efficitur hæres, ita contraria deliberatione ab hæreditate excluditur.*

7 *In tutela matri delata facilius repudiatio, quàm acceptatio inducitur, & de ratione num. 8.*

9 *Mater antea quàm tutelam ſuſcipiat, ad plura tenetur, quæ referuntur.*

10 *Quilibet tutor etiam teſtamentarius, non poteſt tutelam agnoſcere, nec adminiſtrationem propria authoritate accipere, niſi præuio decreto iudicis.*

11 *Defectus non ſolennium facit, quem non eſſe tutorem.*

12 *Non dicitur quis poſſe, niſi quod de iure, & ſalua honeſtate poteſt.*

13 *Proteſtatio an, & quando tollatur per contrarium actum.*

14 *Mater intra quatuor menſes dicitur tutelam petere à iudice, aliàs dicto tempore elapſo, excluditur, maximè ſi ſciuit, alium tutorem adminiſtrare.*

15 *In dependentibus à mera facultate, proteſtantis proteſtatio valet, nec tollitur per actum contrarium.*

16 *Proteſtatio, & factum quando non ſunt omninò contradictoria, aduerſa, vel pugnantia, per contrarium actum non tollitur.*

17 *Proteſtatio ſimplex, & nuda tollitur per contrarium actum, ſecus veſtita à cauſa, quæ durat tempore actus celebrati, etiam ex interuallo, quod amplia num. 18. 19. & 20.*

21 *Iuſtus eſt metus mulieris, damnum futurum, & lites execrantis.*

22 *Contractus locationis, in quo continetur erronea confeſſio, irritatur.*

23 *Blanditiæ doloſæ, preces importunæ, vel modicus metus reuerentialis in muliere æquiparatur metui cadenti in conſtantem virum.*

24 *Mulieres ob naturæ infirmitatem facillimè circumueniri præſumuntur.*

25 *In mulierib⁹ facilius præſumitur ignorantia eorum, quæ ſciri debent, vel communiter ſciuntur, quàm in maribus, amplia num. 26.*

27 Mu-

27 *Mulieres, minores, & ruſtici non excuſantur in caſibus tantum inductis ad rigorem iuris conſeruandum, & qui pertinent ad formam actus.*

28 *Mulieres in dubio præſumuntur, non potuiſſe conſulere peritiores, amplia num. 29.*

30 *Excuſatio admittitur etiam in homine tutore, ex eo quod ſimplex eſt.*

31 *Ampliatur conditio, etiam ſi potuerit peritiores conſulere, quando agitur de damno vitando.*

32 *Conſanguineus magis præſumitur vſus officio pietatis, quàm alia de cauſa.*

ARGVMENTVM.

Mulier inſimul cum alio tutore tutrix relicta filiæ, quæ tutelam non acceptauit, aut decreto iudicis tutricem ſe declarari fecit, nec ſolennia adimpleuit, nec aliquem actum adminiſtrationis fecit, præterquam ex vnica, ſolaque aſſertione in inſtrumento locationis cuiuſdam fundi hæreditarij, præſumitur potius id feciſſe, ne fructus predij locati in perniciem hæreditatis perderentur, quam vt tutrix eſſe velit, maximè accedente prius proteſtatione, quæ per contrarium actum non tollitur in multis caſibus, qui latè referuntur.

Pro Olimpia Bonodonno cõtra creditores Dominici Campanilis.

CONTROVERSIA LXVIII.

MVlier relicta à viro tutrix infantis filiæ ſimul cum fratre defuncti, & altero tutore in teſtamento dato, cum tutelam nec acceptaſſe, nec aliquem alium actum adminiſtrationis feciſſe probetur, niſi ex vnica, & ſola aſſertione in inſtrumento locationis cuiuſdam fundi hæreditarij, in quo aſſeritur, eundem fratrem defuncti, & mulierem prædictam tutores, vt dixerunt, locaſſe predium, &c. conuenta hodie iſta mulier ad inſtantiam creditorum, vt reddat rationes adminiſtratæ tutelæ, & reliqua reſtituat, excipit, ſe verè tutelam non adminiſtraſſe, & aſſertionem eſſe erroneam, & de ea ex pluribus nullam rationem habendam, & in omnem caſum huiuſmodi
1 exceptionem allegatam, veluti requirentem altiorem indaginem, impedire non poſſe exactionem dotium, & iurium dotalium in iudicio executiuo, & ſummario liberationis pretij bonorum in concurſu creditorum, reſeruata huiuſmodi diſcuſſione in plenario, in quo adhuc proceſſus non eſt compilatus.

Primò ex *text. in l. fin.* quæ incipit, *procuratore Cæſaris, ff. de interrog. act.*
2 vbi filius in iudicio interrogatus, an hæres eſſet, reſpondens, ſe hæredem eſſe, cœteris creditoribus, qui non interrogarunt, non tenetur, & licet ille *text* à multis DD. poſt *gloſ. vltim.* ibi, *in verſ. vel dic tertiò*, intelligatur in filio, qui iam abſtinuerat, vnde reſpõdendò ſe hæredem, præiudicat ſibi quantum ad aduerſarium, non quantũ ad alios, qui ſenſus offendit apertè verba I.C. Sceuolæ, dum conſultò dixit, *qui nec bonorum poſſeſſionem acceperat, nec hæres erat,* quod longe diſtat à caſu abſtẽtionis, ſiuè repudiationis;
3 ſiquidem aliud eſt non adire, ſiue bonorum poſſeſſionem non accipere, aliud verò expreſsè repudiare per actum poſitiuum, quod ſi voluiſſet, benè potuiſſet exprimere Sceuola, argumento *l. 1. ff. de ſuis, & legitim.* potiſſimè in filio ſuo hærede, in quem ratione continuati dominij, longe maior, & magis expreſſa requiritur repudiatio, argumento *l. in ſuos, ff. de liber. & poſthum.* nihilominus admiſſo ſenſu *gloſſ.* adhuc per illum *text.* determinatur præſens caſus; ſiquidem in facto

benè

benè probatum est, hanc mulierem pluries oneri tutelæ renunciasse, ac pleniſſimè ſuum animum, & voluntatem declaraſſe, nolle eſſe tutricem, quinimò in ipſomet actu locationis fundi, cui ſoli aduerſaria innititur ad probandam tutelæ acceptationem, benè probatum eſt, ad id importunis precibus, & ſuaſionibus tutoris, qui verè geſſit, & alterius fratris viri mortui, qui optabat fundum conducere ſub falſa ſuggeſtione, quod aliter locatio rutis ſine ipſius interuẽtu ſubſiſtere nõ poterat, vel inuitã, & coactã annuiſſe ex materna charitate, ne fructus predij in perniciẽ filiæ pupillæ, & creditorũ, inter quos erat ipſamet mater pro dotibus, perderentur; præmiſſa tñ ſpeciali proteſtatione, dummodo ex illo actu nullũ p̃iudiciũ ſibi inferri poſſet; ac ſi expreſsè dixiſset, nolle ex hoc actu tutelam ſemel repudiatam iterum agnoſcere: ex qua experti tutores, eorumque hæredes norunt, quantæ patrimonijs iacturæ ex tutelarum adminiſtratione etiam ex ſola negligentia cauſatæ fuerint; con-
4 ſtat etenim matri, & auiæ ius eſſe, ſola voluntate, & abſtenſione tutelam repudiare; volentes enim admittuntur, non autem inuitæ cogi poſsũt, *l. ſi quis ſub cõditione, vbi Bar. n. 12. ff. de teſtam. tutel.* & probatur in ipſa *auth. matri, et auiæ*, & in loco, vnde depromitur, *C. quando mul. tutelæ offic.* & lege particulari Hiſpanica relata per *Baez. de decim. tutor. cap. 4. num. 39. Guttier. de tutor. part. 1. cap. 8. n. 18.* apud quos DD. plurimi coaceruantur.

5 Nec diſſimilis eſt tutelæ acceptatio ab hæreditatis agnitione, vel aditione; ſicut enim iſta inducitur per actus, qui citra ius, & nomen hæredis fieri non poſſunt, vt per *Bart. & DD. in l. gerit, & l. pro hærede, ff. de acquir. hæredit.* cum ex animo pendeat, ſecũdùm *Bart. in l. qui in aliena, § fin. ff. de acquir. hæredit.* ita vt hæres ex huiuſmodi actibus, ſi non recta via, habeatur ſaltẽ pro adeunte per indirectũ, vt dixit *Cephal. conſ. 203. num. 10. in 2.* ſic & tutelæ acceptatio eiſdem inducitur actibus, vt in indiuiduo in matre tutrice, velut abſolutum, tradit *Corn. conſ. 164. videtur in hac, poſt princ. uerſ. cum itaque, lib. 4.* vnde pariter è con-
6 trario, ſicut nuda voluntate quis efficitur hæres, & contraria deliberatione ab hæreditate excluditur ex vi repudiationis, vt per *Angel. in l. qui ſe patris, num. 26. vbi Benedict. Plumb. n. 7. C. vnde liberi*, & latiùs *Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. voluntat. libr. 12. tit. 14. numer. 1. Maſcardus de probation. concluſ. 853. incip. hæreditatem,*
7 ſic longè fortius in tutela matri delata, in qua faciliùs inducitur repudiatio, quàm acceptatio, & proinde maiori ratione, & quidem facilius inducitur repudiatio tutelæ in matre, quã acceptatio; ſiquidem vt tutela repudietur, nihil aliud requiritur in matre, quàm ſola, & nuda voluntas nolentis vti priuilegio ſibi à lege indulto, quo fœmineo ſexu à tutela generaliter excluſo, ſoli matri, & auiæ tutelam adminiſtrare permiſſum fuit, quod ſecus
8 eſt in acceptatione ipſius tutelæ, in qua, vt iure tutelam ſuſcipiat, plura requiruntur, vt benè vtrumque obſeruauit *Gomeſ. in l. 14. Tauri, n. 10. et 11.*
9 tenetur enim mater antequam tutelã ſuſcipiat, renunciare ſecundis nuptijs, Velleiano Senatuſconſulto, & omni legum auxilio, & iurare vtilia facere, & inutilia prætermittere, & quod pupilli defenſionem abſque vlla dilatione ſuſcipiat, quæ maiori ex parte, eſſe de forma ſubſtantiali, etiam in matre tutrice teſtamentaria, & aliter tutelæ dationem irritari, latiſſimè poſt *Bart. in dict. l. ſi quis ſub conditione, num. 15. ff. de teſtam. tutel. Alber. Bald. Salyc. Dec. Boer. Greg. Lopez*, & alios, de magis cõmuni, & vera refert *Guttier. de tutel. part. 1. cap. 8. num. 24. 25. 32. 37. et 39.*
10 & generaliter quilibet etiam teſtamentarius tutor non poteſt tutelam agnoſcere, nec adminiſtrationẽ propria authoritate occupare, etiã quod

A a 2 da-

datus sit in testamento valido, nisi accidat iudicis decretum, quo ei licentia administrandi cōcedatur, *Bart. in l.legitimos,ff.de legitim.tutor.Pap.decis.*330.*Dom.meus Capyc.dec.*50. cum concordantibus per *Baez. de decim. tutor.cap.*2.*num.*64. & disputando cōcludit etiam in matre tutrice *Guttier. part.*1.*cap.*5.*num.*6. *&* 8.*vers hac tamen limitatio*, & aliter tutelam irritari, & gesta nullius esse roboris, velut gesta à tutore minus solenni, *Baeza dict. cap.*2,*n.*65.*in fin.& cap.*12.post *n.*10.
11 defectus enim solennium facit quem non esse tutorem, *Dom.Capyc.dec.*129. *num.*3. & paria sunt quem non esse tutorem, vel non satisdedisse, *l.si tutorem, C in quib.caus.in integr.restit.non est necess.Baeza dict.cap.*12.post *n.*12. & an sit necessaria, illa verborum formula, *quod pupilli defensionem absq; vlla dilatione suscipiat*, disputat *Baeza dict.cap.*2. *num.*67. *&* 69. vnde facilius locum sibi vendicabit *decis.l.fin. ff.de inter.act.* in tutore, quàm in hærede, & longe fortius admittenda erit repudiatio tutelæ in matre, quàm agnitio, in qua tot requisita de forma intrinseca, & substantiali requiruntur antequam administret: non enim di-
12 citur posse, nisi quod de iure, & salua honestate possumus, vulg. iur. *can.faciat homo* 22.*q.*2.*l.fil.qui fuit,ff.de cōd. inst.* & quia quilibet actus interpretari debet, pro vt ius vult, & disponit, nec præsumi debet, quem consultò velle iuris dispositioni præsertim irritāti, & pœnali repugnare, & deliberatè contraire, idcirco omnis alia coniectura capienda est, vt hæc mulier noluerit ex hoc solo actu tutelam contra iuris interdictum generaliter accipere; præterea ex alio vindicat sibi locum decisio *dict.l.vlt.* in præsenti casu; siquidem licet *Bart.in l.non solùm,§.morte,* post *num.* 18. perfunctoriè loquendo
13 de protestatione quando tollatur per actum contrarium, dixerit, quod in *dict.l. vlt.* ideò per secundum actum, quo confessus est se hæredem esse, non receditur à primo, quia non poterat adire, tamen melius & plenius in *ead.l.fin.* postquam retulit, *gloss.* multa dicere, subijcit, veritas est, quod Sceuola *in dict.l.fin.* loquitur in eo, qui non poterat esse hæres, vel qui iā repudiauerat, & proinde confessio præiudicat respectu interrogantis, nō alterius, & communis est hic intellectus *gloss.& Bart.* post *gloss.* vt procedat ille *text.* in vtro que casu, & sic alternatiuè, vt patet ex traditis per *Crot. Ruyn.Rub.Alex.Aquil.Bologn. & alios in dict.§.morte*, hic autem nedum ex capite repudiationis, sed etiam impotentiæ confessio non præiudicat nisi quoad eum, cum quo facta est; siqui-
14 dem mater, præsertim quæ sciuit aliū tutorem administrare, infra quatuor dumtaxat menses à die scientiæ debet petere à iudice, se ad tutelam admitti, aliàs elapso dicto quadrimestri tēpore, ab ipso tutelæ exercitio, etiā volens excluditur, vt firmant *Bart.& Salyc. in auth. Praesbiteros, la seconda, C.de Episcop.& Cleric.* quod procedere in specie in matre, & auia contra opinionem *Dec.* de communi probat *Guttier.dict part.*1. *cap.*8. *ex num.*63. vnde cum ista mulier sciuerit, contutorem datum omnia administrasse, & per annum, & vltra tacuerit, nedum ex capite repudiationis, sed impotentiæ exclusa fuisset, vnde confessio facta in instrumento post annum cum dimidio, sibi nullo modo præiudicauit.

Ex quibus non est opus ingredi illam quæstionem, quando præcedēs protestatio tollatur per actum sequentem, omninò ipsi præcedenti protestationi contrarium, in qua *Bart.in dict.§.morte, n.*17. distinxit, *Ripa* verò *in cap. cum M.Ferrariensis, n.* 83.
15 firmauit conclusionem, vt in dependentibus à mera facultate protestantis, valeat, & nō tollatur per contrariū actum; aliud est enim, quod quis protestetur, se nolle adire, aliud verò, quod hæreditatem repudiet; & differt protestatio ab actu dispositionis, *Ripa in*

in cap. cum M. Ferrarienſ. poſt *n. 68. verſ.contra tamen, & num.71.verſ.tu autem*, poſt *Burſat.in dict.§.morte, in 1.quæſt.* nos autem verſamur, vt diximus in caſu repudiationis, & ſic extra terminos proteſtationis: prætereaetiam ſi eſſemus in proteſtatione, in ſubſcriptis caſibus proteſtatio præcedens non tollitur per actū contrariū.

16 Primò, quando proteſtatio, & factum non ſunt omninò contradictoria, aduerſa, vel pugnantia, vt in exemplo *Bart.in l.1.C.de lit.conteſt.* vt ſi dixero, *reſpondeo, & proteſtor quod non reſpondeo*, ſed quando proteſtatio eſt contraria conſecutiuis ad factum, ſuper dependentibus à ſola voluntate proteſtantis, proteſtatio non tollitur per actum contrarium, *l.per ſeruum, §.vſusfruct.de vſu, & hab.Ripa vbi ſupra num.* 71. vnde cum hic in inſtrumento poſteriori non dicatur, quod vult eſſe tutrix, ſed aliò tendat finis contractus, licet aſſertiuè enuncietur tutrix, cū non ſit omninò inſtrumentum proteſtationi contrarium, ſed cōſecutiuis ad factū, quo præſupponitur ipſa tutrix, proteſtatio non tollitur.

17 Secundò, proteſtatio ſimplex, & nuda tollitur per actum contrarium, ſecus in proteſtatione veſtita à cauſa, quæ durat tempore actus celebrati, etiam ex interuallo; exemplum, ſi proteſtor, quod per metum ingredior religionem, talis proteſtatio operatur ſemper in futurum, durante metu, vt poſt *Bart.* & alios de communi teſtatur idem *Ripa dict.loc.num.90.verſic. fallit autem, vbi num.93.* latè de muliere proteſtante, ſe metu reuerentiali renunciare paternæ, & maternæ hæreditati, & melius *numer.* 104. *in verſ.tertia declaratio*, vnde cum hęc mulier prius dixerit, ſe nolle tutelam agnoſcere, ſed ſolùm filiam infantem enutrire, ne aliquod damnum ex tutela ſubiret, durante eadem cauſa, proteſtatio, & ſi eſſet ſimplex, non tolleretur per actum contrarium. Confirmatur optimè ex his, quę poſt *Bartol.& Recentiores in l.galiena, §.fin. de acquir. hared.* tradit *Bolognett. in d.l.non ſolum, §.morte*, in materia proteſtationis, *num.*47. vbi fundat, nun-

18 quam per actum contrarium finiti proteſtationem, quando fuit facta ex cauſa voluntaria, & poſtea ſimiliter ex libera voluntate fit actus contrarius; tunc enim tollitur proteſtatio, quaſi eam reuocauerit, & nolit amplius in ea perſeuerare, ſecus verò vbi cauſa durat, pluribus iuribus per eum citatis, vt enim dixit *Ripa in dict.cap cum M.num.*103. voluntas pręſumitur durare, nec tollitur per actum contrarium, etiam ex interuallo, ſemper quia actus poteſt recipere declarationem à proteſtatione præcedenti, *l.ſi verò, ff.de ædilit.edict.* cum alijs per eum al-

19 legatis, addit *Bologn.* quod idem procedit, vt proteſtatio non tollatur, quando in actu ſubſequenti contrario, adeſt error, & ideò prævalet proteſtatio, *l.quoties, §.tantundem*, iuncto præcedenti *ff.de hæredib.inſtit.* ita *Bologn.* ibidem poſt *num.48.ante finem, verſ.3.& verſ.nec obſtat, numer.49.* & hoc eſt, quod voluit *Maſcard.cōcl.44.* incipiente, *additio, num.* 10. *in fin.* dum dixit, quod ita demum proteſtatio tollitur, ſi actus ſequens geritur liberè, & ex propria voluntate, nec aliquo timore.

Tertiò, proteſtatio durat, ſi actus ſubſequens ex altera cauſa, quàm ex ea, quæ proteſtationi contradicit, fieri potuit; ſi enim ex altera particulari cauſa moueri potuit diſponēs, adhuc cenſebitur in eadem voluntate perſeuerare, quia proteſtatio, contrario facto multipliciter intelligibili.

20 Quartò, & vltimò, proteſtatio non tollitur, quando fieret in ipſo actu, licet conſecutiuè actus ſubſequatur, quia videtur durare ipſa proteſtatio, cum immediatè, & incontinenti ſequatur actus, & reddit actum proximè ſequentem velut corpus ſine ſpiritu, ne videatur incontinenti ſe corrigere, etiam in actu dependenti à volunta-

tate duorum, & contraria omnia procedunt in proteſtatione præcedenti ex interuallo, vt ex *Bart.* & *Alex.* probat *Bologn. ibid. num.* 49. *Ripa in dict. cap. cum M. post num.* 71. *verſ. item loquuntur, & verſ. contra iſtam*, vbi dicit communem, vnde cum hæc mulier in ipſomet actu fuerit proteſtata, caſus redditur indubitabilis; iuſtus autem
21 fuit metus mulieris, damnum in futurum, & lites execrantis; ſed importunæ preces coniunctorum, qui pro eorum intereſſe nixi ſunt, mulierem ruſticam, & iuris ignaram ſuadere. quod aliter abſque eius interuentu fundus locari non poterat; nedum errorem, ſed dolum, & manifeſtam calliditatẽ inducunt, ex quibus contractus ipſe
22 locationis, in quo cõtinetur erronea confeſſio, irritatur, vt de diſpoſitione ad preces importunas vxoris erga virum, vel è contra, *Bald. in l.* 1. *num.* 4. *C. de petit. bonor. ſublata, Ioann. Lup. ad cap. per veſtras, §.* 81. *n.* 1. 10. 13. & 15. *de donation. inter virum, & vxorem, Decian. conſ.* 65. *in princip. volum.* 2. *Petrus Pecch. de teſt. coniug. libr.* 1. *cap.* 3. *Segura lib.* 1. *§. ſi vir, num.* 129. *et* 134. *de acquir. poſſeſſ.* & quod ſufficiant blã-
23 ditiæ doloſæ, preces importunæ, vel modicus metus, qualis eſt alicuius verecundiæ muliebris, & metus reuerẽtialis, qui æquiparatur metui cadenti in conſtantem virum, quoad tollendã libertatem, quæ adeſſe debet in contractibus, & cœteris diſpoſitionibus, ſaltim vt ſuccurratur læſis ex tali metu, licet non ſufficeret, vt Fiſco quæratur actio pœnalis in quadruplũ, vel vt alia pœna maior Fiſco quæratur contra metum inferentes, declarat hoc optime *Suar. alleg.* 1. *n.* 32. & 33. *Crauett. conſ.* 192. *num.* 12. *Peralta in l. ſi quis, in princip. num.* 94. *de legat.* 3. *Peregrin. de iure Fiſci, lib.* 2. *tit.* 6. *in fin.* mulieres autem ob naturæ infirmi-
24 tatem facillimè circumueniri præſumuntur, *§. his conſequens, authent. de æqualit. dot.* & ob id præſumuntur ex ſimplicitate, & fragilitate actum gere-

re, *l. cum de indebito, ff. de probat.* & ex *Bald.* probat *Ruyn. conſ.* 60. *n.* 21. *vol.* 3. plura *Alex. reg.* 1. *de præſumpt. cap.* 42. *Dec. in l. fœmina, num.* 42. *de regul. iur.* propterea excuſari mulieres à iuris ignorantia, firmant *DD. in l. vlt. C. de iur. & fact. ignor. & in l. iuris ignorantia, C. qui admitti*, quod vel erit, vt ipſo iure conſeruentur illæſæ, cum in eis
25 facilius ſaltim præſumatur ignorantia eorum, quæ ſciri debent, vel communiter ſciuntur, quàm in maribus, vt probarunt *Capyc. deciſ.* 159. *n.* 22. *et* 23. *Gram. deciſ.* 75. *num.* 12. qui affirmant, præſumi ſimplicitatem in muliere mi-
26 nore, & ruſtico, eoſque æquiparari, ad præſumendam, & tolerandam iuris ignorantiam, etiam aduersùs contractum iuratum, & concordantes affert *Sfortia Odd. de reſtitut. in integr. part.* 1. *quæſt.* 10. *art.* 1. & mulieres quoad cõſilij imbecillitatem æquiparari minoribus, probat *Surd. dec.* 62. *n.* 38. & 42. vel etiam in his, in quibus non excu-
27 ſantur, cuiuſmodi ſunt caſus inducti ad rigorem iuris cõſeruandum, & qui pertinent ad formam actus, de quibus per *Oſaſcb. deciſ.* 87. *num.* 4. cum alijs per *Maſcard. concluſ.* 181. *num.* 24. cuiuſmodi non eſt præſens caſus, adhuc tamen ſaltim eis ſuccurritur ope reſtitutionis in integrum, decidit *Fulgoſ. in l. de die, §. qui mulierem, ff. qui ſatiſd. cogant.* & ſic in hoc vertitur ipſarum priuilegium, vt etiã in his, in quibꝰ ſpecialiter prohibetur mulieribꝰ ſuccurri, cõcedatur reſtitutio; & in dubio præſumetur, mulierem non potuiſſe conſulere peritiores propter domeſticum mulierum impedimentum, imprudẽtiam naturalem ipſarum, & modicam, vel forte nullam fori conſuetudinem, quod ſatis debet eſſe in conſideratione, *l. cum de indebito, §. ſin autem, ibi, forenſium rerum expers, ff. de probat. vt ex Salyc.* & alijs, reſoluit *Sfortia dict. quæſt.* 10. *art.* 4. & tantò fortius in
29 præſenti caſu, cum hæc mulier fuerit iuuenis, & penè ruſtica, quo caſu gaudebit etiam priuilegijs ſimplicitatis ru-

rusticanæ, quibus nedum eadem, sed plura in hac materia cōceduntur priuilegia, de quibus latè per *Sfort. ead. part. 1. quæst. 9. art. 1. usq; ad* 14. & doctissimè *Renat. Coppin. tract. de priuil. rustic. vbi lib. 1. part. 2. cap. 5. vers. sed hoc ita*, nuncupatim probat, etiam in rustico non præsumi de facili potuisse consulere peritiores, & in specie etiā
30 in homine tutore admitti excusationem, & præsumi errorem, ex eo quod fuerit quidam simplex homo; & simplicitati parcendum, *l. 1. in fin. ff. de edendo*, etiam si potuerit consulere
31 peritiores, quando agitur de damno vitando, vt in præsenti casu, & excusari, si se ingesserit, quia consanguineus,
32 quo casu magis præsumēdum est, vsū officio pietatis, quàm alia de causa, consuluit in specie *Castr. consil.* 355. *postquam ille tutor, in fin. 1. part.*

Circa vltimum articulum, exceptionem oppositam redditionis computorum tutelæ non impedire exactionem dotis, præsertim in iudicio executiuo, cum latè scripserim supra pro Scipione Gambacurta contra Ioannem Antonium Gambacurta, *Controuersia XI.* ex *num.* 9. ad ibi dicta me remitto.

SVMMARIVM.

1 *Distinctio* Ioann. & Azon. *circa naulum, an debeatur locatori, seù domino nauis, quando per ipsum non stetit, latè refertur.*
2 *Verba* Azon. in summ. C. de locat. & conduct. num. 29. *referuntur.*
3 *Conductor non tenetur ad mercedem, si nauis sit passa naufragium, ita quod non potuerit locator fungi munere vehendi.*
4 *Impeditus casu fortuito, totius temporis asse quitur mercedem.*
5 *Doctor censetur in vltima opinione per eum relata, residere.*
6 *Locatio rei, nauis, vel operarum, dicitur contractus nominatus.*
7 *Impeditus vno tempore opus facere, non admittitur alio tempore ad illud faciendum, cum distinctione num.* 8.
9 *Potestas, seù officialis electus pro primis sex mensibus, & impeditus non seruiat, etiam si postea seruire sit paratus, non excusatur.*
10 *Operas suas locans, totius temporis mercedem accipere debet, si per eum non stat, quominus operas præstet.*
11 *Oblatio per locatorem facta rei conductæ, quia conductor vti prohibebatur, duo operatur.*
12 *Damnum adueniens conductori ab inimicis locatoris, cedit totum damno locatoris.*
13 *Locator potest moram purgare, cessante impedimento ante litem contestatam, vel infra modicum temporis.*
14 *Quando solus casus interuenit, non fit remissio mercedis.*
15 *Assecuratores contribuere debent in eo, quod refectione, seù redemptione nauis expensum est, quod declara num.* 16.
17 *Verba* cap. consulatus maris, 193. *referuntur.*

ARGVMENTVM.

Naulū an debeatur locatori nauis, proinde ac si res vectæ vsque ad portum deuenissent, cum fuerit nauis capta ab inimicis, & an damna, & naulum sint sibi reficienda, ac soluenda ab assecuratoribus.

Pro Dom. Petro Francisco Stay Consule Epidauri, siuè Ragusiæ.

CONTROVERSIA LXIX.

VT euidenter pateat iustitia Petri Francisci Stay locatoris nauis, vt sententiæ Consulatus pro ipso latę & iam exequi inceptæ, in totum exe-

cutioni demandari debeant contra aſſecuratores frumenti; de tribus diſſerendum eſt.

Primò, vtrum integrum naulum debeatur Petro Franciſco locatori, perinde, ac ſi frumentum vſque ad portum Neapolis eius naui deuectũ eſſet, dum per eum minimè ſtetit, nec vlla culpa imputari poteſt.

Secundò, vtrum iuſtè ſibi ſint reficienda etiam damna in naui paſſa.

Et tertiò, vtrum iuſtè fuerit decretum, tam damna, quàm naulum eſſe ſibi reficienda, & perſoluenda ab aſſecuratoribus.

1 Quoad primum, & ſi ſciam, Ioannem, & Azonem diſtinguere; primò, quando quis locat rem, vt domum; ſecundò, quando quis locat operam, vt in ſcriptore, pictore, & ſimilibus; tertiò, quãdo quis locat rem, & operam, vt in domino nauis, & nautis, qui rem, ideſt nauem ſuis operibus ad merces vehendas, certa mercede locant; & in hoc vltimo, qui eſt caſus noſter, ſubdiſtinguitur primò, ſi vſus impeditur facto locatoris; ſecundò, ſi facto conductoris; tertiò, ſi facto tertij; quartò, ſi caſu fortuito. Et quoniam impedimentum in præſenti caſu accidit, vtroque modo, ex vltimo loco relatis, nempè facto tertij, ideſt Venetorum, & caſu fortuito, & ſic verſamur in tertio, & quarto caſu ſubdiſtinctionis coniunctim, quia vtrunque interceſſit, videndum eſt, quid in ſingulis caſibus ſit iure ſtatutum, vt à fortiori ad locatoris beneficium ſit decidendum, dum duplici impedimento ſine vlla eius culpa detentus fuit.

Et quidem exiſtimo, quod attenta aut vna, vel altera, etiam ex aduerſo ſententia, omninò pro locatore nauis eſſe pronunciandum: ſi enim attendamus opinionem *Azonis in ſumma, C. de locato, & conducto, num. 29.* quidquid

2 dixerit, generaliter loquens de caſu fortuito, ſubijcit tamen ſubſcripta verba: *Secus autem video in eo, qui locat operas ſuas tantum, vel locat rem, & operam, vel accipit ſpeciem, ex innominato contractu, vt aliquid faciat: nã ſi caſu fortuitu impediatur, vel in ſua, vel in alterius perſona, uel quomodocunque contingente; nihilominus mercedem totam, vel conuentam rem poteſt perſequi, niſi culpa, vel mora poſſit ſibi imputari, vel niſi obijciatur ei, quod eo tempore non potuit operari vni, alteri eſt operatus, à quo debet habere mercedem*, & ſubdit *l. ſi in hoc*, conſonare circa mercedes operariorum, quorum exempla ſubijcit, & in ſpecie addit, *& circa mercedes nautarum, qui nauem ſuam, & operam locauerunt pro mercibus vehendis*, citans plura iura, & opinionem *Azon.* præmiſſa diſputatione probat, & ſequitur *gloſſ. in l. ſi vno, 17. §. item cum quidam, uerbo, perſonis, in verſ. cum autem quis, ff. locati, et in fin. eiuſd. gloſſ.* poſt multa, iterum cũ opinione *Azon.* reſoluit, & reſidet, ibi, *vel dic, quod eſt verius vbicunque tantùm operas, vel rem, & operas loco, ſi caſu fortuito impedior, &c.* & ſic idem firmat *Accurſ.* iiſdem verbis, quibus *Azo.* & cum *Azon. & Accurſ.* concordat *Iacob. Butrigar.* vt teſtis eſt *Salyc. ibid. num. 9.* qui dicit, ipſum tenere dictam caudam *gloſſ. Odoffr.* qui in ſummario illius *text.* ca-

3 utè ponderat, conductorem non teneri ad mercedem, ſi nauis ſit paſſa naufragium; ita tamen, quod non potuerit locator fungi munere vehendi, vt ille *text.* expreſsè loquitur, & non ſine myſterio I. C. nauem non impeditam naufragio, & ſic temporaliter, ſed in caſu nauis amiſsæ, nuncupatim agit, ibi, *item cum quidam naue amiſſa vecturam, quam pro inuecto acceperat, repeteret, &c.* & in fine conducti idem *Odoffr.* expreſsè probat opinionẽ *gloſſ.*

4 dum bis repetit, quod impeditus caſu fortuito, totius temporis aſſequitur mercedem, citat *ff. de offic. aſſeſſor. l. diem functo, & ff. de var. & extraord. cognit. l. 1. §. penult.* & cum hac opinione reſidet in vltimis verbis, ibi, *vel poteſt dici vbi quis locat operam, & rem, ſi im-*

impedior facto meo, vel caſu, totius temporis debet aſſequi mercedem, vt ff. de diuerſ. & temporalib. præſcript. l. 1. §. penult. & ſic cum vltima opinione relata
5 videtur reſidere *Odoffr.* iuxtà notata *in l. qui filium, §. Sabinus, ff. ad Trebell.* & in ſimili in caſu agri, qui terremotu corruerit, vt nuſquam ſit, loquitur *text. in l ex conducto, 16. in fin. verſ. ſed ſi ager. ff. locat.* ſi tamē verior eſſet opinio contraria *Irner.* cōtra *Azon.* quod ſi conductor impeditus fuiſſet vti re conducta caſu fortuito contingenti in re locata, & ſine culpa locatoris, q; merces nō debeatur in totum quidē, ſi integer vſus fuit impeditus, vel pro rata temporis, ſi fuit impeditus pro rata, vt de remiſſione mercedis pro rata, meminit *text. in dict. l. ſi vno, §. vbicunque tamen,* quam opinionem cum *Irner.* ſiue vt alij vocant, *Gecarn.* videtur ſequi *Bart. Bald. Salyc. & Caſtr.* limitatur tamen primò dicta opinio *ab ead. gloſſ. in d. §. cum quidam, verb. perſonis, in fin.* vt procedat, vbi tale ſit impedimentum, vt nullo modo poſſit res locata, puta nauis, de cœtero operari quod conuenit, ſi verò ante tempus eſt impeditus, ſuppleat in ſequenti, quod in tempore præcedenti non potuit, quia ſaltim hodie faciendum eſt, quod ſcilicet prius fieri non potuit, ſublimitat *gloſſ. niſi pœniteat eum, cui erat faciendum,* quod iterum reſtringit ipſa, vt procedat, quod dixit de pœnitentia in contractu innominato tantùm, ſcilicet, *do, vt facias,* non
6 autem in locatione rei, vel nauis, & operarum, de qua nos agimus, quam conſtat eſſe contractum nominatum, in quo nulli eſt locus pœnitentiæ, vt ante *gloſſ.* iiſdem verbis docuit *Azon. in ſum. C. de locat. poſt n. 29. verſ. ſi verò adeptus,* vnde cū in caſu noſtro prōptus fuiſſet dñs nauis ipſam reficere, & vectatā cęptā cōplere, prout decreto Conſulatus Raguſijs lato, cautum fuerat, quo nauis non ex toto innauigabilis, ſed quod refecta ſuū iter proſequi debuiſſet, pręceptū erat, quod facere non licuit; ex hoc ſequitur, etiam ſecundùm opinionem *Irnerij* integrum naulum perſoluēdum eſſe: ſequitur hanc *Azonis, & gloſſ.* limitatione idē *Bart. in d. §. itē cū quidam, in fine, num. 9.* vbi infert ad quæſtionem famuli, qui ſi fuerit caſu im-
7 peditus, etiam contingenti in eius propria perſona, puta propter infirmitatem, propter quam ſeruire non potuit, quod ſi offerat ſeruire alio tāto tempore, & habere mercedem integram, quod poſſit, & ad id admittēdus ſit, ſub hac tamen diſtinctione, quæ generaliter omnem caſum comprehendit, & optimè confirmat deciſionem caſus noſtri, quod aut fuit habitus reſpectus ad certum opus, quod reſultat ex operis, v.g. conduco operas tuas, vt facias mihi domum, vel librum ſcribas: cum enim eadem ſit domus, vel liber, quæ ædificaretur, cras, aut qui ſcriberetur, ſicut illa, quę ædificatur hodie, vel ſcribitur, ſi primo tempore impeditur caſu, poteſt operari alio tempore, & debet ſibi ſupplere, ſi verò non habetur reſpectus ad certum opus, ſed ad ſeruitiū certi, & limitati temporis, tunc cum aliæ dicantur operæ hodiernæ, aliæ craſtinæ, ſi quis promiſit operas præſentis anni, vel menſis Auguſti, non poteſt ſupplere in altero anno, vel menſe, vt latiùs explicat *Bart.* quem ſequitur ibi *Bald. in verſ. nota ex hac gloſſ. quod ſi illæ,* in quo aduerſo *Bald.* in meo libro vitio impreſſoris, dicere (niſi operæ deberentur ex contractu nominato) ſiquidem legi debet (innominato) in quo eſt locus pœnitētiæ, vt dixit *gloſſ.* quam ipſe ſequitur; probat idem optimè *Paul. de Caſtro num. 10. verſ. vltimò gloſſ.* vt opinio *Irnerij,* & ſequacium contra *Azonem,*
8 procedat, quando impedimentū fuit perpetuum; ſin autem temporale debet expectari, quod ceſſet, & cum ceſſauerit, poterat operas præſtare, & merces debebitur, eo ipſo, quod locator offeret ſe paratū, & ſic ſufficit, lo-

locatorem se paratum adimplere in eo tempore, quo possit, vt mercedem consequatur: hoc est verum secundũ *Bart.* subdit *Castr.* nisi partes ad certum, & determinatum tempus se restrinxerint, quia tũc nõ posset supplere alio tempore, *vt l. si vsusfructus mihi in biennium, ff. de vsufruct. legat.* & ex his *Castr. num.* 12. infert ad Potestatem, siue Officialem electum pro
9 primis sex mensibus, incipiendis à Kalendis Ianuarij, vt impeditus etiã iniustè, pro illo tempore seruire, etiã si paratum se offerat seruire in alio semestri, non excusatur, quia aliud est illud tempus, in quo fuit electus; & sic secus vbi non esset promissum seruitium pro certo, & præfinito tempore, vt in casu nostro: comprobatur hæc declaratio ex *textu* claro, maximè iuncta ipsius ratione *in l. qui operas* 41. *ff. locati*, vbi, qui operas suas locauit, totius temporis mercedem
10 accipere debet, si per eum non steterit, quominus operas præstaret, & inde infertur ad Aduocatos, quod si per eos non steterit, quominus causam agant, honoraria reddere nõ debent, concordat *text. in l. sed addis* 21. *§. vlt.* ibi, *cum per te non stetisse proponas, quominus operas locatas Antonio Aquilio solueres*, vbi *gloss. vltima* citat concordãtes, quæ ratio generalis est, & comprehendit omnem casum, vbi per locatorem non steterit, & ita generaliter procedere in conductore operarum, vt ei non sit facienda remissio, nisi steterit per locatorẽ, quominus operæ sibi præstarentur, tradit *Ripa de priuileg. cõtr. causa pestis, n.* 33. *in fin.* facit etiam *text. in l. si pecuniam*, ibi, *& cum per te non steterit, potest dici repetionem cessare, ff. de condict. causa data*, licet ibi aliud decidatur ex natura contractus innominati, in *vers. sed cum liceat*, ita vt in contractu locationis nominato, firma remaneat decisio pro locatore; & restrictionẽ *Azon. gloss. Bart. Baldi, & Castr.* probat *Roman. in famoso consil. suo* 432. vbi

11 consuluit, quod si conductor, re conducta vti impediatur ab eo, quem locator per vim maiorem, seu potentiã prohibere non potest, si cessante impedimento, rem eãdem vtendam cõmodam offerat, oblatio ista duo operatur; primò, vt à iudicio per conductorem aduersùs locatorem instituto, puta scilicet, vt non teneatur ad mercedem, absoluatur; secundò, vt conductor in contractu locationis persistere, atque re locata vti teneatur pro eadem pensione conuenta, vt latiùs ipse *Roman.* fundat *per totum*, sequitur *& decis. Romani* commendat *Ruyn. cons.* 65. *circa primum, in princip.* licet in casu suo propter facti diuersitatem contrarium concludat, vt aduertit in puncto *Orat. Mandos. ad Roman.* vbi laudat opinionem *Roman.* in casu au-
12 tem *Ruyni*, damnum euenerat ab inimicis locatoris, quo casu *Bart. in d. §. item cum quidam. num.* 3. *in fine, com.* probatus, voluit, totam cedere damno locatoris; & amplius *Ruyn.* ponderat, damnum vitium incisarum non esse reparabile, & ideò rem non fuisse amplius integram, vt locator offerre potuisset, in sequenti adimplere, & quia etiam alia pacta non seruauerat, vt per eum *num.* 4. *in fine, & num.* 5. & opinionẽ *Roman. & Ruyn.* in impedimento proueniente à casu, vel fortuna, sequitur *Hieronym. Pantzchman. tract. de locat. & cõduct. quæst.* 15. *n.* 32.
13 vbi posse locatorem moram purgare, cessante impedimento, ante litem cõtestatam à conductore, vel infra modicum tempus, concludit *d. quæst.* 15. post *num.* 44. & præsertim, vbi mora consistit in omittendo *num.* 46. *& seq.* & est *text.* clarus à fortiori *in l. si in lege* 27. *§. colonus*, ibi, *quod si paucis diebus probibuit, ff. locati, & Bald. consil.* 324. *iste fuit, lib.* 3. dicit, non admitti locatorem propter longam moram temporis, vnde fortius in casu præsenti, vbi nulla mora intercessit. Limitatur secundò dicta opinio *Irner.* secũdùm *Alber. in d. §. item cum quidam*,

post

poſt *num.* 13. *verſ. aliquem*, vt procedat, ſi penſio, uel merces fuiſſet ſoluenda per certa tempora; tunc enim impedito locatore, remittitur merces futuri temporis, *vt in l. poſt duos, C. de aduocat. diuerſ. iudic.* vbi hoc notari, & ipſum dixiſſe, dicit *Alber.* & ſic etiam intelligit *l. diem functo, cum ibi notat. ff. de offic. aſſeſſ.* ſecus verò, vbi vnica penſio, ſeu merces fuiſſet inſtituta pro toto tempore, & tunc ſtatim inchoato tempore, incipit merces deberi, & initio inſpecto, videtur haberi actus pro conſumato, & tunc inquit *Alber.* procedunt omnes *leges*, quæ dicunt, caſum non impedire præſtationem mercedis, & tunc procedit opinio *Azonis:* hæc *Alber.* qui ita reſidet poſt *Iacobum Butrig.* qui ſupra *num.* 10. *in fine, in verſ. tu dic*, idem firmauerat,
14 quod quando interuenit ſolus caſus, non fiat remiſſio mercedis, cum *gloſſ. & Iacobo Butrig.*

Quoad ſecundum punctum, iuſtè fuiſſe deciſum, teneri etiam aſſecuratores contribuere, patet ex eo, quia æquum eſt, vt cum dominus nauis, & nautæ eorũ diligentia fecerint, vt frumenta nõ fuerint deperdita, quo caſu tenebantur aſſecuratores periculi ad integrum pretium, proindè iuſtè ipſi
15 aſſecuratores contribuere debent in eo, quod ad refectionem nauis, quæ merces ſaluas fecit expenſum eſt, vt ex *text. in l. 2. §. ſi nauis à piratis*, ibi, *omnes conferre debere*, aiunt in pretio redemptionis, *ff. ad l. Rhodiã, de iactu*, probat in ſpecie *Straccha de mercatura, tit. de ſpõſionib. part.* 4. poſt *num.* 27. *verſ. quid autem*, & propriè *in verſ. tamen in contrarium*, vbi reſolutis contrarijs *num.* 28. hoc benè firmat *n.* 29.
16 *verſ. ſupradicta tamen*, vbi hoc dicit eſſe verum, quando dominus nauis iam paſſus fuit caſum fortuitum in naui, vel in mercibus, & mediante eius induſtria, ſaluæ factæ fuerunt, & ſubdit, hoc eſſe notabile, qa quotidiè cõtingit de facto, & dicit potiſſimè id comprobari *ex l. nam & Seruius, 2 2. ff. de negot. geſt.* vbi licet quis ex vna parte procuret ſuam ſalutem; nihilominus quatenus tertius participat, tenetur contribuere, vt latiùs per eum:
17 idemque comprobatur *in cap.* 193. *conſulatus maris*, ibi, *E ſe la naue ſe romperà, o piglierà alcun danno, debbaiì eſſer fatta emenda, come tra lui, & i mercanti fuſſe accordato innanzi, che naue, o naulio andaſſe in terra, e ſe il padrone della naue domandarà il nolo, debbali eſſer dato*, & ſic capitulum Conſulatus non eſt noua iuris prouiſio, ſed conformis eſt, & dependet à prouiſione iuris communis, & ſic à iure communi interpretationem recipere debet.

Supereſt tertius, & vltimus articulus, vtrum ſuppoſito, omninò domino nauis primo loco conductæ, deberi integrum naulum, vt fundauimus, iuſtè adhuc decreuerit Conſulatus, hoc naulum eſſe perſoluendum ab aſſecuratoribus ipſis ciuitati, & partitarijs condemnatis, & in hoc pro Ciuitate, & partitarijs legenda ſunt verba aſſecurationis; vbi poſt plures clauſulas ampliſſimas in beneficium Ciuitatis, & eius ceſſionarios, quas rogo videri, leguntur hæc verba: *Et altro accadendo di detti grani, lo Padrone mercante, e ciaſcheduno di loro inſolidum, o chi per loro, &c. inſolidum fuſſe, poſſano renunciare, conuenire, pattuire, e concordare, e far tutto quello, che li pareſſe vtile per recuperatione, e ſeruationi d'eſſi, ſenza conſulta dell'aſſecuratori, & il tutto à ſpeſa d'eſſi (cioè aſſecuratori) reſtãdo la preſente ferma in ſuo robore, renunciando detti aſſecuratori ogni priuilegio, beneficio, &c.* Vnde cum Ciuitas potuiſſet pro recuperatione, & conſecutione frumentorum facere quicquid libuerit, & opportunum ei viſũ fuerit cũ ampliſſimis verbis, liberam facultatem, & arbitrium importantibus, ipſaque iuſtè timere potuerit de amiſſione frumentorum, vel quia madefacta putreſieri, vel quia poterãt à Republica Raguſeorum ob famis ne-

necessitatem, qua tota Italia, & potissimè illæ Regiones eo tempore præmebantur, retineri, præsertim si diutius ibi frumenta relinquerentur; & tandem quia illis tunc opus erat, ad inopiam, & famem redimendam, qua ex tempore potissimè tenebatur, nec erat dilationi locus: iustissimè quidem ex ijs, & alijs causis potuit ciuitas, omni mora postposita, frumentorum necessarium aduectum pro illorũmet, & ciuium suorum conseruatione, & vsu, in aliud tempus minimè differre, sed quã celerrimè aliam nauim mittere expensis assecuratorum, vigore facultatis, & arbitrij ipsi concessi in dicta assecuratione, vnde ad euitandum circuitum iustè Consulatus cõdemnauit assecuratores ad naulum in beneficium ciuitatis, cum ipsa, & partitarij eius cessionarij potuissent ab assecuratoribus naulum, sub ratione expensarum permissarum, repetere, ad euitandum circuitum, ex traditis præsertim per *Straccham de sponsion. mercat. 3. part. num. 47. 50. & 53.* vbi quod assecuratoris semper est periculum, quousque nauis portum petat, & *num. 63. & 68.* & ipsos teneri de impetu hostium latronum, & de omni casu fortuito, & plura ad causam facientia *per Scacciam* posteà visum *de commerc. §. 1. quæst. 1. ex n. 136. 142. & seq.*

SVMMARIVM.

1 *Institor tacitus quis sit, & qua requirantur, & num. 2.*
3 *Argumentum ab exercitoria ad institoriam, semper valet affirmatiuè, non tamen e contra.*
4 *Exercitoris, seu institoris factum, vt dominum obliget, quot concurrere debeant, & num. 5. remissiuè, & 16. & 17.*
6 *Institor magis obligat dominum, mutuum recipiendo, quàm depositum; & magis hic, quam ibi est probanda versio in vtilitatem domini, & quare, & num. 7.*
8 *Mutuũ dupliciter accipi potest ab institore.*
9 *Iura, quæ dicunt, dominos ex facto institoris obligari, de veris, non de tacitis institoribus debent intelligi.*
10 *Potestas plena, & amplissima in dubio non præsumitur concessa.*
11 *Dominus non obligatur, cum mutuans solius institoris fidem est secutus, & num. 14. quod amplia vt n. 15.*
12 *Administrator est nomen generis, institor est nomen speciei, & vnum differt ab alio, & n. 13.*
18 *Dominus quando teneatur palàm proponere conditiones, & exceptiones, vt non obligetur ex facto institoris contrahentis vltra potestatem concessam.*
19 *Institor non suo, sed alieno negotio præponitur.*
20 *Institoria actio vt concedatur, requiruntur actus, qui citra ius, & nomen institoris fieri non possint.*

ARGVMENTVM.

De institoria, & exercitoria actione. Vt dominus præponens legitimè obligetur ex facto institoris, vel exercitoris: quæ requirantur, tam in mutuo quàm in cœteris contractibus: quid in institore tacitè præposito: & quando præponẽs teneatur expresse protestari, vt non teneatur ex facto præpositi.

Pro Philippo Macigni Florentino.

CONTROVERSIA LXX.

PEtrum Marisgallum Liciensem, sine actione experiri contra Philippum Macigni Florentinum, dum prætendit ipsum teneri ex deposito certæ quantitatis olei per eũ facto penes quond. Ge-

Gerardũ Martellini; breuiter ex ſubſcriptis patebit; ſiquidem vt quis ex negotio geſto cum altero obligetur, vel neceſsè eſt agenti ſuam intentionem fundare in mandato claris verbis expreſſo, aut ſaltim tacito, vel à iure præſumpto.

Primum certum eſt deficere, igitur neceſsè eſt, Petrum recurrere ad præſumptum, pro vt conſtat ipſum prætendere, fuiſſe Gerardum inſtitorem,
1 pro vt hoc argumenti genere vtitur *Bald. in ſolenni ſuo conſ.* 125. *quidam Ioannes*, *lib.* 5. *&* & in puncto pleniſſima illa *Rot. Genua deciſ.* 14. *n.* 2. *in fin.* *&* 3. *& ex num.* 39. *ad* 42. vbi ex *Ronchegal. in l. eandem quæſtionem*, *n.* 153. *ff. de duob. reis.* referr deſcriptionem taciti inſtitoris, qui ad hoc vt tacitè præpoſitus dicatur, neceſsè ſit, quod publicè ſe geſſerit pro inſtitore, domino ſciente, & patiente, & pro tali publicè habeatur, vt in *dict. dec. n.* 42. poſt *num.* 48. additur, vt ſit is, qui tabernæ, vel negotiationi dominicæ quæſtuariæ, & vniuerſali præpoſitus eſt, aliàs ſi vnum horum deficeret, nõ eſſet inſtitor, *Iaſ. in l. ſi inſtitorem, ff. ſi cert. pet.* & argumentatur deinde in caſu ſuo latiſſimè *Rota*, quod cum nullibi ille Saulius ſe publicè geſſerit pro inſtitore, quia nuſquam ſe talem intitulauit, nec alio nomine ſimili, pro vt ſolent huiuſmodi ſe ipſos inſcribere, vt patet *in l. vlt. ff. de inſtit. act.* vbi ſcribens inſtitor ita dixit, *Octauius Terminalis rem agens Octauij Felicis, Domitio Felici ſalutem, habes penes mẽſam patroni mei, &c.* nec Gerardus aliquem dominum habuit, à quo fuiſſet præpoſitus, vel eius poteſtas, aut adminiſtratio penderet, ſed potius à ſe ipſo propria authoritate negotia geſſerit, ſe ipſum, non alios obligando; ex his paret, nullo modo ipſius adminiſtrationem fuiſſe inſtitutam, ſed propriam ipſius, proprio nomine, & authoritate geſtam; tametſi millies negotia geſſiſſet aliorum, vt latiſſimè diſcurrendo per verba deſcriptionis actionis inſtitoriæ in menſa quæſtuaria, ad excluſionem taciti inſtitoris, tradit *dict. deciſ. per totam*, quæ optimè congruit facto in caſu præſenti occurrẽti.

Ad clariorem igitur intelligentiam
2 percurrantur requiſita taciti, ſiue præſumpti inſtitoris ſigillatim tradita à *Caſtr. in dict. l. vlt. ff. de inſtit.* & videbimus, nullum ex illis concurrere in caſu præſenti; firmat autem *Caſtr.* poſt *Bart.* & antiquiores, primò, quod ſi habeat inſtitor mandatum expreſsũ, ſufficiat, inſtitorem dicere, ſiue exprimere, recipere mutuo pecuniam in caſu, ad quem præpoſitus eſt, vt per eum *in dict. l. vlt. ante fin. verſ. item quando*, ſecundò, quod ſi nõ appareat pecunia, an verſa in vtilitatẽ alterius, qui prætendatur dominus præponẽs, tunc vt mutuans præpoſito, ſiue inſtitori habeat obligatum præponentem, dicitur, requiri quinque requiſita copulatiuè, de quibus *in dict. l. vlt.* quæ licet loquatur de mutuante magiſtro, vt obligetur exercitor nauis, qui etiã dicitur præponens, idem docet *Caſtr.* procedere in mutuãti inſtitori in cauſa, ad quam præpoſitus etiam, vt per eum *num.* 1.

Nec mirum, quia argumentum ab
3 exercitoria ad inſtitoriam valet ſemper affirmatiuè, vt ſcilicet omnia, quæ in exercitoria obſeruari debent, multò magis in inſtitoria, non tamen è cõuerſo, ea ratione, quia creditur, maiorem diligentiam adhibere in inſtitoria, quam poſſit adhibere certiorem ſe faciendo de poteſtate magiſtri na-
4 uis reſpectu exercitoris, vt latè fundat *deciſ. Genua* ſupra citata poſt *num.* 109. 110. & poſt *num.* 117. requiſita autem ſunt: primò, vt expreſsè dicat magiſter nauis, vel inſtitor, ſe recipere in refectionem nauis, vel pro gubernatione menſæ, ſeu pro fœnerando ad vtilitatem ipſius menſæ, *l.* 1. §. *quod ſi ab initio, ff. de exercit.* ſecundò, quod eo tempore refectio re vera fuerit neceſſaria, vel opportunum fuerit pro gubernatione menſæ accipere pecunias

nias mutuò, *l. fin. ff. de exercit. act.* tertiò, quod mutuans sciuerit, illum esse præpositum naui, vel vniuersali negotiationi, iuxta *l. institor appellatus, ff. de institor.* necnon opportunitatem, siuè necessitatem adesse recipiendi pecunias mutuo pro ipsa mẽsa, ita quod habuerit creditor animũ obligandi ipsum instituentem, siue præponentem, & nomine domini cõtrahere, & ipsi domino id expedire: quartò, quod mutuans non credat maiorem quantitatem pecuniæ, quã pro mensa eo tempore opportunum, siue necessarium fuerit: & tandem, & quintò, quod mutuum factum sit in loco, in quo possit adimpleri causa necessaria, nota mutuanti, propter quam mutuum factum sit, vt ex *Cun. in authẽt. hoc ius porrectum, C. de sacrosanct. Eccles. Innoc. in cap. quod quibusdam, de fideiussor. Bart. in l. 1. §. tum autem, ff. de exercitoria, Butr. in c. 1. deposit.* colligunt, & ordinatè tradũt *Castr. in d. l. fin. ff. de exercitoria, Alex. in famoso consil. 44. viso, & discusso, ex num. 60. lib. 2.* addit *Natta in addit. verbo, negotiationi*, vt institor debeat etiam præpositus negotiationi quæstuariæ, & vniuersali, *ex Alex. consil. 7. col. pen lib. 7.*

5 Verùm hæc requisita latissimè, & maximo apparatu, nedum probando legibus, authoritatibus, & rationibus, verùm doctissimè ampliando, & alia etiam plura requisita addendo, explicat peroptimè prædicta *decisio Ianuę 44. per totam*, & præsertim *ex n. 100. in vers. septimò, vsque ad num. 112. vers. redigendo igitur*, vbi postquam ordinatè retulit prædicta requisita, tandem *in fine decis.* post *numer. 134.* refert, ita per *Rotam* vnanimiter votatum in grauissima causa, & cũ prædicta decisio contineat quidquid dici potest in hac causa, rogo illam videri: & hæc requisita necessariò esse expetenda in his, in quibus institor non habet mandatum, probat, & fatetur *Giurba decis. 88. num. 9. & 14.* licet in casu suo concludat, ideò dominum teneri, quia contraxerat institor in his, in quibus fuerat institutus, *num. 9.* & quia creditum ei fuerat in causa, in quam præpositus fuerat, & in eam causam se recipere dixerat, *num. 12. & 13.* nec dicatur, prædicta proce-

6 dere in mutuo, nos verò versamur in deposito olei; siquidem quod dicitur vt necessariò sit probanda versio in vtilitatem domini, siuè præponentis, alioquin versione, in specie in vtilitatem alterius, non probata, non teneri, nisi personam, cuius creditum est, nisi probentur prædicta, & alia requisita copulatiuè, vt supra citati DD. tradũt cum *Castr. in d. l. fin ff. de exercitoria*; hoc quidem procedit, nedum in mutuo, sed & specialiter in deposito, vbi fortiori ratione est probanda versio, vt ex *Innoc. in cap. grauis, & Butr. in cap. 1. depositi*, aduertit in specie *Castr. in l. ciuitas, num. 11. Ias. num. 15. ff. si cert. petat. Hart. Pistor. dec. 37. num. 51. Ioan. Koppen. dec. 60.* post *num. 10. vers. tertiò declaratur*, vbi de communi post *Vuesembecium cons. 12. num. 7.*

7 ratio autem, quare forriori ratione sit probãda versio in deposito, q̃ in mutuo, est in promptu, quia facilius præsumi potest concessa facultas recipiendi pecuniam mutuò, vtpotè si ad emendum quis proponatur, & negotium sine mutuo expediri non potest, vel sine pertinentibus necessariò ad illud, *l. quicunque, §. non tamẽ, vers. sed si pecuniam, ff. de institoria*; mutuum enim ab institore dupliciter accipi potest; primò scilicet, principaliter, & de per se, quando quis præponitur mensę, ad mutuandas, vel recipiendas pecunias mutuò, quod fit expresse; secundo verò, quando quis præponitur ad emptionem mercium, quo casu, si dominus non tradit pecunias, censetur præpositus institor ad recipiẽdam pecuniam mutuo, quatenus ex necessaria consequentia, emptio mercium mutuum requirit, *l. quicunque, §. non tamen, vers. sed si pecu-*

cu-

*tunia,ff.de inſtitor. action. Deciſ.Genua pradiſt.num.*89.*in fin.* & 90.& iterum poſt *num.* 123. *uers. ad quintum*, hoc autem non procedit in depoſito, 9 patet,eſſe ſemper voluntarium, cum nemo depoſitum inuitus, inuitus rei alienæ ſuſcipere cogatur, nec depoſitum ſicut mutuum poteſt eſſe neceſſarium ad mercium comparationem, ita vt negotium aliter exerceri non poſſit, vt habetur *in d. deciſ. num.*90. vnde,ſi mutuum poteſt eſſe magis neceſſarium pro exercenda menſa quæſtuaria,quàm depoſitum,& nihilominus in mutuo tot requiſita concurrere debent,vt pręcipuus obligetur,fortius hoc eſſe debet in depoſito,quod cum ſit actus meræ voluntatis, imputandum eſt creditori, quod cautius non negotiatus ſit, *Crauett.conſ.*129. *num.*10.

Accedat,poteſtatem, quæ prætenditur conceſſa à negotiatoribus Florentinis, quos tuemur ad ſummum, non potuiſſe extendi,nec comprehēdere,niſi exactionem pecuniarum, & olei quantitates ipſis Florentinis debitas exigendi,& ſic circa res ſuas, & ad eos pertinētes, *Crauett.conſil.*129. *numer.* 1. non autem, vt potuiſſet eorum periculo recipere ab extraneis, quibuſcunque ſimpliciter depoſitantibus olei quaſcūque, & magnas quantitates cum onere ſoluendi pretium quantiplurimi, ſiuè intereſſe, tū quia dum Gerardus non probatur 9 expreſsè præpoſitus, prout regulariter, iuraque obligant dominos ex facto inſtitorū, intelligi debet de veris inſtitoribus,qui expreſsè, & ſpecialiter præponuntur,non de tacitis, quorū negotia pręſumi debēt geſta pro ſe ipſis, & ex propria cauſa, *deciſ.Genua, num.* 119.*in fin.* 120.124. *verſ.ad ſextum*,126.*in fin.* 127. & 128. tum etiā quia non præſumitur, quod conceſſæ 10 fuerint tam latæ habenæ,& ampliſſima poteſtas,adeò vt potuiſſet præpoſitus, mandantem tam maximo damno afficere,& totum patrimonium ipſius perfundere, & breui conſumare, vt benè ponderat *dict.dec.Genua*,poſt *num.* 89. *verſ.*4. & quia non cenſetur conceſſa poteſtas, ex qua potuerit fraus dominis facilè parari.

Dum autem probatio actoris concludere non potuit, quod Gerardus fuerit vniuerſalis inſtitor expreſsè, & ſpecialiter ad vniuerſa ppoſitus; nec quod oleum verſum fuerit in vtilitatē Florentinorum, verè,nec præſumptiuè,cū requiſita præſumpti, ſiue taciti inſtitoris prorſus deficiāt,nec ſint nedū probata, quinimò nec in articulis deducta,nec & tandem aliquo modo appareat,ipſum Petrum tempore depoſiti olei alterius perſonæ fidem eſſe ſecutū, ſed ſimpliciter credidiſſe Gerardo ſoli, ipſiuſq; ſolius fidē ſecutū, 11 ex hoc ſolo,rei ſunt abſoluendi, *Bald.* optimè in terminis *conſ.*125. *quidam Ioannes,lib.*5.quia tamen etſi probaſſet actor,aliquo modo Gerardum adminiſtraſſe negotia rationis Florentinorum, non ex hoc ſequitur,neq; infertur,*fuit adminiſtrator,& negotia ipſorum tractauit,ergo fuit inſtitor*, cūm 12 adminiſtrator ſit nomē generis,inſtitor verò nomen ſpeciei,& huc pertingunt teſtes actoris,dum dicunt,quod gerebat negotia Florentinorum,recipiendo ſalarium,& reliqua;tum enim ex hoc infertur,niſi quod geſſerit negotia pertinentia ad ſocietatem Florentinorum,non aliena, vt benè probat *dict.dec.Genua,n.*44.115 & 116. *vbi num.*117.& præcipuè *in verſ.nunc* 13 *deſcendamus*, dicit, aliud eſt probare quem adminiſtratorem, licet generalem, aliud verò, quod geſſerit ſe pro pro inſtitore, qđ debet legitimè probari,& quod probatio adminiſtrationis non infert ad inſtitoriam,& dato, quod aliquem actum feciſſet, vt inſtitor,debere probari de ſcientia, & patientia domini, qui ſciret id factum eo nomine, cum non ſufficiat ſcientia,ſed plena requiratur rei notitia ipſius domini cum agnitione qualitatum, & circumſtantiarum, & requiri ve-

veram, non fictam scientiam, quia nõ semper præsentia cum scientia inducit consensum, nisi multa concurrunt, & maximè cum Florentini essent absentes, latè *dict. dec. ex num. 74. ad* 84. & generalem probationem non sufficere, nec efficere alios mercatores, qui hoc sciebant, & sic nihil obstaret, etiam si probatum fuisset, Gerardum esse gestorem Florentinorum; siquidẽ de gestione, siue administratione intelligendum est, & ex hac responsione, & distinctione, contraria argumẽta resolui posse testatur *d. dec. d. n.* 117. quod autem Petrus depositans oleũ penes Gerardum, nullo modo id contemplatione, nec intuitu Florentinorum fecerit, sed simpliciter ipsum cre-
14 didisse Gerardo, vnde ipsius tantùm fidem secutum nullo modo recurrere posse aduersùs Florentinos, probatur ex *text. in l. ei qui*, *C. quod cum eo*, *l. si pupilli*, *§. quod si ego, ff. de negot. gest. l. l. post mutuum, §. fin.* iuncta *gloss.* ibi, *cõtemplatione pupilli*, *ff. quando ex facto tutor.* reassumit hoc optimè *Dom. meus Capyc. decis.* 180. *n.* 3. *&* 4. vbi ex *Bart.* & alijs loquendo in institore distinguit, quod aut dominus præponens dedit expressum mandatum, & tunc tenetur præponens insolidum, aut verò non præcessit expressum mandatũ, & tunc si negotium non est gestum contemplatione domini, nullo modo datur actio cõtra dominum, nisi quatenus sit effectus locupletior, & qđ duo debent probari, negotium gestũ, & domini contemplatione gestum, alioquin si non probaretur, ipsius domini contemplatione gestum, & dominum locupleratum; his verò deficientibus, nullam actionem dari aduersùs dominum, & maximè in ne-
15 gotio alieno re ipsa, in quo non agebatur de re domini, *Bald. Alex. Alciat. Paris. Natta*, & alij, quos ad hoc refert, & probat *dec. prædict. Ianua. n.* 97. addens ex *Balduin.* quod qui contrahit, debet scire, in re domini contrahi, & domino hoc expedire, quinimò, & inspiciatur animus credentis pecuniã saltim ad actionem inter eum, qui credit, vel deponit, vt eidem detur actio contra dominum, latè probat *dict. decis. num.* 98. *&* 99.

16 Necnon & è contra, quod recipiẽs mutuo, nedum capiat in causam mensæ, sed nomine sociorum, vel præponentis, vt socios, vel dominum obligare possit, nec dominum obligat institor, nisi specificè ab eo præpositus ipsius nomine, & in eius vtilitatem administret, *l.* 1. *§. si quis ab initio, l. fin. ff. de exercit.* & curiosus debet esse creditor, vt in rem domini uertat pecuniam, si eum obligatum habere velit, *l.* 3. *§. curiosus, ff. de in rem vers.* cum infinitis modernis, quos ad vtrumque probandum congerit *Giurb.* post *eius decis.* 88. *n.* 5. *& in fin. n.* 12. 13. *&* 14. probat indubitanter procedere, quãdo institor non habet ad hoc mandatum: debebat amplius Petrus deponens, diligenter perscrutari, & inuestigare potestatem, quam habebat Ge-
17 tardus, vt in puncto in terminis depositi suscepti à quodam mercatore, cui nomen similiter erat Gerardus, consulit *Anchar. cons.* 322. incipiente, *pro clariori decisione*, *vbi num.* 3. *&* 4. concludit, non obligari ex receptione dicti depositi societatem ad ipsum restituendum, quia erat extra causam societatis, quo casu mutuum, vel depositum suscipiendo, resoluit *Anchar.* tum potuisse Gerardum societatem, vel socios obligare ex pluribus, quæ rogo reuideri, vbi *num.* 4. *in fin.* considerat in casu suo, Gerardum etiam ex suo dolo non potuisse societatẽ obligare, & subdit non obstare, si dicatur, illud procedere quoad socios inter se, secus verò quoad creditorem, qui cõtraxit cũ vno ex socijs, siue cũ institore, ex *l. sed si pupillus*, 11. *ff. de instit.* siquidem dixit *Anchar.* debere creditorẽ diligenter ante omnia inquirere de mandato, & in contrahendo non excedere eius formam; siquidem præpositus in vna, non potest societatem,

vel

vel ſocios obligare in alia, & ob id debuiſſe creditorem, ſiue eius nunriū ante omnia diligenter perſcrutari mādatum Gerardi, & aliorum, vt latiùs tradit *Anchar.* omninò videndus loquens in ſpecie in depoſito facto extra rem domini.

18 Non obſtat, ſi dicatur, debuiſſe Florentinos, ſi nolebant hanc poteſtatem concedere Gerardo, palàm proponere conditiones, & clarè, vt ab omnibus videri, & proſpici poſſent, *l. ſed ſi pupillus*, 11. §. *de quo palam, verſ. praſcribere, ff. de inſtit.* loquitur enim *text.* in expreſſa præpoſitione, & ad aliquid certum, ex quo dominus dedit aliquid excipere, quod niſi ſpecialiter prohiberet, veniret in conſequētiam permiſſi, vel de eo, cuius prius fuerat facultas conceſſa aliquid generaliter agendi, vel contrahendi, cuius ſi poſtea præpones velit poteſtatem reſtringere, palàm præſcribere debet, ne creditores decipiantur: verùm nos verſamur in caſu, vbi nuſquam Gerardus fuit præpoſitus, ſaltim generaliter cuicumque geſtioni, ita vt aliena depoſita extra rem domini comprehendi poſſunt, vt latiùs traditur *in dict. deciſ. Ianua in reſolut. ad 3. argum. poſt num.* 121. & dato, quod tacitè fuerit præpoſitus, quod expreſsè negatur, ſi tamen millies fuerit tacitè præpoſitus, non ex hoc tamen potuiſſet præponentem obligare, niſi obſeruatis requiſitis, de quibus per *Caſtr.* habetur per *Alex. dict. conſ.* 44. *lib.* 2. vt in ſpecie aduertit eadem *deciſ. Ianua in reſolut. 5. argum. num.* 124. *verſic. praterea.*

Et tandem cum ex actis clariſſimè liqueat, Gerardum publicè mercaturā ſuo proprio nomine geſſiſſe, quod ex innumeris geſtis, in quibus nulla relatio, communio, ſiue participatio erat cum Florentinis, clariſſimè patet, & ex ipſius decoctione perſpicuum factum eſt, cum nullus ex creditoribus Gerardi, præter actorē, nedū prętenderit, nec cogitauerit habere ex facto Gerardi, obligatos Florentinos; ex hoc planè conſequitur, non potuiſſe Gerardum cenſeri, neq; tacitè factū inſtitorem à Florentinis, cum certum

19 ſit, nullam præpoſitionem, neque inſtitoriam cadere poſſe in negotiarione quæſtuaria ipſiuſmet præpoſiti; ſiquidem abſolutum, & indubium eſt, alieno negotio inſtitorem præpoſitū, non autem proprio ipſius inſtitoris præpoſiti; nihil enim eſſet abſurdius, quàm quod quis alterum præponeret rebus ſuiſmet proprijs, aliàs omnes eſſemus inſtitores, quod ex *Roman. Alex. Iaſ. Crauett. Rom. leg.* & alijs, probat *dict. deciſ.* 14. *num.* 66. & 67. & cū

20 ad concedendam actionem inſtitoriā requirātur actus, qui non poſſunt fieri citra ius, & nomen inſtitoris, & debeant eſſe tales, vt neceſſariò inferant inſtitoriam, vt per verba expreſſa, vel actus facti, qui neceſſariò illā inferāt, vt eſt exemplū in eo, qui cōſueuit negotiari in apotheca, ſciēte magiſtro, qui videbat ferre, & vendere pannū, & de macellario, qui videbat, illum exercere macellum, vt traditur ex eadem *deciſ. num.* 37. *in fin. cum duob. ſeq.* ex hoc infertur, vt ex omnibus actibus per actorem deductis, non poſſit elici ppoſitio Gerardi, nec ſuper quo fuerit inſtitor, nec cum qua facultate, quod ex his rei conuenti ſunt omninò abſoluendi, tanquam non facta probatione, quæ ſit ſufficiens in inſtitoria, quæ debet fieri ſtrictè ſecūdū iuris terminos, vt in puncto conſulit *Bald.* reuidendus *dict. conſ.* 125. *quidam Ioannes, lib.* 5. *per totum*, & habetur *in dict. deciſ. Genua*, *num.* 79. & ita Sacrum Senatum Neapolitanum, etſi excellum, non tamen fore dedignādū ſequi *deciſ. Rot. Genua*, vbi mercimoniorum cauſæ, & maxima frequentia iuxtà regionis morem, in dies maxima doctrina reſoluuntur.

SVMMARIVM.

1 *Veneti habent priuilegium, vt nulla dilatio cōcedi poſſit eorum creditoribus.*

1 *Priuilegium cessat inter pariter priuilegiatos, quod intellige vt num. 6. 7. & 8. 10. 11. & 12.*
3 *Interesse secundarium non habetur in consideratione.*
4 *Actus iudicatur à principali intentione agentium.*
5 *Legatus, qui nedum ex causa Reipublicæ, sed etiam ob suum priuatum commodum discessit, abesse censetur causa illius rei, qua principaliter se contulit.*
6 *Dispositio* l. fin. C. qui bon. ced. poss. *est exorbitans contra iuris regulam; moratoria est ius iniquum.*

ARGVMENTVM.

Concurrentibus pluribus priuilegiatis, priuilegia an conquassentur, vel quod eorum attendi debetur, an potêtius, & fauorabile, distinctionis fœdere declaratur: ac de Venetorum priuilegio, aduersùs quod nullum moratoriæ genus conceditur eorum debitoribus.

Pro Marsilio Morrone & alijs subditis Serenissimæ Reipublicæ Venetorum.

CONTROVERSIA LXXI.

1 SVppositо aduersùs creditores Venetos, eorumque dominio subiectos ex speciali priuilegio Inuictissimi Ferdinandi I. non posse vllũ moratoriæ genus, siuè ex Principis rescripto, siuè de iure communi ex causa cessionis bonorum, aut etiam dilationis quinquennalis, quæ proximè illi accedit, obijci posse: dubitari contingit, vtrum vertente lite mota ad instantiam creditorum concurrentium Baptistæ de Marsollino, conuẽti mercatores de Morrone subditi Venetorum dominio, vti valeant priuilegio excludendi eos à prędicto beneficio; dubium enim fit ex eo, quia tametsi actores, ijdemq; creditores concurrentes non sint priuilegiati, cum tamẽ petita dilatio cedere videatur in beneficium dicti debitoris de Marsollino, qui prætendit se pariter Venetis subiici, prima facie videtur, quod res sit inter pariter priuilegiatos, quo casu, cessante priuilegio, solemus ad ius commune recurrere: verùm si rectè, vt puto, res perpẽdatur, existimo omninò priuilegium vigere, ac suas vires extendere ad hunc casum, adeò vt nullo modo Morrones conuenti vrgendi sint ad concurrendum in dilatione quinquennali petita, iuxtà formam *l. fin. C. qui bon. ced. non poss.*

Primò, quia iudicium agitatur inter creditores concurrentes, & recusantes, sic libellus fuit conceptus sub vsitata forma, condemnari scilicet recusantes, tanquam minoris summæ ad concurrendum, sic acta processerunt, non citato, nec vltrò se efferente, vel quicquam petente communi debitore, sic sententia fuit lata per Magnam Curiam, condemnando recusantes, de cuius iniustitia agitur: in quo iudicio actores, vt fundarent interesse, sine quo nemo experitur proprium vtile, quod principaliter consideratur, deduxerunt, quod verisimiliter ex temporis dilatione poterunt exigere eorum creditum, vnde cum communis debitor, qui posset allegare priuilegium, de simili priuilegio nõ opponat, nec opponere possit, cum non sit in iudicio, & replicatio aduersùs exceptionẽ oppositam per Morrones, non nisi ei competat, cui cõpetit actio, cũ sit exceptionis exclusio, sicut exceptio est exclusio actionis; ideo nullo modo applicari ptoest brocardicum illud, ꝙ inter pariter priui-
2 legiatos cessat priuilegium; hic enim lis inter actorem non priuilegiatum, & conuentum priuilegiatum; nec debet

3 bet eſſe in conſideratione intereſſe ſecundarium, quod in conſequentiam dilatio concernat communis debitoris beneficium, *l.dictantibus*, 22.*C.de teſtam.§.legatarijs,inſtit.eod.*cum prętet principalem intentum, & præcipuum finem creditorum concurrentiũ hoc accidat, qui ſibi potius, quàm debitori conſulere intenderunt, &
4 debuerunt; actus enim regulariter ſēper iudicatur à principali intentione agentium, *l.ſi quis nec cauſam,ff.ſi cert. pet.* vbi poſt alios *Iaſon* multis exemplis, quorum multa ſatis ad rem noſtram adaptantur, hoc exornat, quæ habuit ab *Alex.conſ.* 1. *ex n.*26.*libr.*3. vbi optimè probat, non eſſe habendũ in conſideratione, quod in conſequētiam, & acceſſoriè, ſeu ſecundariò, non ex principali propoſito prouenit, vnde *gloſſ. in l. non verè dicitur, ff. ex quib. cauſ.maior*, voluit, eum, qui in le-
5 gatione eſt partim cauſa Reipublicæ, & partim ob priuatum quodam ſuum negotium, cenſeri eſſe illius rei cauſa, quo principaliter ſe contulerit, quod plurib' exornat *Tiraquell.in* 1.*retract.* §.30.*gloſſ.*1.*ex num.*4.*Gratian.conſ.*17 *num.* 2 *volum* 2.

Secundò, tametſi Matſollinus debitor eſſet in iudicio, tamen non poſſet aduerſùs Morrones recuſantes, de hoc priuilegio opponere; ſiquidem attenta diſtinctione *Bart.* communiter recepta, ad quam ſemper recurrimus, in *auth quas actiones,num.*3.*verſ. quandoque quilibet*, *C.de ſacroſ. Eccleſ.* ex pluribus ſic excluderetur.

